Universidad de Deusto
Biblioteca

Bessarion J. ín Calumníatore

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Comprado a Valkenb
en sep. 1956.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVAE HOC IN VOLVMINE TRACTANTVR.

¶ Beſſarionis Cardinalis Niceni, & Patriarchæ Conſtãtinopolitani in calumniatorẽ Platonis libri quatuor, opus uarium, ac doctiss. in quo præclariſſima quæq; & digna lectu, quæ a' Platone ſcripta ſunt ad homines tam moribus, q̃ diſciplinis inſtruendos, breuiter, clare' q;, et placido ſtylo narrantur.

¶ Eiuſdem correctio librorum Platonis de legibus Georgio Trapezuntio interprete, ubi paſſim uerba græca ipſius Platonis recitantur & emendata, & cum ſuis accentibus, nam in libris Romæ olim impreſſis deſunt. Deinde a' Beſſarione ſæpe argumento præmiſſo, in latinum uertuntur. Poſtremo Trapezuntii tralatio ſubiungitur, quod eſt perq̃ utile iis, qui græcis literis iſtituuntur, atq; ex græcis bonis, bona latina facere uolunt.

¶ Eiuſdem de natura & arte aduerſus eundem Trapezuntiũ tractatus admodum q̃ acutus, ac doctus.

¶ Eiuſdem Metaphyſicorum Ariſtotelis XIIII librorum tralatio.

¶ Theophraſti Metaphyſicorum lib. I.

¶ Index eorum omnium, quæ ſingulis libris pertractantur.



05310
Bibliotheca Facultatis Philosophiae Provinciae Orient. S.I.
Comprado a ... en sep. 1956.
Comprado a Valkenb. en sep. 1956

Universidad de Deusto
Biblioteca

ALDVS RO. ACCVRSIO MAINERO AVENIONENSI IVRECONSVLTO, A.C.L. CHRISTIANISSIMI GALLORVM REGIS APVD VENETOS ORATORI PRVDENTISS. S.P.D.

¶ BESSARIONIS Cardinalis græci hominis q̄ doctiss. libros aduersus Calumniatorem Platonis in ædibus nostris summa cura nuper informatos tibi uiro doctiss. & doctrinæ Platonis perstudioso nuncupamus, donoq̄ mittimus. placituros enim tibi summopere certo scimus, tum quia Platonem tuentur, tum etiam, q̄ tanti uiri aurea documenta ingeniose, & breuiter complectuntur. nam præter doctiss. disputationes. & cætera, quæ ad doctrinā faciunt, toto hoc libro dispersa, operæpretium inibi est legere, quo nā modo se ipsum qsq̄, tū domum, & familiam, hinc Pesp. sapienter regere, et gubernare possit. nihil enim fere à Platone tractatum est uitæ hominum cōducibile, quod hoc uolumine adductum breuissime nō habeatur. Quare inter summas occupationes tuas Christianissimi Regis Legatus, dum remittere, relaxareq̄ animū uoles, has Bessarionis utilissimas lucubrationes legendas damus, simulq̄, ut sint Aldi tui apud te assiduum monimentum, & pignus amoris. VALE.

¶ Argumentum tertii libri, quod quidem suo loco ponendum fuerat, sed quoniam id opus, quod ipsius Bessarionis manu scriptum est, haberi non potuit, hic iterum imprimendum curauimus.

ADVERSARIVS ostendere cupiens Aristotelem ubiq; fidei nostræ cōuenire, quædā argumenta à theologis nostris, etiam ad uerbum sumpta usurpauit, ex qbus opiniones quasdā cōcludit ueras, atq; catholicas, utputa Deum esse creatorem uniuersi, & immediatū creatorem, qui ex nihilo omnia fecerit, qui non necessitate naturæ, sed libera uoluntate, & contingenter, mundum hunc, quem cernimus, produxerit, potentia quadam infinita non modo extē siua. (Necesse est enim Theologorum nostrorum uerbis uti,) Sed etiam intensiua, atq; omnimoda omnipotentia, & has quidem opiniones, quæ christianorum sunt, dicit Aristotelis fuisse, sicq; per ea argumenta, tanq̄ argumenta Aristotelis, q̄q̄ à Theologis nostris, ea ad uerbum sumpserit, nititur propositum suum probare. Falsō tamē eas opiniones, aut alioquin maximā earū partem tribuit Aristoteli etiam expositorum illius, & doctorum nostrorum sententia. Nā præterq̄ q̄ nōnulli Aristotelem conantur tueri, & longe quidem sapiētius, q̄ aduersarius, quasi Deū rerum omnium opificē posuerit, in aliis omnibus eum passim accusant, neq; eum dunta xat, sed pariter gentiles omnes philosophos. neq; enim immediate, neq; ex nihilo, neq; libera uoluntate, neq; contingenter, neq; omnimoda omnipotentia Deū fatētur creare uoluisse, sed plane contrarium sentiunt. Intentio igitur authoris in hoc tertio libro est, aduersarium Aristotelicæ disciplinæ ignarum arguere, et argumenta eius ostendere à mente illius esse prorsus aliena, nec philosophiæ eius conuenire, eq; propositis fundamentis, ac principiis Aristotelis nō sequi, quod imprudenter aduersarius colligit, nec ex argumentis illis cōclusiones catholicas elici, quin ex ipsius philosophi principiis facile dissolui, ac refutari posse, quod pinde est, ac si philosophus aduersario contradicens, opinionum suarum rationem redderet, & ineptum illius deprimendum curauimus.

Pari modo q̄ ad trinitatis sacrū mysterium, & imaginem, seu uestigiū, & animæ naturam, atq; immortalitatem attinet, multa aduersarius, tanq̄ ex opinione Aristotelis adducit, quæ ab authore refelluntur, partim ut fidei nostræ cōtraria, quale est illud, qđ per uestigium Aristoteles expresse trinitatem intellexerit, quod sententiæ sanctorum omnium repugnat, partim ut à sententia philosophi aliena, quale est illud, q̄ ex opinione Aristotelis anima simul cum corpore per creationem inceperit, nunq̄ tamen defutura, & cætera his similia, quæ oīa ostēduntur in hoc libro ex principiis Aristotelis nō sequi, nec id eum sensisse. Neq; id tamē fecit author, ut Aristoteles impugnetur, siquidem à multis doctoribus sanctis, & quibusdam expositoribus in nōnullis ex prędictis opinionibus defenditur ipe philosophus, qui q̄ hoc susciperet officiū à prædictis adiutus, multo melius, q̄ aduersarius fecerat, eū defendere posset, sed ut manifestum sit aduersarium, uel Aristotelem non intellexisse, uel sponte in maximis rebus fuisse mentitum.

BESSARIONIS CARDINALIS SABINI, ET PATRIARCHAE CONSTANTINOPOLITANI CAPITA LIBRI PRIMI ADVERSVS CALVMNIATOREM PLATONIS.

¶ Quæ causa authorē ad scribendum impulerit.
Confutatio de tribus uitiis obiectis Platoni, imperitia, discrepantia à christiana religione, & uitæ turpitudine.
Reprehensionē Platonis fidei orthodoxæ magnum detrimentum afferre.
Cur à nostris doctoribus in primis Platonis testimonia citentur.
Detrahentes Platoni infidelium impietatem adiuuare.
Nostræ ætatis latinos pauca habere Platonis opera, & raro ea legere.
Maiores nostros Platonem omnibus philosophis præposuisse.
Qui sit ordo, & series totius opis. Caput I.
¶ Quam ob causam Plato de summis rebus, aut nihil scripserit, aut per ænigmata scripserit.
Non esse argumētum ignorantiæ nihil mandare literis.
De more Pythagoreorum, & silentio.
Pythagoreorum morem in non diuulgandis mysteriis cum præcepto euangelico conuenire.
Thami sententia non memoriæ, sed reminiscentiæ literas opitulari.
Nullum Pythagoræ librum reperiri, & illum quædam à se scripta Damæ filiæ minime edenda reliquisse.
Pulcherrima Lysidis epistola ad Hipparchū.
Morem Pythagoreorum usque ad Platonem etiam ab eo ipso seruatum.
Platonem per nuntium de quæstionibus maximis potius, quam per scripta loqui consuesse.
Particula epistolæ Platonis ad Dionysiū, cur scribi diuina non debeant.
De similitudine Druidum cum Pythagoreis.
Præcepta artium melius memoriæ, quam literis commendari.
Quid inter sermonē interiorem, exteriorem q̄ intersit.
Non modo eos, qui scripserunt, colēdos esse, sed etiam eos, qui censuerunt non esse scribendum.
Confutatio aduersarii, quod Platonem ideo ignarum disciplinarum probet, quia illarū præcepta non tradidit.
Theophrastum Aristotelis discipulum de rebus omnibus, & copiosius, & ornatius, quā illum scripsisse. Caput II.
¶ Non modo academicos, sed etiā peripatetī cos summam doctrinæ Platoni tribuisse.
Etiam in naturalibus magis aliquando Platoni credi, aut peripateticis, quā Aristoteli.
Platonem diuinum, Aristotelem dæmonium nuncupari.
Platonem omnia sapientiæ postposuisse.
Ciceronis testimonia de Platone.
Augustini testimonia de Platone.
Quintiliani sententia de Platone.
Plinii, & Apuleii sententiæ de Platone.
Græcorum de Platone testimonia.
Melius esse supra modum uituperari, quā frigī de laudari.
Non fuisse Aristotelem tandiu auditurū Platonem nisi continue profeciſſet.
Aristotelis domum lectoris studiosissimi sedē à Platone appellatam.
Theophrastum citra Aristotelem, Aristotelē laudandū esse citra Plotonē. Caput III.
¶ Platonem ex dialogis suis omnem doctrinam, eruditionem q̄ exprimere.
Quàm rhetoricæ artis doctus fuerit Plato.
Qui fuerint ante Platonē rhetoricæ artis scriptores.
Qui oratores Platonis discipuli fuerint.
Quod partes orationis non sint præcipue ad persuadendum, sed adiutrices.
Quid præcipuum sit ad bene dicendum.
Qua in re Aristoteles rhetoricis præceptis excelluerit.
Phædri Platōis pars ex græco traducta, in qua excellētissima rhetoricæ artis præcepta traduntur.
Inter Platonis, atque Aristotelis traditionē de arte rhetorica magnum esse discrimen.
Non esse reprehendendam uel prolixitatem, uel breuitatem orationis, quæ ratione non careat.
Peripateticorum necessario prolixas esse disputationes.
De artificio mirabili Platonicæ orationis.
Aristotelem, quæ didicit à Platone latius tradidisse.
Quare in dicēdo semper sui similis fuerit Plato.
Quid potissimum attineat ad uerum philosophum.
Qualis sit philosophorum oratio.
Quid de Platonis oratiōe clari uiri senserint.

De modo dicendi Aristotelis.
Quare Aristoteles aliquãdo obscurior uideatur.
Quibus in libris eloquentior sit Plato.
Ciceronis, & Aristidis de Platonis eloquẽtia testimonia.
Aristotelis sententia nobilissimum genus rhetoricæ cum dialectica conuerti.
Qui non profecerit in philosophia, eum recte loqui non posse.
In genere demonstratiuo orationem Platonicam excellentissimam esse.
Quid proprium sit oratoriæ perfectissimæ.
De tribus dicendi generibus sublimi, tenui & moderato. Cap. IIII.
¶ Platonem differendi ratione excelluisse.
Eundẽ post grammaticam, poeticam'q; XX. annos Socratem audiuisse.
Eundẽ magos impedientibus Asiæ bellis, adire nequiuisse.
De triplici genere syllogismi demonstratiuo, dialectico, & sophistico.
Platonẽ omni genere syllogismi usum fuisse.
Totum Platonis Timæum ex syllogismis demonstratiuis constare.
Quo argumẽto ostẽdat, cœlũ generatũ esse.
Aristotelem in libro de principiis rerum naturalium Platonem sequi.
Cœlum esse ingeneratum demõstrari ab Aristotele, a' Platone uero generatum.
Quare animi imortalitas probet in Phędõe.
Quare animus non sit harmonia.
In Phædro animi immortalitatem ex motus ratione probari.
Quare animus sit ingeneratus.
Duobus modis corrumpi omne corruptibile.
Per deductionẽ ad impossibile animi immortalitatem probari.
Supposita Platonis tanquam oracula delphica accipi.
Platonem in Euthydemo captioso uti syllogismo, quo modo Aristoteles in elenchis.
De artificio reperiẽdarum propositionum, cuius Plato inuentor fuit. Cap. V.
¶ Naturalium rerum scientiam calluisse Platonem, & Aristotelis scripta ab illius scriptis minime dissentire.
Animi generationem ab iis solis percipi posse, qui Pythagorei, Platonici'q; sint, & mathematicas calleant disciplinas.
Quibus nominibus Aristoteles uocet principia naturalia, quibus Plato.
De triplici genere intelligendi.
Platonẽ pfectius Aristotele de cœlo scripsisse.
Quibus figuris Plato quatuor corpora dicat esse formata.
Quare exigne, et terra Plato cœlum dicat cõstare, stellas autem ex quatuor elementis.
Quæ ab Aristotele dicta de elemẽtis fuerunt, eadem Platonem ante dixisse.
Parum consyderantes frustra irridere Platonem de corporum figuris. Cap. VI.
¶ Theologiæ rationes neminẽ Platone subtilius attigisse.
Dionysium Areopagitam non modo sententias, sed etiam uerba Platonis usurpasse.
De actiua philosophia perfectissime in dialogis locutum fuisse Platonem.
De uoluptatis duplici ratione. Cap. VII
¶ Mathematicarum disciplinarũ studiosissimum fuisse Platonem.
Platonis libros intelligi non posse absque mathematicis disciplinis.
Theonem cõposuisse compẽdium mathematicarum disciplinarum ad Platonis libros.
Neminem geometriæ exptem scholam Platonicam ingredi aptum.
De oraculo delphico liberari Athenas pestilẽtia posse, si aram cubicam duplicarent.
Platonẽ primũ cubi duplicationẽ inuenisse.
Quod sit difficillimũ problema geometriæ.
Sine geometriæ cognitione nec esse quẽquã doctum, nec appellari posse.
Qua uia leges possint custodiri.
Virtutes esse, & quatuor, & unum.
Cæteras artes a' sapiẽtiæ nomĩe excludi. Quatuor mathematicas disciplinas adhiberi.
Particula libri legum traducta, in qua apparet quid tenere debeat, qui recte uult discere.
Duobus maxime argumentis cuiusque doctrinam probari. Cap. VIII.
¶ Peroratio, siue epilog⁹ primi libri. Cap. IX.

LIBER SECVNDVS.

¶ Christianæ religioni Platonis libros magis, quam Aristotelis conuenire.
Fidem christianis doctoribus minui, & existimationem eorum ab iis tolli, qui Platoni detrahunt, cuius testimonio supra omnes gentiles christiani maxime utuntur.
Aristotelis testimonio doctores ecclesiæ nunquam usos.
Docto poti⁹ in arte sua, quam rudi sancto credi oportere. Cap. I.
¶ Authoris excusatio, quod Aristotelem impugnare nolit.
Platoni & Aristoteli plurimum laudis tribuendum.
Aristotelis sententia non modo doctissimis, sed iis etiam, qui leuiter scripserunt, gratias esse habendas.
Timotheum musicũ posterioribus profuisse, Phrynem uero Timotheo.
Sapientes oẽs latinos secta peripateticos esse.
Interpretationem librorum Platonis non esse synceram.
Authoris mentem non esse omnia Platonis dicta probare. Cap. II.
¶ Quid in Parmẽide Plato differat de omnium entium principio.
De supersubstantiali dei diuinitate.
Quibus potissimũ libris Plato de deo loq̃tur.
Quæ nomina deo a' Platone indita.
Non modo sententiis, sed etiam uerbis Platonis uti doctissimos christianorum.
De sententia quadam Platonis in libro de legibus christianæ fidei quam simillima.
De consonantia Platonicorum uerborum cũ diuina scriptura.
Mentem cœli, ac terræ regem esse.
Aristotelem semper in diuinis adhæsisse Platoni. Cap. III.
¶ Quàm inepte interpretetur aduersari⁹ uerba Aristotelis ĩ prícipio de cœlo, & mũdo.
Pythagoreos cuncta uoluisse ternario numero terminari.
Quid sit corporis proprium.
Lineam in unum distendi, supficiem in duo, corpus in tria.
Cur cuncta sint tria, & præterea nihil.
Testimonium Aristotelis ex Pythagoreis de ternario.
Aristotelem ad sensibilia Pythagoreorum intelligibilia traduxisse.
Neq; Platonem, neq; Aristotelem laudandos esse, quod prædicarint, aut coluerint ueritatem, quia neuter eoꝝ ita de trinitate sensit, ut ad christianorum accesserit ueritatem.
De gradibus diuinitatis, quos statuit Plato.
Quid Plato libro. VI. de republica, de secunda trinitatis persona locutus sit.
Solem non esse uisum, sed uisus causam, & ui su uideri.
De summi boni filio.
Platonem in epinomide uerbũ Deũ uocare.
De epistola Platonis ad Hermiam, & Herastum, & Coriscum.
De libro Plutini de tribus personis.
Quid opinetur Plato opificẽ causam esse, mẽtem scilicet, quæ creator sit.
Porphyriũ teste Cyrillo, ex Platonis sententia asseruisse diuinitatem ad tres personas processisse.
De Numenii sententia de deo.
Amelium Platonicum Ioannis euangelistæ theologiã probare, quẽ barbaꝝ appellat.
Origenem, & Arrium non lectione Platonis, ut falsò aduersari⁹ scribit, sed praua scripturarum interpretatione in hæresim lapsos.
Prauos interpretes errorum materiam etiam ex euangelio uenari.
Contra eos, qui baptizatum putauerunt non posse peccare.
Speciem quandam nostræ religionis in Platone fuisse.
Quid Platonis lectio ꝓfit homini christiano.
Platonem ob id maxime posse laudari, quod quã ꝓxime ad christianã ueritatẽ accedat.
Causam cur Aristoteles de diuinis non tracta uerit, eam esse, quod non uiderit illa posse demonstrari.
Fidem a' Platone inter uirtutes primo loco positam esse.
Qui in seditione fidus sit, eum omni uirtute præditum esse, fidemq; posse perfectam iustitiam appellari.
Non scientia, & ingenio ad summũ bonum, sed fide peruenire.
Non magis Platonem, quàm Aristotelẽ deorum posuisse multitudinem.
Aristotelem in libro de cœlo plures deos expresse ponere.
Secundum Aristotelem cœlum, & stellas uiuere, & intelligere, & deos esse.
Aristotelem substantiam dicere intelligibilẽ, sempiternam'q;
De substantiarum numero.
Motus cœlestium corporum censeri ab astronomis quinq; & quinquaginta.
Platonem, Aristotelem'q; longe a uulgari opĩnione colendorum deorum abfuisse.
Discretionẽ rerum naturalium ab intelligentiaꝝ distinctione ꝓuenisse. Cap. IIII.
¶ Quid de entium productione Plato, atque Aristoteles scripserint.
De causis, & earũ numero, & de causa exemplari Platonis.
Ex decimo legum libro reprehẽsione dignos esse, qui uel natura, uel fortuna res fieri asserunt. Deũq; & mentẽ omniũ causam esse.
Secundum Platonis sententiam, q bonus est, eum inuidia minime tangi.
Quã ob causam Deus condiderit uniuersum.
Homines licet non immortales, aut indissolubiles sint, nunquam tamẽ dissolutionis, aut mortis conditionem esse passuros.
Voluntatem dei, & bonitatem omnium rerũ causam esse.
Conditorem in opificio mundi exemplar re-

ſpexiſſe ſempiternum.
Cur mundus ſit animal.
Platonem multa non coniecturis, ſed fidei ue ritate aſſeuerare.
Ariſtotelem de fabrica mundi, & ſimilibus hoc ſolum dixiſſe, Deum, & naturam nihil fruſtra agere.
Platonem, Ariſtotelem q̃, ut de forma, ita etiã de materia tradidiſſe.
Ariſtotelem materiam, ut mundum, æternam poſuiſſe.
Principia reꝝ platõica, materia, forma, & de⁹.
Nuſquam poſuiſſe Platonẽ materiam, & for mam materialem rerum principia.
Informem materiam, ac primam a` Deo pro ductam.
Quicquid ab immobili fit, immutabilẽ eſſen tiam habere.
Primam materiam eſſe mediam inter genera tum, & ingeneratum.
In Parmenide oſtendi materiam unum eſſe, & nihil omnino actu eſse, & diſſimilem ſi militudinem cum prima cauſa habere.
Deum nihil rerum omnium eſse ratione excel lentiæ, utpote unum ſuperſubſtantiale.
Materiam nihil omnium rerum eſse ratione priuationis, & ideo omnibus rebus deterio rem eſse.
Materiam ſententia Platonis, nõ ens potius, quàm ens eſse, & aliquo modo unius eſse participẽ, unius uero participatione omnia ſubſtantiam habere.
Formam inuiſibilem, & informem omnium rerum capacẽ, ac receptricem, & quaſi ma trem eſse.
Falli eos, qui dicere Platonẽ exiſtimant mate riam, & formam corpora animata, prius, quã mundus fieret, temere ſolita moueri.
Qualis fuerit prima materia, ſecũdũ Philonẽ.
Cur Plato diſtinxerit informem materiam a` generatione, & forma.
De origine mundi ſecundum Orpheum.
Secũdum Heſiodum infinitudinem primum omnium fuiſſe.
Librum geneſeos de prima materia idem ſen tire, quod uetuſtiſſimi philoſophi, & poetę ſenſerunt.
Principium entiũ, nec ab uno ente, nec a` mul titudine eſſe ſumendum, ſed ab ipſo uno.
Materiã, & ideas a` primo creatore datas ſecũ do creatori ad reꝝ ſenſibiliũ productionẽ.
Materiam ideo eſſe concauſam, quia potentia ens ſit eorum, quæ fiunt.
Deum ita materiæ impartiri eſſe, ut inſeparabi lis ſit a` forma.
Materiam, & ſi ſecundum Platonem ſit æter na, deo tamen ab eo minime coæternam poni. Cap. V.
¶ Non uerũ eſſe, quod aduerſarius dixit, ſen tire Ariſtotelem quod ſcilicet mundus ex non ente ſimpliciter ſit productus ſola deĩ uoluntate.
Ariſtotelem negare omnino ex non ente ſim pliciter aliquid generari.
Generationem, & corruptionem ex cõtrario in contrarium fieri.
Omnia, quæ in tempore generantur ex ente quodammodo non ex omnino non ente produci.
Materiam hoc aliquid a` Platone nominari.
Ariſtotelem præbuiſſe hominibus ſuſpicionẽ quod creationem rerũ deo non tribuerit.
De æternis ſubſtãtiis, atq; immaterialibus, qd Plato, & Ariſtoteles ſenſerint.
Non conuenire ſecundum Platonem bonita ti dei, quæ optime conſtituit, & probauit deſtruere licet id in ſua poteſtate ſit, In quo Plato maxime cum noſtra religione con ſentit.
Aeternarum rerum nullam agentem cauſam ab Ariſtotele poſitam eſſe.
Ariſtotelẽ ſecundũ quorundam opinionem, ideo Parmenidem, & Platonem reprehen dere, quod res æternas ex non ente ſimpli citer productas opinentur. Cap. VI.
¶ De anima quid ſenſerit Plato.
Quæ, & qualia ſint de anima inueſtiganda.
De motuum diuerſitate, & quatuor eorũ ge neribus.
De differentia eſſentiarum incorporearum.
Quæ ſit Platonis uia ad inq̃rẽdum de anima.
Ariſtotelem ex motu ad dei cognitionem fer ri, & in motus ratione aliquãdo a` Platone diſcrepare.
Quales motus animæ tribuat Plato, & quæ ſint eorum nomina.
Ariſtotelem improprie dicere ſenſum, aut in telligentiam moueri, & pati.
Alexandrum Aphrodiſieum, & Auerroẽ uni cum intellectum omnium poſuiſſe.
Participatione idearum eſſe omnia, atque ap pellari.
Probatio immortalitatis animę per diuerſa ar gumenta Platonis.
Ariſtotelem in ſecundo de anima rationibus uti Platonis.
Vniuſcuiuſq; rei tum bonum eẽ, tum malum, & rem quanq; proprio malo interire.
Quæ mala habeat anima, quibus deprauetur.
Animam uitio corporis perire non poſſe, q̃q
corporis mala ipſum corpus interimant.
Non modo Platonem, ſed etiam Ariſtotelem mundum animatum, & uniuerſum animal eſſe opinari.
Animam, ut ſenſibilibus, ac materialibus ſupe riorem, ita intelligibilibus, & immaterialib⁹ inferiorem eſſe.
Mentem hominis, cũ incorruptibilis ſit, etiam ingeneratam eſſe.
Prius animam eſſe, quàm corpus generetur, et Platonis, & Ariſtotelis ſentẽtia.
Quæ Plato de numeris, proportionibus, me dietatibus, circulis, rectis lineis locutus ani mæ tribuit, non ita reprehendi ab Ariſtote le, ut quidam putant.
Ariſtotelem uerba quædã Platonis arguiſſe, quorum profundam ſentẽtiam probabat.
Subſtantiarum cœleſtium, ut nullum ſermo nem, ita nullam uocabulorum rationẽ pro priam haberi.
Vt Pythagoreos, ſic Platonem uelaminibus q buſdam de diuinis locutum fuiſſe.
Non abſurde a` Platone circulum, aut rectam lineam animæ tribui.
De duplici uiuẽdi animę ratione.
Sentẽtia Thomæ Aqnatis in laudẽ Platonis.
Male geſtoꝝ culpã hominẽ habere non Deũ.
Quanta ſit mathematicarum diſciplinarũ uti litas.
Quibus fabulis Plato interdum utatur.
Naturam diuinã bonoꝝ omniũ cauſam eſſe.
De animarum tranſitu in bruta animalia.
Quæ animæ in quæ corpora tranſeant.
Confutatio aduerſarii putantis Platonem ſen tire animas brutoꝝ eſſe immortales.
Brutorum nõ animas dici, ſed uitas quaſdam & ſimulachra animarum.
De triplici animarum genere, & earum diffe rentia. Cap. VII.
¶ Platonem dei prouidentiam non negaſſe.
Platonẽ ſacrificaſſe diis, & munera obtuliſſe.
A` deo initium eſſe ſemper ſumendum.
Platonem ſenſiſſe poſt mortẽ præmia bonis, & pœnas malis paratas.
Socratem malignitatẽ naturæ, uirtute & phi loſophia ſuperaſſe.
Difficile eſſe explicare, quid Ariſtoteles de di uina prouidentia ſcripſerit.
Quo modo Alexander Aphrodiſiẽſis de pro uidentia dei, ex Ariſtotelis ſententia locu tus ſit.
Quid reſponderit Alexander interroganti, an prouidentia per ſe ſit, uel per accidens.
Alienum a` diuina natura eſſe ꝓpter hominũ ſalutem aliquid agere.
Quid Plato de dei prouidentia ſcripſerit.
Cur multi de dei prouidentia dubitauerint.
Quo modo Plato eos conſolatur, qui ægre fe runt bonis male eſſe, malis uero bene.
Naturam diuinam omnia perfectiſſime noſſe, uelle optime omnia a` ſe producere.
Deum, qui uniuerſum mundum regit, partes quoq; neceſſario procurare.
Nullam rẽ bene agere, qui negligit minima.
De arbitrii libertate.
Platonem cum Dauid propheta quibuſdam in locis conuenire.
Singula ad uniuerſi ſalutem ordinata eſſe.
Iacturam partium, quæ toti conferat, non eſſe iacturam.
Neminem ſibi ſoli eſſe natum, ſed uniuerſo.
Platonicos hoc maxime obiicere Ariſtoteli, q̃ de prouidentia male ſenſerit. Cap. VIII.
¶ Quo modo Plato de fato locutus ſit.
Voluntatem humanam liberam eſſe, & neceſ ſitati fati minime ſubiacere.
Chaldæos omnia ſtellarũ motibus tribuere.
Libertatẽ arbitrii noſtri potius eſſe ſeruitutẽ.
Quam poteſtatem habeant ſuperiora in cor pora humana.
Pulcherrima ſentẽtia Iamblichi Platonici de duabus animis.
Platonẽ duobus modis accipere prouidentiã.
Pulcherrima Procli ſentẽtia, quo modo Deus intelligat, & quod diuina cognitio neceſſa ria non tollit rebus contingentiam, & pro priam naturam.
Ariſtotelem nomine quidẽ fati uſum, ſed qd ipſum ſit, non dicere.
Concordiam partium mundi cauſam eſſe, qd & locis, & temporibus diuerſis eadem fæ pe contingant. Cap. IX.
¶ Quæ ſit de principiis rerũ naturalium Pla tonis ſententia.
Parmenidem, & Meliſſum licet de ente intel ligibili non phyſice, ſed theologice locuti ſint, tamen tanquam de naturalibus differẽ tes ab Ariſtotele reprehendi.
Cur Ariſtoteles contra animi ſententiam ad uerſus antiquos ſcripſerit.
Quo modo intelligatur, quod Plato naturali um rerum principia in figuras planas reſol uebat, & lineas.
Argumentum Ariſtotelis non ualere cõtra po nentes figuras naturales non mathemati cas.
Secundum Platonem principium principio rum Deum noſſe, & eum hominẽ, qui deo cariſſimus ſit.
Ariſtotelem de principiorũ dubitatione cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Platone consentire.
Philosophos ueteres non ita audaces fuisse, ut rex oium tenere se causas existimarint.
Tandiu seruãda doctorum inuenta, donec inueniãtur meliora. Cap.X.
¶ De Parmenidis, & Melissi ente intelligibili non physice, sed theologice disputato.
Versus Parmenidis de uno ente infinito.
Eiusdem uersus de ente finito.
In ente ītelligibili ueritatem esse. In rebus naturalibus homines falli.
Res naturales opinabiles potius appellandas esse q̃ scibiles.
Versus Parmenidis de elementis rerum.
Melissi uerba de entis immobilitate.
Disputationem immaterialis & simplicis entis ad physicum non pertinere.
Aristotelem undecimo diuinarum rerum cũ Parmenide & Melisso sentire. Cap.XI.
¶ Epilogus libri secundi. Cap.XII.

LIBER TERTIVS.

¶ Argumentis, quibus tanquã ex opinione Aristotelis usus est aduersarius, separatim respondendum esse, id'q; scholastico, & dialectico more faciendum, sepositio omni ornatu, atq; artificio orationis. Cap.I.
¶ Plures a` Platone constitui deos eo ordine, ut secũdus a` primo, tertius a` secundo, & reliqui deinceps procedant, non modo consentaneum esse naturæ, sed etiam Aristotelis, & aliorum nobilium philosophorũ sententia constare.
Auicennam affirmare a` prima intelligentia secundam duntaxat prodire, illam uero ꝓducere tertiam.
Creaturã creare duplici modo intelligi posse.
Omnia secundum Proclum a` prima causa ꝓduci, & primam causam ipsum bonum eẽ, & quicquid a` secũdis ꝓducitur causis magis a` prima produci. Cap.II.
¶ Positionem Platonis de primo deo nõ uerbis tantum contineri, ut aduersarius ait, sed re ipsa constare, ꝓfirmari'q; ratione, & sanctorum authoritate. Cap.III
¶ Cultum latriæ, quem Plato statuisse uidet' suis diis, etiam ab Aristotele probari, q̃quã neuter sua opinione id fecerit, sed usu communi.
Latriæ nomen in usum specialem diuini cultus fideles transtulisse, cum apud gentiles nõ religionem, sed durius quoddã seruitutis genus significaret.
Multa uocabula alioquin cõmunia, a` nostris ad aliquem specialem usum esse translata.
Ideo morti addictum Socratem, quia communem religionẽ negligere putabatur.
Aristotelem mortuo Socrate, in Macedoniam migrasse, ne illis bis in philosophiam peccãdi occasionem præberet. Cap.IIII
¶ Platonem sub nomine Iouis unum, & primum Deum coluisse.
Iouẽ enim Optimum Maximum, & patrẽ deorum omnium ueteres dixerunt.
Authoritate Pythagoræ, & Varronis illum Iouem colere, qui unum Deum solum sine simulachro colit. Cap. V.
¶ Falsum esse, & sane` impiũ, qđ aduersarius asserit Platoni, quia secundos, & tertios coluit deos, serpentes etiam, & alia monstra colere debuisse, cum quæuis creatura in infinitum distet a` creatore.
Creaturam ad creatorẽ respectus bifariam intelligi posse.
Deum nõ quatenus infinitæ simpliciter potentiæ est, creare, sed quatenus sua potentia cõmensuratur rei creandæ.
Non ratione simpliciter infiniti, sed termini sui creaturam unam ab altera magis, aut minus a` suo creatore distare. Cap. VI.
¶ Non modo Platonem, sed etiam Aristotelem dæmones coluisse, non quales nũc diabolos dicimus, ut aduersari⁹ putat, sed naturas quasdã aereas diis ignobiliores, hominibus uero nobiliores.
Homerum siue beneficio naturæ, siue a` Moyse propheta edoctum lapsum luciferi, quem Atam appellat, descripsisse. Cap.VII.
¶ Nõ modo Platonẽ, sed etiã Aristotelẽ q̃dã sumpsisse a` poetis, nec id uitio dãdum esse.
Quæ recte, honeste'q; a` poetis dicta sunt, hæc obseruari Platonem iubere, quæ uero turpiter ficta sunt, ueluti pestem uitari.
Censuisse Platonem poetas ciuitate pellẽdos esse. Homerũ etiã aliquãdo reprehendisse.
Omnem fere` theologiam Platonem ex sacris literis Ambrosii, Augustini, Cyrilli, & Eusebii sententia, sumpsisse. Cap.VIII.
¶ Minime reprehendendum esse Platonem, si uel fingit aliqua se accepisse a` muliere, qđ in dialogis licet, uel uera refert, cum mulieres etiam constet multa diuinitus posse referre. Cap.IX.
¶ Falsò argumentari aduersariũ cœlestia corpora, ideo coli ab homine nõ debere, quia secundũ Aristotelem corpora cœlestia ad finem sunt, homo uero sit finis. cum cõstet Aristotelẽ in sexto ethicorum, cœlestia corpora longe hominibus anteferre, Eundem in libro de mundo ad regem Alexandrum dispositionem totius orbis ad primam causam referre.
Aristotelis sententia id corpus, qđ prope` Deũ est, dei uirtute maxime frui.
Rẽ alterã duob⁹ modis ad alteram ordinari.
Cœlum secũdum Aristotelem esse animal immortale, atq; diuinum.
Alterũ altero nobilius esse, aut sua forma, aut suo inuicem respectu.
Finem bifariam accipi, aut perfecti'ue pro bono, & appetibili, quo perficitur id, a` quo appetitur, aut effectiue pro effectu, quo homo, aut equus, aut arbor, aut tale quid est, quod effectum est.
Finem item in rebus naturalibus accipi, aut p se ratione effecti operis, aut ad aliud, ad qđ scilicet refertur.
Non esse inconueniens finem duplicem, aut multiplicem esse eiusdem numero, ratione diuersa.
Cœlum ordinatum, quidẽ ad hominem esse, sed ut superius, non ut inferius.
Hominem cœlo nobiliorem esse, nihil aliud est dicere, q̃ id postq̃ hominẽ generauit, nobilius esse se ipso non dum hoíe generato.
Cum duplex sit finis, quem, & cui, hominẽ qui dem finem esse cui, nam finis quem cœlesti um homo est. Cap.X.
¶ Falsum esse, quod aduersarius asserit, uelle Aristotelem, ut primus motor nullo modo sit motor appropriatus primo mobili, neq; moueat primum mobile immediate effecti ue. Id'q; probari Auerrois, & aliorum expositorum sententia.
Solutio septẽ argumẽtoꝝ aduersarii. Ca.XI.
¶ Confutatio & solutio alterius argumenti, quo aduersarius arguit primum mouẽtem esse uitam optimam, & uitam eius esse totã simul, cæterarum uero intelligẽtiarum minime totam simul esse, secundum Aristotelem, quod falsissimum est, & ideo ipsas ītelligentias non esse æternas.
Intelligentias omnes secundũ Aristotelis sententiam æternas esse, nec successionem ullam pati. Cap.XII.
¶ Falsum eẽ, quod Aristoteles, sicut aduersarius refert, dixerit omnia ex nihilo a` Deo producta. Atqui Platonem uere sensisse primũ principium, non per se ipsum, sed per alteꝝ creasse mundũ, quod religioni nostræ consentaneum est, quæ uult omnia per filium a` patre creata esse. Cap.XIII.
¶ Qui ītерpretati sũt apud Aristotelem Deũ non uitam, sed animal esse, haud male interpretatos esse, ut aduersarius putat, sed bene, excusandum'q; potius esse ī ea parte Aristotelem, ut Thomas existimat, q̃ damnandũ, ut censet Albertus. Cap. XIIII.
¶ Mysteriũ trinitatis neq; ad Platonem, neq; ad Aristotelem referẽdum esse, Siqua tamẽ apud hos philosophos eius rei significatio est, esse potius apud Platonem.
Impossibile esse trinitatem naturali rõne cognosci, sed dũtaxat sacris authoritatib⁹ probari posse.
De uestigio quo modo a` theologis accipiat', & quid sit.
Quæ sit inter uestigiũ, atq; imaginẽ differẽtia.
Probari aliquid per effectum bifariam posse.
Cum Paulus dicit inuisibilia dei cognosci ex rebus creatis, unitatem Dei intelligere, non trinitatem. Cap.XV.
¶ Platonem teste Augustino, patrẽ & uerbũ in unitate essentiæ statuisse. Eundem secundum Thomã appropriata diuinis personis intellexisse, sacris literis in Ægypto edoctũ, Tres etiã substãtias realiter distinctas ad eũ referri, quẽ Porphyri⁹ est secutus. Ca.XVI.
¶ Falsum esse, qđ aduersari⁹ inquit, uestigiũ satis esse ad trinitatis cognitionẽ, id'q; & ratione, & sanctoꝝ authoritate ostendi.
Aduersarium manifeste sibi cõtradicere, cum hominem post peccatum per fidem potius, q̃ per uestigiorum cognitionem intelligere trinitatem uelit, & tamen Aristotelem, qui fide caruit, dicat per uestigia trinitatem cognouisse. Cap.XVII.
¶ Falsum esse, quod ait aduersarius tres dimẽsiones corporis realiter distĩctas facere unũ sine compositione, & dimẽsiones corporis certius nos ad trinitatis cognitionẽ ducere, quã animę distĩcta, eadem'q; unita ratio. quod & rationi, & sanctissimorum uirorum authoritate repugnat. Cap.XVIII.
¶ Confutatio, ac solutio multoꝝ, quæ aduersarius collegit, ut ostẽderet Aristotelem trinitatis diuinæ cognitionem habuisse, cum id principiis eius sit plane` contrarium.
Formam, quæ nõ nisi in materia esse potest, secundum Aristotelem communicari pluribus eiusdem speciei indiuiduis posse, formã autem, quæ in materia non est, cõmunicari non posse. Item plures fore motores, si plures essent mundi, nõ autem posse distingui numero nisi materiam habeant.
Secũdum Aristotelem causam multiplicationis indiuiduorum duntaxat esse, ut species conseruetur.
Principium primum, & unum eẽ plene perfe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctum, & sua ipsum ratione sufficiens.
De triplici usu articuli apud græcos.
τἀγαθὸν in principio moralium Aristotelis ipsum bonũ potius, q̃ summum bonum interpretandum esse.
Falsò dici nõ aliud eẽ naturã, q̃ deũ. Ca. XIX.
¶ Confutatio, & solutio octo argumẽtorum aduersarii, quibus demõstrare se putat, Aristotelem uoluisse mundum ex nihilo esse productum.
Sententia Aristotelis nõ modo ex nihilo productum esse mundum, sed nullo modo esse productum.
Apud Aristotelem pro principio haberi, nihil fieri ex nihilo.
Mundum esse ingenitum, sempiternum, & necessarium secundum Aristotelem.
Auerroẽ aperte tenere, q̃ ex nihilo nihil fiat, & contrarium tenentes reprehendere.
Auicẽnam ab Auerroe reprehendi, q̃ ex nihilo aliquid fieri posse contra philosophorũ sententiam existimauerit.
Alberti sententia nõ posse a` principiis Aristotelicæ disciplinæ accipi productionem rei ex nihilo, quod etiã Ericis, & diui Thomæ sententia confirmatur. Cap. XX.
¶ Confutatio & solutio argumentorum aduersarii, quibus ostẽdere nititur secundum opinionem Aristotelis mundum produci, et depẽdere ex prima causa, nõ natura, aut ulla necessitate, sed libera Dei uoluntate.
Aduersarium nec uerbis Aristotelis, nec ullo dicendi modo illius uti.
Aristotelem, & Auicennam secundum sententiam Scoti, statuisse Deum necessario se habere ad omnia exteriora.
Rationes philosophorum, quas adducit Scotus ad probandum Deum agere ex naturæ necessitate, quod etiam Ericis Candauẽsis authoritate probatur, & Alberti magni.
Sentẽtia diui Thomæ noluisse Platonẽ mundum a` Deo creatum, ex materia præexistente, ut aduersarius putat. Caput. XXI.
Platonẽ optime disseruisse de animæ immortalitate, ita, ut secũdum Albertum rationes eius paucis mutatis, demonstrationes uideri possint. Aristotelem uero secundũ Themistium, Alexãdrum, Auerroem, & alios, aut unicam esse animam omnibus ingenerabilem, & incorruptibilem sensisse, aut primum Deum esse intellectum agentem, qui illuceat omnibus, & separabilis, atq; ícorruptibilis sit, animam uero humanam generari, atq; corrumpi.
De uehiculo animæ quid Plato senserit.
Solutio argumentorum aduersarii, quibus probare nititur Aristotelem animæ immortalitatem posuisse.
Incorruptibilem intellectum trifariam accipi posse.
Quo modo intelligatur illud Aristotelis separari hoc ab hoc, tanq̃ perpetuum a` corruptibili.
Reprehẽsio aduersarii, q̃ neminem dicat Aristotelis sentẽtiã intellexisse se uno excepto.
Quæ de compositione animi ex ítellectu possibili, & agente essentialiter, & de compositione intelligentiarum similiter scribit aduersarius tanquam primus earum rerum inuentor, hæc ab Auerroe primo scripta esse.
Argumẽta, quibus hæc probare nititur aduersarius, & eorum cofutatio, ac solutio.
Vnanquãq; substantiam abstractam esse sine materia, actionem q̃ eẽ puram sine ulla potentia adesse contra aduersarii sententiam.
Nullam formam abstractam esse compositã.
Nullam esse distinctionem in substantiis separatis nisi ítellectum, & proinde nullam esse diuersitatem partium essentialium componentium.
Licet diuus Thomas ítelligentias citra primã dicat compositas esse ex essentia, & esse, aut ex potentia & actu, nõ tamen intelligendũ cõponi eas ex materia & forma. Ca. XXII.
¶ Confutatio aduersarii dicẽtis plura eiusdẽ speciei indiuidua esse posse in substãtiis intelligibilibus, & in mundo intelligibili secũdum Aristotelem. Cap. XXIII.
¶ Confutatio alterius partis, in qua aduersarius dicit, q̃si ex Aristotelis opinione, quem admodum in substantiis corporeis, quædã formæ totam materiam perficiũt, ita, ut nõ nisi unum indiuiduum sit in specie, quædã autem non totam perficiũt, ideo q̃ plura in eadem specie indiuidua sunt, sic in mundo quoq; esse intelligibili. Cap. XXIIII.
¶ De tribus erroribus aduersarii, q̃ animas dicat indiuiduari per materiam, quam intellectum possibilem esse dicit, q̃ animas indiuiduari p inclinatiõem ad corpora diuo Thoma authore, q̃ eandem esse dicat compositionem ex esse, & essentia, quæ est ex materia & forma.
Quid essentia sit secundũ Thomã. Cap. XXV
¶ Non esse culpandum Platonem, ut aduersarius censet, q̃ animum constitui dicat ex elemẽtis, & linea recta in circulum flexa, ex eodem q̃ circulo duos produci, quorum ex altero septem productos circulos naturæ animæ tribui. Cap. XXVI.
¶ Cõfutatio,
¶ Confutatio, ac solutio trium argumentoꝝ aduersarii, in quibus probare nititur, quasi ex Aristotelis sentẽtia, animam esse immortalem, atq; æternam parte post, Item eandẽ cum corpore esse incipere, & tamen non incipere esse per generationẽ, sed per creationem a` Deo ex nihilo.
Aduersarium sensum Aristotelis in libro de anima conuertendo peruertere. non enim intellectum innasci in corpore ab Aristotele scribi, sed contingere, aut superuenire, qđ in libro de generatione animalium dixit de foris ingredi. Cap. XXVII.
¶ Non esse reprehẽdendum Platonem, ut ad uersarius facit, q̃ uel animã dixerit corporibus præexistere, quod etiã Aristoteles uidetur sentire, uel scire hoís esse reminisci.
Quo modo ítelligẽdũ sit illud Aristotelis. Intellectũ eẽ ueluti tabulã rasã. Cap. XXVIII
¶ Falsum esse, quod aduersarius affirmat, prouidentiam secundum Aristotelem, nõ modo usq; ad lunam, sed etiam ad ea, quæ inferiora sunt, se extendere, etiam minima, atq; terrestria.
Prouidentia quid sit. Cap. XXIX.
¶ Mẽtiri aduersarium de Platone, q̃ nullam esse prouidentiam putauerit, sed omnia fieri necessitatate stellarum.
Non ideo res necessario fieri, quia a` Deo præscitæ fuerint. Cap. XXX.
¶ Impie dici ab aduersario res nõ ideo esse futuras, quia Deus præuidit, sed ideo Deum præuidere, quia futuræ sint. Cap. XXXI.

LIBER QVARTVS.

¶ Platonem ab omni uoluptate mundum, intemeratum q̃ fuisse.
Platonis uitam fuisse continentissimam.
Platonẽ copiosius omnibus, & melius de uirtute disputare.
Poetas, & legumlatores a` Platone reprehẽdi, q̃ aditum patefecerint uoluptati.
Libros turpes a` pueris minime legendos.
Platonem tertio de repub. ad cõtinentiam iuuenes exicitate.
In quibus Plato Homerum arguat, ubi eum commendet.
Quales esse debeant ciuitatis custodes.
Quæ fingenda sint in pueritia, quæ non.
Cognoscere uitia oportet, non æmulari.
Quare Marti sit adiuncta in fabulis Venus, & plus licentiæ militibus, q̃ cæteris hominibus dari.
Qualem Plato principem uelit constitui.
Triplicem esse uoluptatem secundum Platonem, & uoluptatem eruditionis esse amœnissimam,
Platonem naturalem coniunctionem admittere, turpem detestari, & eam duntaxat maris & fœminæ cõiunction em probare, quæ procreandę sobolis gratia fiat,
Quo modo uenereis utendum sit.
Singulis hoíbus duos comites amẽtes esse.
Spei nomen communem esse ad timorem, & fiduciam.
De duplici genere uitæ, & iustos quidem esse felicissimos, uoluptati uero deditos esse miserrimos.
Quibus officiis animus colitur, quibus uitiis corrumpitur.
Plus esse uoluptatis in temperantia, plus doloris in luxuria.
Homines uoluptatũ uictores esse felices, molles esse miseros.
Non a` maribus solum, uerum etiam ab innuptis fœminis abstinendum.
Concubitores masculorum, & innuptarũ capite damnandos.
Adulterum impune a` uiro posse occidi.
Quales esse debeant obstetrices.
Hominem luxuriæ deditum pecudi similẽ eẽ.
Expetendam esse temperãtiam, siquis optet felicitatem.
Omnes Platonis libros ad uirtutem hortari, a` uitiis retrahere.
De ortu, & incunabulis Platonis.
Socratis somnium de Platone.
Cur Plato in academiam locum insalubrem, ac pestilentem se receperit.
Quomodo sit intelligendum mortem a` philosopho expetendam esse
De duplici mortis genere.
Augustini de Platone præclarũ testimoniũ.
Platonem cœlibem, ac castum semper uixisse.
Platonem naturæ sacrificasse, quasi piaculum commisisset, q̃ liberos, non procreauerat.
Demodestia, & grauitate Platonis etiam ab incunabulis.
Raro subridere, ridere nunquã uisum esse Platonem.
Sine mercede Platonem docuisse.
Quàm iræ pepercerit Plato.
De somno, & uigiliis Platonis.
Nocte surgendum ad res agendas.
Immodicum somnum & corpori, & animo obesse. Caput I.
¶ De amore, & eius differentia.
Amorem castum in sacris literis celebrari.
Bonos recte, syncerẽq; interpretari, malos ne-

quiter.
Socratem reprobare Lysiæ oratoris de turpi amore sermonem.
Quo modo Phædrum amauerit Plato.
Qui sit animus uere felix.
Qui non sint beati, quãquam infelices, ac miseri non sint.
Animos post.x.millia annorum eodem, unde uenerint, redire.
Qualis sit dialogorum forma.
Quibus personis soleat Plato sententiam suã in dialogis explicandam committere.
Quem amorem Plato laudet.
A definitione semper incipiendum esse.
De partu quodam amoris.
Labores, & pericula propter gloriam suscipi.
Quæ sit optima ratio amoris.
Epigramma Platonis. Cap. II.
¶ De communi usu mulierum.
Vsum communem mulierum perdifficilem esse non ignorasse Platonem.
Quid optimum in republica, quid pessimum.
Quo modo conducat Resp. communicatio uxorum.
Aristotelis argumenta contra hanc Platonis opinionem.
Responsio ad argumenta Aristotelis.
Vnde labefactetur sępenumero Resp.
Platonem non multum in hac parte dissentire ab Aristotele.
Aristotelem magis sequi, quæ sensibus exposita sunt, Platonem, quæ intellectui.
Quo modo res, quæ aliena est, propria fiat.
Ciuitates nõ posse felices esse, nisi philosophi dominentur.
Quo meliori natura sit, eo peiorẽ fieri hominem, nisi recte instituatur.
Cur magnæ labes accidere soleãt ciuitatibus.
Platonem nõ in omnibus libris communem mulierum usum probare.
Eundem non qualitatis, sed quantitatis ratione unum accipere.
Quæ animalia unum habeant commune negotium.
Apud multas nationes rem uxoriam communem fuisse.
Massagetas cõmunibus usos fuisse uxoribus.
Nasamones usos communiter matrimoniis.
Thracum uirgines fuisse communes.
Brachmanes Persarum sapientes uxores communes habuisse.
Aethiopes nõ ducere uxores, sed mulieres habere communes.
Troglodytarum & mulieres, & liberos communes esse.
Apud Romãos, & græcos usum mulierum aliquando communem fuisse.
De uaria hominum consuetudine.
Massagetas, & Indos patres occidere, & esse.
Nouercas apud Persas priuignis nubere.
Apud Aethiopes infamẽ esse, siqs capitis reus e patria fugiat.
Quale præceptum dabant Lacænæ matres filiis in aciem proficiscentibus.
Nonnullas gentes propalam coire.
Apud græcos turpe, & irreligiosum haberi, si quis matrem & filiam patri, & filio, uel duas sorores, duobus fratribus matrimonio iũxerit. Cap. III.
¶ Iniuste obiici Platoni, quod ad uoluptatẽ, luxuriam q; iuuentutem hortetur.
Platonem fortitudinem ponere non modo in rebus horrendis, sed etiam in uoluptatibus superandis.
Oportere uiros etiam in uoluptatibus exerceri.
De duplici genere timoris.
Malorum etiam notitiam haberi debere, ut uitari possint.
De liberis educandis.
Animos iuuenum facile quoscunq; mores imbibere, & pertinacius retinere. Cap. IIII.
¶ Quo modo Plato mares, ac fœminas nudos exerceri uoluerit.
Minoem, & Lycurgum non minus mulieres, quam uiros palęstra exercuisse.
Cur uirgines debeant nudæ exerceri.
Quid recta educatio iuuenum boni afferat.
Gorgonis uxoris Leonidæ perpulchrum responsum.
De saltatione multa, & q; saltatio ad matrimonia concilianda non parum conferat.
Rerum omnium ortum plurimum ualere ad frugem, ac finem commodum afferẽdum.
Qualis debeat esse iuuẽtutis custos. Cap. V.
¶ Falso obiectam esse Platoni abrogatiõem legis Laiæ.
Platonis sententiam de amore cum Lycurgi lege conuenire.
Quibus mulieribus, & quo modo Plato commisceri uelit.
Quibus remediis uenus coerceat. Cap. VI.
De breuitate matrimoniorum, paucitate liberorum, & patrimoniorum tenuitate.
Qualem rempublicam Plato describat.
Non minus, q; duos liberos procreandos esse.
An nouerca liberis superducenda sit.
Ante trigesimum annum non esse ducendam uxorẽ, & ante decimumoctauum annum minime nubendum.
Ex connubio iuuenum debilem, atq; imbecillam

lam prolem creari.
Interpretatio sententiæ Aristotelis de matrimonio.
Cur opes improbet Plato.
Bonam non opulentã oportere esse ciuitatẽ.
Non posse eundem & ditissimum esse, & optimum.
Quantam deceat esse magnitudinẽ ciuitatis.
Aristotelis sententia de magnitudine ciuitatis in repub. uitanda.
Nimium numerũ ordinem seruare nõ posse.
Immẽsum oportere esse agrum, qui militum quinq; millia alat.
Non minus ab Aristotele, q̃ à Platone aduersarium dissentire. Cap. VII.
¶ De Milciade, Cimone, Themistocle, & Pericle Athenienśium oratoribus.
Non modo bona agenda pro patria, sed etiã bene agenda.
Qualem secũdum Platonem esse oporteat gubernatorem ciuitatis.
De duplici opera animo adhibenda.
Quibus uitiis Atheniẽses periere.
Milciadem, Cimonẽ, Themistoclem, & Periclem nauali tãtũ industria Atheniẽses exercuisse, terrestres pugnas contempsisse. Cap. VIII.
¶ De ebrietate, quam cõcessisse Plato uidet, & q; nihil dignum effici posse existimauerit sine mathematicis disciplinis.
Falso calumniari aduersariũ, q; Plato se Deũ fecerit.
Lycurgum de conuiuiis legem tulisse.
Sodalitates Catone quæstore Romæ institutas.
Platonem Eudemi testimonio primum distinguendi rationem comperisse.
Non statim laudandum, aut carpendum esse quemlibet morem.
De eruditione liberali, atq; illiberali.
De duobus malis comitibus hominum.
Duo esse, ex quibus uictoria comparetur.
Vini auxilio facile animos perspici.
Primum sensum puerorum eẽ uoluptatem, et dolorem.
Prudentiam uix in senectute percipi.
Quid prosint feriæ, & dies solennes.
Iuuentutẽ nõ posse corpore, & lingua qescere.
Cætera animantia sensu ordinis, inordinationis q; carere.
Cur Apollo, & Liber pater comites sint celebritatum.
Chorus unde dicatur.
De cantus, & saltationis utilitate.
Plurimum interesse inter bona, beneq; agentem, & eum, qui bona amet, exercere tamẽ nesciat.
Non esse permittendum poetis omnibus modulis uti.
Quid senibus conferãt certaminũ exercitia.
Diuersos ludos, diuersis ętatib⁹ magis placere.
Quales ludorum iudices esse debeant.
Quare ludi, & modulæ sint iuuenibus adhibendi.
Non licere poetis ipsorum arbitrio docere, sed iudicum.
Quæ uulgo appellantur bona, non esse bona, nisi coniuncta cum iustitia.
Felicitatem cum iniquitate, & contumelia esse non posse.
Bonum omne iucũdum esse. Malũ anxium.
Hominem solum inter animantes ordinis sensum habere.
Iuuenes usq; ad. XVIII. annum abstemios eẽ oportere.
A decimo octauo anno ad trigesimũ modico uino utendum.
Aetati seniori plusculum uini concedendum.
Quæ musa sit pulcherrima.
Rei naturam in omnibus perdiscendam ei, q recte uelit iudicare.
Cur seniores musicæ peritos esse oporteat.
Nihil bonum uideri posse absq; bono gubernatore.
Qualem esse conuiuii magistrum oporteat.
Quibus deneganda sint uina.
Quo modo ueteres in musica iuuenes exercere sint soliti.
Medicos aliquando uinum usq; ad ebrietatem commendare.
Vsum uini militibus omnibus a Platone interdictum fuisse.
In procreatione liberorum uino abstinẽdum.
Platonem uinum Deum furentem appellare.
Apud ueteres ineruditos habitos esse, qui musicam ignorarent.
Cęrimonias olim cũ saltatione institutas esse.
Indos saltando solem salutare.
Æthiopes cum saltatione præliari.
Pythagoram plurimum musicæ indulsisse.
Alexandrum Macedonem ex Timothei tibia uarie incitatum. Cap. IX.
¶ Platonem nequaquã tyrãnidem probasse, ut aduersarius calumniatur.
Regis imperium a Platone probari.
Optimates labi in factiosos, quorum imperiũ ὀλιγαρχία dicitur.
Imperium in tyrannum lapsum ad regem artificio reuocari.
Qualis esse debeat bonus artifex ciuitatis.

Quid tyranni nomen significet.
Quanto odio apud ueteres fuerit unius imperium.
Cur Plato unum principem uelit.
Summum imperium cum prudentia, modestia'q; coniunctum optimum reipublicæ statum constituere.
Qualem tyrannum expetat Plato.
Platonem recusasse Cyrenensibus leges ferre. Caput X.
¶Iniuste criminari Platonem, q; suas tãtum leges iuuentutem doceri uoluerit.
Quo modo Plato uoluerit iuuenes literis eruditi
Tardos ingenio ad eloquẽtiã aptos non esse.
Lyræ triennio uacandum esse.
Quo` spectent Platonis leges.
Omnia bona legẽda esse siue carmine scripta sint, siue soluta oratione, siue etiam illiterata uoce tradita. Caput XI.
¶Inepte reprehẽdi ab aduersario Platonem, quod scripserit mathematicis erudiendos esse, qui diuini esse uoluerint.
Naturam ducem sequentibus nihil magis opitulari ad cognitionẽ diuinorum, q̃ mathematicas disciplinas.
A` contrario ad contrarium uiam sine medio difficillimam esse.
Quales oporteat esse legum custodes.
De arithmeticæ necessitate. Cap. XII.
¶Confutatio aduersarii Platonem damnantis, quia peregrinos e` ciuitate pellẽdos censuerit.
Quo temperamento utatur Plato circa peregrinos.
Concedit Plato peregrinis XX. annorum habitationem in ciuitate, quam constituit.
Peregrinos omni immunitate donandos Plato existimat.
Talem uoluit Plato ciuitatem, qualẽ Romani senatum. Cap. XIII.
¶Perperam damnari ab aduersario Platonẽ super censuum æstimatione.
Quid sit iustum inęquale secundũ Aristotelẽ.
De duplici æquali eiusdẽ Aristotelis sentẽtia.
Aequum in rerum inæqualium proportione consistere.
Quæ inæqualitas sit causa discordiæ.
De pecuniis quid Plato sentiat.
Quod sit optimum patrimonium.
Disciplinas, & honesta certamina diuitiarum cupiditate destitui.
Cupiditatem errorum omnium causam esse.
Pecunias tertium in bonis locum tenere.
Lacedæmonios tum defeciſſe, cũ spernere Lycurgi leges cœperunt.
Continentiam esse fontem fortitudinis.
Solonis uersus contra diuitias.
Cur Numa Pompilius fictilib⁹ sacrificauerit.
M. Curii præclara sententia de diuitiis.
Aristotelis sententia de diuitiis. Cap. XIIII.
¶Falsum esse, quod aduersarius scribit ideo Græcos periisse, qa Platonis usi sint legib⁹.
Circulum quendam esse rerum humanarum.
Vt singulorum hominum, ita etiam nationũ certam ætatem esse. Cap. XV.
¶Aduersarii magnam esse inconstantiam, q̃ Platonem uituperet, quem aliquando summis laudibus extulerit. Cap. XVI.

LIBER QVINTVS.

¶Procœmiũ, in quo pollicet' author se ex infinitis pene` erroribus, quos aduersarius in libris legum Platonis interpretandis commisit, se quosdam magis insignes notaturum. Caput I.
¶Reprehẽsio, & emẽdatio unius, & quadraginta errorũ aduersari, quos in primi libri interpretatione maximos commisit.
Præclara Platonis sententia, q̃ in rep. bonis legibus potius reconciliandi sint mali, q̃ securi feriendi.
Bellum pacis gratia fieri, pacẽ per se ipsam expeti, atque optari.
Fortitudinem non modo aduersis, sed etiã secundis rebus resistere.
Cum maiori dedecore uinci, qui a` uoluptate superatur, q̃ qui a` dolore. Cap. II.
¶Reprehensio, & emendatio uigintinouem insignium errorum in interpretatione secũdi libri legum. Cap III.
¶Reprehensio, & emendatio undecim magis insignium errorũ in interpretatione tertii libri legum, Cap. IIII.
¶Reprehẽsio, & emendatio quatuordecim magis insignium errorum in interpretatione quarti libri legum. Cap. V.
¶Reprehensio, & emendatio uigintinouem magis insignium errorum, quos in quinti libri legum interpretatione aduersarius magis insignes commisit.
Quo modo amicitiæ & gratæ, & firmæ Platonis sententia constituantur. Cap. VI.
¶Reprehensio, & emendatio duodeuiginti magis insignium errorum, quos idẽ in sexti libri legum interpretatione commisit.
¶Diæta quid sit, & quo modo ab aduersario interpretetur. Cap. VII.
¶Reprehensio, & emẽdatio unius & triginta magis insignium errorum, quos idem in septimi libri legum interpretatione commisit. Cap. VIII.
¶Reprehensio, & emendatio duodeuiginti magis ĩsignium errorum, quos aduersarius in octaui libri legũ interpretatiõe cõmisit.
Qui fruct⁹ rustici a` Platone nũcupẽt'. Ca. IX.
¶Reprehensio, & emẽdatio tredecim magis ĩsignium errorum, quos aduersarius in noni libri interpretatione cõmisit. Cap. X.
¶Reprehensio, & emendatio trium magis insignium errorum, quos aduersarius in decimi libri interpretatione cõmisit. Cap. XI.
¶Reprehensio, et emẽdatio septendecim magis ĩsignium errorum, quos aduersarius in undecimi libri interpretatione commisit.
Perquam pia Platonis sententia de cultu parentum. Cap. XII.
¶Reprehensio, & emẽdatio tredecim magis insignium erroꝝ, quos aduersarius in duodecimi libri legum interpretatione commisit. Cap. XIII.
¶Reprehensio, & emẽdatio uigintiquatuor magis insignium errorum, quos aduersari⁹ in tertiidecimi libri legum interpretatione commisit. Cap. XIIII.

LIBER SEXTVS.

¶Procœmium libri, in quo continetur, q̃ Plethon Constantinopolitanus contra Aristotelis sententiam, naturam & artem asserue rit omnia cõsulto agere, & argumẽta Theodori Thessalonicensis aduersus ipsum Plethonem. Cap. I.
¶Licet de natura & arte utrũ consilio agant, magna inter Platonem, atq; Aristotelẽ esse dissensio uideatur, tamen siquis diligentius animaduerterit, eos nihil fere` inuicẽ discrepare cognoscet.
Quod natura alicuius causa agat inter Platonem, atq; Aristotelem conuenire.
Naturam non esse primam rerũ causam secundũ Platonem, sed esse aliam causam naturapriorem, & longe nobiliorem.
Aliquid tẽdere ad finem duobus modis dici.
Naturam causam esse instrumentalem.
Vnde oriatur perdifficilis illa, & perobscura quæstio de ideis, & in quo maxima sit inter Platonem & Aristotelem differentia.
Non ideo existimãdum nullum in arte consilium esse, qa habitus sit actiuus nõ actiuus.
Quę sit inter agere & facere differentia.
Ea, quæ ad artis finem pertinent, & genere cognita esse posse, & specie. quæ autem genere cognita sunt, eadem specie quoq; cognita esse posse.
Ars quid sit secundum Aristotelis sentẽtiam.
Non de quibuscũq; artibus affirmare Aristotelem, q̃ non consultent, sed de iis duntaxat, quarum subiecta sunt certiora.
Quo modo intelligendus sit Aristoteles, quando dicit artem non uti consilio.
Ab iis, qui Aristotelem negant uelle artẽ cosilio uti, debilitari argumentum illud ipsius Aristotelis, quo probare nititur naturã alicuius causa agere.
Quod sit naturæ consilium.
Cõsilium duplex esse, alterum q̃ ad theologũ, alterum ad moralem philosophum pertinere. Cap. II.
¶Quibus rationibus Georgius Trapezunti⁹ ostendere conetur falsum esse, quod supra dictum est, per eos, qui Aristotelẽ negant uelle artem cõsilio uti. debilitari argumentum ipsius Aristotelis, quo ostendit naturã alicuius causa agere.
Cur motus fuerit Georgius ad scribẽdum contra authorem.
Authorẽ perlibẽter audire eos, a` qbus discere aliqd possit etiã si sint pauꝝ amici. Cap. III.
¶Confutatio eius rationis, qua aduersarius dicit aliud esse aliquid ratione agi, aliud alicuius causa agi, cum ratio ipsa nihil aliud possit esse, quam causa.
Quod alicuius causa agitur, non ratione solũ humana, sed etiam naturali agi posse.
Duplicem esse rationem, alteram, quæ menti tribuitur, alteram, quæ naturę.
Aristotelem, & si consilium naturæ nõ nominet, rationem tamen expresse fateri, qua naturaliter oĩa perfici existimat.
Sententia ipsius Aristotelis rationem finẽ esse, cuius causa agitur, non materiam, ut aduersarius sentit.
Causas secundum Aristotelem esse quatuor, Rationem uero unam esse causam finalem seu formalem. Cap. IIII.
¶Cõfutatio alterius rationis aduersarii, qua dicit naturam nihil consultare, quanquam alicuius causa agat, cũ longius se extẽdat alicuius causa agere, quam consultare.
Consilium modo ad intellectum humanum, modo ad diuinum sententia doctissimorũ uirorum referri.
Platonicos naturam non sua intima facultate uel agere, uel cõsultare, asserere, sed hæc mẽti tribuere, siue intellectui exteriori.
Rationem consultandi exteriorem in natura, etiam ab Aristotelicis non tolli.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Impie damnare Georgium eos, qui in deo cõsilium esse dicunt, cum sanctissimi nostrę religionis uiri contrarium & sentiant, & prędicent. Cap. V.
¶ Confutatio alterius partis, in qua aduersarius inepte fatetur, Aristotelem consultare artem uoluisse, cum potius Aristoteles exẽplo artis non consultare naturam conetur ostendere.
Quod Aristoteles senserit cõtra aduersarii sententiam, artem non consultate, omnium expositorum suorum sententia comprobari.
Per authorẽ concordare potius inter se utrũq; philosophum, quàm ut alterum reprehẽdere conetur. Cap. VI.
¶ Responsio ad interrogationẽ Georgii utrũ mens, & natura idem sint. Vbi hæc longe inter se differre latissime declaratur.
Confutatio eius argumenti, quod affert Georgius naturam, si instar instrumenti, moueretur, & moueret, necessario prius actu esse oportere. Cap. VII.
¶ Duplicem esse naturã agentem, Themistii, & aliorum peripateticorum authoritate.
Authoritate Simplicii, & Procli probari naturam causam instrumentalem esse.
Aliis placere simplicia corpora per se moueri, & in se principium motus cõtinere, aliis nõ per se, sed ab alio, & extrinsecus moueri.
Formam quamuis non sit principiũ unde motus, esse tamen principium ut finis, & cuius gratia agitur, quod proprie principium est.
Duobus modis dici rẽ naturalem. Cap. VIII.
¶ Epilogus libri, quo ostenditur nõ recte dissuadere Georgium a` lectiõe Platonis, quẽ alioquin omnes latinæ linguę doctissimi uiri longe cæteris omnibus philosophis anteponunt. Caput. IX.

FINIS

BESSARIONIS CARDINALIS NICENI, ET PATRIARCHAE CONSTANTINOPOLITANI IN CALVMNIATOREM PLATONIS LIBER PRIMVS.

Quæ causa authorem ad scribendum impulerit.
Confutatio de tribus uitiis obiectis Platoni, imperitia, discrepantia a` christiana religione, & uitæ turpitudine.
Reprehensionem Platonis fidei Orthodoxæ magnum detrimentum afferre.
Cur a` nostris doctoribus in primis Platonis testimonia citentur.
Detrahentes Platoni infidelium impietatem adiuuare.
Nostræ ætatis latinos pauca habere Platonis opera, & raro ea legere.
Maiores nostros Platonem omnibus philosophis præposuisse.
Qui sit ordo, & series totius operis. Caput Primum.

INCIDIT NVPER IN MANVS NOSTRAS LIber quidam, qui Platonis, atq; Aristotelis comparationem pollicebatur. Eum mox libenter auide'q; amplexi, posthabitis cæteris rebus, incredibili desyderio legere orsi sumus. Sperabamus enim fore, ut utriusq; philosophi, siue de rebus naturalibus, siue diuinis, siue iis, quæ ad mores pertinent, siue ad differendi rationem, quã uocant logicen, expositionẽ aliquã, comparationem'q; inueniremus, quomodo inuicem duo summi uiri aut conueniant, aut discrepent, quibus id rationibus probetur, & utrum prima, an secunda substantia potior sit, quid apud Aristotelem materia, & forma, quid apud Platonem magnum, et paruũ, quo pacto entelechia motui, quo per se anima mouetur, conueniat, An formæ aliquæ separatæ sint, an prorsus inseparatæ q; si separatæ sunt, utrum per se substent, an in secundis animi conceptibus positæ sint. Tum quomodo equiuoce, quomodo uniuoce ens de entibus prædicetur, ut ratio illa diuidendi, quam Plato philosophiæ sepem appellat, idem cũ demonstrandi scientia sit, an diuersum. An mũdi hæc compago ingenita, atq; æterna an genita, fluxa'q; sit, an uero & genita simul, & ingenita, atq; æterna, & quomodo genita, quomodo ingenita, tum hæc, tum anima dici possit. Vtrum præterea deus ipsius substantiæ, an duntaxat motus naturalium rerum causa sit, atq; opifex. Quintum'ne simplicium corporũ dici cœlum oporteat, an unum ex quatuor, quis præterea ultimus hominum finis censeri debeat, uirtus'ne, atq; honestũ, an sciẽtia cõtemplandi. His, aliis'q; huiusmodi summoꝝ philosophorum opinionibus, ne in singulis immoremur, plenum fore librum existimabam. Hoc enim ueteres pleriq; tum græci, tum latini fecere, Platonis alii, Alii Aristotelis rationibus fauentes, & hæc quidem probantes, illa refellentes. Fuerunt etiam qui conuenire inter sese duos philosophos summo ingenio nixi sunt ostendere, ut apud græcos in plerisq;, Simplicius fecit, apud latinos, facturũ se pollicitus est Boetius, an impleuerit, nescio. Nullum enim tale illius opus, ætate nostra, uenit in lucem. Existimabã itaq;, authorem huius libri, quo sibi gloriã apud posteros compararet, & doctrinã suã, ingenium'q; ostentaret, hoc idem fecisse, & uel conciliasse inter sese, duorum philosophorũ opiniones, uel alteri inhærentem, quibus ad id rationibus duceretur, explicasse. Quod si præferendas Aristotelis opiniones, Platonis uero contẽnẽdas, existimaret, causam eius rei demonstratione, ut par erat, ac necessariis rationibus, exposuisse. Lætabar itaq; ea spe, mirum in modũ, & librũ singulari quadam auiditate legebam. Quãuis enim, in ipso fere` primordio iurgiis, ac maledictis plenus occurreret, id tamen æquo animo patiebar, sperãs fore, ut quod optabam, progressu tẽporis appareret. Iam uero, ubi perlecto libro, pro thesauris, quos sperabã, carbones (ut dici solet) inueni, & desyderio frustratus, nihil animaduerti prẽter cõuitia, & ꝓtumelias, & iurgia in Platonẽ. his enĩ dũtaxat, erat liber ille refertus, instar ueteris comœdiæ, immo, ut plane oẽs, quæ unq̃ fuerunt, comœdias excederet, obstupui uehementer tãtæ rei nouitate attonitus. Neq; enĩ fieri posse existimassem, ut tale opus in lucẽ unq̃ prodiret, Aut quisq̃ ex omni hominũ genere, tam aperte & ueritati, & cõmuni omnium sententiæ cõtradicens, non modo nõ erubesceret, sed potius quasi præclaro quodam inuento gloriaretur, & more galli ignobilis, ut Plato inqt, a disceptandi certamine dissiliẽs caneret, gestiret, se'q; ipsum circũspiceret. Quippe Aristotelẽ,

cui Platonem comparat, extollit laudibus, quod quidē reprehēdi nō poteſt. Dignus eſt enim, qui maxime laudetur Ariſtoteles, Platonem uero contumeliis afficit, & iurgiis, maledictiſ'q; p ſequitur, Admiratur Ariſtotelis uitam, doctrinam, eruditionem, ſapientiam, oīum deniq; optimarum artium, diſciplinarum'q; peritiam, quod iure ab eo fieri non diffiteor. Platonē uero, nō modo, quod tolerabile foret, Ariſtotele inferiorem facit, ſed indoctum, ineruditum, nullā philoſophiæ, nullam naturalium, aut diuinarum rerum cognitionem habētem, ignarum artis oratoriæ, mathematicarum diſciplinarum inſcium, omnium deniq; bonarum artium rudem, atq; inexpertum aſſeuerat. Improbum præterea, profuſum, nepotem, & uitiis oībus contaminatū, quæ oīa tribus libris complexus, In primo doctrinæ comparationem facit, nullis prorſus rationibus innixus, niſi q; Ariſtoteles artium præcepta conſcripſerit, Plato minime. propter quod Platonem, eius'q; ſtudioſos inconſtantia abſurda, inepta, cōtraria, ſibi inuicem repugnantia, leuia, ridicula, puerilia ſcripſiſſe, ac diſſeruiſſe commemorat nullis omnino rationibus, nullo ratiocinandi genere uſos opinatur. Secundo libro opiniones Ariſtoteles noſtræ religionis ueriſſimis, optimis'q; ſententiis conſentaneas eſſe conatur oſtendere, ac proinde ueriores, Platonis autē diſſentire noſtris, ideo'q; falſas eē, & a` ueritate prorſus alienas. Tertio uero, atq; poſtremo uitam Platonis cōtinentiſſimam, innocentiſſimam, integerrimam'q; accuſat, ac iurgiis, & contumeliis inſectatur, Pro` ſcelus atq; flagitium, quo mimo, quo paraſito, quo lenone, quo cinædo, quo ſcelerato, flagitioſo, peſtifero, infido, fraudulento, nebulone, profuſo nō turpius, fœdius, deteſtabilius uixiſſe illum affirmat? O' nouum iurgiorum genus, o' iniquas calūnias, & ante hunc dic̄ inauditas. Profecto` ſi affirmari hæc de aliquo poſſent, nemo tamen foret uſqueadeo aut uirtutis expers, aut doctrinæ, qui res adeo fœdas, turpes, flagitioſas, nefandas, uel proloquēdo ora polluere, uel ſcribendo inficere, ac commaculare manus auderet. Heu quid iſte ſceleris in Platonē non euomit? Non'ne ebrietatem obiicit? nō'ne fornicatiōes, adulteria, ſtupra, et nefandos marium concubitus? non'ne ingratitudinem, tyrannidem, uim, rapinas, ſultitiam, legū iniquitatem, & quicquid deniq; dici, aut cogitari dirum, tetrum'q; poteſt? Quod ſi omnes, qui unq̄ omnibus anteactis ſeculis fuerunt, uiros truces, agreſtes, efferos, fœuis, ac teterrimis moribus ſimul collegiſſet, in quos grauiſſime, acerbiſſime'q; inueheret, quid obſecro te, plus haberet, quod aduerſus omnes euomeret hic calumniator, & hoſtis hominū, & nouus Timon, atq; alter Momus? Hæc igitur cum legiſſem, non potui tam iniquam hominis mentem non execrari, eius præſertim, qui mecum familiaritate coniunctus aliquando fuiſſet. Eo autem moleſtius illius iniuriam tuli, quod non modo Platoni, cuius cura haud me uſqueadeo ſolicitaſſet, ſed etiam ſanctiſſimis noſtræ religionis uiris, qui Platonem ſemper magnifecerunt, & cum doctrinam eius, & mores, tum eā, quam in opinionibus cum noſtra fide habet, ſimilitudinem admirati ſunt, non parū dedecoris afferre uidetur, q; talē hominē, qualē hic fingit, uel ignorauerint, uel falſo` contra animi conſcientiam laudare uoluerint, quod certe non eſt uiri boni, & ſapientis, & integri præceptoris officiū. Auget uero magis, atq; magis nobis indignationem, quod ſa uorem, quē noſtra religio ab exteris accipere poteſt authoribus, calūnioſa hæc Platonis reprehenſio infringere, ac debilitare uidetur. Quippe doctores noſtri ſanctiſſimi uiri aduerſus eos, q rectę fidei fundamenta deiicere, & religionem chriſtianā prauis rationibus peſſundare uoluerunt, eam in primis defenſionem rati ſunt optimam eſſe, ſi uerbis authorū, quos ipſi tanq̄ ſapiētes ſectabantur, quaſi quibuſdam telis, eorum tela retunderēt, fidem'q; noſtram illorum præſidio roborarent. Itaq; Platonem in primis quaſi optimum teſtem citarunt, & dictis ipſius, quā tum peregrino teſtimonio fieri potuit, fidem nobis diuinitus traditam confirmauere, ea ratiōe in primis illius authoritatē ſecuti, q; ſimul & doctrinæ, & morum ei palmā tribui ab omnibus ſentiebant. Siquis igitur tam graue Platonis teſtimonium contemnit, ac pro nihilo habet, longe'q; a` noſtræ religionis uſu alienum eſſe exiſtimat, dum eum ignarum, improbum, ſtultū, ſceleſtum, flagitioſum fuiſſe contendit, quomodo doctoribus noſtris, & ueræ fidei propugnatoribus nō aduerſatur, & quaſi acerrimus hoſtis bellum indicit? Aut qui fieri poteſt, quin maximū afferat noſtræ religioni detrimentū, dum exterorum præſidium nobis aufert, quo maxime aduerſariorum uim propellere, ac propulſare poſſemus? Profecto` qui hæc a` nobis auxilia tollit, hic plane` fauere illorum parti uidetur, qui religionem noſtram oppugnat, & quaſi aditū aperire hoſtibus, ut impetu facto, eam depopulentur, atq; deuaſtent. Quapropter fauendum in primis cenſui authoritati ſanctorum uirorum, elaborādum'q; mihi ſummo ſtudio, ut religionem, cuius membrum diuina pietas me eſſe uoluit, pro mea uirili tuear, atq; defendam. Tum etiam Platoni ſuccurrendum, cui tametſi propter doctrinam, morum'q; prę̄ſtantiam nō magis obeſſe linguæ

Georgius Trapezuntius Platonis calumniator familiaris fuit Bessarionis

ſe linguæ procacitas poteſt, q̄ tenuis nubecula radiantē ſolis ſplendorem obſcurare, perabſurdum tamen, & periniquum iudicarem legi hæc ſine contradictione, ab hominibus præſertim latinis, qui aut Platonis opera non habent, aut ſiqua habent in latinā linguam conuerſa, perraro ea legere cōſueuerunt. Atqui Platonis doctrinam uariam, atq; multiplicem, tum diuerſis rationibus, & authoritatem hiſtorię, communi'q; omnium ſententia, tum ipſius operum teſtimonio demonſtrabimus, Morum uero præſtantiam, & integritatem uitæ, non ſolum fama publica, ſed eius ipſius ſermonibus, atq; præceptis oſtendemus, quibus homines hortatur ad bene, beate'q; uiuendum. Hæc enim etſi græcis hominibus cognita, atq; explorata ſunt, a` latinis tamen noſtræ ætatis ignorantur. Nam licet maiores eorum, tam exteri, q̄ eccleſiæ doctores, Platonem cæteris omnibus, in quouis doctrinæ genere longe præferendum, anteponendum'q; cē ſuerint, obſcurauit hæc nihilo minus ſeu uetuſtas, ſeu incuria, & negligentia hominum, ita ut in pauciſſimorum notitiam uenerint. Aggrediar igitur inſtitutum opus, & ipſius (ut dixi) Platonis uerbis rem omnibus ante oculos ponam. Dicam autem ſimpliciter, animo ab omni contentione libero, & ad ſolam ueritatem ſpectante. Nec contumeliis contumelioſum ulciſcar authorem, malo (ut dici ſolet) malum emendans, quin etiam ſcriptoris nomen non proloquar. nec a` me unquam, quis ille fuerit, quiſquam intelliget. Dabo hoc neceſſitudini noſtræ, qua ſimul olim iuncti fuimus, ne fiat noſtra cauſa præſentibus, poſteris'q; inuiſus. Dabo cōſuetudini meæ, qui hanc maledicendi licentiam exhorrui ſemper, atq; execratus ſum, cum præſertim defendenti Platonem nihil hoc præſidii allaturum ſit, nec ſatis ultionis exigi ab aduerſario poſſe uideatur, ſi mutuis cum illo conuitiis egerimus. Nam cum ea Platoni obiecerit, quæ de omnibus, qui unquam fuerūt ſceleſti, atq; peruerſi homines, uix credibilia uiderentur, quid tandem in eum ipſum calumniatorem dici pro merito poſſet? Reſpondebo autem nō ad ſingula, quæ aduerſarius obiecit (Longum enim id eſſet, & pene` infinitum) Sed tria illa, quæ ſupra memoraui, ſummatim attingam. Primo ſapientiam Platonis, atq; doctrinam, mox ſcriptorum eius cū noſtris ſimilitudinem, & argumentorum contrariorum diſſolutionem, Tum probitatem morum, uitam'q; integerrimam explicabo.

Quam ob cauſam Plato de ſummis rebus, aut nihil ſcripſerit, aut per ænigmata ſcripſerit.
Non eſſe argumentum ignorantiæ, nihil mandare literis.
De more Pythagoreorum, & ſilentio.
Pythagoreorum morem, in non diuulgandis myſteriis, cum præcepto euangelico conuenire.
Thami ſententia, non memoriæ, ſed reminiſcentiæ literas opitulari.
Nullum Pythagoræ librum reperiri, & illum quædam a` ſe ſcripta Damæ filiæ mandenda reliquiſſe.
Pulcherrima Lyſidis epiſtola ad Hipparchum.
Morem Pythagoreorum uſq; ad Platonem, etiam ab eo ipſo ſeruatum.
Platonem per nuntium de quæſtionibus maximis potius, quam per ſcripta loqui conſueſſe.
Particula epiſtolæ Platonis ad Dionyſium, cur ſcribi diuina non debeant.
De ſimilitudine Druidum cum Pythagoreis.
Præcepta artium melius memoriæ, q̄ literis commendari.
Quid inter ſermonem interiorem, exteriorem'q; interſit.
Non modo eos, qui ſcripſerunt, colendos eſſe, ſed etiam eos, qui cenſuerunt nō eſſe ſcribendū.
Confutatio aduerſarii, q; Platonem ideo ignarum diſciplinarum probet, quia illarum præcepta non tradidit.
Theophraſtum Ariſtotelis diſcipulum de rebus omnibus & copioſius, & ornatius, quam illum ſcripſiſſe.

Caput II.

Sed quoniam ad oſtendendum Platonis ignorantiam, præcipuum hoc argumentū aduerſarius affert, q; nulla artiū præcepta, ſicut Ariſtoteles fecit, pro cōmuni omnium utilitate cōſcripſerit, Et hac maxima ratione inuehitur in Platonē, ignarum'q; omnium ſcientiarum conatur oſtendere, Primo cauſam cur Plato diſciplinarū præcepta, præſertim de rebus diuinis, uulgo tradenda non duxerit, afferemus, Deinde aliis quoq; rationibus aduerſario reſpondebimus. Conſtat profecto` inter omnes doctos præceptum illud Pythagoreorum, quos ſecutus eſt Plato, in primis obſeruari ſolitum, nequid ex iis, quæ in eorum ſchola dicebantur, in uulgum emitteretur, Auditoribus uero quinquennio integro, nihil

omnino, uel interrogare præceptorem, uel de iis, quæ dicebantur, pconferri licebat. audiebant duntaxat, quæ a' præceptoribus legebantur, & taciti secum uoluebant. Peracto uero quinquennio, qui digni iudicabantur, admittebantur in socios, indigni a' consortio reiiciebantur. Secreta diuinarum rerum, per omnem uitã occulta tenebant, neqd ad exteros, ac minus dignos homines exiret, quæ res similis esse præcepto illi euangelico uidetur, Nolite dare sacra canibus, nec proiiciatis margaritas uestros ante porcos. Quinetiam hæc nõ literis, sed uoce tantum, & præceptores discipulis tradere, & discipulos inter se cõmunicare fas erat, quasi tutius custodiri altiores illæ de rebus diuinis sentẽtiæ possent, si animis non libris continerentur, & studiosi earum rerum doctiores euaderent, dum memoriæ potius qꝫ literarũ præsidio freti, instituta philosophiæ animo, non codicibus cõmendarent. Reminiscendi enim non memoriæ remedium literas esse a' Theut inuentas Thamus ille apud Platonem refert, Sed fieri tamẽ, inquit, ut oblitionem animis eorum, qui aliquid didicerint, afferant literæ, dum homines per negligentiam cultum memoriæ deserunt, & extrinsecus fide ab alienis formulis proficiscente, nõ intrinsecus suis uiribus reminiscuntur. Idcirco opinionem potius, atq; umbram sapientiæ, qꝫ ueram sapientiam auditorum animis recipi, fieriq; pro ueris sapientibus umbratiles. Hæc cum ueritas historiæ satis comprobat, tum inde licet intelligere, qꝺ nulla extant, nec unquã uisa traduntur scripta Pythagoræ. Nihil enim ille scriptum reliquit, & siquid pauxillum scripsit, id Damæ filiæ moriens commendauit, monuitq; ut secretum custodiret. Quod illa, quamuis mulier, diligentissime seruauit, & quanꝯ prægrandi pecunia uendere opusculum potuisset, noluit. Tenuit id clam omnibus præterꝯ patris discipulis, ac nemini quidem eorum opus unquam credidit. Sententias uero eius iis duntaxat exposuit, qui uisi sunt patri Pythagoræ doctrina, & moribus digne successisse. Est enim non mediocri argumento epistola Lysidis, qua ad Hipparchum scribẽs, arguit eum, qꝺ præcepta quędam Pythagoræ tradidisset literis, atq; aliis edidisset. Hanc ego ponendam hoc loco totam existimaui, pergratam simul, atq; perutilem futuram iis, qui sine animi cõmotione perlegerint. Lysis Hipparcho Sal. Equidem post mortem Pythagorę, nunꝯ futurũ existimaui, ut discipulorum eius societas disiungeretur, sed cum præter spem, quasi naufragio facto, alii alio' disiecti, delatiq; simus, nihilo minus meminisse diuinorum pręceptorum illius pium est, Nec bona philosophiæ cum iis communia facere, qui ne somniare quidem animi purificationem potuerunt, Nec fas est ea omnibus porrigere, quę nos cum tot laboribus adepti sumus. Quemadmodum nec profanis hominibus eleusinarum dearum licet arcana patefacere. ęque enim utriq; ista facientes iniusti, atq; impii haberentur. Operæpretium est igitur recensere, quantum temporis in abstergendis maculis, quæ nostris inustæ pectoribus erant, cõsumpserimus, ante quam præcepta illius percipere digne possemus. Vt enim tinctores solent, prius quam telam inficiant, quarundam rerum acrimonia eam purgare, quo facilius colorẽ imbibat, qui aboleri postea nõ possit, Sic uir ille diuinus studiosos philosophię instituere, & quasi formare solebat, nequando frustrari ea spe posset, quam de alicuius uirtute concepisset. Neq; enim doctrinam mercenariam, atq; uenalem habebat, nec iuuenum animis, quod pleriq; philosophiæ professores facere solent, laqueos adnectebat, sed diuinarum, humanarumq; rerꝝ pręceptor erat. Nunc uero pleriq; doctrinam illius simulantes, nullo ordine, nec, ut decens esset, iuuentutem erudiunt. Itaq; procaces, ac temerarios faciunt auditores suos, dum perturbatis, atq; impuris moribus, intemerata philosophiæ præcepta commiscent. Vt enim siquis in prærãltum puteum cœno plenum aquam puram, atq; nitentem effuderit, nihil aliud qꝫ cœnum perturbat, & aquam amittit, ita iis accidit, qui hoc modo docent, atq; docentur. Crebri enim, ac densi uepres, & syluæ frequentes pectus, & præcordia eorꝝ, qui non rite initiati sunt, occupant, Oẽmq; animi cultum, omnem mansuetudinem, omnẽ rationem obumbrãt, atq; impediunt. Subeunt hanc syluam permultæ, ac uariæ belluæ uitiorum, quę depopulantur, arcent, propulsant, nullo modo sinunt in lucem prodire rationem, Quarum belluarum duæ matres sunt, incõtinentia, atq; cupiditas. Hæ partu fœcundissimæ sunt. Incontinentia enim filias parit, illicitas nuptias, ebrietates, stupra, uoluptates contra naturam, uehementes, ac rapidos impetus ad mortẽ usq;, atq; excidium hominem agitantes. Iam enim libidine quidam usqueadeo inflammati fuerũt, ut ne a' parentibus quidem, aut pignoribus abstinuerint. quos eadem, quæ cõtra leges, patriã, parentes, tyrannos impulerat libido, captiuos reuinctis post terga manibus ad postrema supplicia, interitumq; pertraxit. Cupiditatis autem filię sunt rapinæ, paricidia, sacrilegia, ueneficia, et reliqua eius generis. Quamobrem syluam ipsam, in qua huiusmodi affectus, istar belluarum latitant, ferro, igniq;, et omni machinarum genere excidere, ac deuastare primũ oportet. Cumq;

huiusmodi

huiusmodi cultu rationem ab eius affectibus liberatam intellexerimus, tunc ferere optimam aliquam frugem debemus, & optimos, atq; uberrimos fructus inde prouenturos sperare. Hæc tu quidem Hipparche, nõ paruo studio, ac labore didiceras, Sed parum bone uir seruasti, postq; siculam istam luxuriam cœpisti degustare, cuius gratia nihil est, quod postponere debuisses. Multi etiam te publice philosophari nobis retulerunt, quod Pythagoras uetuit, qui, dum moriens commentariolos suos Damæ filiæ commẽdasset, necui extra familiam suam traderet, testamento reliquit. Hęc autem licet prægrandi pecunia uendere illos poterat, noluit, pauperta-tem'q;, & uoluntatem patris, quamuis mulier, omni auro pretiosiores existimauit. Ferunt hoc idem Damam quoq; postea morientem Vitaliæ filiæ suæ mãdasse. Nos autem uirilis sanguis, parum officiosi in præceptorem sumus, Et quæ promisimus, spõte deserimus. Si igitur te emẽ daueris, gratum habebimus, sin minus, instar mortui apud nos eris. Vale. Hic idẽ mos usq; ad Platonis tempora seruatus est per omnes eius sectę successores. Plato quoq; hoc ipsum sem per diligẽtissime custodiuit. Neq; enim libris, sed uoce docuit, nec de iis, quę docuerat, libros reliquit. Siquid scripsit, Socratis esse, non suum fatetur. Ita præterea de diuinis rebus breuiter, implicite, atq; obscure præcepta tradidit, ut non facile a' legentibus possit intelligi, quod ipse quoq; testatur in epistola, quam de natura primi entis ad Dionysium scripsit. Scribendum est, inquit, per ambages, atq; ęnigmata, ut si forte mari, uel terra iactari librum contigerit, qui legerit, non intelligat. Res ita se habet. Circa omnium regem cuncta sunt, & illius gratia omnia, illud'q; est causa bonorum omnium. Secundum uero circa secunda, & tertium circa tertia. Post hæc, & alia pari obscuritate ab eo scripta, hortatur Dionysium, ut siqd certius cupit intellegere, Archedemum ad se mittat, quem et missum iam laudat, et, ut rursus mittat, semel, bis, tertio suadere conatur, nuntiaturum uidelicet sibi dubia Dionysii, & expositiones suas illi renuntiaturum. qꝺ si ita feceritis, inquit, nullam negotiationem, aut tu inire, aut administrare Archedemus poterit uel meliorem, uel deo gratiorẽ. Quibus uerbis manifeste negat uelle se huiusmodi sententias literis tradere, & per Archedemum, omnia se illi significaturum pollicetur. quod tamen ita se facturum dicit, si hæc ille quoq; ab ineruditorum communicatione intemerata seruauerit. Sed caue, inquit, ne hæc ad homines ueniant ineruditos, Et rursus. Caue ne te aliquando pœniteat eorum, quæ in præsentia minus digne deciderint. Tutum uero in primis est nihil scribere, sed discere. Nam quæ scribuntur, fieri non potest, quin decidant. Ea ratiõe, nihil ego de iis scripsi unquam, nec est Platonis opus aliquod perscriptum, nec erit. Nam quæ circunferuntur Socratis sunt omnia, quem uirum etiam iuuenem uirtute, ac sapientia claruisse, compertum est. Mox autem, quasi eum pœniteret aliquid de iis etiã per ęnigma scripsisse, addit, Hãc epistolam cum primum perlegeris, ures, sed hoc solum recte a' tyrãno factum dici potest, qꝺ Platoni non obtẽperauit. Post hæc in epistola, quam ad propinquos Dionis, ac familiares scribit, molestissime uidetur ferre, qꝺ Dionysius, & qdam alii de huiusmodi rebus scripserint. Ita enĩ inquit, Sed de iis omnibus, qui uel scripserunt, uel scripturi sunt, quos audio asseuerantes ea se scire, qbus nos studemus, ita affirmo, siue me, siue alios audierint, siue ipsi per se inuenerint, nihil de iis intelligere posse. Neq; uero opus meum de iis rebus ullũ est, neq; erit. nã scribi de iis, ut de aliis disciplinis non potest. Cæterum, ut causam, propter quam nihil scripsisset, non insciam, neq; inuidiam fuisse declararet, addit. Atqui hoc quidem scio, qꝺ hęc si a' me uel scribẽtur, uel dicerentur, promi optime possent, & male tradita non mediocriter me offenderent. Si uero uel uoce, uel scriptis proferenda in uulgum mihi uiderẽtur, quid præclarius a' nobis in uita agi posset, quam & maxime prodesse hominibus, & naturã in lucem proferre? Sed nihil profuturum hunc nostrum conatum hominibus reor, nisi admodum paucis, qui exigua significatione possent suo ipsi ingenio plura inuenire. Apud reliquos uero cum nefarium pareret contemptum, tum uanam spem rerum altiorum, quasi grauiora quædam essent consecuti. Et paulo post. Siue igitꝫ Dionysius, siue qs alius Dionysio aut maior, aut minor de summis, primisq; rebus naturæ aliquid scripsit, is mea sentẽtia nihil de iis, quæ scripsit, uel audierat recte, uel dicerat. Nam si secus esset, pariter, ut ego, res illas coleret, & ueneraretur, nusquã inepte, indecẽterq; pferret. Non enim quasi in memoriæ subsidium hæc ille scripsit, siquidem nõ poterat obliuisci eorum, quę breuissima sunt, postquã semel didicerat, sed uel turpi ambitioue id fecit, ut hæc sua esse ostẽderet, uel ut tanꝯ auditor eius disciplinæ, qua dignus non erat, gloriam sibi cum cæteris sapientibus uendicaret. Iis itaq; manifestum est Pythagoram, atq; Platonem, nihil omnino scribendum cẽsuisse, nec esse res huiusmodi ante oculos multitudinis ponendas. Simile illud etiam apud C. Iulium Cæsarem legimus, Druides, inquit, a' bello abesse cõsueue-

sunt, neq; tributa una` cum reliquis pendunt. militiæ uacationem, omnium'q; rerum habẽt im/
munitatem. Tantis excitati præmiis, & sua sponte multi in disciplinam conueniunt, & a` parẽ
tibus, propinquis'q; mittuntur. Magnum ibi numerum uersuum ediscere dicuntur. Itaq; non/
nulli annos uiginti in disciplina permanent, neq; fas esse existimant ea literis mandare, cum in
reliquis fere` rebus publicis, priuatis'q; rationibus, græcis literis utantur. Id mihi duabus de cau
sis instituisse uidentur, q̃ neq; in uulgum disciplinam efferri uelint, neq; eos, qui discunt, literis
confisos, minus memoriæ studere, q̃ fere` pleriscq; accidit, ut præsidio literarum, diligentiam in
perdiscendo, ac memoriam remittant. Ita non solũ iudicio Pythagoreorum, sed etiam Drui/
dum, quos doctrina, & moribus antiquitas coluit, disciplinam maximarum rerum literis tradi
non licebat, ne summa opinionum decreta in uulgum propagarẽtur. Plato igitur nihil de pri/
mis, supremis'q; rebus, aut quãpaucissima, & ea perobscure hac causa scripsit, q̃ rem tantã mul
titudini cõmunem facere non liceret, longe'q; sanctius esset, hæc toto animo colere, & uenera
ri. Nam de cæteris qdem rebus, & si more pædagogorum, certas regulas nõ tradiderit, quo pa
cto scilicet uel orandum sit, uel disputandum, uel huiusmodi aliquid agendum, in dialogis ta/
men, quos summo artificio, singulari'q; doctrina cõscripsit, plurima, atq; utilissima omnium fe
re` bonarum artium, ac disciplinarũ præcepta inseruit. Quanq̃ hæc quoq; tutius memoriæ man
dari, q̃ literis possunt, præstat'q; si præceptoris ore percepta assidua meditatione animo reuoluã
tur, quod Druidibus placitum esse paulo ante memorauimus. Sed de iis, satis dictum esse arbi/
tror apud eos qui inueniendæ ueritatis non cõtentionis cupidi sunt. Nam apud eos, qui teme
re, atq; impudenter uero aduersantur, & quæ dicta, & nõ dicta sunt, referunt, nulla nobis dispu
tatio est, nec ad exteriorem sermonem loquimur, qui authore Aristotele obiicere aduersus oĩa
potest, sed ad interiorem, & apud æquos iudices. Siquidẽ facile in se quisq; experiri potest, q̃
præstet, quæ uel ab aliis discimus, uel ipsi meditamur, memoriæ, q̃ literis mãdare, & quãto uti
lius sit, hæc filios a` parentibus, & discipulos a` magistris, quasi per successionẽ percipere, & ani
mo custodire, q̃ si libris seruarentur. Hos enim & urbiũ depopulationes, & ruinæ, & incẽdia,
& alii pene` ĩfiniti casus delere facilius possunt, q̃ hominum memoriam abolere. Sed esto utile,
ac necessariũ sit, ea, quæ aut per nos ĩuenimus, aut ab aliis accepimus, literis mãdare, certe Ari
stoteli, & iis, qui ante eum fuerunt, quiq; futuri sunt, optimarum artium præceptoribus gratiæ
sunt habendæ, non tamen, qui hæc non tradiderunt, tanq̃ rudes & ignari contemni debent, ac
pro nihilo haberi. neq; enim sufficiens testimonium est insciti æ illoꝝ, q̃ nihil scripserint, Quip
pe hoc modo cõplures doctissimi, atq; eruditissimi uiri, quasi de suo statu pulsi pro ineruditis,
atq; indoctis haberentur. Causam aũt, propter quam nõ scripserint, hãc esse credamus, partim
q̃ silentium, uenerationem'q; exhibendã censebant rebus diuinis, & ne in cęteris quidem disci
plinis minorẽ percipi utilitatem existimabant, si memorię q̃ si literis cõmendarentur, partim q̃
parum curiosi ĩscribendo fuerunt, quod tamen præstari a` Platone facillime potuisset. Gratias
uero agamus utriscq;, sed iis maiores, a` quibus beneficia sumus maiora consecuti. hoc enim &
pietas, & ratio exigit. Cæteꝝ aduersariũ, qui ita turpiter impetendum esse Platonem existima/
uit, q̃ disciplinarũ præcepta nõ cõscripsisset, interrogemus, an Hermogenes Tarsensis, qui præ
cepta artis rhetoricæ perfectissime tradidit, Demosthene eloquentior, & in dicẽdi facultate do
ctior fuerit, uel, ut Demosthenem prætereã, qui, quãuis de arte nihil scripserit, multas tamẽ ora
tiões artificiosissime scriptas reliquit, an Hyperidem superauerit, a` quo nihil uel de arte, uel ex
arte scriptũ habemus. Quippe Hyperidem usqueadeo in dicendo excelluisse dicunt, qui de de/
cem oratoribus scripsere, ut pleriq; uisi sint dubitare, an Demosthenes Hyperide fuerit in oran
do præstantior, Nonnulli etiã Demostheni Hyperidem sine cõtrouersia præposuerint. Et Plu
tarchus author est hunc oĩs in concionando excelluisse, nõnulloꝝ etiam sententia Demosthe/
nem superasse. Propter quod si Hermogenes Hyperide præstantior foret, Demostheni quoq;
proculdubio anteponeretur. At hoc, ne ipse quidem Hermogenes, si ei cõcederetur, acciperet,
sed quanta posset uoce clamaret, dic meliora. Magna certe res esset, & summa felicitas, uel mi
hi, uel cuiuis alteri, si uiri illius, aut Hyperidis, aut Æschinis, aut Andocidis, aut Lycurgi, aut al
terius similis oratoris, satis digne iudicare orationẽ possemus, q̃uis illi nihil de arte, ex arte ue/
ro uel parum, uel nihil scriptũ reliquerint. neq; enim hac una re doctrina describitur, neq; hoc
tantum eruditionis testimonium est, sed fieri potest, ut & qui tacet doctissimus sit, & qui multa
aut loquitur, aut scribit, rudis, atq; indoctus. An tu existimas eos, qui nostra ætate permulta qui
dem, sed imperite, inepte'q; scripserunt, propterea magnis illis, ac sapientissimis uiris doctiores
esse, quia nullum extat illorum opus? Magni profecto` æstimanda foret impudẽtia, atq; temeri/
tas, si ita

Universidad de Deusto
Biblioteca

mogenes Tarsẽsis
ator
sperides

tas, si ita esset, sed res longe aliter se habet. neq; enim idcirco Hyperide, aut Demosthene clari
or sum orator, quia præcepta artis rhetoricæ trado, Absit à nobis tanta temeritas, neq; Platoni
ignorantiæ dandum est, q̃ disciplinarũ præcepta literis nõ mandauerit. Improbi certe, & indo
cti, atq; amentis iudiciũ de maioribus nostris hoc esset. Et Demosthenẽ igitur, & Hyperidem,
& reliquos, quorum nomina ueneramur, quanq̃ nihil de rhetorica arte ꝓscripserint, iis tamen
fatendum lõge clariores oratores fuisse, qui eius artis præcepta tradiderunt. Eadẽ ratione Pla
to quoq; etsi optimas artes, ac disciplinas in libros non redegerit, iis tamen, qui id fecerunt, do
ctior, uel certe non indoctior esse potuit. Quod si operum Aristotelis omniũ, ut iam aliquorum
iacturã fecissemus, extarent'q; sola opera Theophrasti, nam hic etiã & copiosius, & ornatius, q̃
eius præceptor Aristoteles scripsit, pleraq; etiã memoratu digna suopte ingenio addidit, non
ideo præponẽdũ esse Aristoteli Theophrastum existimares, neq; alteꝝ maledictis prosequere/
ris, alteꝝ laudibus extolleres. Quanq̃ pari ratione arguere tum posses, ubi nunc de diuisione,
ubi de dialectica, ubi de rerum natura Aristotelis libri sunt, quẽadmodum Theophrasti, Nec
M. Tullius, qui iudicio omnium, dono quodam prouidẽtiæ genitus dicitur, in quo omnes ui/
res suas eloquẽtia experiretur, si familiaribus, publicis'ue negotiis impeditus rhetoricos ad He
rennium non scripsisset, idcirco Quintiliano, qui multa scripsit, inferior haberetur.

Theophrastus omnium q̃ Arist. scripsit

Non modo academicos, sed etiam peripateticos summam doctrinæ Platoni tribuisse.
Etiam in naturalibus magis aliquando Platoni credi, aut peripateticis, q̃ Aristoteli.
Platonem diuinum, Aristotelem dæmonium nuncupari.
Platonem omnia sapientiæ postposuisse.
Ciceronis testimonia de Platone.
Augustini testimonia de Platone.
Quintiliani sententia de Platone.
Plinii, & Apuleii sententiæ de Platone.
Græcorum de Platone testimonia.
Melius esse supra modum uituperari, q̃ frigide laudari.
Non fuisse Aristotelem tandiu auditurum Platonem, nisi continue profecisset.
Aristotelis domum lectoris studiosissimi sedem a` Platone appellatam.
Theophrastum citra Aristotelem, Aristotelem laudandum esse citra Platonem. Cap. III.

Ed satis iam hanc partem (ut opinor) refutauimus. Nunc illustriũ authoꝝ, tam græ
s corum, q̃ latinorum de Platone iudiciũ in medium afferamus. Nec academicorum
duntaxat, qui a` Platone principe Platonici nuncupant', sed etiã peripateticoꝝ, hoc
est eoꝝ, qui sectę Aristotelis studiosi fuerunt, quod nõ leue argumentũ est aduersus
hunc calumniatorem Platonis. Nemo quippe inter eos est, qui Platonẽ nõ probet, laudet, ad/
miretur, & diuinũ uirum appellet, præsertim in ea parte philosophiæ, quæ est de rebus diuinis,
in qua plus illũ studii consumpsisse, exploratũ est. Quin etiam in rebus naturalibus, nõnulli eo
rum facilius aliquando Platoni, q̃ Aristoteli cõsentire uidentur. Nam in diuinis, & iis, quæ de
primo entium principio dicuntur, Item in mathematicis, & oratoria, & moralibus disciplinis,
oĩs sine cõtrouersia palmã tribuunt Platoni, eumq; haud dubie sequuntur. Itaq; Platonẽ qui/
dem diuinum, Aristotelẽ uero dæmoniũ tam peripatetici, q̃ platonici uocant, quod nomen a`
dæmonibus sumptũ est, quos M. Tullius lares, Apuleius modo lares, modo genios appellat,
Fuit apud ueteres honestum hoc nomen. Quod nunc nostræ religioni infestũ est, tanto'q; a` di
uini noĩe superabatur, quanto res naturales diuinis inferiores habentur. Nam quoniã Aristote
les res naturales orbi lunæ subiectas, in qbus dęmonũ genus uersari dicebãt, optime, ac diligen
tissime tractauerat, dæmoniũ uocauerunt. Platonem uero, q̃ de rebus diuinis omni uacãtibus
materia, & de primo uero, ac præcipuo ente, tum de rebus mathematicis, quæ etiam omni se/
questrata materia cõsyderant', in primis cõtemplatus fuerat, optimis præterea moribus, & uir
tute claruerat, pecunias, honores, uoluptates, humana oĩa spreuerat, animum deniq; corporeis
uinculis absolutum euehi ad supernas sedes uoluerat, diuinum esse dixerunt. Sed qui nam, aut
quot græcoꝝ illustres authores huius rei testimoniũ præbeant, supuacuum est multis uerbis re
ferre, Cum græcis qdem id notissimum sit, latini aũt, quibus hæc scribimus, uel hinc intellige/
re facile possint, q̃ hic Platonis calumniator, inuidia, inquit, suos hoc est græcos motos esse, ut
Platonem Aristoteli præferrent, & laude digniorem existimarent. Cæterum ex latinis audiant

duo illa clariſſima lumina. M. Tullium Ciceronem, & Aureliũ Auguſtinum, quorũ alter gentilis, alter in noſtra religione ſanctiſſimus fuit, & quid iſti de Platone prædicent, quãtam illi doctrinam, quos mores, quam uitæ probitatem tribuant, quomodo hunc unum præferant omnibus, animaduertant. Non illi Platonẽ reprehendunt, cũ Ariſtotelem laudãt, ut aduerſarius facit, quaſi laudari unus non poſſit, niſi alter accuſetur, ſed utrũq; pro meritis extollunt, & alterũ magis, alterum minus cõmendant, uituperant neminem. Itaq; M. Tullius Platonem alibi philoſophoꝝ deum, alibi illorum Homerum appellat. Et alio loco, Omnes, inqt, qui unquã fuerunt, magno interuallo excelluit Plato. Item, harum diſputationũ inuentori, & principi, longe oĩum in dicendo grauiſſimo, & eloquentiſſimo Platoni. Et rurſus, Hoc maxime admirabar Platonem, q; in oratoribus irridẽdis eſſe ipſe orator ſummus uidebat. Tum ſi Iupiter, inquit, lingua humana uti uoluiſſet, non aliter q̃ Plato ipſe loqueretur. Quid q; Ariſtotelẽ laudans, cum ingenio cũctos illum ſuperaſſe dixiſſet, addidit, Platonem ſemper excipio. Atqui diuinus uir Auguſtinus eadem, quæ Cicero, & iiſdem fere uerbis, multis in locis de Platone cõmemorat, Merito, inqt, Cicero deum inter philoſophos Platonem uocat, qui cunctos philoſophos & ingenio, & ſapientia ſuperauit, Et alibi, q cum eſſet Atheniẽſis, honeſto apud eos loco natus, ingenio q; mirabili, longe ſuos condiſcipulos præiret, operæpretium tamen eſſe putans, ſi philoſophicis diſciplinis excelleret, id q; ſibi ſufficere, ſeipſum ſimul, & ſocraticã diſciplinã deferens, uerſus omnem oram, cuius famã alicuius nobilis ſcientiæ percipiendæ eum comprehẽdebat, quã longe, late q; potuit, profectus perrexit. Item alio in loco. Nõ ſine rõne platonicos elegi philoſophos, q̃bus cum diſputarem, cũ ipſe Plato, & de ultimo hominis fine, & de diuina natura melius cæteris philoſophis dixerit, ad hæc ex ſentẽtia Labeonis ſemideum Platonẽ appellat, deo q̃dem inferiorem, ſed homine ſuperiorem. Et rurſus. Ariſtoteles, inquit, Platonis auditor, ſummo ingenio fuit, ſapientia tamẽ Platone inferior. Quid ego nũc Quintilianum cõmemorem? cuius uerba hæc ſunt. Philoſophoꝝ quis dubitet Platonem eſſe præcipuũ? ſiue acumine differendi, ſiue eloquendi facultate diuina quadã, & homerica. Multum enim ſupra proſam orationẽ, & quam græci pedeſtrẽ uocant, ſurgit, ut mihi nõ hominis ingenio, ſed quodam delphico uideatur oraculo inſtinctus. Quid Plinium, quid Apuleium adducam? qui multis in locis non modo uitam, & mores, & ſapientiã Platonis laudant, extollunt, admirant, ſed etiam plenam illam oratiõem ſimilem niuibus hybernis, crebrã, aſſiduam, largam, poſtremo diuinam, atq; cœleſtem? Multa ſane in hunc modũ, tum apud philoſophos, tum apud cæteros latinæ linguæ ueteres authores reperiuntur, Ex quibus conſtat, quale latinorum de Platone iudicium fuerit. Quid autem græci ſenſerint, in primis ab ipſo Ariſtotele licet intelligere. Hic, cũ in problematibus quæreret, cur ii, qui in philoſophia, uel poetica, uel liberalibus diſciplinis, uel etiam Reip. adminiſtratione claruerunt, melancholici fuerint, poſtquam enumeratis pleriſq; antiquis ad iuniores deſcendit, Empedoclis, & Platonis, & Socratis exemplo uſus eſt. Quin etiam præclaram orationem de laudibus Platonis cõſcripſit (ut Olympiodorus refert). Et in elegiis ad Eudemum, hæc de Platone cecinit.

Cecropis ad claras uenerat uſq; domos
Dulcis amicitiæ. mox illi condidit aram,
Quem laudare nefas ora profana foret.
Qui ſolus, uita, doctrina, moribus, ore
Admonuit cunctos, & monimenta dedit,
Vt uirtute queant felicem ducere uitam.
Nulla ferent talem ſecla futura uirum.

Demoſthenes uero, qui Platonis diſcipulus fuit, ſcribens ad Heracleodorum quendam condiſcipulum ſuum, atq; eum reprehendens, q; poſtquã Platonẽ audierat, negligeret bonas artes, & uitam parum honeſte duceret. Non'ne, inqt, erubeſcis ea negligere, quæ a' Platõe accepiſti? Idem, cũ Antipatrum fugeret, Archiæ blandis uerbis ſe ei uitã ſeruaturum pollicenti, abſit, inquit, ut uiuere turpiter malim, q̃ honeſte mori. Poſtquã Xenocratem, & Platonem de immortalitate animi differentes audiui. Philiſcus quoq; Lycurgi oratoris uitam deſcribens, Magnus uir, inquit, fuit Lycurgus, multa q; ſunt ab eo geſta præclare, quæ facere nemo potuiſſet, qui nõ fuiſſet Platonis auditor. Hæc ſunt, quæ de Platone tanti, tam q; excellentes uiri ſenſere. At nouus hic reprehenſor, ne puero q̃dem, qui uix prima elementa deguſtarit, doctiorem exiſtimat Platonẽ fuiſſe, & tamen Ariſtotelis gloriam augere ſe putat, comparans eũ homini, ut ipſe opinat', rudi, atq; idocto. Enimuero nimia calũniandi auiditate obcęcatus, q̃d dicat nõ animaduertit. nec

tit. nec intelligit ſcripta ſua, ne ueriſimilia q̃dem eſſe, nec aliquo modo ſibi cõſtare. Quippe Socratem lenonem, Ariſtidem iniquum facit. Tot præterea tam temere, inepte, incõſtãter, abſq; ullo ordine maledicta profert, ut quodã quaſi morbo improbitatis euomere oĩa uideatur, inſtar eoꝝ, qui aduerſa ualetudine laborantes, nihil cibi ſtomacho retinent. Verum dignus certe eſt, cui ob hanc unã rem gratias agamus, ſiquidem tam importuna, tam q; audaci, & proterua lingua in Platonem inuectus eſt, ut manifeſtum oĩbus fecerit, ſe nõ aliquo iudicio recto, ſed temerario quodã impetu in tãtam uerborum obſcœnitatem prorupiſſe. Præſtat enim (ut Phauorinus inquit) grauiter, et ſupra modum uituperari, q̃ exigue, frigide q; laudari, quoniã, qui male dicit, & uituperat, quanto id acerbius facit, tanto magis ſe iniquũ, inimicum q; oſtendit, & propterea non meretur fidem, ſed qui ieiune, atq; exigue laudat, amicus quidẽ uidet' eſſe eius, quẽ laudat, ſed à cauſa deſtitui, & nihil, quod uere laudari poſſit, inuenire. Atq, ſi Ariſtotelẽ, ut certe dignũ eſt, laudemus, atq; admiremur, non propterea Platonis gloriæ aliquid detrahimus, immo, ſi recte iudicetur, eam potius augemus. Quãuis enim agendę Ariſtoteli gratiæ ſint, pro tot operum beneficiis, quę nobis, & poſteritati reliquit, non minores tamen agendæ ſunt Platoni, qui, ut id præſtare Ariſtoteles poſſet, effecit. Scilicet ille talẽ nobis Ariſtotelem reddidit, ille ingeniũ eius coluit, ille eum oĩbus diſciplinis ornauit, illo uno præceptore uſus eſt Ariſtoteles, illum non quinquennio, aut decennio, ſed uiginti continuis annis audiuit. Nam qui ſemen (ut Demoſthenes ait) terræ cõmittit, is cauſa eſt, ut fruges oriantur. Quomodo autẽ potuiſſet Ariſtoteles præſtãtis uir ingenii tot annos Platonem audire, niſi fructum ſe percipere maximũ ex Platonis doctrina ſenſiſſet? Niſi Platonis ſcientiam probandã, expetẽdam q; duxiſſet? Etenĩ hoc ne aduerſarius q̃dem negare auſit, Ariſtotelem, cum medio ſpatio Platonem audiret, melius q̃ ego, q̃ ipſe, q̃ cæteri oẽs potuiſſe de Platonis ſcientia iudicare, nõ literis q̃buſdã inanimatis, ut nos facimus, ſed uoce ipſius Platonis uiui, atq; p̃ſentis. Nec tamẽ deſtitit ab inceptis, nec ſpreto Platone, tanquã rudi, & indocto, ſcholam eius deſeruit, ſed perſeuerauit audiendo eũ, et doctrinã eius admirando, quã tu cõtemnis, atq; irrides homo potius ab aliis irridendus. Ariſtoteles igit', & ſi talis erat, ut domũ eius ſtudioſiſſimi lectoris ſedẽ Plato appellaret, Et cũ aliquãdo eum cũ Xenocrate cõferret, hunc quidẽ calcaribus, illum uero freno diceret indigere, Tãto erat ingenii acumine p̃ditus, tamen uiginti integris annis Platonẽ audiuit, eoq; uno præceptore uſus eſt, præterq̃ q; Socratẽ triennio admodum adoleſcẽs, audierat, anteq̃ ſe ad Platonis gymnaſium cõferret. Neq; dici poteſt, propterea tantũ temporis Ariſtotelẽ in audiẽdo Platone conſumpſiſſe, q; ea tempeſtate ſine libris doceri mos erat, cũ econtrario experiamur maiori facilitate quãuis artem ſine libris, q̃ cum libris percipi poſſe. Multa ſunt enĩ, quę cũ libris magno ſtudio, ac labore quæramus, aut nunq̃, aut uix tãdẽ inuenimus, At præceptoris uoce celerrime, apertiſſime q; accipimus, Natura etiã ita cõparatum eſt, ut, quæ ſine ſcriptis audimus, cõtinue memoriæ cõmendemus, eamq;, ne forte obliuio ſubrepat, aſſidua meditatiõe exerceamus, Maior q; fiat in hũc modum breui tempore profectus, q̃ ſi in diem, ut fit, diſtulerimus, ſperãdo poſſe, cum libuerit, ea, quæ in libris ſeruantur repetere, Itaq; tanta in audiendo mora, nõ librorum inopiam ſignificat, ſed doctrinæ magnitudinem, quam niſi longo temporis interuallo aſſequi non licebat. Hæc igitur non ignorantiæ Platonis, Sed ſingularis doctrinæ, ac ſapientiæ argumenta ſunt, modo æqui ſint iudices, nec inſtar aduerſarii, ſine ratione huc, atq; illuc, prout fert animi libido, ferantur. Ergo laudãdus eſt Theophraſtus, qui multo plura, nec deteriora, q̃ eius præceptor Ariſtoteles ſcripſit, ſed magis laudandus Ariſtoteles, etiam ſi nulli eius libri extarẽt, modo conſtet, eum Theophraſti præceptorem fuiſſe, Maxime autem oĩum laudandus, admirandus q; Plato, magnus Ariſtotelis præceptor, & doctrinæ illius parens, quãdo etiam nullum diſciplinarum eius ueſtigium ſupereſſet. quoniam Platoni iure optimo tribui debent, quæ Ariſtoteles ſcripſit, Siquidem, ut ita Ariſtoteles ſcriberet, ille author fuit.

Platonem ex dialogis ſuis, omnem doctrinam, eruditionem q; exprimere.
Quam rhetoricæ artis doctus fuerit Plato.
Qui fuerint ante Platonem rhetoricæ artis ſcriptores.
Qui oratores Platonis diſcipuli fuerint.
Quod partes orationis non ſint præcipuę ad perſuadendum, ſed adiutrices.
Quid præcipuum ſit ad bene dicendum.
Qua in re Ariſtoteles rhetoricis præceptis excelluerit.
Phædri Platonis pars ex græco tradũta, in qua excellẽtiſſima rhetoricæ artis p̃cepta tradunt'.

Inter Platonis, atq; Aristotelis traditionem de arte rhetorica magnum esse discrimen.
Non esse reprehendendam uel prolixitatem, uel breuitatem orationis, quæ rõne non careat.
Peripateticorum necessario prolixas esse disputationes.
De artificio mirabili Platonicæ orationis.
Aristotelem, quæ didicit a' Platone, latius tradidisse.
Quare in dicendo semper sui similis fuerit Plato.
Quid potissimum attineat ad uerum philosophum.
Qualis sit philosophorum oratio.
Quid de Platonis oratione clari uiri senserint.
De modo dicendi Aristotelis.
Quare Aristoteles aliquando obscurior uideatur.
Quibus in libris eloquentior sit Plato.
Ciceronis, & Aristidis de Platonis eloquentia testimonia.
Aristotelis sententia, nobilissimum genus rhetoricæ cum dialectica conuerti.
Qui non profecerit in philosophia, eum recte loqui non posse.
In genere demõstratiuo orationem platonicam excellentissimam esse.
Quid proprium sit oratoriæ perfectissimæ.
De tribus dicendi generibus sublimi, tenui, & moderato. Caput IIII.

h Is itaq; hunc in modum expositis, supereſt, ut ex pauciſſimis Platõis operibus, in q' bus differentẽ Socratẽ facit, præcipue qdem de moribus, de qbus disputare Socra tes frequentiſſime ſolebat, Interdũ etiam de cæteris diſciplinis, q̃ excellens in omni doctrinę genere Plato fuerit, oſtẽdamus, quod q̃breuius potero, et licebit, expediã. Sed de grammaticæ diſciplina, neq; aduerſarius contendit, neq; nos plura dicere eſt neceſſe. Vnus enim ſermo illius, qui Cratillus iſcribitur, Satis ſuperq; eſt ad exprimendũ, qualis Plato grãmaticus fuerit. In quo lõge melius, q̃ Prodichus de ſignificatiõibus, ac diuiſiõibus nominũ inueſtigauit, & quẽadmodum res rõne naturę ſuę noſari deberent, edocuit. Atqui aduerſarius ipſe nolens fortaſſe, atq; inuitus hoc idem, pbat. Nã cũ ornatum, atq; elegantiam oratiõis tribu' at Platoni, iis'q; oẽs, q unq̃ fuerunt, aut ſunt, aut in poſteꝝ erũt, ſcriptores, lõgo poſt ſe interual lo reliqſſe fateatur, profecto' neceſſe eſt, ut & delectum uocabuloꝝ ꝓcedat, & ſtructurã oõnis, & eoꝝ, quę a' poetis, ac cæteris ſcriptoribus dicunt', uſum, atq; eruditionẽ. Nec pauca certe hu iuſmodi uidere apud Platonẽ licet, quę partim inſerit, ꝑtim elegantiſſime exponit. Nã formas, modos, figuras, qbus ambitus oratiõis ꝑficitur, cuius rei cura in primis ad grãmaticos ꝑtinet, ſi dixero Platonẽ tenuiſſe, ridiculũ uideat'. Quod uero artis rhetoricæ ignaꝝ hunc fuiſſe aduer ſarius ſcribit, an ita ſit uideamus. Nunq̃ Platonem de rhetoricę diſciplina, aut eius aliqua parte locutũ aſſerit, & genus dicẽdi, quo uſus fuit, ſimplex eſſe, et natura potius, quã arte ꝓtextum. Enimuero noluiſſe Platonem de arte dicendi cõi more perſcribere, q̃uis poſſet, iam ſupra dixi mus, & neminẽ hoc (præter aduerſariũ) latet. Iam.n. & Gorgias, & Thiſias, & Antiphon, atq; etiã Lyſias, & Iſocrates (ut Plutarchus in uitis decẽ oratorũ refert) prȩcepta rhetoricæ artis edi derant, quos imitari, & ſuopte ingenio pleraq; addere, facile potuiſſet, ſed id neglexit, oratorũ tñ ꝓceptor diligentiſſimus fuit, & id munus, ut philoſophũ decebat, exercuit. Iſęus, Aeſchines, Demoſthenes, Lycurgus, Hyperides, excellentiſſimi oratores (Plutarcho teſte) diſcipuli Plato nis fuerunt, & doctrina eius ad orandũ plurimũ ꝓfecere, quemadmodum ipſe, nõ cętteri illius ætatis prȩceptores docere ſoliti erant. q; ſiqua etiã præcepta uere oratoriæ facultatis ex Platõis libris haurire cupimus, nouiſſimã eius dialogi partem legamus, q̃ Phędrus inſcribit'. quo loco breuiter de iis, quæ in oratoria, maxima, ac prȩcipua ſunt, explicatur. Hæc.n. ſunt, quæ bene di cendi facultatẽ perficiunt, & quæ ſi dempſeris, nihil aliud erit, q̃ uſus expers rõnis, quemadmo dum in Gorgia, quẽ aduerſarius reprehendit, latius improbat'. Quod.n. maxime ꝓſuaſionem inducit, quã ꝓſtat finem eſſe rhetoricę, nõ exordiũ eſt, non narratio, nõ diuiſio, nõ argumenta tio, nõ repetitio, nõ peroratio, nõ exornatio, nõ elocutio, nõ ſunt hæc in oratoria arte prȩcipua, nõ his acqrit' ille finis, ut apte ad perſuaſionem dicat', nec iſta ſummus uir Plato ignorauit. Siq dem multo etiam indoctiores hæc ſciunt, ſed iuuant iſta ſanè, cũ recte diſponunt'. Parum tamẽ afferunt utilitatis, niſi ea adſint, quę prȩcipua ſunt ad bene dicendũ, & quæ ꝓſuadere maxime poſſunt. Hęc aũt ſunt, ſimilitudines reꝝ, ac diſſimilitudines recte cognoſcere, nuſq̃ in his erra re, quod ꝑacuti ingenii eſt. Reꝝ bonaꝝ, honeſtaꝝ, ueraꝝ naturam noſſe, & iis accõmodare ra tionem, quę

nem, quæ ſequtur, ut quãcelerrime animaduertamus, ad quod genus referatur, quod dicturi ſu mus, neq; eius definitionẽ ignoremus, multa in unũ recte colligere, unum ĩ plura diuidere poſ ſimus, & quæ oratio, quibus auditoribus conueniat, aut nõ conueniat, intelligamus. Hęc ſunt, quæ in primis uerũ oratorem conſtituunt. Hæc tanq̃ ſumma, atq; præcipua capita eius diſcipli næ tradita ſunt ab Ariſtotele in libris, quos de arte rhetorica ſcripſit. Quibus lõge cæteros, qui ante eum ſcripſerant, anteceſſit. Cũ enĩ & auditores, & res, quoadeius fieri poterat, diuiſiſſet, quibus'q;, & de qbus ſuaderetur, qui hoĩum mores eſſent, quæ cuiq; perſuadẽdi rationes accõ modarentur, diffuſius explicaſſet, tũ ꝓcepit, ut uarie ageretur, & aliæ aliis auditoribus, rebus'q; orationes adhiberẽtur. Quapropter laudatur paſſim ab oĩbus, non alios in hoc rhetores, ſed ſo lum Platonẽ ſecutus. Siqdem proœmioꝝ quoq; artificium improbat, quaſi fraudem quãdam orationis, & iudicũ corruptelam. Quæ igit' ab Ariſtotele pluribus uerbis explicata ſunt, in his præſertim rhetoricę partibus, in qbus maxime ab oĩbus probatur. Vide obſecro quã breuiter, ſi mul & perfecte Plato in eo, quẽ ſupra diximus, ſermone tradiderit. Socrates. His'ne in re bus error euenit, inter quas multũ intereſt, an in his, inter quas parũ? Phædrus. In his certe, ĩter quas parũ. So. At paulatim ꝓgrediens potius in contrariũ deueniens, q̃ ſummatim. Ph. Ita eſt. So. Oportet igit' eum, q decepturus eſt aliũ, & minĩe ipſe decipi uelit, noſſe ſimilitudinẽ rerum, ac diſſimilitudinẽ. Ph. Profecto'. So. An igitur, qui rei ueritatem ignorat, ſimilitudinẽ eius uel paruã, uel magnã dignoſcere ĩ cæteris poterit? Ph. Minime Socrates. Ergo qui, præter ueritatem aliquid opinantes, falluntur, eos per ſimilitudinẽ ali quam, ad hunc labi errorem perſpicuũ eſt. Phædrus. Quid ni. Socrates. Nunquid igitur arte quiſpiam poterit, uel transferre aliquem, uel paulatim per ſimilitudinem a' ueritate, in contrarium'q; deducere, uel ipſe deuitare, niſi norit, quid quæq; res ſit? Phædrus. Nun quam. Socrates. Ergo dicendi artem, o' amice ridiculam quandam rem, & rationis exper tem exercet, qui ueritatem ignorat, & opinionibus ducitur. Et paulo poſt. Socrates. Qui igitur artem orandi exercere ſtatuerit, primum hæc recte debet diuidere, atq; animo concipere formulam quandam indicem utriuſq; generis, in quo falli, & non falli multitudinem neceſſe ſit. Phædrus. Perpulchram certe, o' Socrates is formulam cõcipiet, qui id negliget. So crates. Tum, ut reor, ubi ad ſingula uenerit, nequid lateat eũ oportet, ſed quod dicturus eſt, quãcelerrime animaduertat, ad utrum genus referatur. Et paulo poſt. Socrates. Equidẽ cætera, quaſi per ludum, acta iam a' nobis fateor. Sed duorum, quæ diximus, generũ ſiquis arte comprehendere ualeat profecto' pulcherrimũ ſit Phędrus. Quorum inquis? Socrates.

Ad unam ſpeciem reſpiciendo colligere, quæ uarie ſunt diſperſa, & quodlibet de quocunq; dicere uelis, definitiõe declarare. Quemadmodum, de amore quid ſit, modo a' nobis definitũ fuit, ſiue bene, ſiue male, Tamen certum illud, ſibiq; cõſentiens, ob eam rem ita ſtatuendũ cen ſuimus. Phędrus. Alterum uero genus, quod nã eſt o' Socrates? Socrates. Vt rurſus per ſingula poſſis, quaſi articulatim ſecare, quæ ſuapte natura conſtat, nec membrum frangere ullũ, iſtar inepti coqui. Sed, ut modo, utraq; pars diſputationis noſtræ demẽtem, unam quan dam communem ſibi ſpeciem accepit, quam digerendo uenit ad propriam, nam ut ex eodem corpore, partes duplices eiuſdem nominis dependent, quarum dextræ alteræ, alteræ ſiniſtræ uo cantur, ſic dementiæ genus, tanquã unam ſpeciẽ pars diſputationis noſtræ utraq; exiſtimauit, quippe altera partem ſecans ſiniſtram, & reſecans, non ante deſtitit, q̃ uitioſum quendam amo rem compererit, quem maledictis optimo iure inſectata eſt, altera uero, cum nos in dextram fu roris partem deduxiſſet, nomine quidem eodem, ſed diuinum quendam amorem reperit, quẽ tanquam rerum ſummæ bonarum cauſam laudauit. Phædrus. Veriſſima loqueris. So crates. Harum ego, mi Phędre, diuiſionum, collectionum'q; ſemper cupidiſſimus fui, quo re cte loqui poſſem, atq; intelligere. Quin etiam, ſiquando aliquem ſua natura, arbitror ad unum & plura poſſe reſpicere, huius libens ueſtigia, tanq̃ diui cuiuſdam ſequor, atq; eos, qui id agere poſſunt, recte'ne, an non appellem, deus ſcit. ſoleo tamen adhuc dialecticos appellare. Sed nũc eos, qui ex te, & Lyſia didicerunt, dicas uelim, quo nam appellare nomine oporteat. Hoc'ne il lud eſt, ars, & facultas dicendi, cuius uſu Traſimachus, atq; alii pleriq;, & docti ipſi euaſerunt, & alios doctos faciunt, qui dona eis ferre, tanq̃ regibus ſuſtinent? Sint ſane' uiri iſti regii, certe in docti ſunt earum rerum, de qbus rogas. Sed hoc genus ſi dialecticũ uoces, recte, meo iudicio, uideberis nominare. Rhetoricum autem illud adhuc nos fugere, mihi uidetur. Phædrus.

Quemadmodum inquis? Socrates. Num res ulla grauis, honeſta'q; eſſe poteſt, quæ iis, quæ modo diximus, uacet, & tamen arte accipiatur? Profecto' non eſt id aut tibi, aut mihi con

temnendum, sed dicendum, quid nam sit reliquū illud oratoriæ facultatis. Phædrus. Per multa quidē o' Socrates sunt, ea scilicet quæ in libris de arte dicendi continentur. Socrates. Perpulchre mihi in memoriam reuocasti. Exordium, ut opinor, primum est, quod orationis idoneū principium sit. hoc'ne dicis esse illum artis splendorem? Phędrus. Ita. Socrates. Secundum narrationem, quam mox testimonia sequantur, tertium argumenta, quartū probabilia. Tum quam probationem, & approbationem appellat egregius eloquētię Antistes Byzantius ille uir. Phędrus. Theodorum'ne optimum uirum dicis? Socrates. Profecto'. Coargutionem item, & redargutionem, tum in accusando, tum etiā in defendendo. Atqui prędstantem uirum Euenum Parium, quamobrem in medium non adducimus, qui primus subdeclarationem inuenit, & sociam laudationem. Sunt, qui eum sociam quoq; uituperationem carmine ceciniſſe dicant, memoriæ gratia. Phędrus. Docti uiri officium exercuit. Socrates. Tisiam uero, & Gorgiam ueluti otiosos sinemus, q probabilia ueris anteponē da esse duxerunt, quiq; dicendi ui fieri dixere, ut quæ parua sunt, magna, & quæ magna, parua uideantur, & noua etiā uetusta, & uetusta noua. Ad hęc breuitatē dicēdi, & nimiā prolixitatē de qbuscunq; rebus inuenerūt, quæ cum Prodicus me referēte aliquādo audiuisset, subrisit, et se unum inuenisse dixit modum dicēdi, eumq; esse, ut neq; plixa, neq; breuis oratio sit, sed mediocris. Phędrus. Sapientissime ille quidem. Socrates. Nec certe Hippias silentio prætereundus est, cuius sententiam hospes eius Elensis, ut ego existimo, comprobauit. Phædrus. Nequaquam. Socrates. Poli autem scholam quibus uerbis digne prosequemur? qui replicationem, & sententiā, & similitudinem inuenit, & lycimnea nomina, quę Lycimno amico dono dedit ad elegantiorem carminis compositionem. Phædrus. Protagorea uero illa, o' Socrates, non'ne huiusmodi fuerunt? Socrates. Rectitudines quædam uerborum illa fuere o' adolescens, atq; alia, & multa, & pulchra. Sed commiseratiōis, ac deprecationis artibus ad senectutem, siue paupertatem accōmodatis, plurimum mihi ualuisse uidetur Chalcedonensis, qui & inflammare ad irā animos, & sedare mulcendo, ut ille dicere solebat, carminibus suis, plurimum potuit. calumnias etiam & moliri, & tollere, quoties oporteret, edoctus. De fine uero orationis, conuenit inter omnes, quem alii repetitionem, alii alio modo appellant. Phędrus. Redigere'ne summatim in auditorum memoriam singula dicta, extrema oratione dicis? Socrates. Hoc dico. Phædrus. Et siqd prætereа habes, quod de arte exponas, cupio audire. Et rursus Phædrus. Sed ars ueri oratoris, & ad persuadendū idonei, unde, aut quo pacto acquiri potest? Socrates. Fieri quidem posse, ut potestas certādi, absolute acquiratur, consentaneum est, & fortasse necessarium, ita hoc esse, ut cætera. Sed si ita contigerit, ut dote ipsius naturæ ad dicēdum idoneus sis, euades profecto` in clarū oratorē, si doctrinam, exercitationē'q; addideris, quod siquo ex his caueris, eodē te imperfectū eē, necesse erit. Quantum autem eius rei artem attingit, nō qua Lysias, & Trasimachus ducūt, hac uia, meo iudicio, incedit. Phędrus. At qua nam uia? Socrates. Pericles omnium oratorum perfectissimus fuisse iure optimo uidetur o' Phædre. Phædrus. Quo pacto? Socrates. Omnes excellentiores artes, tum ratione differendi, tum cognitione rerum naturaliū egent. Hinc enim trahi posse uidetur illa excellētia rationis, & perfecta rerum oium cognitio, qua Pericles ingenium suum excoluit. Cum enim se ad Anaxagoram uirum doctissimum contulisset, naturalium rerum rationes, abunde sibi hausit, naturam'q; mentis, atq; dementiæ pcepit, de quibus disputare plurimum Anaxagoras solebat, unde ad artem dicendi trahere, quantum ei commodum foret, facile potuit. Phędrus. Quomodo hoc dicis? Socrates. Eadem artis medicinæ, quæ rhetoricæ ratio est. Phædrus. Quo pacto? Socrates. Vtraq; arte, naturā diuidi oportet, corporis altera, altera animi, si uelis, non usu dūtaxat, & experimētis, sed etiam artis ratione, medicamētis, cibisq; adhibitis ualetudinem, & uires addere corpori. Oratione autem, & officio debito uirtutem, & quam placuerit persuasionem animo mādare. Phædrus. Cōsentaneū esse uidetur o' Socrates. Socrates. Animi itaq; naturā, ut digne intelligas, putas'ne fieri posse, sine totius natura? Phædrus. Ego uero ne corporis quidem, sine uia ista, & ratione, modo Hippocrati adhibēda fides sit. Socrates. Recte quidem Hippocrates, sed an ratio cum eo consentiat, perscrutandum. Phædrus. Assentior. Socrates. De natura igitur, quid nam & Hippocrates, & uera ratio dicat, parūper cogita. Non'ne ita de natura cuiuscunq; rei aduertendum est? primo utrum simplex, an multiplex sit id, cuius artē & ipsi tenere cupimus, & alios artifices facere. Tum si simplex est uis eius, cōsyderari debet, quę nam ad agendū, patiendum'ue sit, & si pluribus speciebus cōstat, quod in uno, idem in singulis

Ippocrates

idem in singulis inspiciendū, quod ipsum afficere, aut affici possit. Phædrus. Agendū ita uidetur o' Socrates, & quidem doctrinam, quæ iis priuata sit, gressui hominis cæci, q̄similimā arbitror. Socrates. At uero, qui arte quicquā exercet, nō cęco, aut surdo similis est, sed patet, ut siquis arte cuiq̄ afferat orationē, naturā eius diligenter explicare debet, cui affert, id uero animus est. Phædrus. Quid ni? Socrates. Ergo res oīs eo` tendit, ut persuasionē in animo facere conemur, ita'ne? Phædrus. Ita est. Socrates. Constat igit', ut siue Trasimachus, siue quis alius, artē dicendi tradere uelit, primū scribere diligenter debeat, atq; effice re, ut perspici animus possit, utrū unum, ac simile sit, an pro corporis forma multiplex habeat'. Hoc est enim, quod dicimus naturā ostendere. Phædrus. Prorsus. Socrates. Mox id explicare, quo quid afficere, uel affici possit. Phædrus. Quid ni? Socrates. Tū tertio loco, cum genera dicendi, & aiorum affectus digesserit, exponere causas omnes accōmodādo singula singulis, docēdo'q; quis animus, quibus rationibus, quam ob causam aut persuadetur, aut nō persuadetur. Phædrus. Pulcherrime sic ageretur. Socrates. Aliter nunquam sane`, aut hæc res, aut ulla alia uel scribi, uel dici posset. At, qui nunc de arte dicēdi scribūt, quos tu audiuisti, callidi admodum, uersuti'q; sunt, Quamobrē cum pulcherrime docere de animo sciant, nescire dissimulant, & ultro bona sua occultant. Verum nisi ita dicant, & scribāt, nos arte quicquam ab his scribi, nequaquā credere debemus. Phædrus. Quis nā iste est modus? Socrates. Equidem uerba ipsa, & nomina rerū, haud facile dixerim. Sed quomodo scribere debeat, qui artifex est, quantum in me erit, exponam. Phædrus. Perge. Socrates. Cum ipsa dicendi facultas moderatio animi sit, quot sint animorum genera, scire eū necesse est, qui in dicendo proficere uelit. Sunt autem tot, & tot, & talia, aut talia. Vnde fit, ut hominum alii tales, tales alii habeantur. Iis itaq; sic definitis, genera quoq; dicēdi, tot, ac tot, & unū quodq; tale statui oportet. Tales igitur homines, tali genere dicendi, ob hanc causam ad rē talem facile tibi obtemperat, qui autem talem ob causam, difficile. Hæc cum satis quispiam intellexerit, mox in agendo percipere, cum geruntur, & arguto sensus iudicio posse assequi, licet uel existimare, se non dum plus scire, quantum acceperit, cum a` præceptore docebatur. Cū uero quibus quis pareat norit, & præsentem possit agnoscere, sibiq; ostendere hunc esse, & hanc esse illam naturam, de qua tum sermo habeatur, ideo'q;, tunc ei præsenti dandam operam esse, & afferendam hanc ad hunc modum orationem, cum inquam hæc omnia fuerit assecutus, ad ditis etiam dicendi, tacēdi'q; occasionibus, & breuitatis, & cōmiserationis, & amplificationis, & omnium deniq;, quæ didicerit, generum dicendi opportunitate plene, atq; perfecte cognita, huic ars cognita iam est. prius autem minime, sed quocūq; ex iis caruerit aliquis, cum aut orat, aut docet, aut scribit, & tamē agere se ex arte dicat, huic qui non crediderit, rectius iudicabit.

Iis uerbis, Plato præcipuam artis rhetoricæ partem, breuiter explicauit, quā Aristoteles uix longa oratione potuit expedire. Ex quo palàm fit, an aduersarius, Platoni iure obiiciat loquacitatem, cum tam paucis complexus omnia fuerit, quæ Aristoteles diu scribendo laborauit. Norat hic omnium maxime & tempus, & modum orationis. Longior est interdum, cum in dialogis aliqua re proposita, non nisi pluribus cogi potest, qui respōdet assentire. Interim uero quā breuissimus est, dum rem aliquā definiri oportet, & scientię, ut ita dicā, puncto cōplecti. Quippe ne Aristoteles qdem reprehēdendus est, q̄ prolixius artē tractarit, dum particulatim de iis differuit, quæ non dum scripta habebantur, & cognitu erant necessaria. Habet suū unūquodq; genus dicendi modū, atq; is aptissime agit, q modo longior, modo breuior est, pro reę, temporum'ue ratione. Demosthenis qdem apud græcos, apud latinos uero Ciceronis, ea oratio optima fertur esse, quæ maxima. & certe, ut aliæ bonæ res, ita bonus liber, melior qsq; est, quo maior. Breuitas itaq; eatenus custodienda est, quatenus causa permittit. Alioquin præuaricatio esset trāsire dicenda, uel cursim, & breuiter attingere, quæ inculcanda essent, et repetenda. Num siquis etiam peripateticorum, quod facere, hac tempestate, disputantes consueuerunt, cū re aliqua proposita, syllogismum protulerit, si ad eum, qui uel primæ, uel secundę propositiōni contradixerit, respondere, atq; aliis syllogismis, tum ꝓpositum suum tueri, tum aduersarii rationes soluere uoluerit, id'q; tandiu fecerit, quoad soluendi, obiiciēdi'q; facultas detur, non modo, nō breuior, sed multo lōgior, q̄ apud Platonē sit, disputatio protrahetur? Neq; tamen perfici propositum poterit, nouis semper obiectionibus adductis, siquidem externæ orationi, instantiam semper afferri posse, author est Aristoteles. Atqui Plato, cū primū aduersarium coegit, omnibus, quæ præposita fuerant, assentiri, quod pluribus uerbis fieri necessarium est, tum affert conclusionem, sed qua ui dicendi, quo splendore uerborum, qua sentētiarum copia, qua demon-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtrandi, probandi'ue ratione, ſiue a` natura ducat argumentum, ſiue a` notione cõmuni, ſiue ab exemplo, quo etiam multitudinem capiat, & doctos teneat, atq; indoctos, Nec ullam oratio/nis ambiguitatem relinquat? Quantum etiam fructum, uſum'q; rerum commodiſſimarum au ditoribus præbet? Quid eloquẽtiam eius, & dicendi copiam memorem? quam te non pudet loquacitatem appellare. Nullum profecto in eius ſermonibus uerbum eſt, quod nõ magnum aliquid ſignificet, & plurimum præſtet utilitatis. Quod ſi rhetoricæ finis perſuaſio eſt, hæc au/tem, quomodo optime fiat, Plato tradidit, Vt'q; Ariſtoteles, quæ a` ſe didicerat, conſcribere poſ ſet, author fuit, quo iure inuehi in eum potes, tanquam oratoriæ artis ignarum? Fuerunt fortaſ ſe nonnulli, qui cum aliis, quomodo perſuaderi poſſet, præcepiſſent, id tamen ipſi præſtare ne quaquã potuerunt. Sed Plato & præcepit optime, & quæ præceperat, egit egregie. Conuenit ſane` inter omnes, ſolo contradicente aduerſario, neminem in perſuadendo Platone præſtãtio rem fuiſſe. Neminem tam apte, diſtincte, ornate, copioſe'q; dixiſſe, quis machinas Platonicæ orationis euadere poteſt? quis eius artificio reſiſtere, quo minus uictus, proſtratus'q; diſcedat? Corruunt aduerſarii, quaſi uertigine capitis, & oculorum caligine capti, obmuteſcunt, atq; ut Menon ait, quaſi quodam ſtupore obtorpeſcũt, Protagoras, Hippias, Prodicus, Gorgias, Po lus, Menon, Eutiphron, & quicũq; alii cum Platone decertãt, multum, diuq; dilapſi, & ſibi pa/rum conſtantes, ac pugnantia dicentes, demum inaudita quadam dicendi ui ſuperati conſen/tiunt. Vnus, inqt, aduerſarius, idem'q; ſemper eſt Platõis ſtylus, ubiq; ſui ſimilis, natura factus, non arte. Fateor, philoſophus enim Plato erat, & philoſophiæ uerus ubiq; profeſſor, ſiue de re bus diuinis, & a` materia ſeparatis, ſiue de rebus naturalibus, ſiue de moribus, ſiue de religiõe, aut de republica, aut de diſſerendi, orandi'ue facultate, aut de alia quacũq; re agat, morem phi/loſophi ſeruat, & ab eius officio nunquam diſcedit. De omni materia ita tractat, ut ueritatem cuiuſq; rei, eſſentiam, honeſtatem inueſtiget, ac contempletur. Hoc enim præcipuum philoſo/phantis munus eſt, indagatio, atq; inuentio ueritatis. Hæc uera philoſophia eſt. Huius rei amo re, ac ſtudio, philoſophi nomen inuentum eſt. Huius ubiq; Plato ſtudioſus, atq; auidus indaga tor fuit. Huius limites ſeruauit, ut debuit, cum de rebus diuinis, humanis'q; diſſereret. Quod ab Ariſtotele quoq; Platonis diſcipulo, accuratiſſime ſeruatũ eſt. Sed aduerſarius non minus Ari ſtotelis characterem, q̃ Platonis ignorat. Hoc igitur damnat, q; ſimili modo, de rebus ſimilibus Plato ſcripſerit. At ille hoc ipſum optat, eadẽ ſemper de eiſdem rebus dicere poſſe. Ergo etiam de ſimilibus ſimili modo, & non modo hoc, modo illud, de eadem re opinari. Simplex enim ueritatis ratio, atq; oratio eſt. Nec fieri poteſt, ut dum uarie qs de eadem re opinatur, & dicit, Non falſa etiam, & ſibi inuicem repugnantia ſentiat. Sed Plato ueram ubiq; rerum rationem, & genus, modumq; dicendi aptum ſecutus, nihil ſibi diſſimile, aut diuerſum cõtingere paſſus eſt. Neque uero aduerſarius negabit ſimile dicendi genus ſimilibus rebus deberi, cum uariis di cat uarium eſſe tribuendum. Ita enim natura comparatum eſt, ut ſi uariũ uariis tribuitur, idem quoq; eiſdem uideatur tribui oportere. Quod ſi Plato quantum in unaquaq; re eſſet ueritatis, ut philoſophũ decebat, inueſtigauit, atq; diſſeruit, conſtat nõ fucato quodã dicendi genere uti eum debuiſſe, nõ laſciuo, pumicato, populari, ſuperbo, theatrali, ſed graui, modeſto, honeſto, æquali, leni, quieto, dilucido, cũ dignitate, & ornamentis cõuenientibus ueritati, ac ſtudio phi/loſophiæ. quæ certe nemo unquã Platone perfectius eſt aſſecutus, quo cum nemo unquã ora/tione cõtendere auſus fuit. Probat hoc, ut cæteros omittam, M. Tullius uir doctrina, & eloquẽ tia inſignis, Mollis eſt, inqt, oño philoſophoꝝ & umbratilis, nec ſentẽtiis, nec uerbis inſtructa
» popularibus, nec iuncta numeris, ſed ſoluta liberius, nihil atrox, nihil mutabile, nihil aſtutum,
» caſta, uerecũda, uirgo incorrupta quodãmodo. Itaq; ſermo potius, q̃ oratio dicit'. Veꝝ aduerſa/rius, an hæc ad laudem Platonis aſcribi debeant, ignarus, ſermonem eius iudicat, naturali pul/chritudine, non arte, aut ſtudio, aut cultu aliquo comparatum. Quod tamen ipſe naturale ap/pellat, id Marcus Tullius, clariſſimis uerborum ſuorũ luminibus philoſophis tribuit. Simplex enim, uniformeq; genus dicendi, potius a` natura, q̃ ab arte proficiſci. cõtra autem, uarium, & pro rerum diſcrimine ſe immutans arte non natura inſtitutum aduerſarius ſignificat. Tametſi multi quoq; Platonis æquales, uiri ſingulari doctrina prædíti, diuinũ Platonicæ orationis or/natum admirantes, nõ naturalem, ſed arte, ſtudio'q; acquiſitum dixerunt, adeo'q; & delectum uerborum, & rationem compoſitionis illi curæ fuiſſe, ut ſæpenumero eadẽ ſcripta mutarit, atq; reſcripſerit demptis aliis, aliis additis, ut pectere a` ſe ſcripta diceretur. Cuius rei argumentũ eſt, q; poſt eius mortem, exordium librorum, quos de republica ſcripſerat, bis, ter'q; ſcriptum in ce/ris inuentum eſſe Diogenes Laertius refert. Cui proculdubio, plus fidei adhiberi, q̃ aduerſario debet

debet. Quod ſi iſito quodã naturæ beneficio, ita Plato locutus eſt, ut nemo unquã uel ſummo adhibito ſtudio attingere eloquẽtiam eius potuerit, quod certe aduerſarius fatetur, cur diuino illum ingenio fuiſſe non iure exiſtimemus? Si uero arte, ſtudio, uigilantia eo` proceſſit, quo` ne/mo adhuc potuit peruenire, quis rurſus, tantam ingenii uim non admiretur, qua mortales oẽs in dicendo facile ſuperarit? Sed parum hæc uidet aduerſarius. Ariſtotelem uero, uario ſtylo uſũ fuiſſe ſcribit, quod plane` falſum eſt. etſi uerum eſſet, nihil laudis, aut gloriæ afferret Ariſtoteli. Siquidem is quoq; eodem ubiq; dicendi genere uſus eſt, rebus, de quibus tractauit, accommo dato, quanquam interdum apertior eſt, interdum obſcurior, ſiue pro rerum difficultate, ſeu ne/paſſim quibuſcunq; hominibus grauiſſimæ philoſophiæ rationes patefierent, ſemper tamen ſeruat quietum illud, & remiſſum, & ad docendum idoneum genus dicẽdi ſine ulla exornatio/ne. Nam ſiquid forte elegantius ad Alexandrum, aut alibi ſcripſit, id perbreue fuit. Nec Plato huiuſmodi ornamentis caruit. Quippe omnes eius de republica libri, pleni ſunt ſcredibili qua dam dicendi ſuauitate. Exordia Phędonis, Timæi, Parmenidis, Critiæ, diuino quodam orna tu ſcripta leguntur. Totus Gorgias eloquentia ſurgit, & miram quandam affert legentibus uo luptatem. Vbicunq; demum ſubiecti materia patitur, quo modo aliquid pulchrius, aut iucun/dius, aut ſplendidius, aut magnificẽtius dici poteſt, q̃ Plato dixerit? ut mihi uideatur, quod pau lo ante ex M. Tullii ſententia dixi ueriſſimum eſſe, q; Plato in oratoribus irridendis, ipſe ora/tor ſummus fuiſſe uideatur. Quin etiam Ariſtides Eudęmonis filius, uir optimarum artium cul tu, tanto præſtantior aduerſario, ut pudeat me cum hoc illum conferre, quãquam Platoni pro arte rhetorica, atq; oratoribus repugnat, ſic tamen & ueritate ipſa, & doctrina Platonis eximia uincitur, ut modo patrem, ac magiſtrum oratorum eum uenerabundus appellet, modo ad eũ ſe conuertens, ſic alloquatur. Tu´ne, qui Neſtori illi, cuius ex ore melle dulcior fluebat oratio, ſi milis es, ne dicam præſtantior, cui Sirenes illas tot carminib⁹ celebratas, facile ceſſuras credide rim, Tu´ne inquam alios, ſiquid ſuauiter dicunt, accuſas, atq; reprehẽdis? Ita Plato dicendi fa cultate ſine controuerſia omnes anteiuit, Quẽ aduerſarius dicẽdi uarietates, ac orationis diſcrí mina ignoraſſe contendit, ueruntamen ea dicẽdi facultas tribuenda eſt Platoni, quæ a` publí ca plebeia'q; ſecedẽs ueritatis rationem complectitur, genusq; rhetoricæ artis longe nobilius conſtituit, quod Ariſtoteles conuerti cum dialectica dicit, Plato facultatem uocat, qua ſatis de unaquaq; re dici poteſt, nec ualet niſi philoſophiæ, ac ueritatis ſtudio comparari. Eius uerba in ſermone, qui Phædrus inſcribitur, hæc ſunt. Niſi qs philoſophãdi ſtudio ſatis profecerit, nõ poterit ulla de re, perfecte diſſerere, quod enim ueritatem non attigit, neq; ars eſt, neq; fieri un quam poteſt. Quemadmodum & Marcus Tullius dum uerum, abſolutum'q; oratorem deſcrí bit, eloquentem eſſe oportere ꝓfirmat, id'q; perdifficile eſſe, & ſummo labore, ſummo'q; acqui ri ingenio, omni nanq; ſcientia eruditum eſſe debere, quo fieri, ut diſertos multos uideamus, eloquentem uero neminem. Sed qui longior ſum, cum rem paucis explicare poſſim? Audi Her mogenem, qui rhetoricæ artis præcepta perfectiſſime tradidit, quid de Platonis ſentiat oratio ne, & cum quibus eum conferendum exiſtimet. Primũ, exempla quorũdam præceptorum ar tis accipit a` Platone, deinde, cum de forẽſi genere dicẽddi pertractat, Demoſthenis oratiõem dicit eſſe optimam, quatenus ſimpliciter forenſis oratio intelligi poteſt, At uero cum ad eam partem acceſſit, quam demonſtratiuam uocamus, non forenſibus ſcilicet queſtionibus ſurgen/tem, ſed pedeſtriorem incedentem quietius, Platonis orationem, omnium pulcherrimam eſſe confirmat, atq; ita pulcherrimam, ut reciprocari poſſit, & quod in genere demonſtratiuo pul/cherrimum eſt, id Platonis orationem dicere, quod uero Platonis oratio eſt, id pulcherrimum in demonſtratiuo genere liceat affirmare. Itaq; platonicam orationem, quaſi optimum affert exemplum iis, qui in demonſtratiuo genere uerſantur, nec in demonſtratiuo genere duntaxat, ſed etiam in ciuiliori illo, & theatrali Platonem Demoſtheni pfert. In tertio uero demonſtra/tiuo genere, quod poeticũ eſt, principem ſtatuit Homerũ. Itaq; tres iſtos dicendi príncipes fuiſ/ſe cõmemorat, Homerum, Platonem, Demoſthenẽ, & necui forte leue id uideat', quod Plato ni tribuit, effici, inquit, eiuſmodi genus demonſtratiuum iis ideis, in quibus orationis magni/tudo conſumit', grauitate, claritate, uigore, ambitu, excepta aſperitate, & uehemẽtia. Supereſſe etiam eodem in genere oportere eam, quæ mores orationis faciat, remiſſam locutionẽ, quí etiã dulcedinem adeſſe, & cultum, quæ delicatã, & pulchram reddunt orationẽ. Hinc uim accom/modatã uiæ, ac rationi dicendi, quã præcipuam eſſe oíum generum, quæ uim faciãt, fatetur ta men in eo genere demonſtatiuo, quod ultro, citro'q; locutionem cõtinet, quod & apud Plato/nem plurimũ eſt, aſperitatem quoq;, & uehemẽtiã opportune accipi, quomodo etiam omnia,

quæ uim facere possunt, Sed inciuile, & theatrale genus demonstratiuum consumi eisdem so
mulis, quibus deliberatiuum. Qui itaq; nouit planam, puram, ac dilucidā facere orationē, nec
magnitudinē ignorat, & eas, in quibus magnitudo cōsumitur, formulas exercere. Præstat præ
terea dicendi morib⁹, & iis, quæ mores coficiunt, necnō delicata, pulchrāq; oratione, Et cum
ctissimæq; oratoriæ disciplinæ, & scire, & posse uti occasionibus. Hęc etenim præcipua uis est,
ut in uno quoq; dicendi genere, & in unaquaq; sententia scias quo tempore, quo loco, quo mo
do, in quam personam, qua causa utaris. nec solum, ut scias, sed etiam, ut possis, quod Platonē
& sciuisse, & potuisse testatur. Item cū tria dicēdi genera idē author Hermogenes ponat, quæ
etiam figuras appellat, sublime uidelicet, tenue, moderatum, quod eoꝝ non apud Platonē in
ueniasꝰ Quippe sublimis, quod & uerborum, & sentētiaꝝ magnitudine constat, usus apud eū
plurimus est, cum de rebus diuinis, ac maximis loqtur, quale illud est. Maximus ille princeps
rerum moderator Iupiter currum agitans uolucrem primus incedit, curam gerens omniū, nu
tuq; uniuersa disponens. Itē illud. Deus, ut uetus etiam sententia est, initium finemq;, & me
dium rerum omnium cōtinens recte incedit, naturæ ratione cuncta plustrans, Et alibi. Circa
oium regem omnia sunt, & illius gratia oia, & ipse causa est bonorū omnium. Et rursus. Bo
nus erat, bonum autem nullius rei inuidia agitari licebat. & reliqua, quæ uerbis, figurisq; aptis
simis ad diuinarum reꝝ grauissimarumq; sententiaꝝ explicationem conueniunt. Tenuis autē
generis, quod & sententiarum, & uerborum humilitate extenuatum est, exempla apud Plato
nem multa inueniri possunt in libris, quos de legibus scripsit, ubi de cōmerciis, & agricultura,
& aliis huiusmodi rebus locutus est. Multa etiam ex cæteris eius sermonibus licet colligere, in
quibus sæpenumero res quasdam minutas ita accurate pertractat, ut eas plane ante oculos cō
stituere uideatur. Atqui moderati generis frequentior apud eū usus est, præsertim cum de mo
ribus, de honesto, de uirtute, de felicitate, de fine hominis agit, siue demonstrando, siue elicien
do pedetentim rationes, siue asserendo, siue alia uia disputando, semper enim formā orationis
accōmodatam subiectæ materiæ diligentissime seruat. Sed de his, satis dictum est, & plus for
tasse, q̄ res exigere uideatur, cū nemo sit, solo aduersario excepto, qui artificium in dicēdo Pla
tonis non admiretur, & cæteris omnibus anteponat.

Platonem differendi ratione excelluisse.
Eundem post grāmaticam, poeticamq; .xx. annos Socratem audiuisse.
Eundem magos impedientibus Asiæ bellis adire nequiuisse.
De triplici genere Syllogismi demonstratiuo, dialectico, & sophistico.
Platonem omni genere syllogismi usum fuisse.
Totum Platonis Timæum ex syllogismis demonstratiuis constare.
Quo argumento ostendatur cœlum generatum esse.
Aristotelem in libro de principiis rerum naturalium Platonem sequi.
Cœlum esse ingeneratum demonstrari ab Aristotele, a` Platone uero generatum.
Quare animi immortalitas probetur in Phædone.
Quare animus non sit harmonia.
In Phædro animi immortalitatem ex motus ratione probari.
Quare animus sit ingeneratus.
Duobus modis corrumpi omne corruptibile.
Per deductionem ad impossibile, animi immortalitatem probari.
Supposita Platonis, tanq̄ oracula delphica accipi.
Platonem, in euthydemo captioso uti syllogismo, quomodo Aristoteles in elenchis.
De artificio reperiendarum propositionum, cuius Plato inuentor fuit. Caput. V.

n Vnc ad differendi scientiam, quā logicam, siue dialecticam dicimus, transeundum
est. Qua in re, usqueadeo indoctum fuisse Platonē, aduersarius refert, ut nō uereat
affirmare, nunquam illū syllogismo probare aliquid potuisse. Tradunt qui Platōis
uitā scripsere, eū postq̄ grammaticæ, & poeticæ, & carmini dithyrambico, lyrico,
& tragico operam dederat, uiginti annos Socratem audiuisse, quo mortuo, cōtulisse se ad Cra

tyllum, disciplinæ

tyllum, disciplinæ Heracliti professoré, & Hermogenē, philosophiæ, Parmenidis studiosum,
Tum Megara, ad Euclidem cū nonnullis aliis socraticis accessisse, Post hęc Cyrenem ad Theo
dorum mathematicum profectū, inde Italiā petiisse, ut Philolaum, & Eurytum Pythagoreos
uideret. Mox peragrasse Ægyptum, & sacerdotes, ac prophetas eius prouinciæ adiisse. Persarū
etiam magos quæsiturum fuisse, nisi bella Asiæ eum impedissent. Hunc igitur uirum, qui tāto
studio, labore, uigilantia, literarum studiis incubuit, & tot, talesq; habuit præceptores, adeoq;
excellenti ingenio præditus fuit, homunciones quidam ingenio hebetes, nullumq; unquā, uel
studio, uel magistrorum doctrina fructū cōsecuti, diiudicare audēt, Et, qd intolerabilius est, in
sectari maledictis, atq; damnare, Sed ualeāt ipsi, Nos rem, de qua agimus, prosequamur. Cau
sam, cur Plato nullius scientiæ præcepta, regulasq; conscripserit, satis abunde, superius exposui
mus. An uero ex arte, & scientiæ ratione scripserit, & utrumne ex operibus, quæ reliqt, uidea
tur non modo secutus, sed perfectissime assecutus omnium optimarum artiū, disciplinarumq;
rationem, deinceps ostendemus. Quanquam pudet me, eam rem tueri, quā nemo unquā, præ
ter hunc homuncionem, in dubium uocauit. Veruntamen ita agere necesse est, cum affirmare
impudenter ausus fuerit Platonem, ne figuram quidem, aut modum aliquem syllogismi tenuis
se, nec prorsus aliquid scripsisse, quod uim demonstrationis haberet, q̄ uera igitur hæc calūnia
sit, primum uideamus. Cum triplex sit syllogismi genus, demōstratiuum, dialecticum, & quod
a` fallendo sophisticum dicitur, quorum primum ex ueris, necessariis, primis ímediatis, notio
ribus, causisq; conclusionis consistit, & suo primo, ac præcipuo modo, atq; etiā secundo, ea, quę
per se insunt prædicato, recipit, Secundum ex probabilibus, quæ aut omnibus placent, aut plu
ribus, aut clarioribus, nobilioribusq;, Tertium ex iis, quæ non probabilia sunt, sed uidētur, Cū
inquam, tripartito genere, syllogismus ita distribuatur, quod nam eorum genus Plato non tra
ctauit? quod alios non docuit? Nam demonstrandi uim, eiusq; summam necessitatem, nemo
melius, q̄ ille explicauit, ut in Timæo patet, in Parmenide, in Phædone, in Philebo, ī Sophista,
Item in decimo legum libro, & tractatu addito legibus. Secūdo etiam reipublicæ, in omnibus
deniq; eius sermonibus, quocunq; in loco materia patiatur. Ita enim ubiq; ex prioribus, aut sim
pliciter primis, si fieri potest, aut nobis primis, per resolutionem exquirendo, necessariam affert
ueritatis cōclusionem, ut nemo obiicere quicq̄ possit. In Parmenide, ita demonstratur, Vnum demōstrat⁹ Plato
multa non est. quod multa nō est, nec partes habet, nec totum dici potest. Ergo unum nec par
tes habet, nec totum dici potest. Item unum partes nō habet, nec multa est, nec principium, aut
finem, aut medium habet, & ob eam rem termino caret. quippe principium, finis, & mediū ter
mini sunt. Vnum igitur īfinitum est, quod infinitum est, neq; rotundū, neq; rectum est, Sic enī
termino describeret, Ergo figura etiā caret. Item quod figura caret, nec in seipso, nec ī alio esse
potest. Sed, ne longior sim, omnis fere hic sermo Platonis ex syllogismis demonstratiuis quan
tum subiecta materia patitur, cōstitutus est, ut nullum argumētadi genus acrius, ut ita dixerim,
atq; efficacius liceat inuenire. Cœlum, in Timęo inquit, uideri, ac tangi potest, corpore etiam
constat, quæ autem huius generis sunt, sentiri possunt, quæ uero sentiri possunt, hæc opinione
etiā cum sensu comprehendi possunt. & generantur, generataq; sunt. Cœlum igitur generatū
est. Rogemus obsecro parumper nouum istū præceptorē, an hæc oratio syllogismus sit, & ali
quid habeat demōstrationis, ac necessitatem afferat, sed iste cū & quid sit, & quemadmodum
demonstratio fiat, ignoret, nihil nobis respondebit. Verum ad maledicta se, contumeliasq; con
uertet. At Plato more geometrarū, prius, quā, demōstret, sumit terminos, & suppositā statuit,
ex quibus inferat demonstrationē. Vere ens, inquit, est, quod intelligentia cū ratione compre
hendi potest. Generatum id est, quod opinione cū rationali sensu concipitur. Omne, quod ge
neratum est, a` causa ortum est. Quod ab aliqua causa non prouenit, non est generatum. Cuius
exemplū semper ens est, id bonum est, & necessarium, Cuius exemplum est generatū, id bonū
nō est. Vniuersum, siue cœlum, siue mundus uocetur, hūc in modum Plato ꝓponere, atq; hisce
principiis argumentari solet. Quem Aristoteles secutus, libro primo de principiis rerum natu
ralium, Illud, inqt, nobis propositum sit, res oēs naturales, aut aliquas moueri. Et in libro, quē
de cœlo scripsit, quinq; illa supponit. Motum simplicē corporis simplicis esse. Corpus simplex
motū aliquem simplicem, secūdum naturam habere. Duos esse simplices motus, unum uni esse
contrarium. Quod contrario caret, id nihil, a` quo corrumpatur, habere. Ex iis substantiam qu
ti corporis demonstrat. Sed hic quidem, ingeneratū esse cœlum, his suppositis ostendit, Plato
uero generatum esse, suis suppositis declarat. Cæterū quomodo hic generatum, ille ingenera
tum dicat, nō est animus hoc loco explicare. Syllogismus igitur, quē modo proposui, demon

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtrationis uim obtinet, Ex definitione, per conuerſionẽ factus, in quo medium eſt ipſa defini/
tio, quę rei cauſa eſt. Nam quid eſt eſſe, quãuis demonſtratio eius non ſit, tamen per demõſtra
tionem patet, ubi per cauſam rei, eſſentia demõſtratur, quẽadmodum hoc loco fieri uidemus.
Cœlum enim propterea generatum eſt, quia uideri, tangi'q; poteſt, ſicut etiã Ariſtoteles ſecun/
do libro poſterioꝝ tradit. Quippe Lunę, inquit, propterea defectũ fieri, quia lumen Solis, tellu
ris opacitate priuatur. Item Plato. Cœlum generatũ eſt, ĩquit, quod autem generatum eſt, cau
ſam habet. Hęc ita. In Phædone autem, cũ de animi immortalitate pertractat, interim, ex cõtra
riorum ratione, & uicaria (ut ita dicam) generatiõe nõnunquã ex recordatione, aĩum demon/
ſtrat ante generationem corporis fuiſſe. interire autem cũ corpore non poſſe, Ex eius ſimplici/
tate declarat. quinetiã obiecta, quæ ſumi ex harmonia poſſent, ſyllogiſmis diligentiſſime ſol/
uit, Animũ, inquit, ante ortum corporis fuiſſe, oſtenſum eſt, Atqui harmonia ante compoſitum
eſſe non poteſt, ergo animus harmonia nõ eſt. Item harmonia compoſitum ſuum ſubſequitur,
animus uero corpori dominat', atq; eo præſtantior eſt, Ad hæc harmonia magis, ac minus re/
cipit, animus minime. harmonia nequaq̃ iis contraria eſt, ex quibus conſtat, animus uero cu/
piditatibus corporis aducrſatur. His finitimũ illud in Phędro eſt. Animus ſeipſum mouet, qđ
ſeipſum mouet, ſemper mouetur, quod ſemper mouetur, immortale eſt, animus igitur immor
talis eſt. Item animus a' ſeipſo mouetur, quod a' ſeipſo mouetur, id cæteris, quæ extrinſecus mo
uentur, origo, & principium motus eſt, principium uero ingeneratũ eſt. ergo animus eſt ingene
ratus, atq; ob id etiam immortalis. His duobus ſyllogiſmis, corruptionem animi tollere oĩno
Plato uidetur. Cum enim quicquid corrũpitur, duobus modis corrumpatur, aut enim a' ſeipſo,
propter materiã in eo contentam, aut aliunde fit corruptio, ut lignũ, tum ſua putrefactione cor
ruptioni obnoxium eſt, tum quia uri extrinſecus, ac ſecari poteſt. Primus ſyllogiſmus, animum
minime a' ſe corrumpi oſtẽdit, Secundus ne ab alio quidem corrumpi poſſe declarat, Verũ enĩ
uero de motu ipſo animi, quo per ſe animus mouetur, ſiue oĩno de eius motu, quoniã uir qui/
dam præſtantis ingenii, ſingularis'q; doctrinæ dubitaſſe uidetur, poſſem equidẽ oſtendere Ari
ſtotelem a' Platone nõ diſſentire. Sed hæc res alium locum poſtulat. Núc uidendũ eſt, quomo/
do per deductionem ad impoſſibile, Plato animi immortalitatem defendat. Niſi principiũ ſit,
inquit, nec ipſum ex alio, nec aliud ex eo fieri, aut moueri poteſt. Siquidem ex principio oĩa fie
ri debent. Hoc autem ſequitur, ut cœlum omne, omnis'q; generationis ratio corruat, & rurſus
creetur. Quod cum impoſſibile ſit, ipſa quoq; ſuppoſitio, quæ principium tollit, erit impoſſibi
lis. Itaq; non ignorauit Plato ſyllogiſmum conſtituere, & demonſtrationem, quoadeius ſubie
cta materia pateretur, ex principiis facere, diligenti ratione ſuppoſitis, quo rerum cognitio ma/
nifeſtior, ac certior haberetur. Quamobrem pleriq; ſingulari doctrina, ſapientia'q; pręſtantes,
qbus religionis ſuæ ratione permiſſum eſt, ut ſuppoſita a' Platone recipere poſſint, ea tanquã
delphica quædã oracula recepere, quod ex libris, quos ſcriptos reliquerũt, manifeſte poteſt in
telligi. Nã quomodo afferre in mediũ ſingula poſſim, cum philoſophi huius ſermo omnis ex
ſyllogiſmis cõſtet, ſit'q; pulcherrima demonſtrationũ neceſſitate refertus, et nihil oĩno habeat,
quod miro ratiocinãdi artificio uideatur carere. Legat, qui id cupit intelligere, Platonis libros.
Facile enim proſpiciet omne ſyllogiſmorum genus aptiſſime rebus, de quibus agitur, accõmo
dari. Tractatur ſcilicet pro rei opportunitate modo demonſtratiue, modo dialectice, hoc eſt p/
babili quadam ratione, interdum etiam captioſe. Nam etſi crebrior eſt uſus dialecticę propoſi/
tionis, tamen hoc etiã captionis genus adhibitum eſt, ut in Euthydemo patet, ubi omnes fere'
cauillationum modos attigit, quemadmodum feciſſe Ariſtoteles uidetur, in libro quẽ de Elen
chis, hoc eſt coargutionibus ſcriptum reliquit. Differitur ſyllogiſmo directo, prima, ſecũda, ter
tia figura, & modis figurarũ omnibus, uniuerſaliter, uel particulariter, affirmãdo, uel negãdo,
deducitur ad impoſſibile, ponitur uiciſſim conuerſionis ratio, inductio, inſtantia, ſunt proble/
mata a' definitione, genere, proprio, accidente. argumẽta a' maiori, minori, ſimili, omnibus de
niq; caſibus, ſunt enthymemata, ſunt probabilia, ſigna, exempla, omnis poſtremo diſciplinę lo
gicę uia, ac ratio. Per diuiſionem, per definitionem, per demonſtrationẽ, aut quouis alio mo/
do agi poteſt, Quippe, hęc oĩa ſubtiliter, abſolute'q; a' Platone tractari, perſpicuũ eſt. Poſt hęc,
nemini dubium eſt, artificium reperiendaꝝ propoſitionũ, & copiam plurimũ ualere, ſiue dia/
lectice, ſiue demonſtratiue, ſiue captioſe arguere libeat, & hanc facultatem omnem artẽ, ſcien
tiam'q; cõplecti. Cum enim nulla ratiocinandi complexio, ſine propoſitione fieri poſſit, propo
ſitiones autem capi, niſi certo artificio, nequeãt, hinc plurimũ ualeat neceſſe eſt, in quouis do/
ctrinæ genere ea ratio, de qua tractauit Ariſtoteles in iis libris, quos a' differendi facultate, logi

cos nominamus,

cos nominamus, in quibus ſane' tantum ſtudii uidetur uir ſapientiſſimus adhibuiſſe, ut nõ mi/
nus in iis, q̃ in aliis libris, excellentiam ingenii ſui manifeſtam fecerit. Tam uero commodam
hanc artificii rationẽ exiſtimauit, ut abſq; ea ſyllogiſmoꝝ doctrinam perfici poſſe prorſus nega
uerit. Non enim ſyllogiſmi formam duntaxat conſyderari, ſed etiã conſtituendi facultatem ha
beri ſcripſit oportere, quã cum traderet, non dubitauit affirmare genus omne, ea una ꝓfici poſ
ſe, tum oſtendendi, tum ad impoſſibile deducendi, tum etiã hypothetice arguendi, & oĩno ra/
tiocinandi, ſiue materia neceſſaria, ſiue cõtingens, ſiue alia quæuis prædicãdi ratio fuerit. Cer/
tum'q;, & exploratum eſſe exiſtimat, nõ modo hac uia genus omne ratiocinãdi effici poſſe, ue/
rum etiam fieri nõ poſſe, ut alia uia recte ratiocinari ualeamus. Omnem enim ſyllogiſmũ figu/
ra certa, ex iis, quæ ab eo tradita ſunt, fieri poſſe exiſtimat. Figuram autem, non niſi huiuſmodi
artificio conſtitui poſſe, quod tale eſt, ut amborum terminoꝝ, cuiuſcunq; problematis, ſiue affir
mandi, ſiue negandi, ſiue uniuerſalis, ſiue ſingularis, ſiue prima figura, ſiue ſecunda, ſeu tertia,
& quocunq; ratiocinandi genere, conſequentia reperire poſſimus, qd præterea termini ipſi cõ
ſequantur, quid a' ſe alienum recuſent, Conſequentiũ etiam, quid eſſentiale prædicetur, qd ut
proprium, quid ut accidens tribuatur, quid probabili, quid uera ſumatur ratione. His enim ita
compertis, apte'q; ordinatis, ſyllogiſmus oĩs conficitur, & quo pluribus eiuſmodi initiis abun/
damus, eo facilius concluſionem deducere poſſumus, & quo uerioribus, eo certius demonſtra
mus. Ex conſequentibus enim propoſitiones, media'q; ſumatur neceſſe eſt, nec ſyllogiſmus, ſi/
cut iam ſupradictum eſt, perfici aliter poteſt. Ita Ariſtoteles reperiendarũ ꝓpoſitionũ artificiũ,
non modo probat, ſed etiam tractat diligentiſſime, quod oĩbus, qui eius libros legent, conſtare
facile poterit. Hoc tam cõmodum, tam'q; utile, atq; præcipuum in differendi ratione artificiũ,
primus Plato, Ariſtotelis pręceptor expoſuit, in eo ſermone, q inſcriptus ẽ Parmenides. Quip
pe facultatem reperiendaꝝ propoſitionũ, mirifice in eo tradit, & quaſi ante oculos ponit. Præ
cipit enim, ut ueſtigandum, inueſtigandum'q; ſit, quid affirmationem, qd negationẽ cõſequa/
tur, aut non conſequatur, quid ſimul & conſequatur, & nõ cõſequatur. Rurſus'q; in utroq; eo/
rum, quid ſibi, ſuoq; ipſius reſpectu conſequens habeat, quid nõ habeat, quid ſimul habeat, et
nõ habeat. Simili etiã modo quid ſibi reſpectu aliorum conſequens habeat, quid non hẽat, qd
habeat, & non habeat. Ex quibus oĩbus ſimul iunctis, quatuor & uiginti coniugationes deriuã
tur, Ingens præterea ſumma propoſitionũ naſcitur, quibus omnibus uſus eſt Parmenides, cũ
de uno illo diuino ſermonem haberet, & quanq̃ uſu potius quodã artificioſo conſtare præce/
pta artis ſignificat, tamen non prætermittit, quinetiam de artificio multa præcipiat. Nam cum
Socratem, ad exercendum in dialectica arte, ingeniũ fuiſſet hortatus, flagitante illo orationem
eius exercitationis, eam eſſe rationem reſpondit, qua Zenonem philoſophum, olim diſputantẽ
audierat, illam'q; his uerbis confirmat, Si tuum, inquit, exercere ingeniũ cupis, oportet, nõ mo/
do poſito, ut quæuis res ſit, quid accidere poſſit, ex ea ipſa poſitione cõſyderare, ſed etiam po/
ſito, ꝓ non ſit, quid inde poſſit euenire. Verbi gratia. Si de eo agendum ſit, quod Zeno poſue
rat, an unũ ſit multa, animaduertendũ eſt, quid accidere poſſit, Tũ multis, uel reſpectu ſuo, ipſo
rum, uel reſpectu unius, tum uni, uel ſuo, uel multorum reſpectu. Rurſus ſi unum multa non ſit,
conſyderandum quid accidere poſſit, & uni, & multis, tum ſuo ipſorum, tum mutuę compara
tionis reſpectu. In ſumma, de quacũq; re ponatur, uel ꝓ ſit, uel ꝓ non ſit, uel aliquo modo affe
cta ſit, diligenter ſcrutari oportet, quæ accidant, tam ſuo ipſius, q̃ cuiuſuis alterius rei, quã intẽ/
deris, reſpectu. Eodem'q; modo, reſpectu, aut plurimũ, aut omniũ, quinetiam cętera, reſpectu,
tum ſuo, tum aliorum. Deniq; quicquid intenderis, ſiue ut ens, ſiue ut non ens, poſitum abs te
ſit, ita agendum eſt, Si perfecta ingenii exercitatione, ueri rationẽ cupis inueſtigare. En, q̃ bre/
uiter Plato, de huiuſmodi modis præcepit. Atq; etiam in rei propoſitæ demonſtratione, nouẽ
illis de diuino uno poſitionibus, in quibus tota Parmenidis diſputatio conſumitur, Vario arti/
ficio uſus eſt, quemadmodum & res exigere, & explicandi conſilium petere uidebat'. Hæc cũ
ita ſint, quis adeo amens, rudis, audax, temerarius eſt, qui Platonem dialecticę artis ignarum,
& differendi imperitum fuiſſe exiſtimet, atq; reprehendat? Immo uero quis non potius eius in
genium, doctrinam, eruditionem admiretur? Cuius artificium ſecutus Ariſtoteles, merito ab
omnibus probari & poteſt, & debet. Itaq; Plato in differendi ratiõe facile princeps fuiſſe exi/
ſtimandus eſt, & quaſi fons qdam, a' quo artificium diſputandi omne defluxerit. Quãobrẽ ad
mirari ſatis hunc eius aduerſarium non poſſum, ꝙ calumnias ſuas latere diutius contra uerita/
tẽ poſſe exiſtimauerit. Niſi forte ea cauſa deceptus eſt, ꝙ cũ latinis ſcriberet, qui uel Platonis li
bros nõ habent, uel uitio interpretũ ita obſcuros habent, ineptos, mẽdoſos, ut uix legi, ſine ſto

macho possint, Tutum proinde fore maleficium suum sperauit. Sed de logica hactenus.

Naturalium rerum scientiam calluisse Platonem, & Aristotelis scripta ab illius scriptis minime dissentire.
Animi generationem ab iis solis percipi posse, qui Pythagorei, Platonici q; sint, & mathematicas calleant disciplinas.
Quibus nominibus Aristoteles uocet principia naturalia, quibus Plato.
De triplici genere intelligendi.
Platonem perfectius Aristotele de cœlo scripsisse.
Quibus figuris Plato quatuor corpora dicat esse formata.
Quare ex igne, & terra Plato cœlum dicat constare, stellas autem ex quatuor elementis.
Quę ab Aristotele dicta de elementis fuerunt, eadem Platonem ante dixisse.
Parum consyderantes frustra irridere Platonem de corporum figuris. Caput VI.

a T qui naturalium rerum disciplinā ex Timęo Platonis, satis abunde licet haurire, siue principia reꝝ cōsyderemus, siue res ipsas ex principiis constitutas, atq; ex his eas in primis, quæ magis præcipuę, ac generales habentur, ut aīum, cœlum, et cœlestia corpora. Itē quatuor elementoꝝ uniuersalem rationē, & particulatim cōditionem eorū, sed de generatione animi, hoc loco dicendū non est, cum & multo difficilior quæstio sit, nec nisi ab iis intelligi possit, qui Pythagoreoꝝ, & Platonicorum rationes perfecte nouerunt, & mathematicaꝝ disciplinaꝝ cognitionē habent. Sit præterea ad eam explicandā longe prolixior oratio necessaria. De cœlo, & cœlestibus corporibus, siquis doctrinam Aristotelis sequendā existimat, quod equidē non improbo, profecto` reperiet, nihil ab Aristotele melius, q̄ a` Platone dictum fuisse, sed prius, q̄ ad hoc uenio, de principiis reꝝ naturalium dicam, quæ Aristoteles formam ponit, & materiā, & priuationē, Plato ideā, materiā, & optimarum rerum opificē deum. Triplex item genus intelligi, inquit, oportere, Vnū, qđ fiat, aliud, in quo fiat, Tertiū ad cuius similitudinē id, quod fit, oriatur, & ad patris, & matris, & nati cōparatiōem hæc trāsfert. materiā quidem, quæ oīa recipit, & quasi mater oīum est, omnino iformē, & specie omni priuatam esse, eisdē plane` rationibus probat, quas Aristoteles ab eo sumptas explicauit, ita enī inquit. Siquā formā sibi propriā haberet, hæc profecto` occuparet, impedimento`q; esset, ne cætera reciperentur. Quēadmodū siquis in rudi, inæquali, atq; asperiore materia signū aliquod imprimere uolēs, frustraretur labore, nisi prius eam explanaret, & lenem, ęqualem`q; ad unguem redigeret. Et rursus apertius, Illud, ad cuius similitudinē oritur, qđ fit semper eodē modo se habens, ingeneratum, & incorruptibile dicit, intelligentia consyderandū, quæ qdem & Aristoteles formæ tribuit, quod aūt fit, id sensibile, generabile, cōmutabile semper appellat. Tertiū genus formæ capedinē ponit, incorruptibilē, & rerū, quæ generantur oīum, sedem. Hanc aūt talem esse, ut sine sensu attingatur, & spuria quadā, ut ipse inquit, cogitatione, aīo cōcipi possit. At enī Aristoteles etiā ipse materiam primā ingenerabilē, & incorruptibilē ponit. Itaq; de primis rerum principiis, nihil prorsus a` suo præceptore dissentit. Cœlum aūt, secundum Platonis opinionē, causa ingeneratū, tempore generatū est, Aristotelis uero sententia, tēpore ingeneratum est, id q̄ unū, & solū in formā sphærę conglobatū, nullū habēs instrumentū, finitū quoq;, & ex tota naturali materia constans. Nullā enim inquit, alicuius rei partem, aut uirtutem foris relinquit. Sic recte simul, atq; apte locutus est Aristoteles, quæ oīa iisdē fere` uerbis a` Platone dicta accepit. Quanquā Plato perfectius de his disseruit, cum causam quoq; efficientē cœlo tribuerit. Sed si cœlum Aristoteles qntū esse corpus opinat, a` quatuor elementis diuersum, Plato uero, uel nō diuersum ab iis quatuor uidetur uelle, uel eorum summum, atq; præcipuum, tamen, uel in his conuenire inuicē uidentur iudicio eoꝝ, qui hæc diligentius fuerunt perscrutati. Quippe Plato quinq; illis figuris hæc corpora formari existimat, Pyramide ignē, cubo terram, Icosahedro aerem, octahedro aquam, dodecahedro cœlū. Quod si dodecahedrum a` reliquis figuris sua essentia differt, ut cœlū quoq; sua natura a` cæteris corporibus differat, necesse est. Quinetiā Xenocrates uir naturę rerum studiosissimus, & discipulo Platonis apprime familiaris, in eo libro, quē de Platonis uita scripsit, ut Simplicius in expositione libri de cœlo, & mundo refert, hæc dicit. Sic aīalia in formas, & partes oībus rebus distributa constituit, quousq; ad oīum animalium elementa deuenit, quæ figuras quinq;, siue quinq; corpora appellat, ætherē, ignem, aerem, aquā, terrā, Quibus uerbis apertissime constat, dodecahedrum illud pro simplicis corporis

cis corporis figura, a` Platone cœlo tribui, quod ætherē uocat. Itaq; hoc etiā inter Aristotelem & Platonem ꝓuenire uidetur. Nā etsi Plato, cœlum ex igne cōstare affirmat, quatenus scilicet uisibile est, & ex terra, quatenus tāgi potest, stellas`q; ex omnibus quatuor elemētis esse cōpositas, non tñ hæc ita esse existimat, ut quæ generationi, corruptioni`q; obnoxia sunt, corpus immortale constituant, sed ex igne cœlū esse, qa corpus æthereum lucidū est, e` terra, quia sensui occurrit, e` mediis, qa medioꝝ præcipuam recipit rōnem, quod ne Aristoteles quidem inficias iret, cœlestia scilicet corpora, constare ex his sumitatibus elementorum, quando & ipse cœlū esse uult uisui, tactui`q; obnoxium, quod animatum quoq;, & animal esse, ut Plato censuerat, in libro de cœlo affirmauit. Nos enim, inquit, perinde, ut de animalibus istis consyderamus, ad hæc, quæ de quadripartita elementorū rōne, in libro de cœlo Aristoteles docet, eadem omnia Plato breuissime in Timæo exposuit. Easdem plane` qualitates speciatim declarans, ut incorruptibile, atq; ingenerabile sit ratione totius, ut ratione partis corruptibile, & generabile, neq; de his solum, sed de multis quoq; aliis particularibus naturæ rebus, Plato diligentissime tractauit, ut de animalibus, metallis, & iis, quæ græci meteora, latini sublimia uocant. De figuris, quas corporibus tribuit, qui hæc leuius consyderauerunt, risu digna scripsisse Platonem existimauere, cum ipsi potius ridendi, uel certe magis deridendi forent, At quibus curæ fuit, huiusmodi rerum notiones ab eruditissimis uiris, qui ante nos fuerūt, perscrutari, hi quemadmodum a` Platone hæc dicta fuerint, & sciunt, & possunt explicare.

Theologiæ rationes, neminem Platone subtilius attigisse.
Dionysium Areopagitam, non modo sententias, sed etiam uerba Platonis usurpasse.
De actiua philosophia perfectissime in dialogis locutum fuisse Platonem.
De uoluptatis duplici ratione. Cap. VII.

s Ed de his aliās. Nam theologiæ qdem, atq; eius disciplinæ, quæ ordine inuestigandi, rebus naturæ posterior est, dignitate, natura`q; prior habet, quis mentis compos dubitet palmā Platoni esse tribuendā? Quippe etiā peripateticæ princeps sectæ, ueritatis, quæ ab inuitis pectoribus erūpit, astrictus, principatum eius scientiæ Platōi concedit. Quid toto Parmenide sublimius? qd sapientius? quid diuinius? quid de summa simplicitate, unitate`q; primi entis, uel potius supra oīa entia dei plenius, atq; explicatius? Cuius nō modo sententiis, uerū etiam uerbis ipsis, princeps christianę theologiæ Dionysius Areopagita in oībus suis operibus utit. Multa etiā his similia in Sophista, multa in Politico, in Phædone, in Philebo, in Timæo, in Symposio, in Phædro, in libris de Rep. in legibus, in epistolis, deniq; in omni suo opere, de deo, & de rebus diuinis, & intelligibilibus, & intellectualibus sapientissime Plato disseruit. Actiuam uero philosophiā, siue quæ ad mores ꝓtinet, siue, quæ ad rem familiarem, aut statum ciuilem Reip. spectat, si apud Platonē repire uolueris, pleni sunt oēs eius libri, sed in primis q de Rep. scripti sunt, de legibus, Eutiphron, Apologia, Criton, Theætetus, Menon, Hippias uterq;, Alcibiades uterq;, Sympositū, Phędrus, Menexenus, Protagoras, Lysis. Quid Philebum commemorem? in quo, cū de ultimo hoīs fine differeret, qđ in ea parte philosophiæ, quæ de moribus tractat, præcipuū est, & ab aliis in uoluptate, ab aliis in prudētia ꝓstituitur. Ipse multis, præclaris`q; rationibus ostēdit, duplicē uoluptatis rōnem, eius`q; generationem, & essentiam, tum prudentiæ mentis, & scientiæ rationem. Respectu quidem uoluptatis excellētem, sed quatenus perfectam hominis felicitatem respicit, inferiorem. Quorum cum neutrum summum esse hominis bonum ostendisset, postremo concludit tertium quidem illis duobus, longe præstantius esse, felicitatem hominis, bonumq; extremum, id esse boni naturam ipsam, atq; rationem. Quæ, quanquam longo sermone, disputata a` Platone fuerūt, nullam tamen sententiam, nullum membrum, nullum deniq; uerbum, & ne punctum qdem orationis protulit, non summę necessarium, & doctrinæ, ac sapientiæ plenum. Quod idcirco a` me dictum uelim, quia aduersarius perturbata, ꝓtorta, inconstantia, plena loquacitatis scripta Platonis esse commemorat, sed de his hactenus.

Mathematicarum disciplinarum studiosissimum fuisse Platonem.
Platonis libros intelligi non posse, absq; mathematicis disciplinis.
Theonem composuisse compendium mathematicarum disciplinarum ad Platonis libros.
Neminem Geometriæ expertem scholam Platonicam ingredi aptum.

De oraculo delphico liberari Athenas pestilentia posse, si aram cubicam duplicarent.
Platonem primum cubi duplicationem inuenisse.
Quod sit difficillimum problema Geometriæ.
Sine Geometriæ cognitione, nec esse quenquam doctum, nec appellari posse.
Qua uia leges possint custodiri.
Virtutes esse, & quatuor, & unum.
Cæteras artes a' sapientiæ nomine excludi. Quatuor mathematicas disciplinas adhiberi.
Particula libri legum traducta, in qua apparet quid tenere debeat, qui recte uult discere.
Duobus maxime argumentis cuiusq; doctrinam probari. Caput VIII.

Nunc de mathematicis disciplinis, quarum simili modo, ignarũ fuisse Platonem ad
n uersarius scribit, dicendum aliquid censeo, ut in his quoq; q̃ excellens fuerit Platonis doctrina intelligi possit. Multa, pfecto' Geometrię, Arithmeticæ, Musicæ, Astronomiæ, passim in eius libris, præcepta cõtemplatione digna reperiuntur, quæ si Plato Mathematicarum disciplinarum ignarus fuisset, ut quidam homunciones blaterare non uerentur, non potuisset suis libris inserere. Nunc uero tam crebro his utitur, siue de rebus diuinis, siue naturalibus, siue moralibus differat, ut nemo, nisi mathematicis disciplinis instructus, opera eius possit intelligere. Hinc plerique expositores Platonis, in explanãdis eius libris, de mathematicis rationibus plura dixerũt, & Theon, summus ille mathematicus, cum opus de quatuor mathematicis disciplinis edidisset, compendium in Platonis libros inscripsit, quasi ea duntaxat in his continerentur, quæ Plato in suis operibus tetigisset. Equidem, ita a' maioribus nostris traditum accepi, Platonem non minus quadripartitam hanc mathematicarum disciplinarum rationem, q̃ aliam quamuis philosophiæ partem suis discipulis explicare solitum fuisse, ac uestibulo scholę eius, hoc epigramma inscriptum extitisse. Nemo huc Geometrię expers introeat, quod in primis significare uidetur, eum a' sacello philosophię arcẽdum esse, q Geometriæ disciplina non sit institutus, q̃q̃ illud quoq; possit denotare. Neminẽ esse intromittendum, qui uirtutem ex geometrica mediocritate quæsitam, non sit cõsecutus. Megaram quoq;, & Cyrenẽ, quemadmodum supradiximus, profectum esse Platonem constat, ut illic Euclidẽ summum geometram, hic Theodorum inter mathematicos præstantissimum audiret. Illud quoq; de eo legit', cum aliquãdo Atheniẽses Apollinis oracula scisciatum uenissent, quo pacto a' pestilẽtia, qua maxime uexabantur, possent liberari, huiusmodi responsum accepisse. Ita demum sospitem futuram ciuitatem, si illius aram, cuius figura cubica erat, duplicarẽt. Quapropter illos euestigio alterum cubum aræ coniunxisse. Sed non propterea morbum aliquo modo desæuisse. Quod cum ad Deum relatum esset, non dum sibi obtemperatum respondisse, quippe iussisse se, ut cubum duplicarent, eos uero cubo cubum superposuisse. Quamobrem Atheniẽses, cum aliquan diu ancipites consilii fuissent, ad extremum Platonem adiisse, quem norant mathematicarum rerum esse peritissimum. Consultum igitur Platonem, quid sibi Apollinis oraculum uellet, ita respondisse. Probro dare Athenienſibus Deum, quod Geometriæ disciplinam contemneret. Post hæc, ita duplicari cubum, discipulis suis ostendisse. Si duabus lineis rectis, duæ mediæ, rectæ proportionales inuenirentur. Duabus enim unam mediam proportionalem inueniri compertum iam erat. Sed duabus reperiri posse proportionales, adhuc erat ignotum. Platonem itaq;, id primum comperisse, & quod nunc, in libris Archimedis legitur, illius esse inuentum. Quod si Geometria cæteris omnibus mathematicis disciplinis, ob certiorem demonstratiõis, ueritatis'q; rationem, nobilior habetur. Ex omnibus autem Geometriæ propositionibus, ea difficillima fuit, quo pacto posset cubus duplicari, id autem Plato inuenit, quis adeo indoctus est, temerarius, amens, ut ignorasse illum mathematicas disciplinas ausit affereret? Aut quid est minus simile ueri, quam hæc incognita fuisse Platoni, qui cæteros semper ad præclaram huiusmodi rerum cognitionem hortatus est, & sine his, nec esse, nec dici posse, quenquam doctum existimat? Quippe in libro de legibus duodecimo, cum leges exposuisset, & quẽadmodum obseruari possent, inuestigaret, ridiculum'q; diceret esse hominem, q frustra elaboraret in re, quæ firma, ac stabilis nõ esset, Salutem inquit, legum, potestatem'q;, tum demum perpetuam fore, si sapientissimi ciuitatis sæpenumero unum in locum congregati, suas, atq; alienas leges exquirerent. Et siquid in alienis opportunum, atq; utile esset, adderent suis, Siquid in suis minus probandum, id remouerent, & ad unam uirtutem, uirtutis'q; ducem, ac principem mentem oculos dirigerent. Esse enim uirtutes, & quatuor, & unum. quatuor quod subiectæ res circa quas uersantur,

raculũ di' Ara ubica duplicar'

uersantur, diuersæ sunt, Vnum, quod ad unam mentem, & sapientiam respiciunt, quo sapientem quoque in administranda republica spectare, inquit, oportere. Sic enim fieri posse, ut & religionem erga Deum immortalem seruet, & diuinarũ rerum cognitionem habeat, & alios monere, atque instruere possit. Post hæc in tractatu, quem legibus addidit, cum quis, aut qualis sit sapiens, & quæ nam sit ea, quam petimus, sapientia, scrutaretur, primum, cæteras omnes artes a' sapiẽtiæ nomine excludit, mox quatuor mathematicas disciplinas, Arithmeticam, Musicam, Geometriam, Astronomiam probat, atque admittit. quod cum pluribus uerbis egisset, hæc addidit. Intelligẽdum præterea illud est, quod siquis hæc recte acceperit, maximum sibi fructum comparabit, sin minus, satius fuerit Deum semper implorare. Modus autem, quo recte accipi possint, hic est, dicere enim id aliquatenus oportet. Omnem geometricam circunscriptionem, & numeri constitutionem, & harmoniæ consonantiam, atq; astrorum circulationis rationem, unam omnium constare ei, qui recte discit, oportet. Constabit autem, si quod diximus, recte ad unum respiciens, discet. Ita enim quasi unum quoddam omnium innatum uinculum constabit. Quod siquis aliter hæc percipere statuerit, hunc fortunam, ut modo dixi, optare sibi secundam oportet. neque enim sine his effici ulla felix natura, in republica potest. Sed hic modus est, hæc educatio, hæ disciplinæ, siue difficilis, siue facilis uia sit, hac certe eundum est. Et paulo post. Qui autem hæc omnia acceperit, hunc uere sapientissimum dico, & siue ioco, siue serio loquor, confirmare non dubito. Et rursus, qui diuini, modesti, & reliquis uirtutibus præditi sunt, ac res, quę disciplinam beatam attingunt, sicut a' nobis expositum est, obtinuerunt, his solis cumulatissime felicitas comparata est.

Peroratio, siue epilogus primi libri. Caput IX.

Vod si Plato illum unum ueræ sapientem, illum felicem, illum pium, & immor
q tali Deo gratissimum esse fatetur, qui uirtutem colit, & mathematicis disciplinis incumbit, quo pacto rem, quam tantopere commendat, & ad quam capessendam cæteros hortatur, uel per contemptum ipse repudiet, uel per desidiam negligat? Errat nimirum, qui aliter iudicat. Desinat igitur aduersarius talibus contumeliis sapientissimum uirum impetere, quæ suam potius, quàm Platonis ignorantiam aperiunt. Cum enim duabus maxime rebus uniuscuiusq; doctrina probetur, siue, quod artium præcepta tradiderit, seu, quod ex ratione præceptorum aliquid scripserit, Plato quidem, quam ob causam præcepta non tradiderit, ut'q; id inscitiæ testimonium non sit, satis, ut arbitror, supra demonstrauimus. Quo pacto uero ex ratione optimorum præceptorum scribenda quæsiuerit, & sapientissime, atque eloquentissime scripserit, tum a' nobis illius sermone ostẽsum est, tum, si forte uel aduersarius, uel quiuis alius contendere ultra uoluerit, in promptu sunt eius libri, quos pro uoluntate sua quisque & legat, & iudicet. Nemo igitur uerbis aduersarii, sine aliqua ratione stulte, temere'q; prolatis, condemnandum esse sapiẽtissimum uirum existimet, sed pro suo quisque ingenio, uel lectitando libros illius, uel ab aliis discendo, quanta fuerit eius doctrina, quàm excellens ingenium, quanta dicendi uis, animaduertat. Ita enim facile, nostram quidem defensionem ueram, ac iustam, Aduersarii uero calumnias falsas, iniquas, & plane' detestabiles esse comperiet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

BESSARIONIS CARDINALIS NICENI, ET PATRIARCHAE CONSTANTINOPOLITANI IN CALVMNIATOREM PLATONIS LIBER SECVNDVS.

Christianæ religioni, Platonis libros magis, quàm Aristotelis conuenire.
Fidem christianis doctoribus minui, & existimationem eorum ab iis tolli, qui Platoni detrahunt, cuius testimonio supra omnes gentiles christiani maxime utuntur.
Aristotelis testimonio doctores ecclesiæ nunquã usos.
Docto potius in arte sua, q̃ rudi sancto credi oportere.

Caput Primum.

PLATONEM, QVAMVIS PRAECEPTA ARtium literis non tradiderit, nemine tamen propterea docto, & sapiente uiro inferiorem existimandum, libros'q; ab eo complures egregie scriptos, & ad posteritatis utilitatem relictos, satis superiori libro demonstrauimus. Nunc quoniam aduersarius, secundo uolumine, eum asserit, qui ad ueritatem christianæ religionis, & sanctæ ecclesiæ doctrinam propius accesserit, longe cæteris sapientiorem esse iudicandum, tum Platonem multo Aristotele inferiorem facit, quod ille a` doctorum nostrorum sententia alienissimus esse, hic uero maxime cum his consentire uideatur, nos huius quoq; rei contrarium plane`, nisi nos animus fallit, ostendemus, & doctrinam Platonis magis, quàm Aristotelis, nostræ religioni consentaneam esse demonstrabimus. Quod non ideo faciemus, quia Platonem aut existimemus, aut uelimus ostendere christianum fuisse. Alienus enim uterque a` nostra fide, tam Plato, quàm Aristoteles fuit, & ut nomine, sic religione gentilis uterq;, propter quod frustra Aristotelem hoc loco laudat aduersarius, & inops consilii, quo uera dicere uideatur ad religionem refugit, ut solent rei capitis, quærendæ salutis gratia, ad Asylum se, aram'q; recipere. Itaq; non est consilium laborare, ut Platonem christianum fuisse ostendamus, quemadmodum de Aristotele facit aduersarius, Sed ita hunc locum conabimur tractare, ut si quis ex authoritate quoque gentilium philosophorum, ueritatem nostræ religionis corroborare uoluerit, Platonis potius libris, quàm Aristotelis id effici posse demonstremus. Cum autẽ cerneret aduersarius, doctores ecclesiæ, uiros, ut uitæ sanctimonia, ita tam nostra, quàm gentilium doctrina insignes Platonis magis, quàm Aristotelis opiniones cum suis conciliare, & illius quidem testimonio, omnibus fere` in locis uti, Aristotelis uix unquam facere mentionem. Primum eos refellere conatus est, & existimationem, quam omnes de diuina re mentionem. Primum eos refellere conatus est, & existimationem, quam omnes de diuina illorum sapiẽtia conceperunt, animis abolere. itaq; suo potius, quàm illorum iudicio standum suadet. Nam quæ doctores nostri, inquit, afflati diuino spiritu scripserunt, si ad fidem duntaxat, & mortalium salutem pertinent, teneri credi'q; ab omnibus fas est, reliqua uero non ita recipienda sunt, ut a` sanctissimis uiris tradita fuere. Atqui si in iis, quæ ad fidem, & ueram religionem pertinent, credendum esse existimas ó bone uir, Platonis autem uerbis sanctissimi uiri utuntur ad fidei, & ueræ religionis confirmationem, cur æquum non censes, præberi eis fidẽ, dum in his Platonem longe Aristoteli præferendum existimant? Quod si doctores nostri sancti quidem tantummodo, & Deo dediti fuissent, optimarum uero artium studia, uix summis, ut aiunt, labris degustassent, concederem tibi profecto`, geometræ potius, in rebus ad geometriam pertinentibus, quàm sanctæ simplicitati esse credendum, & studiosis philosophiæ, ac bonarum artium peritissimis uiris plus fidei adhibendum, quàm iis, qui rudes fuissent, atque ignari, tametsi uitæ sanctitate insignes haberentur. At siqui cum sanctitate ad summum etiam doctrinæ, & sapientiæ peruenerunt, legerunt'q; Platonis, atque Aristotelis libros, & utriusque philosophi opiniones diligentissime sunt perscrutati, quales fuerũt apud græcos Basilius, Gregorius, Cyrillus, Gregorius alter, apud latinos uero, Augustinus, Boetius, & alii complures sapientissimi uiri, & philosophiæ studiis illustres, & tamẽ cum de uera religione disseruerunt, gentilium philosophorum authoritatibus, libenter innixi sunt, quo pacto existimas homines tenuum, spretis illis authoribus sequi oportere? Sed nos, & quicunque mentis compotes sunt, te dimisso,

te dimisso, doctores nostros sanctissimos, ac sapientissimos uiros sequemur, eorum'q; sententiam a` nobis propositam ostendemus.

Authoris excusatio, q̃ Aristotelem impugnare nolit.
Platoni, & Aristoteli plurimum laudis tribuendum.
Aristotelis sententia, non modo doctissimis, sed iis etiam, qui leuiter scripserunt, gratias esse habendas.
Timotheum musicum posterioribus profuisse, Phrynem uero Timotheo.
Sapientes omnes latinos secta peripateticos esse.
Interpretationem librorum Platonis, non esse synceram.
Authoris mentem, non esse omnia Platonis dicta probare. Caput. II.

Erum id mihi molestum hoc loco accidit, q̃ ea cogor scribere, quæ minime uellem, facit enim aduersarii iniquitas aduersus Platonem, ut qui non minus Aristotelem, quàm ipsum soleo laudare, fungi officio meo minus uidear. Nam cum aduersarius dicat, & suo duntaxat iudicio demonstret, melius Aristotelem, quàm Platonem de diuina natura scripsisse, quippe posuisse Aristotelem in diuinis trinitatem, Platonem minime, illum sensisse cœlum, & mundum sola Dei uolũtate ex nihilo esse productum, hunc materiam primam mundi principium posuisse. Ad hæc Aristotelem optime de animo disseruisse, Platonem figmenta quædam scripsisse, illum, quæcunq; sunt, prouidentia Dei regi, gubernari'q; existimasse, hunc omnia fato, ac necessitati subiecisse, eo` nos huiusmodi uerbis impulit, ut dum contrarium demonstrare nitimur, de Platone melius sentire, q̃ de Aristotele uideamur, atq; ita improbare Aristotelem, quod a` mẽte nostra longe alienum est. Nos enim de Aristolele quoq; semper honestissime loquimur, Absit'q; a` nobis tam praua, atq; insolens cogitatio, ut dum Platonem tuemur, detrahere illi uelimus. Vtrunq; enim sapientissimum fuisse arbitramur, Et gratias utriq; pro beneficiis, quæ in genus humanum contulerunt, agendas existimamus. quod ipsius quoq; Aristotelis authoritate agendum uidetur, Quippe in iis libris, quos metaphysica uocat, de ea parte philosophiæ perscriptos, quæ est de rebus diuinis, hunc in modum loquitur. Non modo iis agere gratias æquum est, qui nobis præcepta disciplinarum diligentissime tradiderunt, uerum iis etiam, qui de illis leuiter, ieiune'q; disseruere. Nam hi quoq; aliquid nobis utilitatis attulerunt, dum habitum nostrum exercitatione reddiderunt aptiorem. Enim uero si Timotheus non fuisset, non tantum modulorum haberemus, q̃ si Phrynis non fuisset, ne Timotheus quidem claruisset. Eodem modo de iis existimandum est, qui ueritatem indagare uoluerunt. Accepimus enim ab aliquibus opiniones aliquas, sed hi, ut tales essent, illi causa fuerunt. In hac igitur philosophorum comparatione, non alterum quidem laudibus extollemus, alterum iurgiis ac contumeliis prosequemur, quod aduersarius facit (utrunq; enim colimus, ac ueneramur,) sed quæ nam sit Aristotelis de iis, quas supra diximus, rebus opinio, & utrum eorum, quæ aduersarius refert, aliquid ille scripserit, uel quomodo scripserit, uideãt, qui id possũt inuestigare. Permulti enim possunt, cum fere` omnes nostræ ætatis sapientes, latini peripateticæ sectæ æmuli sint, Et quæ Aristoteles scripsit, diligentissime indagauerint, atq; perceperint. Nos certe, ut Aristoteles, de his rebus melius, deterius'ue aut cogitarit, aut scripserit, minime dicemus, frustra enim in re notissima laboraremus, nec aliud quicquam aduersus eum loquemur, præterquam q̃ christianum fuisse Aristotelem negabimus. Et aliquibus fortasse in locis, explanationis gratia, non eo modo, quo aduersarius putat, intelligenda esse dicta Aristotelis, ostẽdemus, quod non eo consilio faciemus, ut crimen obiiciamus Aristoteli, sed ut calumniatorem hunc, uel minime intelligere Aristotelem, uel peruertere illius sententias declaremus, Platonis uero opiniones, summo studio conabimur exponere, quoniam omnibus fere` latinis ignotæ sunt, partim quia libri eius in romanam conuersi linguam non habentur, partim, q̃ si qui habent, interpretum uitio, minus recte sententiam sui exprimunt authoris. Merito itaq; huiusmodi, præsertim de rebus diuinis opiniones explicandæ sunt, ut q̃ uicinæ, & quasi familiares sint nostræ religioni, etiam latini possint intelligere, Tum econtrario, quàm falsa sint, quæ ab aduersario obiiciuntur, manifestum sit. Hęc enim præcipua demonstrationis ratio erit, si cõtrarium eius, quod obiicit aduersarius, ipsius Platonis uerbis ostendam. Quod si ad hęc doctorum nostræ religionis testimonum adducam, & sententias Platonis, sacrosancto ore exponi,

Platonis libi. Aut... uir Tempe' nõ da... quem in latinu... habebantur

probari'q; demonstrabo, magis profecto` rei ueritas eluceſcet, nulli'q; dubium erit, Platonem non, ut aduerſarius fingit, ſed, ut nos oſtendimus, cogitaſſe, atque ſcripſiſſe. Nam aduerſarii ineptas expoſitiones, & argumenta leuiſſima, ſuo loco, poſt hæc refellam, quantum'q; ab Ariſtotelis opinione, & uerbis aberrent, explicabo. Sed prius, quàm ad rem ueniam, illud aperte profiteor, non ita me Platonis opinionem tueri, quaſi ex omni parte probandam, & cum doctrina noſtra comparandam exiſtimem. Neque enim illam animorum præexiſtentiam probo, nec numerum deorum, non cœli, ac ſyderum animas, non multa alia, quibus gentiles ab eccleſia damnantur, uerum quid duo philoſophi ſenſerint, quod inter eos diſcrimen ſit, exponere decreui. Etſi enim gentilis uterq; eſt, & a` fide noſtra alienus, tamen uter eorum melius ſenſerit, & religioni noſtræ conuenientius, operæpretium erit declarare, præſertim, cum nullam Ariſtoteli iniuriam illaturus ſim, ſi præferre ei Platonem uidebor. ſiquidem non ultro ad hanc comparationem acceſſi, ſed iniquitate aduerſarii coactus, qui eos adeo turpiter, & ignominioſe conferre inuicem non erubuit. Nam mea quidem ſententia, Ariſtoteles laudandus eſt, & doctrina, qua plurimum claruit, & ſtudio, quo bene de hominum genere meritus eſt.

Quid in Parmenide, Plato differat de omnium entium principio.
De ſuperſubſtantiali Dei diuinitate.
Quibus potiſſimum libris Plato de Deo loquatur.
Quæ nomina Deo à Platone indita.
Non modo ſententiis, ſed etiam uerbis Platonis uti doctiſſimos chriſtianorum.
De ſententia quadam Platonis in libro de legibus chriſtianæ fidei quamſimillima.
De conſonantia Platonicorum uerborum cum diuina ſcriptura.
Mentem cœli, ac terræ regem eſſe.
Ariſtotelem ſemper in diuinis adhæſiſſe Platoni.

Caput III.

Vid igitur de primo ente, uel potius de primo omnium entium, & ſupra omnia poſito principio, Plato in Parmenide ſcripſerit, uideamus. Ponam autem duntaxat capita rerum. Vnum, inquit, ipſum (ſic enim, ſic ſuperſubſtantialem Dei diuinitatem appellat) nō multa eſt, nec partem, nec totum, nec principium, nec finem, nec medium habet, infinitum, informe'q; eſt, nullo loco circunſcribitur, nuſquam permanet, nullo ſiue loci, ſiue alterationis motu mouetur, nec ullo modo fit, nec ſibi, alteri'ue idem, aut diuerſum eſt, nec ſimile, aut diſſimile, nec æquale, aut inæquale, nec antiquum, aut nouum, nec in tempore ullo, ſed omnino ſine tempore, quamobrem, nec genera tum unquam eſt, nec generatur, nec erat unquam, nec modo factum eſt, nec fit, nec eſt, nec poſt fiet, nec generabitur, nec erit, nec ſubſtantiæ particeps eſt. Iſta enim uerba erat, fiebat, genera tum eſt, præteritum tempus ſignificant, erit autem, fiet, & generabitur futurum, eſt uero, & generatur, & fit, præſens. Quod autem nulli ſubiacet tempori, id nec erat, nec eſt, nec erit. Ex quo fit, ut nullum etiam nomen ei inditum ſit, nulla definitio detur, nulla ſcientia, aut ſenſus, aut opinio eius habeatur. Itaq; nec nominatur, nec dicitur, nec cogitatur, nec cognoſcitur, nec ab aliquo ente ſentitur. Hæc Platonis uerba ſunt in Parmenide, quamuis pauca ex multis collegi, In aliis uero operibus ſuis, ut in Phædro, Phædone, Philebo, Timæo, Sophiſta, legibus, republica, epiſtolis, omnibus deniq; locis, in quibus de rebus diuinis mentionem facit, ſemper ſui ſimilis eſt, eadem'q; de eiſdem dicit, quod uiri docti officium, & ueræ, atq; inconcuſſæ rationis teſtimonium eſt. Vbiq; enim primum omnium principium Plato unum appellat, ubiq; opificem, & creatorem uniuerſi, ubiq; ſummum bonum, regem, & conditorem omnium nominat. In promptu ſunt græci eius libri, quos, qui uolet, legere poterit, & ex linguæ illius fonte haurire, quæ nos interpretamur, ut poſſumus. Adeo autem hæc Platōis theologia ſanctiſſimis fidei noſtræ doctoribus grata fuit, ut quotieſcunque de Deo aliquid ſcripſerunt, non modo ſententiis eius, ſed etiam uerbis uti uoluerint. Nam uir ſanctiſſimus Dionyſius Areopagita, qui primus, & ſummus chriſtianæ theologiæ author fuit, neminem'q; ante ſe habuit diuinarū rerum ſcriptorem, præter apoſtolum Paulum, & Hierotheum Athenarū pontificem, quibus ipſe præceptoribus uſus eſt, in libro, quem de diuinis nominibus edidit, ita ſcripſit. Manet quidem ſupra omnes ſubſtantias, ſuperſubſtātialis infinitudo, & ſupra mētes ſupmentalis unitas, & omnibus intelligentiis, inintelligibile eſt, qđ oēm intelligentiā ſuperat unū, & ineffabile, qđ omne

omne dicēdi rōnem excedit, bonū. Et rurſus. Vnitas unifica, oīs unitatis ſupſubſtātialis ſubſtantia, mēs inintelligibilis, ratio ineffabilis, irrōnabilitas, inintelligibilitas, inoīabilitas eſt, nullius entis ſimilitudinē gerit, et cauſa eſt entiū oīum, ipſum aút eſt non ens, utpote, qđ ultra oēm ſubſtantiā eſt. Item. nō ſenſus eius eſt, nō imaginatio, nō opinio, non ratio, nō ſciētia, nō nomen. Et paulo poſt. Supſubſtātiale diuinū principium, qđ ſit ſup eſſentia, ſup bonitatis minime itelligi pōt. Nec enī, ut rationem, aut uirtutē, nec, ut mentē, aut uitā, aut ſubſtantiā, memorare fas eſt cuiquam eorum, qui ueritatis omnem ueritatem ſuperantis amore tenetur, ſed ut ab omni habitu, uita, magnitudine, opinione, nomine, ratione, mente, intelligētia, ſubſtantia, motu, ſtatu, loco, unione, fine, infinitudine, omnibus deniq; rebus ſuperlatiue abſtractum perinde intelligendum eſt. Hæc per immortalem Deum, non`ne a` Platone per eadem fere` uerba Dionyſius ſumpſit? Quid Gregorium memorem, qui ob excellētiam huius diſciplinæ, theologi cognomentum apud græcos adeptus eſt? Hic in ſermone de reſurrectione domini, ita inquit, Deus erat, & eſt, & erit, uel, ut rectius dicam, ſemper eſt. Verba enim iſta erat, & erit, temporis noſtri, naturę'q; huius fluxæ, atq; iſtabilis particulæ ſunt. Ille uero ſemper ens eſt, id'q; ſeipſe nominat, cum Moyſem in monte alloquitur. Totam enim in ſe eſſentiam complexus eſt, quæ nec inceperat eſſe, nec deſinet. Et paulo poſt. Infinita igitur Dei ratione contemplari quidem facile poteſt, Id'q; unum de ea percipi, haud difficile eſt, ut infinita eſſe intelligat'. Hæc de uno, & primo omnium principio, ac de ſimplicitate, & unitate Dei, Plato, luce dūtaxat naturæ illuſtratus ſcripſit. Hæc noſtri ſanctiſſimi, ſapientiſſimi'q; doctores, chriſtianæ religionis proceres, diuino afflati ſpiritu docuere, quę res, aperte ſatis, teſtari uidetur recte hęc, & ſeſiſſe, & ſcripſiſſe Platonem. Quod ſi principes noſtrę fidei, hoc ſentiunt, quis cęteros dubitet idipſū opinari? Sed hos breuitatis gratia omittimus. Illud uero, quod Plato quarto de legibus ſcripſit, non`ne libris noſtræ religionis, q̄ſimillimum eſt? Deus, ut uetus ſententia eſt, principium, finem, & medium rerum omnium continens, recte incedit, naturæ ratione cuncta perluſtrans. Hunc ſemper iuſtitia ſequitur uindex eorum, qui diuinæ legis præuaricatores fuerint, hunc, qui felix futurus eſt, deuinctus cōſequitur, humilis, & modeſtus, qui uero ſuperbia elatus, uel pecuniis inſolens, uel honore, uel forma corporis, uel iuuentute ſimul, atq; amentia per contumeliam, animo erectus, non principem, non ducem ſibi ullum deſyderet, quaſi ipſe alios regere poſſit, deſeritur a` Deo, & ſolus miſer uagatur. Animaduertite obſecro, quanta ſit horum uerborum cum ſacris literis ſimilitudo, atq; conformitas. Ergo inquiunt, Ille, deus ſum primus, & ego poſtea ero. Hic, Deus principium, finem, & medium rerū omnium continet. Ille, Rectitudines nouit facies eius. hic, recte incedit. Ille, Iuſtus dominus, & iuſtitias dilexit, & mihi uindictam, ego retribuam. Hic, Hunc ſemper iuſtitia ſequitur uindex. Ille, Poſt dominum Deum tuum ambulabis. Hic, Hunc qui felix futurus eſt, deuinctus conſequitur. Ille, Deus ſuperbis reſiſtit. Hic, Superbus a` Deo deſeritur. Ad hæc in Philebo, Mens, inquit, rex cœli, & terrę eſt, quod poſtea in longum optime, pulcherrime'q; declarat. quemadmodum etiam in Timæo quærit quid ſit, quod ſemper eſt, & nullam habet generationē. Et hoc quidem, inquit, intelligentia cum ratione cōprehendi poteſt, ſemper eodem modo ſubſtans, & reliqua, quæ ibi ſapientiſſime explicantur. Plato itaq; in his mirifice ab omnibus comprobatus eſt. Ariſtoteles uero, quicquid de huiuſmodi rebus ſcripſit, Platonem ſecutus eſt, quāuis non ita expreſſe de his locutus fuerit. Quale eſt, quod in libro de diuinis rebus, ponit Homericum illud. Rex unus, princeps unus, aut ſi uſpiam Deum, & naturam nihil fruſtra agere profitetur, aut ſiqua naturalis auditionis libro ultimo, & diuinarum rerum duodecimo, de primo mouēte immobili, per ſe ſubſtante, breuiſſime attigit, quæ & ſi recte, ſapienter'q; ab eo ſcripta ſunt, quantum tamen inter hæc, & Platonis dicta interſit, facile quiuis poteſt iudicare.

Quàm inepte, interpretetur aduerſarius uerba Ariſtotelis, in principio de cœlo, & mundo.
Pythagoreos cuncta uoluiſſe ternario numero terminari.
Quid ſit corporis proprium.
Lineam in unum diſtendi, ſuperficiem in duo, corpus in tria.
Cur cuncta ſint tria, & præterea nihil.
Teſtimonium Ariſtotelis ex Pythagoreis de ternario.
Ariſtotelem ad ſenſibilia Pythagoreorum intelligibilia traduciſſe.

Neq; Platonem, neq; Aristotelem laudãdos esse, q; prædicarint, aut coluerint ueritatem, quia neuter eorum, ita de trinitate sensit, ut ad christianorum accesserit ueritatem.
De gradibus diuinitatis, quos statuit Plato.
Quid Plato libro. vi. de Rep. de secunda trinitatis persona locutus sit.
Solem non esse uisum, sed uisus causam, & uisu uideri.
De summi boni filio.
Platonem, in epinomide uerbum Deum uocare.
De epistola Platonis, ad Hermiam, & Herastum, & Coriscum.
De libro Plotini, de tribus personis.
Quid opinetur Plato, opificem causam esse, mentem scilicet, quæ creator sit.
Porphyrium, teste Cyrillo, ex Platonis sententia asseruisse diuinitatem ad tres personas processisse.
De Numenii sententia, de Deo.
Amelium Platonicum, Ioannis euangelistæ theologiam probare, quem barbarum appellat.
Origenem, & Arrium non lectione Platonis, ut falso aduersarius scribit, sed praua scripturarum interpretatione in hæresim lapsos.
Prauos interpretes, errorum materiam etiam ex euangelio uenari.
Contra eos, qui baptizatum putauerunt, non posse peccare.
Speciem quandam nostræ religionis, in Platone fuisse.
Quid Platonis lectio prosit homini christiano.
Platonem ob id maxime posse laudari, q; q̃ proxime ad christianam ueritatem accedat.
Causam cur Aristoteles de diuinis non tractauerit, eã esse, q; non uiderit illa posse demõstrari.
Fidem a Platone inter uirtutes primo loco positam esse.
Qui in seditione fidus sit, eum omni uirtute præditum esse, fidemq; posse perfectam iustitiam appellari.
Non scientia, & ingenio, ad summum bonum, sed fide perueniri.
Non magis Platonem, q̃ Aristotelem, deorum posuisse multitudinem.
Aristotelem in libro de cœlo, plures Deos manifeste ponere.
Secundum Aristotelem, cœlum, & stellas uiuere, & intelligere, & Deos esse.
Aristotelem, substantiam dicere intelligibilem, sempiternam q;.
De substantiarum numero.
Motus cœlestium corporum, censeri ab astronomis quinq;, & quinquaginta.
Platonem, Aristotelem q; longe a uulgari opinione colendorum deorum abfuisse.
Discretionem rerum naturalium, ab intelligentiaꝝ distinctione proueniisse. Caput IIII.

a T qui de trinitate diuina, optime disseruisse Aristotelẽ scribit aduersarius, in principio eius libri, qui de cœlo inscriptus est. Platonem uero nusquam, de ea re, quicquã dixisse, immo uero plures posuisse Deos, & dęmonum multitudinem, quibus exhiberi diuinum cultum oporteret. Quantam uero hęc uerba calumniam præseferãt, mox uidebimus. Primum, quæ de trinitate, in principio eius libri, Aristoteles scribit, tria cũcta esse, & ter quaq; parte, secundum Pythagoreorũ sentẽtiam, qui uniuersum, & cuncta ternario numero terminari uolunt, principium nanq;, medium, & finis, numerum uniuersi obtinẽt, hæc autem ternariũ faciunt, ista, ineffabilem trinitatis diuinæ rõnem explicare, non minus inepte, q̃ prolixe aduersarius contendit. Quæ res, si ita foret, nequaq̃ id subticuissent, tot præclaro ingenio expositores, tam græci, q̃ latini, qui aduersarium præcesserũt. Præsertim sanctus doctor Thomas, uir & acumine ingenii, & optimarum artium philosophiæ studiis insignis, q opiniones nostras Aristotelicis rationibus, quantũ fieri potuit, roborare conatus est. Hic profecto, & q eum secuti sunt, doctissimi uiri, siquid tale religioni nostræ lucrifacere potuissent, id procul dubio feciissent. Sed neq; hi locum illum, ita intellexerũt, & structura orationis, nihil tale significat. Quod cum aduersarius ipse non ignoraret, uolens nouum hoc genus expositionis, quasi monstrum quoddam, excusare, à Deo sibi reuelatum fingit, multis q; uerbis ostendere conat, haud mirum esse, si arcanum, quod tot sanctissimos uiros latere uoluerat, uni sibi Deus reuelarit, Ita pueriliter, atq; inepte se iactat. Aristoteles autem, cum in libris, quos de naturali auditione cõscripsit, de principiis rerum naturalium disseruisset, materia, forma, & priuatione, statuit librum de cœlo subiũgere, in quo, res ex principiis illis compositas tractaret. Hæc autem sunt

corpora,

corpora, quorum proprium est tribus dimensionibus constare. Magnitudinis, inquit, quod in unum diſtẽditur, linea est, quod in duo, superficies, quod in tria, corpus. Præter hæc, nulla alia est magnitudo, quoniam tria cuncta sunt, & ter quaq; parte. Tale autem cœlum quoq; esse perspicuum est. Cum igitur de natura, & rebus natura compositis ageretur, quæ nam occasio ferre poterat, ut de Deo, de incorporea, immateriali, separata q; natura, de trinitate, omnem rationem, atq; intelligentiã superãte, differeret? Enim uero, somnia ista sunt, ac figmẽta falsæ imaginationis, & quẽadmodũ supradiximus, monstra quædã, atq; portẽta. Verũtamen, si in contẽtione pſistis, & de diuina trinitate, loq philosophũ asseueras, magis certe p Platone, q̃ pro Aristotele pugnas. Etenĩ Aristoteles, huius suæ sentẽtiæ testes citat Pythagoreos philosophos, nã tria, inquit, cũcta esse, & ter quaq; parte, ut Pythagoreis placet, hoc est uniuersum, & cũcta, ternario terminari. Finis enim, mediũ, & principiũ, numerũ habent uniuersi. Ergo hanc rationẽ, non tanq̃ suã Aristoteles profert, Sed Pythagoreis ascribit, quorũ Plato magis q̃ Aristoteles æmulus fuit, Ex quo fit, ut etiã siquid sublimius, atq; diuinius, his uerbis significet, q̃ capere humanus aĩus possit, id Pythagoræ potius, atq; Platoni, q̃ Aristoteli sit tribuendum. Siquidem, quæ illi de substantiis intelligibilibus, aut numeris, & reliquis huiusmodi dixere, ea Aristoteles ad res corporeas transtulit, sensui q; subiectas. Verum, nisi fingere, quę a uero absunt, & falsa simulare uelimus, nec Platonẽ, nec Aristotelẽ, nec alium quenquã gentilium fateri debemus, de trinitate locutos fuisse, quemadmodum christiani sentiũt, re nobis diuinitus reuelata, & sacris literis tradita. Neq; enim fieri potest, ut humana mens, tam excelsa, sublimis q; sit, ut ueritatẽ illam possit attingere. Non est diuinarum rerum quærenda ratio, sed sola fide, & diuina institutione, recipienda sunt, quæ credimus, alioquin nulla fidei merces nobis deberetur, ut doctores ecclesiæ sentiunt. Nemo igitur, siue Platonẽ, siue Aristotelem, ideo laudandum censeat, q; trinitatem diuinam aut coluerint, aut scripserint. Vterq; enim, huius ueræ opinionis exors fuit, & nostrę pietatis ignarus. Sed Aristoteles quidem nusquam tale aliquid aut dixit, aut cogitauit. Plato uero multa certe de trinitate locutus est, sed longe aliter, q̃ nostra religio doceat. Quippe dum gradus diuinitatum statueret, primum omnium entium principium ponit, ingenerãtum, æternum, nullum habens principium, a nulla causa dependẽs, quod & unum, & summũ bonum appellat, neq; a se, neq; ab alio productum, omni mente, omni ente superius. Mox uero, primum ens statuit, quod & mentem primam, & formam primam uult esse. Prõductum q dẽ a primo Deo, qua unũ, sed a se quoq; qua ens, & mens, & ordo naturæ secũdæ. Post hæc tertium, ordine, & dignitate, uniuersi animam ponit, productã quidem & ipsam a primo Deo, qua unum aliquo modo, ac etiam a primo ente, qua mens, sed qua p se mobile est a seipsa producta. Et hucusq; processisse diuinitatem existimauit, quamobrem, in epistola, quam ad Dionysium scripsit, Circa omnium, inquit, regẽ, omnia sunt, & illius causa omnia, eaq; causa est bonorum omnium. Secunda uero circa secunda, & tertia circa tertia. Sexto uero de repub. libro, quasi de secunda trinitatis persona loqueretur, cum mentionem primæ, hoc est patris feciſſet, ita, inquit, Sed o Beati, quid nam sit summũ bonum, hoc loco missum faciamus. Plus enim mihi esse uidetur, q̃ ut hoc ſtituto, assequi id possimus. At enim, qui ipsius summi boni filius, eiq; simillimus esse uidetur, hunc explicare perlibenter uelim, si uobis etiam id gratum est, alioquin ipsum quoq; missum faciam. Sed dic, inquit, nam patris ratiõem postea reddes. Et paulo post. Nonne sol, cum minime uisus, hoc est sensus uidendi sit, sed ipsius uisus causa, tamen a sensu ipso uidetur? Ita est, inquit. Hũc igitur inquam, dici a me existimes summi boni filium, quẽ summum bonum generauit sibi proportione conuenientem, ut quod ipsum est in loco intelligibili ad mentem, & res, quæ intelliguntur, Idem hic esset, in loco uisibili ad uisũ, & res, quę uidentur. Tum addit, Ergo, quod ueritatem iis rebus, quæ cognoscuntur, & cognoscendi uim ei, qđ cognoscit, præbet, id esse boni ipsius ideam existima, & rursus. Solem certe, non modo facultatem iis, quæ uidentur præbere dices, ut uideantur, uerumetiam ut generentur, augeantur, alantur, quamuis ipse generatio non sit, ita certe. Et iis igitur, quæ cognoscuntur, nõ modo ipsum cognosci, sed etiam & substantiam a summo bono prouenire, non q; summũ bonum substãtia sit, sed q; omnem substãtiam maiestate, potentia q; exuperet. His uerbis Plato, nõ modo cognosci, sed etiam esse, & substantiam præberi rebus a summo bono, hoc est a Deo profitetur, Deumq; ipsum, supra omnem substãtiã esse, & maiestate, potẽtia q; excellere, ut nec sine causa sint res ipsę intelligibiles, & Deus, qui eas produxit ui, ac reuerẽtia omnes excedat. Quem locum Gregorius theologus, cuius supra mẽtionẽ feci, totum fere eodem modo sumpsit, in ea

oratione, quam scripsit de laudibus Athanasii. Quod rebus sensibilibus, inquit, sol est, ideſt in telligibilibus Deus. Alter enim lucem mundo uisibili, alter mundo inuisibili præstat, & alter ui sum corporeum, alter naturam intellectualem sibi similem reddit. Atq; ut sol uidentibus, & ui dendis, his quidem quo possint uidere, illis quo uideri possint, seipsum præbẽs, omnium, quæ uidentur, pulcherrimus est, Ita Deus intelligentibus, & intelligendis, illis quidem, ut intellige re possint, his, ut possint intelligi, præstans, ipse omnium, quæ intelligũtur, summus est, in quẽ uis intelligendi omnis quiescit, & progredi ultra nõ potest. Item Plato, quasi de uerbo diuino dissereret, hoc ipsum uocabulũ usurpans, in libro, quẽ legibus suis additũ Epinomidem inscri psit, ita locutus est. Honorẽ, inquit, exhibeamus oĩbus sydereis diis, nec huic annũ, illi mẽsem, cæteris aũt nec regionem ullã, nec tẽpus statuam⁹, quo suum orbẽ perlustrent, circũeundo mũ dũ, quẽ dei uerbũ, uisibilẽ fecit, hoc felix quisq; primũ admirat. Postea amore incẽdit ad intel ligendũ, quantum uis humani ingenii attingere potest, existimans futurum, ut hoc modo, & ui tam agere optimam, ac felicissimam possit, & post mortẽ, loca petere, quæ uirtuti parata sunt. Hic Plato uerbum appellat mundi opificẽ, & contẽplationẽ eius, tam in uita, quã post mortẽ felicitatis, ac beatitudinis causam hominibus esse arbitratur, & in epistola, quam ad Hermiã, & Erastum, & Coriscum scribit, ita inquit. Hanc epistolã uos omnes, q tres estis, legere opor tet, præsertim simul, uel saltim, dum bini estis, quanto frequentius fieri potest, utendum'q; uo bis est pacto, & lege certa, etiam iureiurando, ut æquũ est, interposito, non sine elegãti studio, & quæ studii soror est, disciplina, testando Deum omnium rerũ, quę fuerunt, quæ sunt, quę'q; futuræ sunt, principem, & principis, opificis'q; causæ patrẽ, dominum'q; quẽ, si hoc modo phi losophabimur, cognoscemus aperte omnes, quatenus felicis hominis natura attingere poterit. hæc sunt, quæ ex multis Platonis dictis, pauca admodum collegi. Ex Platonicis uero, qui nobi liores fuerunt, Plotinus in primis, librum de tribus personis principalibus scripsit. In quo pri mum notandus est titulus, cum & personas nominet, & secundum ritum nostræ religionis ter nas constituat. Deinde in ipso libro, post multa, ad hanc rem pertinẽtia, ita inquit. Æternũ il lud, atq; perfectum, æternum semper, perfectum'q; generat, minusq; est, quod generatur, q̃ qd generat. Quid igitur de perfectissimo illo dicendum est? Nihil'ne ab ipso esse, an quæ summa sunt, esse post ipsum? Summũ igitur post ipsum, mens est, & secũdum, Mens enim illud uidet, illo'q; uno eget, illud autem hoc non eget, & quod a` maiore illa mẽte generatur, mẽs est, atq; omnibus præstantior, quia cætera posteriora sunt. Omne autẽ id appetit, amatq;, a` quo gene ratum est, præsertim cum sola sunt, quod generauit, generatum'q; ẽ. Cum autem optimũ ẽ, qđ generauit, tunc adeo cum eo coniunctum est, ut sola, ut ita dicam, alteritate distinguatur. Ima ginem autem illius, mentem esse dicimus, quandoquidem manifeste loqui oportet. Et paulo post. Idcirco apud Platonem, terna sunt omnia. Circa omnium regem, inquit, omnia sunt, se cunda circa secũda, & tertia circa tertia. Plato itaq; patrem esse dicit opificis causæ, hanc opifi cem causam, mentem esse opinatur, pro creatore enim mentem ponit, cuius mentis, & causæ, patrem dicit bonum ipsum, & summum bonum, atq; omni mente, substantia'q; nobilius. Ple runq; etiam ens, & mentem ideam esse fatetur, quapropter, hanc esse Platonis sententiam ma nifestum est ut mens ex bono ipso, anima ex mente suum esse, substantiam'q; assumat. Porphy rius uero, teste sanctissimo uiro Cyrillo in libro, quem aduersus Iulianum scripsit, dum Plato nis opinionem exponeret, usq; ad tres personas, substantiam diuinitatis processisse commemo rat. Primum quidem esse Deum ipsum, supremum bonum, Secundum creatorem, Tertiũ ani mam mundi, etenim ad animam usq; rationem procedere diuinitatis. Numenius quoq; eum, inqt, qui cognitionem de Deo habiturus est, primo, & secũdo distribuere ordine, quæq; opor tet, & postquam eius rei gratia, diuinum fauorem implorauit, ita prosequitur. Distribuendum iam est. Deus primus, in se substãs, simplex est, q̃ sibi ipsi omni ex parte, semp copulatus, disiũ gi, diuidi'q; non potest. Secundus autem Deus, & tertius unus est, sed hærens materiæ, quæ bi naria est, eam unit, ipse'q; ab ea secatur. Et paulo post. Neq; enim creare decens est primum de um, & creatoris Dei patrem esse primum Deũ putandũ est. Multa etiam his similia, de eadẽ re dicit, quæ longum esset referre. Amelius uero, non'ne theologiam Ioãnis' euãgelistæ seq pror sus uidetur? cum dicit, Atq; hoc erat illud uerbum, per quod ea, quæ facta sunt, fiebant, cum ta men semper essent, quemadmodum & Heraclitus uoluit, & per Iouem, Barbarus ille cẽset in ordine, dignitate'q; principii cõstitutũ apud Deum esse, & Deũ esse, & per ipsum omnia facta esse, & in ipso, quod factum est, uiuum, & uitam, & ens fuisse, & reliqua huiusmodi. Neq; enĩ referre omnia opus est, cum in promptu sint eius libri lectitare uolẽtibus. Hic sane`, qa ueritatẽ licet inuitus,

licet inuitus, negare non potest, eius, quem, tanquam hostis, barbarum appellat, sentẽtiam pro bat, & accipit fidem. Quod si aduersarius, qui omnia perperã interpretatur, ea, quæ sanctissimi doctores, tanquam adminicula quædam nostræ religionis sumpsere, causam fuisse calumnia tur, ut Origenes, Arrius, alii'q; huiusmodi in pernitiosissimos errores inciderent, quippe Plato nem scribit, author ẽ fuisse uariarum hæresum, quę inter christianos pullularint, cur nõ pari ra tione, euãgelicos etiam, & apostolicos libros, ac omnem sacrarum literarum doctrinam dãnet, atq; reiiciat? Quicunq; enim, minus recte, sacros libros interpretati, a` uera sententia deuiarunt, conati sunt opiniones suas, diuinorum uerborum authoritate roborare. Quẽadmodũ Arrius, per uerba illa euãgelii, Pater meus, maior me est, Et de die illa, & hora, nemo nouit, nec filius, sed pater, & mea doctrina, mea nõ est, sed patris, alia'q; huiusmodi, filiũ haud pĩ æqualẽ eẽ exi stimauit. Et Sabellius, qđa` filio dictũ est, ego, & pater unũ sumus, Patrẽ, & filiũ, in unã cõtrahi pſonã censuit oportere. Quicunq; p̃terea, spiritu baptizatos, nunq; tẽtari posse a` dęmone credi derunt, uerbis illis Ioannis euangelistæ, suã p̃firmarũt opinionẽ. Oĩs, q nat⁹ est ex deo, pctm̃ nõ habet, quoniã semen ipsius, manet in eo, & non potest peccare, qa ex deo natus est. & rursus, Qui natus est ex Deo, non peccat, sed generatio Dei, seruat eum, & malignus nõ tentat eum. Veꝝ nõ sacrarum literaꝝ, hoc crimen est, q̃ illi ex iis argumẽta sumant, quibus errorem suum tueantur, sed ii potius reprehendendi, dãnandi'q; sunt, qui recte dicta puertunt. Nam si Origenes, aut Arrius perfecte sacrã scripturã, intellexissent, nequaquã lapsi fuissent in tam puersum errorem, quem inepte postea & Christi, & Platonis uerbis defendere cogerentur. Non enim Christi dicta, ad Platonis sententiam accommodanda sunt, sed uerba Platonis, ad sententiam Christi. Itaq; illi, non in exquirendis Platonis sententiis, sed in iaciendis opinionum suarũ fun damentis errabant. Quis enim nesciat Platonem christianum non fuisse, neq; talem, quẽ seq; eueſtigio debeant, qui se christianos profitentur? Speciem quandam nostræ religionis, in Pla tone fuisse nõ diffitemur, luce naturæ illustratam, quam eius creator, et princeps, diuina filii sui doctrina, postea plenius aperuit, & sua beneficẽtia, manifestius reuelauit, qua specie, nõ medio criter iuuari posse hominem arbitramur, qui ex Platonis doctrina ad nostræ religionis perfe ctiorem statum se contulerit, ita principia quædam uerę theologiæ e` Platonis scriptis surgere, & quasi scaturire uidentur. Quod siquis a` perfecta sacrarum literarum institutione, per errorẽ discedens, ad Platonis disciplinam se contulerit, ipsius culpa erit, nõ Platonis. Nam Plato, uel ex ea re laudari maxime potest, q̃ etiam, qui se christianos profitentur, minime se ab illius opĩ nionibus discedere existimant, quod profecto` non contingeret, si Plato similitudinem quan dam, & conformitatẽ cum christiana religione, nõ gereret. Hæc igitur, & alia huiusmodi mul ta, tam Plato, q̃ eius successores de trinitate scripserunt. Aristotelem uero, nescio ubi ostendere possit aduersarius, tale aliquid tradidisse, si uerum fateri uelit. Nam locum illum de cœlo, quẽ unicum afferre potuit, nihil ad rem facere, supra demonstrauimus, nec siqd graue, diuinum'q; significaret, Aristoteli magis, q̃ Pythagoræ, & Platoni id tribuẽdũ foret, siquidem ipse quoq; Aristoteles ad Pythagoreos refert, quod ab eius consuetudine alienum uideꝝ. Perraro enim, ut expositores eius tradunt, Pythagoreorum testimoniis uti Aristoteles cõsueuit, nec sane` mi randum est, nihil illum de huiusmodi rebus, locutum fuisse. Demonstrationis enim necessita tem ubiq; sectatus est, nec uersari in rebus uoluit, quæ probari, manifesta ratione non possent. Fidem autem de supernis, ac diuinis rebus, quibus nihil est prius, unde sumi demonstrationis medium possit, cum omnium rerum primæ, & uniuersorum causæ sint, præteriit omnino, ita ut non modo nihil de his scripserit, sed etiam quid senserit, obscurum omnibus reliquerit. Pla to uero, in hoc præcipue, cum nostra religione conuenire uidetur, q̃ nullam quærit demonstra tionis rationem, sed primam, p̃cipuam'q; omnium uirtutum fidem constituit, per quam, res diuinas, merito colendas existimat. Siquidem in Timæo, ita locutus est. Nam de aliis quidem dæmonibus, dicere ortum, atq; explicare posse, plus est, q̃ nostræ uires sufficiant? Carẽdum au tem iis est, qui ante dixerunt. Ex deorum enim, ut ipsi testantur, progenie orti sunt. Itaq; maio res suos certius nouerũt. Quapropter, nefas est, deorum filiis nõ credere, quãquã nulla demon strationis necessitate loquantur. Sed, quoniam sua pronũtiare fatentur, obtemperandum legi, atq; eis fides adhibenda est. Item primo de legibus libro, cum Tyrtæum alloqueretur, qui uirũ fortem aduersus exteras nationes laudabat, uolens ostendere, eos illo longe p̃stantiores esse, qui tempore seditionis, quaminfestissimũ prælium nominat, sese recte gessissent, Theognidis carmen attulit.

» Ocyrne argento iuste præfertur, & auro,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Qui ſeruat tetra in ſeditione fidem.

Quam Theognidis ſententiam, dum mox exponeret, Talem uirum, tanto illo præſtantiorem aſſeuerauit, quanto iuſtitia, temperantia, atq; prudentia cum fortitudine cõiunctæ, ſola fortitudine præſtantiores habentur. Fidus enim, inquit, & conſtans, nemo in ſeditione eſt, qui nõ ſit cæteris etiam uirtutibus præditus. Et paulo poſt. Hic quoq; a` Ioue legũlator conſtitutus, & q; cunq; alius etiam parum utilis, nihil aliud, q̃ ad ſummam uirtutem in primis ſemper reſpiciens, leges condet. Eſt autem hæc, ut Theognidi placet, Fides in rebus aduerſis, quæ perfecta iuſtitis parente filiis, tutores q; conſtitueret, quibus pupillorum curam commendaret, cupiens efficere, ut quaſi parentes alteri, nequaquam iis, qui genuiſſent, deteriores haberentur, & ut illi, ad hoc humanitatis officium excitarentur, elaborans, ita hortatus eſt. Opportuno quidem tempore, uerba latius ante iam fecimus, cum defunctorum animos poteſtate quadam prædi-tos eſſe explicaremus, qua rerum humanarum curam adminiſtrarent. Quæ opinio, ueriſſimo quidem, ſed longo ſermone continetur. Verum, fides quidem adhibenda eſt, tum famæ rerũ huiuſmodi, tam crebræ, & uetuſtate celebratæ, tum authoribus legum, qui hæc ita iubent, niſi prorſus dementes eſſe uideãtur. Hæc profecto` eodem tendunt, quo illa de Hieremia prophe-ta, in libro Machabęorum, ut poſtquam diem obierat, uiſus ſit deprecari pro populo, quaſi ad huc, ſuorum hominum ſaluti proſpiceret, Hæret igitur his opinionibus Plato, bona fide. Ac proinde in Gorgia, cum de inferis illis iudicibus, & ſuppliciis, & delitiis loqueret, fabulas quidem hæc illis uideri dixit, ſe uero non fabulas, ſed rem ueram iudicare, opinariq; eos quidem, qui iuſte, & ſancte uitam duxerint, ad inſulas beatorum demigraturos, qui uero iniuſte, atq; impie uixerint, in carcerem cruciatus, & pœnæ, quem tartarum uocat, detrudendos, quæ cum latius diſſeruiſſet, hęc addit, Hæc ſunt Callicles, quæ ego opinor uera eſſe, Et poſtremo. Mihi igitur Callicles, his uerbis, omnino perſuaſum eſt. Proclus quoq;, quem ex eadem Platonis diſciplina fluxiſſe conſtat, iis, inquit, hominibus, qui ad ſummum bonum peruenire cupiunt, nõ ſcientia, & ingenii exercitatione opus eſt, ſed firmitate, ſtabilitate, quiete, tranquillitate, quod (ut ſummatim dicã) fides deoꝝ eſt, quæ nos ad ſummũ bonum, & deoꝝ, ac dæmonũ omnia genera, atq; animas beatas ineffabili ratione trahit, atq; coniungit. Non enim per ſcientiam, aut oratione ullam ingenii, exquirere ſummum bonum, aut ad ipſum aſpirare debemus, ſed offerre, cõmendareq; nos diuinæ luci, & præcluſis ſenſibus, in illa incognita, & occulta entium unitate quieſcere. Hoc enim fidei genus, omni doctrina antiquius eſt. Verum, cũ aduerſarius Platonem accuſet, q; plures coluerit deos, cur non eiuſdem criminis reum peragit Ariſtotelem, q; ipſe quoq; non uno contentus, plures ſtatuerit? Nos quidem Platonem non chriſtianũ, ſed gẽtilem fuiſſe fatemur, & quod profeſſiõis ſuæ, intererat feciſſe, ut deos, & diuinitatũ gradus, plures ſtatueret, At ipſe, qui Ariſtotelem inter chriſtianos collocandum cenſet, Et unum tantũmodo Deũ ab eo poni proclamat, quid ad ipſius uerba hiſcere audebit? Hic enim in eo ipſo proœmio de cœlo, quo loco aduerſarius, eum trinitatis aſſertorem facit, Ita, inquit, & in ſacris deorum, hoc numero utimur. Item ſecundo eius libri uolumine, Cœlum, & locum ſupremum ueteres diis tribuerunt, Et rurſus coniecturæ, qua deos eſſe ſuſpicamur, ita duntaxat reddere rationes cõſentaneas poſſumus, Ad hęc, cœlum, & ſtellas uiuere, & animalia eſſe fatetur, nec ſolũ animata, ſed etiam ſtellectualia, & diuina, & deos. Cœlum etenim, inquit, animatũ eſt, & motus principium obtinet, & corpus diuinum eſt, atq; unũquodq; ſydus ex eodem corpore eſt, in quo circunfertur. Poſt hæc cum cauſam expreſſiſſet, cur nã ſubinde, quæ magis a` primo deferente diſtant, pluribus motibus moueantur, ſed quæ interpoſita ſunt, plures habeãt motus, & quãobrem, in primo deferente, tantus ſtellarum numerus ſit, in cæteris ſingulæ ſingulis cohæreant, Nos, inquit, adhuc de his, tanq̃ corporibus tãtum, & unitatibus ordine poſitis, ſed proruſus inanimatis conſyderamus, at uero, exiſtimandum de his eſt, tanquam uitã, actionemq; habentibus. Vndecimo etiã uolumine eius libri, quẽ de rebus diuinis compoſuit, cum ſubſtantiã demonſtraſſet eſſe intelligibilem, ſempiternam, exortem partium, indiuiſibilem, infinitam, tẽpore infinito mouentẽ, paſſionis, alterationisq; exptem, tum una ne an plures huiuſmodi ſubſtantiæ ponendæ eſſent quærens, & ſi plures, quot nã eſſent ponendæ, demũ tot numero ſubſtantias eſſe reſpondit, quot ea ipſa ſunt, quæ mouentur. Vnãquanq; enim delationem, inqt, neceſſe eſt ab immobili, & per ſe ſempiterna ſubſtantia moueri. Poſtremo ad certum etiam numerum, eas ſubſtantias redegit, quinq; ſcilicet, & quinquaginta, q; totidem motus cœleſtiũ corporum, ueteres aſtronomi poſuiſſent. Quin etiã plures ſubſtantias facile ſe conceſſurum oſtendit, ſi motus

dit, ſi motus quoq; plures eſſe cõſtiterit, Hæc, & alia huiuſmodi permulta ab Ariſtotele ſcripta, quis nõ iudicet eius eſſe, qui plures deos ſtatuerit? fuerunt nimirum & ipſe, & Plato (ut ſupra diximus) gentiles, & plures uterq; diuinitates ſuperiores, atq; inferiores opinatus eſt. Nõ tamẽ uſqueadeo in errorem uulgi lapſi ſunt, ut fabulas quaſdam obſcœnas, & inanes ſtatuas coluerint, ſed Deum unum, omnium rerum principium, ingenitum omnino, & omni cauſa uacantem poſuere, multas præterea alias ſubſtantias, eaſq; æternas, ſed a` primo illo gradatim deſcendentes, ut aliæ ſuperiores, aliæ inferiores habeantur, uerum omnes ad unum primum referri, in deq; pendere, atq; a` primo, & proximis primo, eſſe productas. Iſta Plato quidẽ apertius tradidit. Sunt tamen etiam, qui Ariſtotelem, non ſecus ſenſiſſe interpretentur. ut enim in rebus, quę ſenſu percipiuntur, ſic in iis, quæ intelligentia comprehenduntur, diſtinctionem dicũt, & naturarum diuerſitatem eſſe oportere, indeq; rerum naturalium diſcretionem prouenire. Nec Platonem igitur reprehendi fas eſt, q; ita ſenſerit, cum Ariſtotelem probamus, nec Ariſtoteles arguendus eſt, cum extollimus Platonem, commune enim amborum crimen eſt, & pari ratione alienus uterq; eſt a` religione chriſtiana. Sed de his hactenus.

Quid de entium productione Plato, atq; Ariſtoteles ſcripſerint.
De cauſis, & earum numero, & de cauſa exemplari Platonis.
Ex decimo legum libro, reprehenſione dignos eſſe, qui uel natura, uel fortuna res fieri aſſerunt, Deumq;, & mentem, omnium cauſam eſſe.
Secundum Platonis ſententiã, qui bonus eſt, eum inuidia minime tangi.
Quam ob cauſam Deus condiderit uniuerſum.
Homines, licet non immortales, aut indiſſolubiles ſint, nunq̃ tamen diſſolutionis, aut mortis conditionem eſſe paſſuros.
Voluntatem Dei, & bonitatem, omnium rerum cauſam eſſe.
Conditorem in opificio mundi, exemplar reſpexiſſe ſempiternum.
Cur mundus ſit animal.
Platonem multa, non coniecturis, ſed fidei ueritate aſſeuerare.
Ariſtotelẽ de fabrica mundi, & ſimilibus, hoc ſolum dixiſſe, deũ, & naturã, nihil fruſtra agere.
Platonem, Ariſtotelemq;, ut de forma, ita etiam de materia tradidiſſe.
Ariſtotelem materiam, ut mundum, æternam poſuiſſe.
Principia rerum Platonica, materia, forma, & deus.
Nuſquam poſuiſſe Platonem materiam, & formam materialem, rerum principia.
Informem materiam, ac primam a` Deo productam.
Quicquid ab immobili ſit, immutabilem eſſentiam habere.
Primam materiam, eſſe mediam inter generatum, & ingeneratum.
In Parmenide, oſtẽdi materiam unum eſſe, & nihil omnino actu eſſe, & diſſimilem ſimilitudinem cum prima cauſa habere.
Deum, nihil rerum omnium eſſe, ratione excellentiæ, utpote unum ſuperſubſtantiale.
Materiam, nihil omnium rerũ eſſe, ratione priuationis, & ideo omnibus rebus deteriorẽ eſſe.
Materiam, ſententia Platonis, nõ ens, potius, quã ens eſſe, & aliquo modo unius eſſe participẽ, unius uero participatione, omnia ſubſtantiam habere.
Formam inuiſibilem, & informẽ omnium rerũ capacem, ac receptricem, & quaſi matrẽ eſſe.
Falli eos, qui dicere Platonem exiſtimant materiam, & formam corpora animata, prius, quam mundus fieret, temere ſolita moueri.
Qualis fuerit prima materia, ſecundum Philonem.
Cur Plato diſtinxerit informem materiam a` generatione, & forma.
De origine mundi, ſecundum Orpheum.
Secundum Heſiodum, infinitudinem, primum omnium fuiſſe.
Librum geneſeos, de prima materia, idem ſentire, quod uetuſtiſſimi philoſophi, & poetæ ſenſerunt.
Principium entium, nec ab uno ente, nec a` multitudine eſſe ſumendum, ſed ab ipſo uno.
Materiam, & ideas a` primo creatore datas ſecundo creatori, ad reꝝ ſenſibilium productionẽ.
Materiam ideo eſſe concauſam, quia potentia ens ſit eorum, quæ fiunt.
Deum ita materiæ impertiri eſſe, ut inſeparabilis ſit a` forma.
Materiã, etſi ſecundum Platonẽ, ſit æterna, deo tũ ab eo, minime coæternã poni. Caput. V.

Vnc de productione entiũ consyderãdũ est, quam Plato (si aduersario credimus) ex materia præexistente, Aristoteles uero, ex nõ ente simpliciter, sola uolũtate diuina fieri opinatur. At mihi quidem, contrarium prorsus uidetur, nec mihi solum, sed oĩbus doctissimis uiris, qui Platonis, atq; Aristotelis libros exposuerunt. Verba etiã ipsorum authorum sententiam nostram uidentur aperte confirmare. Sed quoniam de causa rerum, quæ fiũt, agimus, uidendũ'q; est, an materia earum, causa sit, idcirco de ipsis causis primo tractandum uidetur, ut res, de qua agimus, perfectius explicari possit. Causas igitur Aristoteles quadrifariã partitus est, qppe materialem posuit, formalem, finalem, agentem. Plato autẽ his addidit etiam exemplarem, atq; instrumentalem. Sed quid de causa agẽte, finali, exemplari, si ue formali, locutus sit, uideamus. Causam agẽtem in Timæo exponens, mundum inquit, factũ esse, oportere autem omne, quod fit, ab aliqua causa fieri, impossibile enim prosus fore, aliquid fieri sine causa. Post hæc, creatorem inquit, atq; opificem uniuersi, nec inueniri facile, nec si inuenerimus, fieri potest, ut omnibus explicemus. Itẽ, í libro de legibus decimo, reprehendens eos, qui res factas, & quæ fiunt, quæ'q; futura sunt, natura, siue fortuna dixerũt, euenire, totũ, inquit, cœlum, & omnia, quæ cœli ambitu cõtinentur, animantes etiã, & stirpes, & tempora anni, nõ mente, nõ deo aliquo, nõ ulla artis ratione, sed (quod diximus) natura, & fortuna creari uolũt. quos certe, ideo arguit Plato, quia deo, & mente omnia esse, fieri'q; eãq; esse causam agentem existimabat. Finalẽ uero causam, qbus uerbis in Timæo extollat uideamus. Dicamus, inqt, qua cã generationẽ, & hoc uniuersũ cõdiderit, q cõdidit. Bonus erat, bono nullius rei ĩuidia eẽ perat. illius igitur expers, omnia sibi quãsimillima effici uoluit. Et rursus. sic igitur, optimo iure dicendum est, mũdum hunc, animal esse, mente præditũ, sola dei immortalis prouidentia creatum. Item, uos quidem non ímortales, neque omnino indissolubiles estis, Nullam tamen dissolutionis, aut mortis conditionem patiemini, cum iam uoluntatem meam potiori, firmioreq; uinculo adepti eritis q̃ illa erant, quæ uos, dum crearemini, uinciebant. Hęc eadẽ in sermone cĩ uili, quem græci πολιτικὸν nominãt, & oĩbus fere` locis, in qbus, de hac re loquit', sibi constans exponit uolũtatem'q;, & bonitatẽ, Dei fuisse, & esse finalem rerũ omniũ, tum intelligibilium tũ sensibilium causam prædicat. Exemplarem etiam causam tradẽs, utrum nam, inquit, exemplar spectauit, qui condidit, id'ne, quod per eadem, eodem'q; modo se habet, an id, quod genitum est? Certe, si pulcher hic mundus est, & ipsius mundi opifex bonus, sempiternum exẽplar respexisse cõditorem manifestũ est. Item, cum deus omniũ, quę in intelligentiam cadunt, rerum, pulcherrime, & perfectissime similẽ maxime eum facere uellet, animal unũ uisibile, cuncta naturę animalia sibi cognita intra se continens, creauit. Et paulopost, unũ esse mũdum fatetur, siquidem ad suũ exemplar creatus est. Et iterũ, atq; etiam magis, magisq;, inquit, similem ad suum exemplar efficere illũ uoluit. Hæc Plato, & multa his similia, non coniecturis quibusdã, & ueri similibus argumẽtis, sed fidei authoritate, omnibus fere` locis suoꝝ librorũ asseuerat. Aristoteles uero, siqd tale de huiusmodi rebus locutus est, præterq̃ quod deum, & naturã, nihil frustra agere affirmauit, ostendat aduersarius, & palmam adeptus coronatus incedat. Sed iam de materia, quid Plato senserit, consyderemus, ut discerni ab omnibus possit, utrũ'ne, qd' dicit aduersarius, præexistere materiam, uel tempore, uel magnitudine, uel loco distinctã opinet'. Vterq; porro`, & Plato, & Aristoteles, non modo de forma, uerũetiam de materia locutus est. Nã rerum sensibilium causam quoq; materialẽ esse necesse est, nec fieri põt, ut aliquid huiusmodi sit sine materia, uerũ Aristoteles, materiã, formã, & priuationem principia oĩum entium posuit, & simul ingeneratam, æternã'q; esse materiam scripsit, quẽadmodum mundũ quoq; ęternũ et putat, & conat' demonstrare. Plato aũt materiam posuit, & formã, & deũ, quæ rursus ens, & formæ capedinẽ, & generationẽ uocauit, & formã quidem duplicem statuit, aut enim exemplarem, aut materialem, deũ autẽ posuit causam agẽtem, atq; finalẽ, cũ de ortu, ac generatione mundi disseruit, quẽ & ens ipsum, & uere ens, & supra omne ens noĩauit. Neq; materialẽ formã, neq; multo minus materiã, ex aduerso distinxit cõditori, neq; has principia rerum absolute prima, nec æquales entiũ causas esse posuit, neq; præexistere, quomodo aduersari⁹ intẽdit, materiã præfuisse informẽ, ex qua postea deus mũdũ crearit. Sõnia ista, portẽta'q; aduersarii sunt. At Plato, a` Deo, formas cẽsuit esse productas, tum primas, & exẽplares, ideãt deas, tum secundas, rebus generãdis accõmodatas, siue eas sepabiles, siue insepabiles dicere uelis. a` Deo etiã productã esse materiã, oĩno informẽ, ac primã, ut a` prima absolute, & uniuersali oĩum entium causa. æternã etiã ipsam, atq; ingeneratã, sicut formæ sunt. propterea q̃ a` causa immobili sunt productę. omne enim, quod ab immobili causa fit, immutabilẽ habere essentiam censet, nõ tamen, aut

omnino ingeneratam, cum generata sit, quia non sine causa est, aut omnino generatam, cum tempore ingenerata sit. nullo enim tempore generata est, sed inter generatũ, & ingeneratum, quasi mediam consistere, ut in Parmenidis quinto suppositio, latius declarat, quo in loco, eam unum esse, & nihil actu omnino esse, & dissimilem similitudinem cum prima causa habere, per negationes aperte demonstrat, cum negationes in materia quidem priuationẽ, in Deo autẽ rerum omniũ causam significent, q̃ si Plato, nihil omniũ reꝝ esse materiã ponit, id'q; nõ ratione excellentiæ, quẽadmodum supersubstãtiale unũ, sed propter priuationẽ, & qa reb⁹ oĩbus deterior est, quo pacto ausit, quispiam affirmare, eũ posuisse materiã præexistẽtem, ęqualẽ Deo, omniũ simplicissimo, ac oĩbus bonis præstantiori, & causæ omniũ primæ? Enimuero tantum abest, ut Plato præesse materiã, ac deo æquiperari existimet, ut eam potius non ens dicat, nec alia ratione ens, nisi quatenus unius particeps est, cuius participatione cætera quoq; omnia & sunt, & substantiam habent. Rei enim generatæ, inquit in Timæo, uisibilis, atq; omnino sensibilis matrem, & receptricẽ, nõ terram, non aerem, non ignem, non aquam dicimus, nõ aliud quicq̃ ex iis constitutum, aut ex quibus ipsa constituta sunt, sed formã quandam inuisibilem, informem, omnium rerum capacẽ, ac receptricem, quam si parum intelligibilem, & per difficilem cognitu esse dixerimus, haud profecto` mentiemur. Nam si Plato præesse ens, & capedinẽ, & generationẽ, ante mundi originẽ dicit, quibus uerbis decepti pleriq;, materiã putant rerũ causam, ab eo positã esse, & ante mundi originẽ fuisse, intelligant, si possunt, hæc non reseparari, ut alterum præcedat, alterum sequatur, sed cogitatione, seu ratiõe generationis seiungi, quemadmodum Deus simul producit partes, & totum, sed ratio distinguit, quæ simul constituta sunt, & pro eoꝝ natura alterũ prius, alterũ posterius dicit. Cũ itaq; uia, & ratiõe generationis, materiam præesse oporteat, & ex materia subiecta cõsentaneum sit, quod generatur generari, ob eam causam, præfuisse materiam Plato inqt, nec secus Aristoteles sentit. qppe subiici, atq; pręesse materiam in quacũq; generatiõe, demonstrat oportere. quod si in quacũq; generatione, quã dederis, ita fit, & in prima, sic ratione est distinguendum. Concedat enim uel ipse aduersarius primam generationẽ, oportet, quãdoquidẽ Aristotelẽ dicit ex nõ ente simpliciter mundũ, ꝓducere. Ratio igitur, quæ simul fiunt, distinguit, & generat, quæ ingenerata sunt, & diuidit secũdum tẽpus, quæ æterna sunt. Quod Timæus quoq; ille Pythagoricus, in suo sermone, uidetur significare. Prius, inquit, q̃ cœlũ, rationis distinctione fieret, erat idea, & materia, et opifex deus. Cum itaq; generationẽ cœli, nõ re, uel tẽpore, sed ratione distingueret, non temere, materiam præesse dixit, quẽadmodum partes, per distinctionẽ intellectus, toto priores sunt. qppe ante omne cõpositum, necesse est ea intelligi, ex quibus constat illud esse cõpositum. Eo dẽ ptinet illud quoq; in Timęo Platonis. Cum enim post cœli generationẽ, tractare de anima cœpisset, haud posteriorem, inquit, ut nos secũdo loco tractauimus, eam cõstituit ꝓditor, & natura enim, & uirtute antiquior corpore, anima est, quinetiam tẽpus cœlo posterius, dicere uidetur, cum tamen alio loco simul cũ cœlo factũ esse tẽpus dixisset (ut inquit) simul orta, simul intereant, siquando accidere possit eorũ interitus. Cum enim, inquit, pater, qui genuerat uiuum ipsum, se'q; mouens sensisset, & deorum immortaliũ effigiem habẽs, mirifice lætatus est, & exẽplari magis simile reddere cogitauit. Itaq; tẽpus imaginẽ mobilem æui deorũ machinatus est. Permulta etiã eodem, quo sunt, aut fiunt modo, exprimi non possunt, pręsertim cum de rebus diuinis loquimur. Quis enim nesciat, cum dicimus, deum fuisse ante, q̃ tẽpus aut cœlum fieret, improprie hoc dici' & tamen cõcedi oportet, quia aliter loqui nõ possumus, Cui loco, haud dissimile esse illud etiam in Timæo uidetur. Verba ista, erat, & erit, quæ tẽporis species sunt, imprudentes ad substantiam sempiternam transferimus. Non recte etenim dicere de ea solemus, erat, est, erit, at uera ratione, solum est ipsi conuenit. Cuius tam ineptæ locutionis mox causam reddens, Sed nos, inquit, qui uicissitudini fortunæ, & casus subiecti sumus, ita loqui solemus. Mouere etiã fortasse aliquos possent illa uerba Platonis. Ita ille, cũ omne, quod uisibile foret, recepisset, minime tranquillum, sed inordinato quodam, & tumultuario motu agitatũ, ad ordinẽ, ex inordinatione redegit, existimans, id omnibus rebus fore præstantius. hoc enim loco dicere Plato uidetur, nõ modo materiã, sed corpora quoq; ipsa, ac etiam animam temere moueri solitam ante, q̃ mũdus cõderetur. Corpus nãq; anima uacans moueri, uel ordinate, uel inordinate non potest. hæc uero sic inchoata, & errantia Deũ postea recepisse, ut expoliret cũcta, ac certa ratione disponeret, quasi nõ naturã, atq; essentiam rerũ creauerit Deus, sed ordinẽ dũtaxat, atq; ornatũ rebus addiderit. Verum, hæc quidẽ non ita accipienda sunt, ut humano sermone ꝓferunt', & sonãt. Quippe rem intelligibilẽ, ac diuinã, per uerba humanis auribus fami-

liaria Plato exponit, quomodo diuinus propheta Moyſes, de mũdi creatione locutus eſt. Non enim Deo manus erant, quibus acciperet, non oculi, quibus uideret, non os, lingua, & dentes, quibus loqueretur, non primum, aut poſt, erat, cum tempus nõ erat, ſed partim hominum & uerborum cõſuetudini indulgent, cum ita loquũtur prudentiſſimi authores, partim res profundiſſimas, ad doctorũ hominũ intelligentiam ducunt, quod a` Philone quoq; iudæo, uiro doctrina illuſtri, & græcæ linguæ facũdia celeberrimo, actũ uidemus, ſic enim ſcribit in eo libro, quẽ ex ſententia Moyſi, de mundi creatione edidit. Nam ſiquis cauſam, quare uniuerſum hoc creatũ ſit, uelit exquirere, nõ errabit, meo iudicio, ſi id exiſtimabit, quod quidã ex ueteribus ꝓtulit, bonum eſſe creatorem ipſum, & genitorem, & authorem uniuerſi, & bonitatis ſuæ gratia, nulli ſubſtãtiæ inuidiſſe, quæ ſua natura, nihil boni haberet, & tũ fieri oĩa poſſet. Erat enĩ ſua ipſi⁹ natura inordinata, informis, inanimata, omnino uaria, incõgrua, incõcinna, inconſtans, apta, quæ in cõtraria mutaretur, & optimaꝝ rerum rõnem ſuſciperet, formę uidelicet, animationis, ſimilitudinis, cõgruitatis, cõcinnitatis, oĩum deniq; rerũ ideæ melioris. Item in ſecũdo eiuſdẽ libri uolumine. Cũ, inqt, creator ſubſtantiã inordinatã, & natura ſua cõfuſam, in ordinẽ ex inordinatione, & indiſcretionẽ, ex cõfuſione traductã formare cœpiſſet, terrã, atq; aquã, medio loco firmauit. Ita hic etiã uir ſapientiſſimus loquit', cũ materiã præeſſe uia generationis, qd philoſophi oẽs admittũt ſignificat, & quæ ſine tempore, & uniuerſa creata ſunt a` Deo diſtinguere, atq; ordine humanæ cõſuetudinis, explicare cõmodius arbitratur, Plato uero & corpus, & animũ cœli conſtitutũ a` Deo dicit, quãq; non cõſtitutũ, aut cœlũ, aut aĩum opinat', ea ꝓſtitutione, quæ nõ a` temporis, motus'q; ratione diſiungit'. Quapropter, is quoq; de materia locus, qua eã præeſſe dixit, ante q̃ mũdus, ſiue crearetur, ſiue generaret', ſiue cõderetur, ſiue cõſtitueret', nec contentioſe tractandus eſt, nec, ſi aduerſarius intelligere nolit, idcirco cõtemnendus uidetur. Perſpicuũ eſt enim, Platonẽ, cũ prouidentiam Dei, & quot, quanta'q; bona in hũc mũdum ex mente animę, q̃ præſentia influant, uellet oſtendere, qua uniuerſa diſponit, moderatur, & gubernat, primũ ipſam ſeorſum per ſe materialẽ naturã cõſyderaſſe, incõditam, errãtem, temerariam, atq; etiam maleficã, talẽ'q; poſuiſſe in generatione præexiſtentem, ut ordinẽ, atq; ornatũ formæ, & habitus cum diſpoſitione, conſtantia, & moderatione a` cõditore, animo'q; ipſo proficiſcente intelligeremus, & naturã utrãq; propria poſſemus ratione deſcribere, quid materia ipſa per ſe, anima priuata eſſet, quid forma, quid uia generationis præcederet, quid ſequeret', qd generãdo poſterius foret, qd' tamẽ natura eſſet prius. Hæc, ut ita intelligerent', Plato materiã ſeparauit a` forma, eamq; generationẽ, & capedinẽ nominauit. naturã etiã inordinatam, incõditã, temerariã, errantẽ, tumultuariã, eandẽ'q; a` conditore receptam, diſpoſitam, inſtitutã, ornatã'q; pulcherrima mũdi cõpage fuiſſe. Et Plato igitur ipſe, correlatiua eſſe ſimul, & generationẽ, ab oppoſito ad oppoſitũ uiam eſſe, & ſimul eſſe materiam, ac formã nõ ignorauit. qppe qui, de his oĩbus aptiſſime diſſeruit, Verũtamẽ, ne quod addi debuit, deeſſet, ita locutus eſt, ut & ratio, qua materia antecedit, ac præeſt, intelligeretur, & morẽ ſermonis ciuilis, atq; uſitati ſeruaret. Animaduertẽdũ præterea eſt, cum Plato dicit authorẽ illũ, & patrẽ uniuerſi inuenire, difficile eſt, qd ſibi uelit, illud uniuerſum, & quomodo qui uniuerſum dicit, nihil excludat. Cum itaq; uniuerſi creatorem dicit, non minus materiã, q̃ formam creari, dũ cõpoſitum creatur, affirmat. Quis enim uſqueadeo rudis eſt, ut cum uniuerſam hanc mundi machinam creatam audiat, præfuiſſe aliquã eius partem exiſtimet, ex qua uniuerſum ipſum crearet'? Ad hæc ſi Plato animæ, quæ multo nobilior, atq; diuinior eſt, non modo habitũ, ſed etiam ſubiectum, & quaſi materiam productam a` Deo dicit, idẽ uidelicet, & diuerſum, tanquã animæ elemẽta cõſtituens, quomodo materiã corpulentię, longe ignobiliorẽ, minime ab eodẽ creatore productã exiſtimaret? Iam uero in Philebo materiam non extrinſecus quæſitam, ſed a` primo opifice generatã, manifeſtiſſime declarat. Ex uno, inqt, & multis conſtant ea, quę ſemper eſſe dicuntur, & finem, atq; infinitudinem habent in ſeipſis generatã. Et alibi, deum dicebamus, duplicẽ illã naturã rerum, in lucẽ protuliſſe, finitum dico, & infinitum, ex qbus tũ corpora, tum cætera oĩa cõſtituuntur. Ad hęc calidum, frigidum, humidum, ſiccũ, maius etiam, & minus, & reliqua his ſimilia, in infinitũ progredi poſſunt. Quod ſi corpora, ex fine, & infinitudine conſtant, finis autem nihil aliud, q̃ forma eſt, hæc enim terminat, definit'q; materiam, manifeſtũ eſt, materiã infinitudinem eſſe, & hoc loco, dici a` Platone, quapropter, cum omnem infinitudinẽ producat deus, materiam etiam, quæ ultima infinitudo eſt, producere. Quoniam aũt res naturales p cõparationẽ quandã, & proportionem intelligibiliũ, Plato produci exiſtimat, quẽadmodum a` ſubſtantia ipſa, ſubſtãtiam, & ab æquali ipſo æquale, & reliqua id genus eodẽ modo. Cõſtat ex

tremam

tremam quoq; materiæ infinitudinem, hoc ipſo authore a` prima produci, quam Platonici omnes, in rerum intelligibilium ſummitate conſtituunt. quod Orpheus quoq;, quem Plato in pleriſq; ſequitur, uiſus eſt probare. Siqdem a` tempore, ætherem, & chaos, prodiiſſe ſcribit, qd' & ſi profundius dictum, uel forte fabuloſius uidetur, hoc tamen uoluit ſignificare, materiam, formam'q; a` primo æuo fluxiſſe, tempus enim pro æuo poſuit, imaginis nomine appellans exẽplum, ætherem uero eſſe cauſam finitudinis cẽſuit, quæ forma eſt, chaos cauſam infinitudinis, quæ materia eſt, atq; ab his duobus principiis, tum diuinam hanc, & intelligibilem mundi machinam ducit, tum etiã mouentẽ, & diuerſificam, & perpetuam productionem. Ad hęc ab aliis quidẽ terminatã, ab aliis uero conſeruatã naturã, poſtremo ultimã finitudinẽ, qua etiã materia ipſa continet', producit. hanc omniũ entiũ primã fuiſſe Heſiodus tradit. Principio enim, inqt, factum eſſe chaos, hoc eſt materiã, rudem, informẽ, & uix in intelligentiã cadentẽ, quod ſacræ quoq; literæ ſignificare uident', cũ in principio creatã tradãt terrã, inanẽ, uacuã, tenebris'q; obductam. hæc. n. nihil aliud, q̃ materiã indicant rudẽ, informẽ, & non dum faciem aliquam rerũ habentẽ, quẽ locum nobiliſſimi quoq; doctores eccleſiæ ita expoſuerunt. Verũ qd multa ꝓfequor? cum Platonem ſemper, ad unũ principiũ reducere omnia, perſpicuũ ſit, quod certe nõ faceret, ſi materiã poneret cauſam deo æqualẽ, atq; alterũ per ſe principium, ſicut aduerſarius credit. Sane` in libro de Rep. cauſam rerũ omniũ intelligibiliũ, bonũ ipſum eſſe dicit, uiſibiliũ autem ſolem, quẽ etiam bono ipſo genitum aſſeuerat, quo fit, ut ipſum bonũ, cauſa in primis ſit omniũ intelligibiliũ, & ſenſibiliũ rerũ. Item in epiſtolis, circa omniũ regẽ, inqt, cuncta ſunt, & illius cauſa omnia. q̃ ſi omnia ab illo proficiſcuntur, & illum repetunt, atq; in eo quieſcunt, ille nimirũ rerũ omniũ cauſa eſt, atq; principium, ergo et materiæ quoq; nã & materia illũ appetit. qppe, niſi appeteret, nulla ratione, aliqd aſſequeret' bonitatis, parũ autem aſſeqtur (ut ſupius Platonis uerbis oſtendimus) quẽ ſecutus Ariſtoteles, materiã appetere diuinitatem, & formã, ſcripſit, ut turpe pulchrum appetit, & fœmina marem, quod ſi appetit, cõuertat ſe ad illud, qd' appetit, & inde dependeat, neceſſe eſt, quẽadmodũ iis, quorũ cauſa ſunt, circa cauſas, euenire conſueuit. In Sophiſta quoq;, cũ eorũ ſniam improbaret, q uel eſſe plura entia dicebant, uel ens ipſum, principiũ ſtatuebant, oſtendit nec a` multitudine, nec ab uno ente principiũ entium capi oportere, ſed ab ipſo uno, quod ideo facit, quia ad primum, & ſolum unũ omnia refert. Qui igitur, ubicũq; hæc ſcribit, & ita aperte unum, ac ſolum principium omnium entium facit, atq; ad ipſum unũ, oĩa refert, cui tandem mentis cõpoti uideri poteſt, materiã pro principio poſuiſſe? Enimuero Plato principium per ſe primum, cum cæterarum rerũ omniũ, tum materiæ ipſius, cauſam poſuit. quod enim a` ſecunda cauſa prouenit, id multo magis cenſendum eſt a` prima prouenire. ſiquidem, ea cauſa eſt, ut id a` ſecunda proueniat. Seruat quidem hoc propoſitũ Plato ſemper, ut non primũ per ſe principiũ exiſtimet creatorẽ ſenſibiliũ rerũ propinquum, ſed eũ, q poſt primũ illũ, quem upũ uocat. ſecũdo loco conſtitutus eſt, cui cum materia, tum ideæ a` primo tributæ ſunt, quas reſpiciẽs creator ſecũdus, formas materiales, atq; ſenſibiles materię imprimit iã præuiæ, altero mentis conceptu, & a` primo pẽdente, ſiue enim ſignis, ſiue relationibus, iſta diſtinguant', nihil refert. Sed de his aliãs. Nã de materia, quã præeſſe generatiõi Plato ſatetur, uel eatenus tetigiſſe ſatis ſit, ut hinc etiã pateat, non temere dictũ fuiſſe ab illo, præeſſe materiã. Ergo materia non caret cauſa, apud Platonẽ, nec principiũ eſt per ſe primum, etſi enim concedimus, principiũ eſſe materiã earũ rerum, quæ fiunt, quod & Platonis, & Ariſtotelis ſententia, perſpicuũ eſt, non tamen ſimpliciter, ſed elemẽtale principiũ, tum materiã ipſam, tum etiam formam materialẽ ponimus, ex quibus res cõpoſitæ conſtant. Nec principiũ hoc elementale, aduerſum eſſe cauſæ agenti, aut finali, nec tam cauſam eſſe, q̃ illę ſunt, ſed dũtaxat eſſe concauſam. Si enim materia, nõ eſt ens, & ultra omne non ens degenerat (ut in ſophiſta Platonis oſtenditur) profecto` nec cauſa quidem eſt, nec ſolum non cauſa, ſed etiã, ſi non cauſatum quis dixerit, haud forte a` uero aberrabit. quod. n. nõ dum eſt, dum non ens eſt, nec cauſam habet ullam, nec ipſum rei ullius cauſa eſſe poteſt, uerũtamen quia potentia ens, cõcauſa eſt eorũ, quæ fiunt. Atq; ut ens cõpoſitum, ſic ea materia, quæ elementũ cõpoſiti eſt, a` Deo rerũ omniũ conditore, producta eſt, & ratione quidem, ante compoſitum, mente percipitur, re autẽ, nec eſſe ſeorſum, nec intelligi poteſt. Nam ſiquis, ullo modo, & quẽadmodum Plato inquit, inſtar ſomniantis, cõprehendere animo poterit, quid materia ſit, reperiet, eã ſentẽtia præſtantiſſimorum expoſitorũ Platonis, atq; Ariſtotelis, nec corpus eſſe ex quale, quod nonnulli ſubiectũ ſecundum dixerunt, nec incorporeum quicquã, ut determinatam quandam incorporei naturam accipimus, ſed ut per negationem corporis dicimus eſſe, dimenſionem quandã corporis inde-

terminatam, quæ formali magnitudine determinetur, & qua formæ intelligibiles, differunt a` sensibilibus inde deductis, & in partitionem, ac discretionem de impartibilitate illarũ, & unitate dispositis, quæ etiam sequestrata omni forma, diuisione, figura, magnitudine, possit cogitatione comprehendi, aptaq; sit formam, figuram, diuisionẽ, quantitatem, & quoduis eiusdem generis recipere. Aliter enim, intelligere non potest, quod omnis formę expers est. Quãobrem Timæus Locrẽsis, & Plato, cogitatione spuria, Aristoteles, & idem ipse Timęus per proportionem, intelligi posse materiã uolunt. Quia enim non per formæ innixum, ac firmitatẽ, sed per negationem, sequestrationemq; formarum omniũ, quasi uacillante cogitatione materia intelligitur, ideo cogitatione spuria dicitur comprehendi. nam ea, quæ per formam, & habitum fit, legitima cogitatio est. Rursus, quia primam rerum naturalium materiã ita se habere ad ens, & substantiam, manifestum est, ut æs ad statuam, & lignum ad lectulum, per proportionem assueratur intelligi. quod si talis, aut simile aliquid, materia est, quis eã dubitet, a` Deo esse, & diuino intellectu cõprehendi, quę a` corporibus, quoq; conditor est Deus, & quantitatẽ, quæ corpus est qualitatis expers duntaxat, secunda notione separetur, nec tamẽ sit hoc aliquid, aut simpliciter substet, sed quæ formas respiciat, quaq; creator deus, materiã quoq; ipsam producit, essęq; ita ei impartit, ut a` forma inseparabilis sit. hæc de materia, Platonis opinio est. hæc Plotini, Porphyrii, Amelii, Iãblichi, Syriani, Procli, omniũ deniq; qui Platonis disciplinã sunt secuti, hoc etiã Hermæ Trismegisto placere Iãblichus scribit, quippe uoluisse Hermen affirmat, materiã ex subsantialitate, produci. Quæ cũ ita sint, nõ uideo, cur Platonẽ, reũ peragat aduersarius, quasi materiã, deo coæternã posuerit. æternã quidem Plato esse materiã dixit, coæternam deo, nusq; ab eo dictũ reperies. Quod si qa æternũ deũ, & æternã materiã Plato asseruit, ideo cũ coæternã deo posuisse materiã aduersarius existimat, æquocatione decipit. Non. n. uniuoce æternũ de deo, & materia prædicat, sed ut ea, quæ ab uno denominant, & ad unum referunt. Multi. n. apud Platonẽ, ac uarii sunt gradus æternitatis, immutabilitatis, aliarũq; conditionũ, quæ de deo, atq; entibus cõmuniter prædicantur, quam multiplicẽ rõnem siquis uoluerit, facile poterit ex eius libris accipere. Maxime. n. differt æternũ illud, quod oẽm simul infinitudinem entis comprehendit, qualẽ Plato statuit Deũ, ab eo æterno, quod suũ esse, non absolute, sed cũ fluxu generationis connexum habet, & ut perpetuum esse possit, aliunde acquirit, qualis, Platonis sententia, est mundus, & res oẽs naturales, suo quæq; genere, & ut sequitur, materia ipsa. hunc de ętternitate locum Boetius quoq;, non aliter, q̃ nos fecimus, in libro de ꝓsolatione expo suit, quod profecto` mirandum est aduersariũ latuisse. Adde quod cum æternitas dei, causa sit æternitatis materiæ, atq; mundi, longe hæc inter se differre necesse est. Nã siquis etiam Aristoteli hoc ipsum obiecerit, cum ipse quoq;, & ęternã materiã, & Deum æternum statuerit, facilis erit pro eo responsio, ex æquiuoci ratione, quod scilicet plurimum intersit inter æternum causans, & æternum causatũ. quippe maxima inter causans, causatum'q; oppositio est, nec minor, q̃ sit eoꝝ, quæ contradictorie opponuntur, quæ oppositionum omniũ maxima est, neq; enim fieri potest, ut quod causatum est, etiam causa eius sit, a` quo est causatum. quod leuibus, ac etiam pene` uulgaribus exemplis, ostendi potest. Siquidem uestigium pedis æternum foret, si pes esset æternus, & umbra baculi æterna, si baculus æternus esset, splendorem'q; ab æterno sole reciperet, nec tamen coæternum cum pede uestigium, nec umbra cum baculo coæterna diceret. Hæc propterea latius exposuimus, quod plura erant, quæ desyderari in hac quæstiõe uidebantur, & ratio non magis pro Platone, q̃ pro Aristotele explicanda erat.

Non uerum esse, quod aduersarius dixit, sentire Aristotelem, quod scilicet mundus ex nõ ente simpliciter sit productus, sola Dei uoluntate.

Aristotelem negare, omnino ex non ente simpliciter, aliquid generari.

Generationem, & corruptionem, ex contrario in contrarium fieri.

Omnia, quæ in tempore generantur, ex ente quodammodo, non ex omnino nõ ente produci.

Materiam, hoc aliquid, a` Platone, ab Aristotele uero, formam, hoc aliquid, nominari.

Aristotelem præbuisse hominibus suspicionem, q; creationẽ rerum Deo non tribuerit.

De æternis substantiis, atq; immaterialibus, quid Plato, & Aristoteles senserint.

Non conuenire, secũdum Platonem bonitati Dei, quæ optime constituit, & probauit destruere, licet id in sua potestate sit, in quo Plato maxime cum nostra religione consentit.

Aeternarum rerum, nullam agentem causam ab Aristotele positam esse.

Aristotelem, secundum quorundam opinionem, ideo Parmenidem, & Platonem reprehẽdere, quod

re, quod tres æternas ex non ente simpliciter productas opinentur. Caput VI.

Ed iam finẽ huic parti imponamus. Nunc uidendum est, utrum Aristoteles, ex non
3 ente simpliciter, sicut aduersarius refert, sola Dei uoluntate, mundum productum esse uoluerit. Enimuero Aristotelem, nusquam in omnibus scriptis suis, de uoluntate dei mentionẽ fecisse compertum est, cum Plato uoluntatẽ, & bonitatem, & prouidentiam Dei, ubiq; prædicet, & causam productionis entium fateatur. quod si uolũtate dei, conditum esse mundum non dicit Aristoteles, tum longe minus ex non ente simpliciter productum existimat, res tamẽ generari ex eo, quod aliquo modo sit, aliquo modo non sit, quemadmodum Plato dixerat, arbitratur, multisq; id rationibus nititur probare, cum aliis in locis, tum maxime in eo libro, quẽ de naturali auditione scriptum reliquit. Et quasi hoc peculiare eius inuentum sit, admodũ gloriari uidetur. Sed & Plato, & Timæus, & alii ante eum complures id tradiderant. At uero, ex nihilo simpliciter generatum esse mundũ, non modo non probat, sed aperte etiam improbat, multisq; uerbis demonstrare nitit', fieri non posse, ut ex non ente simpliciter aliquid generet', adiicit etiam ueterum testimonia, quibus opiniones suas corroboret. Conuenit, inqt, hac de re inter omnes, qui de natura disseruerunt. Tum expedita ratione, quæ ad alios spectabat, suam ipse opinionem exponit his uerbis. Nos autẽ & ipsi generari nihil simpliciter ex nõ ente dicimus, uerũtamen generari ex non ente, tanq̃ per accidens. Nã ex priuatione, quæ per se est nõ ens, minime in existẽte generat', & paulopost. Vnus quidẽ hic modus est, alter aũt, quia dici hæc possunt per potẽtiam, & actũ. Itaq; (sicut diximus) dubitationes illæ solũuntur, ex quibus infringi aliqua, quæ a` nobis dicta fuerant, uidebant'. Rursus quoq;, cũ ostendere uellet, quomodo ex contrario generatio, & in contrariũ corruptio fieret, & aliquid, inqt, contrariis esse subiectũ oportet, quod aliquo modo ens, aliquo modo nõ ens sit, ex quo primo in existẽte generant', quæcũq; generant'. hæc enim Aristotelis uerba, nullam excipiunt productionẽ, sed planẽ ad oẽm generabilium reꝝ generationẽ referuntur. nihil enim oĩno ex iis, quę fiunt, censet fieri posse, nisi ex aliquo subiecto, quod partim ens sit, partim non ens. quamobrẽ siquis mundum a` Deo factum dici, ex eius opinione putat, factum esse ex subiecto fateatur, necesse est, alioquin incidet in plura absurda, ut latius explicabimus suo loco. Hic scripturæ adductæ rationem exponemus. Generantur enim quæcunq; generantur, & corrumpuntur quęcũq; corrumpuntur, certe ex subiecto, & ex contrario, & in contrarium, subiecto semper eodem manente. contrariis inuicem commutatis. Etenim cum aqua ab igne in ignem mutatur, generat' ignis ex contraria sibi qualitate, quæ frigiditas est, & a` contraria aquæ qualitate, quę caliditas est. Eadem materia utriq; qualitati subiecta, quæ enim prius erat aqua, mutatis qualitatibus, factus est ignis. Contrarium enim quod corrumpitur, ei, quod corrumpit, & simile quod generat, ei, quod generatur, esse oportet. Atq; ut generatio, ex contrario in contrarium, eodẽ subiecto manente, sic etiam corruptio fit. Corrumpitur enim aqua ex igne ad ignem, & generatur ignis ex aqua ab igne, eodem'q; modo fit in cęteris rebus, quæ aut generantur, aut corrũpunt', ita ut alterius corruptio, sit generatio alteri⁹, & alterius generatio sit corruptio alterius, sublatis prioribus qualitatibus, & aliis contractis contrariis. Cum enim ex aqua ignis generat', qualitas frigida, & humida remouetur, calida, & sicca inducitur, eadem materia corporis manente. Solent nanq; corpora, quæ globo lunæ subiecta sunt, quæcunq; naturaliter agunt, ad eum agere finem, ut seipsa multiplicent. Quæ autem ob eam rem agunt, ea, quæ patiuntur, hoc est, ea in quæ agunt, in seipsa transmutant. quod dum faciunt, corrũpunt necessario, quæ in patiẽtibus sunt, & permanere secum non possunt. hæc autem contraria sunt, quę a` suis contrariis necessario corrumpunt'. Cum itaq; contraria, quæ in patiente sunt, ab iis, quæ sunt in agente, contrariis corrumpantur, fit, ut recipiat subiectum, quantitatẽ, qualitatem'q; agentis, pro iis, quas ante illas contrarias habebat. Itaq; ad agentis transmutatur naturã, & quod ante erat aqua, si forte sic accidit, fit ignis ab igne, postquam ui suæ caliditatis, tantum agere potuit. hinc merito sequit', ut omnis sub orbe lunæ generatio, & corruptio, mutatio sit, manente aliquatenus eo, qd mutat'. manet. n. secundũ subiectum, quod non determinate hoc, aut illud est, sed aliás fit hoc, aliás illud. Quamobrẽ non ex non ente, quatenus non ens est, sed quatenus ens aliquo modo est, generant' omnia, quæ in tempore generant'. Nam, ut tẽpus, in quo res generant', præcedit id tẽpus, post quod tempus hoc est, sic & rem, quę generat', præcedit res alia, post quam, & ex qua ea extat, quæ gñata est. qua propter mutationem, tanquam genus, omnis, quæ sub globo lunæ est, generationis, Plato, atq; Aristoteles posuere. Cuius rei, testis est Platonis Timęus, qui

& docet hoc aperte, & cũ Aristotele consentit, prꝛterquam ꝙ Plato, dum materiam in manendo consyderat. manet enim (ut dictum est) eadem. eam hoc aliquid nominat, in quo enim, inqt, generari omnia uidentᷣ, & rursus pereunt, id solum appellare hoc aliquid, & hoc certe oportet. Aristoteles autẽ hoc uerbum formę tribuit, per quam unaquæꝙ res hoc aliquid, & ens fit. hæc de materia rerum, quæ generationi, corruptioni'ꝙ subiectæ sunt. Platonis, atꝙ Aristotelis opinio est, principium uterꝙ ponit eá elemẽtale, & concausam reꝝ, quæ generantᷣ, ex eaꝙ, ut aliquo modo est, & aliquo modo non est, generationẽ ambo constituunt, utpote cum sua ipsius natura, nullam sortita sit formam, ne forma propria (ut Plato inquit) cæteris formis recipiẽdis obstaret (ut Aristoteles quoꝙ Platonẽ secutus ait) sed quasc̃uꝙ formas uicissim, & quasi p successionem posset recipere. Itaꝙ nulla est de hac re inter Platonem, atꝙ Aristotelẽ cõtrouersia. Præcipuas uero causas, hoc est agentem, & finalẽ, optime quidem, & clara (ut aiunt) uoce, quẽadmodum supra diximus, Plato ad Deum retulit. Aristoteles autem, quoniam ingenitum omnino & causa, & tempore mundum statuerat, nõ immerito præbuit suspicandi causam, se opificẽ Deum minime entibus tribuisse, In qua re, quantum Plato Aristoteli, religione, & pietate præstiterit, aliorum sit iudicium, nobis satis sit, aduersarii calumniam detexisse. Iam uero de æternis, & immaterialibus substantiis, utrum hę quoꝙ ex non ente omnino, an ex ente aliquo modo, & aliquo modo non ente productæ sint, quid Aristoteles sentiat, perspicuum est. Nusquam. n. de productione huiusmodi substantiarum locutus est aliquid, ut ꝙ a` nullo productas eas, & necessarias esse existimauit. Quippe libro septimo de diuinis rebus, Substantias, inqt, materiam non habẽtes, nec causam quidẽ quare sint, ullam habere. At Plato bonum ipsum, & unam causam esse illarum substantiarum, ingenue profitetᷣ, & cum eas, tum primam, & omnino informẽ materiam a` primo omnium principio, infinita eius potestate produci, quod Aristoteles obiicere ei, & Parmenidi uidetᷣ. Etenim Plato uniuersum hoc, simul & æternũ, & a` Deo productum, produci'ꝙ arbitratᷣ, & potẽtia non ens semp esse existimat. Partim ob naturalium rerum materiam, cui potẽtiam, & non ens tribuimus, partim ob immortalium formarum à primo dependẽtiam. Sic enim & produci, ac generari, & seruari, contineri'ꝙ eas, Plato cẽset, & esse earum a` dependẽti ratione omnino sumẽdum intelligit. Quapropter, patrẽ omnium ad generatos deos, ita loquẽtem inducit. Vos quidẽ non immortales, neꝙ omnino indissolubiles estis, non tamen unq̃ dissoluemini, quasi dicat eos tales esse, ut possint non esse, quandoquidẽ creati sunt, uerum nunquam futurum, ut non sint, quia ut semp sint, uoluntas est opificis Dei. Nã etsi quæ constituta sunt, destrui, dissolui'ꝙ omnia possunt, tamẽ quæ recte constituta sunt, & bene se habent, ea dissoluere, ac destruere uelle, praui animi est, & sibi repugnantis, Ita Plato fidei nostræ consentanea & sentit, & loquitᷣ. Siquidem nos quoꝙ cœlestes, immateriales, atꝙ intellectuales uirtutes, angelos inquam, atꝙ etiã rationales, intellectuales'ꝙ animas a` deo creatas, communi omnium creatore, Natura sua cẽsemus posse dissolui, atꝙ perire, cum omne creatum corruptibile sit, dum iam in potentia est ad non esse. Verum immortales, & incorruptibiles semper futuros, diuina uoluntate, Vnde semper sibi hauriunt esse. Aristoteles autem creationem esse in substantiis æternis, siue perpetuis omnino negat, nullam'ꝙ in his non essendi potentiã esse concedit. Itaꝙ eas nec generatas, nec creatas, nec factas putat, cum semper fuerint, nec corruptioni obnoxias, cum nullam non essendi potentiam habeant. Ex quo fit, ut quirerum æternarum, siue perpetuarum, causam agentẽ, siue efficientem, nequaquam ab eo positam dixerunt, non sine ratione moti esse uideantur. Itaꝙ minime credendum aduersario est, cum cœlum, ac mũdum produci, ac generari a` Deo sensisse Aristotelem existimat, quia ab eo scriptum est, cœlum, ac naturã a` Deo dependere. Errat profecto` uehementer, atꝙ erroris eius causa est, quod non intelligit, dependere, nullam temporis rationem exigere. Creari autem, generari, fieri, produci, cætera'ꝙ huiusmodi, ipsius etiam Aristotelis sententia tempus requirere, quod quia tribui æternis rebus non potest, nihil tale de mundo affirmari posse Aristoteles censet. dependere tamen a` Deo cœlum, & naturam fatetᷣ, seruari quoꝙ ab eo, & contineri, quę si aduersarius, produci, creari, & generari esse contendit, profecto` nostram, non suam rem agit. Nos enim & concedimus hæc, & ad Platonem referenda esse censemus. scilicet altera generandi ratione. Ipse autem, dum christianum facere Aristotelem cupit, Platonis sententiam illi tribuit, & quod ille aperte negat, ac conatur refellere, ratione uidelicet naturæ, ac temporis, id ipse frustra tueri nititur ratione, qua Plato de mundi generatiõe locutus est. Verum ad Aristotelem reuertor. hic, cum de materia, & priuatione, primo naturalis auditionis libro differuisset, inuehitur in eos, qui ex non ente simpliciter res generari uniuersas dixerunt, Platonem uidelicet

delicet significans, hic enim, quia Parmenidis sententiam probat, ens unum esse dicentis, & quod prꝛter ens est, id esse nõ ens, non ab re censere uidetur, ex non ente simpliciter, primam fieri generationem. Neꝙ enim fieri potest, ut cum ens unum sit, & quod prꝛter ens est, sit non ens, non aliquo modo, aut per accidens nõ ens, sed non ens simpliciter (ut Parmenidi placuit) seruetur natura materiæ, quæ aliquo modo ens, aliquo modo non ens, est, & potentia quidem est, actu uero minime. quod si ex eo, quod unum, & solum est, nihil fieri potest, quippe immutabile est, & quod prꝛter ipsum est, nihil omnino est. siquid autem generatur, id ex alio generari oportet. Sequitur, ut qui huius sententiæ est, & tamen generationem ponit, opinetur eam produci ex non ente simpliciter, etiam si id uerbis, minus expresserit. Tam longe ergo abest, ut Aristoteles ex non ente, quicquam simpliciter generari existimet, ut eos potius, qui id dixerunt, reprehendat, & in Platonem, Parmenidem'ꝙ inuehatᷣ. Atqui si Aristoteles, propterea illos reprehendebat (ut pleriꝙ dicunt) quod de rebus æternis, uerissime'ꝙ entibus disputantes, quæ prꝛter illa sunt, non esse entia dicebant, ut quæ sunt mutationi semper obnoxia, profecto` Platonem, & Parmenidem, fateturres æternas, ex non ente simpliciter opinari esse productas, quod a` nobis erat probandum. Siquis uero, quod equidem laudarem, ita illos reprehendi ab Aristotele putat, ut auditorum suorum utilitati consuleret, ne generationem rerum naturaliũ ex non ente simpliciter fieri posse existimarent. Iam patet generationem illã ex nihilo simpliciter, ab Aristotele prorsus repudiari, quam Plato, & Parmenides probauerunt (si modo uerba illorum, hoc modo exponenda sunt.) Res uero ęternas productas a` causa esse, secũdum opinionem Platonis, manifestum est, quemadmodum supra diximus. Ergo si Aristoteli magis quam aduersario de opinione & sua, & Platonis adhibenda fides est, profecto` Plato, non Aristoteles est, qui substantias intelligibiles, & cœlum naturã'ꝙ uniuersam, ex nõ ente simpliciter produci affirmans, maxime cum nostra religione consentit. Poteram alia quoꝙ permulta, huic loco accõmodare Platonis, & Aristotelis, & expositorum dicta, sed nec dici omnia, necesse est, & hæc, quæ diximus satis, tum quod instituimus, probare uidentur, tum ueritatis auditores, ut si plura optant, unde quærere ea possint, intelligant.

De anima, quid senserit Plato.
Quæ & qualia sint, de anima inuestiganda.
De motuum diuersitate, & quatuor eorum generibus.
De differentia essentiarum incorporearum.
Quæ sit Platonis uia, ad inquirendum de anima.
Aristotelem, ex motu, ad Dei cognitionẽ ferri, & in motus ratione, aliqñ a` Platone discrepare.
Quales motus animæ tribuat Plato, & quę sint eorum nomina.
Aristotelem improprie dicere sensum, aut intelligentiam, moueri, & pati.
Alexandrum Aphrodisieum, & Auerroem unicum intellectum omnium posuisse.
Participatione idearum esse omnia, atꝙ appellari.
Probatio immortalitatis animæ, per diuersa argumenta Platonis.
Aristotelem in secundo de anima, rationibus uti Platonis.
Vniuscuiusꝙ rei, tum bonum esse, tum malum, & rem quãꝙ, proprio malo interire.
Quæ mala habeat anima, quibus deprauetur.
Animã, uitio corporis perire non posse, quãq̃ corporis mala ipsum corpus interimant.
Non modo Platonem, sed etiam Aristotelem mundum animatum, & uniuersum animal esse opinari.
Animam, ut sensibilibus, ac materialibus superiorem, ita intelligibilibus, & immaterialibus inferiorem esse.
Mentem hominis, cum incorruptibilis sit, etiam ingeneratam esse.
Priũs animam esse, q̃ corpus generatur, & Platonis, & Aristotelis sententia.
Quæ Plato de numeris, proportionibus, medietatibus, circulis, rectis lineis locutus, animæ tribuit, non ita reprehẽdi ab Aristotele, ut quidã putant.
Aristotelem, uerba quædam Platonis arguisse, quorum profundam sententiam probabat.
Substãtiarũ cœlestiũ, ut nullũ sermonem, ita nullã uocabulorum rõnẽ propriã haberi.
Vt Pythagoreos, sic Platonẽ, uelaminibus quibusdam, de diuinis locutum fuisse.
Non absurde a` Platone circulum, aut rectam lineam animæ tribui.
De duplici uiuendi animę ratione.

Sententia Thomæ Aquinatis in laudem Platonis.
Malegestorum culpam, hominem habere, non Deum.
Quanta sit mathematicarum disciplinarum utilitas.
Quibus fabulis Plato interdum utatur.
Naturam diuinam, bonarum omnium causam esse.
De animarum transitu in bruta animalia.
Quæ animæ in quæ corpora transeant.
Confutatio aduersarii putantis Platonem sentire animas brutorum, esse immortales.
Brutorum non animas dici, sed uitas quasdam, & simulachra animarum.
De triplici animarum genere, & earum differentia. Caput VII.

Iam de anima quid Plato senserit, explicabo. Vos, in quorum manus hæc forte uenient, uiri docti, atq; præstantes, figmenta ne ille, & fabellas scripserit (ut obiurgator noster blaterare non desinit) an digna potius illustri, magnoq; ingenio, ita ut neq; melius, neq; sublimius, neq; diuinius ab homine dútaxat, ueræ fidei lumine non illustrato, dici potuerint, iudicabitis. Cum duplex de rebus immaterialibus quæstio sit, Vna, cur sint, altera, quid sint, & de causa quidem, cur sint, agat, cum, causa ne uacet, nec ne, & sponte ne, an a deo productæ sint, quærimus, quid sint uero, indagemus, cum substantia ne, an accidens sit, scrutamur. Primũ, an producta a deo anima sit, quærendũ est. Mox, qd sit. Tum, inuẽ to iam genere, in quo sit, quoniam bifariam genus omne diuidit. aut enim potentia, aut actu est, ut ouum potentia animal est, semen planta, Sed auis non potẽtia, sed actu animal est, & arbor, planta, Idcirco, tertio loco consyderandum est, utrum, tanquã potẽtia quædam subiecta, & substantiæ accõmodata, an tanq̃ actu subsistens, natura existimanda sit. Ad hæc, de eius potentia, & actione cogitandum. omnis enim substantia, & potentiã consequentẽ habet, & actione simul. Item, cum anima corporis animati forma sit, utrum ante corpus, an post corpus, an unà cũ corpore sit, inuestigandum. Et si ante corpus, utrum post corpus etiam permaneat, an una cum corpore intereat, etsi permanet, Vtæ postq̃ multa subiit corpora, seq; in diuersa sæpe numero transtulit, ultimo tandem corpore exusta ipsa etiam moriatur, an omnino incorruptibilis, immortalisq; sit, atq; ut ante omne corpus est, sic etiã post omne corpus perpetua maneat. Scrutandum præterea an partibilis, nec ne sit, et si partibilis, utrum, ut corpus, an ut ars, & scientia in partes scindat. Sunt enim & medicinę partes, & philosophię At si impartibilis est, simplex ne omnino natura sit, & nullius multitudinis capax, an partium quidem multitudinẽ nullã, potentias uero, quas etiam uirtutes dicimus, habeat multas. hoc enim plurimum refert, siquidẽ pars a parte, subiecto differt, uirtus autem a uirtute actionis, siue operationis diuersitate. Post hæc, utrum omnes animæ, sub eadẽ specie cõtineant, an sub diuersis. Et si diuersæ species sunt, utrum genere etiam differant, quẽadmodũ anima hominis, & anima eq. Si differũt specie, an sint ẽt genere diuersę, & quanq̃ homo, & equus, sub uno animalis genere comprehẽdunt, animæ tamen eorum, non sub eodem animæ genere conueniant. Quęrere etiam dignũ est, plures ne animæ sint in uno quoq; animali, ut uegetatiua, nutritiua sensitiua, appetitiua, intellectiua, an hęc unius animę partes, seu uirtutes dici debeant. Et si partes unius animæ sunt, utrũ & rõne, & subiecto inter se differant, an rõne diuersę, subiecto eædem sint. Hæc, de anima quæri maxime solent & cognita, perspectaq; sciam eius absolutæ perficiunt. Animaduertendum ergo, an Plato de his omnibus differuerit, omnesq; huiusmodi locos (quantũ gentilis hominis ingeniũ assequi potuit) plene, perfecteq; tractauerit. Neq; enim (ut sępe dixi) christianũ mihi animus est, ostendere Platonem, Sed inspiciendum censeo, an magis cõsentaneæ sint nostræ religioni Platonis de anima opiniones, q̃ Aristotelis, quẽ aduersarius conuenire ubiq; cũ fide christiana, frustra nititur ostendere. Principio igit, uidendum est, quomodo in decimo libro de legibus exquirat Plato, atq; inuestiget, cur anima sit, quo inuento, essentiam eius, ac rationem absoluit, atq; ita progrediens, diuinitatis essentiam rimatur, & cõfirmat, Dicam autem de his, quanto breuius potero, satis a me factũ existimans, si loca ostendero, unde cætera, quæ desyderari possent, qui inuestigandi cupidi sunt, accipere facile possint. Ex omnibus, inquit, rebus, alias solum moueri, alias inter utraq; constitui, quæ scilicet & mouere possunt, & moueri. hanc tertiam speciem bipartito distribuit, ut aut ab aliis motas mouere, aut ex se moueri necesse sit. Itaq; quatuor genera hoc modo constituunt. primum quod mouet solum, patitur q̃ ab aliis prioribus causis. Secundum, quod & alia mouet, & ab aliis mouet. Tertium, quod ex se mouetur,

se mouetur, sua natura sibi exordiens motum, & motum alteri affert. Quartum, qd immobile est, postremum omnium, quæ motu actiuo, passiuoq; participant. Dependere etiam oẽ, qd ab alio mouetur ex eo, quod se mouet, idq; ipsum, ex immobili, Plato arbitrat. Verum omnis motus initium esse, quod ipsum ex se mouetur. Cũ enim hoc illud moueat, & illud aliud, atq; aliud semper aliud, nullum erit principium motus, quoniã ab alio, semper aliud mouetur, Necesse est autem, motus principium esse, alioquin in infinitum fieret progressus. Cum igitur id, quod seipsum mouet, alteri motum affert, & illud rursus alteri, sicq; alterum subinde alteri, pfecto id principiũ motus est, quod seipsum mouet. Nam si cõsistere cuncta, & quieta esse dederi mus, quem nam ex iis, quos modo enumeraui, motum fieri necesse erit? aut quod tandem erit, quod primum moueatur, nisi quod a seipso mouetur? Aliunde enim fieri motum dici non potest, quod enim immobile est, quoniam natura sua moueri non potest, non est primum mouens, quod autem suapte natura moueri ab alio potest, id porro aliam ad se mouendum uirtutem requirit. Superest igitur, ut quod seipsum mouet, & a seipso hunc actum exorditur, id omnium motuum, & mutationum principium sit omnium optimum, atq; antiquissimum. Secundum locum obtinet, quod ab alio motum, aliud mouet. Verum quod seipsum mouet, id proculdubio uiuere dicimus, uiuunt autem quæ animam habent. Ex quo colligitur, animam esse, quæ ipsa seipsam mouet. Cumq; in unaquaq; re, tria consyderari oporteat, unum quidẽ substantiam, alterum rationem substantiæ, tertium nomen, interdum quidem, proposito nomine, rationem interroganus, interdum contra, & tamen siue nomini rationem, siue rationi nomen assignemus, idem semper appellamus. Quippe idem est dicere parem numerũ esse, qui in duas partes æquales secatur, & numerum, qui in duas partes æquales secat, esse parem. Ita igitur hoc loco de anima consyderandum est. Huic enim substãtiæ, cui nomen anima est, nulla ratio magis conuenit, q̃ quæ eam per seipsam moueri statuit, de qua modo diximus. Nã formam esse hanc, siue actum corporis, uere quidem affirmamus, non tamẽ commune hoc cuiusq; animæ est, siquidem intellectiuam animã corporis actum esse, nemo diceret. Cõmunio ri ergo ratione animã id esse dicimus, quod seipsum mouere potest, & uicissim, quod seipsum mouere potest, id animam esse. Ex quo sequitur animam esse primam generatiõem, & primũ motum rerum omniũ, quæ sunt, quæ fuerunt, quæq; futuræ sunt, & omnis motus, ac mutationis causam præbere, omnium motuum antiquissimũ esse, omnis motus principiũ, & omnibus corporibus priorem. Corpus enim natura secũdum est, & aĩa posterius. Quippe corpora oĩa dútaxat mouentur. nec ipsa quicquã efficiũt. Quicquid enim efficiens, mouensq;, aliorum est, id uirtute incorporeæ essentiæ ad efficiendũ, mouendum q; inducitur. Incorporearum autem essentiarum, aliæ cum corporibus diuiduntur, ut qualitates, & formæ materiales, quæ & aliun de mouentur, & aliud mouent. aliæ se a naturaliũ rerũ diuisione sequestrãt, qualis est substãtia, quæ a seipsa mouetur, nec in aliis, sed in seipsa consistit, atq; omnium concretione corporis uacat, a qua prima omnis mouendi ratio corporibus præstatur, quam diximus esse animã omni corpore antiquiorem. Hæc uia Platonis, & ratio est, ad inuestigãdam causam, & essentiam, et definitionem animæ, quibus simul actu, non potentia esse animam demonstratur, tum operatiõnẽ eius uitalem esse, & præcedere eam omne corpus natura, & substantiam esse impartibilem, quinetiam, ulteriori progressu, essentiam diuinitatis, ex his demonstrari, de qua nõ ẽ hoc loco dicendum. Sed cum uterq; philosophus, Plato scilicet, atq; Aristoteles, cur anima sit, quid ue sit, conquisierit, operæpretium est uidere, quomodo Plato id ex motus ratiõe inuestigarit, quem imitatus Aristoteles libro naturalis auditionis octauo, ex motu in dei cognitionem fertur, quem primum mouens immobile nominat, siue id mentem statuat, siue animum. Incipit enim pene a simili diuisiõe, quanquã interim ab eo dissentit, & præsertim incorporeoq;, quæ per se mouentur, ratione, Primumq; illud mouens quidem, sed immobile statuit. Nã cum motus dútaxat corporeos, pro definitione, quam motui dederat, pertractet, merito nullũ motum passiuum in substantiis incorporeis probat. Sane motus passiuos naturales, & posteros, ne Plato quidem animo tribuit, quod tam apertum est, ut nemo sit, qui cõtradicere audeat. Sed quos ille motus tribuerit animæ, ex uerbis eius intelligamus. Gerit quidem, inquit, animus cœlum, terram, mare, mundum suis motibus, quorum nomina sunt uelle, intelligere, curare, cõsultare, recte, aut falso opinari, tum gaudere, dolere, audere, metuere, diligere, odisse, oĩbº deniq; motibus, qui iis cognati, aut primi sunt. Hi secũdos sibi assumentes corporis motus, omnia ducũt in augmentum, diminutionem, cõcretionem, discretionem, & quæ hæc consequũtur. Aperte hic Plato de corporeis motibus mentionem faciens, quos solos motus Aristoteles uocat, eos

dūtaxat corpori tribuit, animæ uero motus, ut sunt, uelle intelligere, & similia, quæ ipse quoq; Aristoteles concedit animæ, cōmuniori uocabulo motus uocat, cum id in aliis locis, tam ipse, quàm Aristoteles energian, hoc est operationem appellent. uti. n. nominibus licet pro uoluntate scribētis, & præsertim nominibus speciei pro nominibus generis. Quippe operationis species motus est. Nā omnis motus operatio est, sed non omnis operatio est motus, quo fit, ut Plato sæpius alterum pro altero nominet. Quemadmodum Aristotelem quoq; facere uidemus, cū sensum, aut intelligentiam dicit moueri, & pati, quod ipse etiam minus proprie a` se dictum fatetur, cum sensum, & mentis mutationē, aut motum non esse, aut aliud genus esse motus affirmat. sed de his hactenus. Aeternitatem uero, immortalitatē q; animi, cum aliis plerisq; in locis, tum maxime in Phædro, & Phædone Plato demonstrat, ex ipso illius per se motu, & ex principio motus, quod illi tribuit, argumenta deducens, quibus & ingeneratum eum, & incorruptibilē esse declarat. Animus, inquit, in Phædro seipsum mouet, quod autē seipsum mouet, id semper mouetur. Cū. n. semper in se sit, & nusquā se deserat, semper sui simile est, ergo semper se mouet. immortale igitur est. Quo. n. pacto semper moueri posset, quod mortale est? Nā simulac interierit, fiet immotū. Et rursus, Si animus seipsum mouet, principiū omnis motus, ac fontē esse necesse est. quicquid enim mouetur, ab eo, quod ex seipso mouet, motus causam sumit, quod cū principiū motus sit, etiā ingenitū esse oportet. quod enim genitū est, principiū esse non potest. Cū aūt ingenitū sit, incorruptibile etiam esse necesse est. Quippe sententia Aristotelis, ingenitū, & incorruptibile conuertuntur. In Phædone autē, cū duplex quæstio sit, Vna, utrum anima corpus antecedat, altera, an post corpus permaneat, prima dubitatio ex iis manifesta fit, quæ ante dicta sunt, & satis quidem, quatenus ad nostrū hoc de Platone institutū pertinet, ut nisi diuinitus animi quoq; in tēpore procreentur, præesse quod immortale permaneat, ostendatur, satis etiam ad homines illos gentiles, apud quos Plato de animorum immortalitate differebat. Nam qui mundū ingenitū, atq; incorruptibilem, & nihil actu infinitum ponit, hunc Platonis sententiā probare de transitione animarum necesse est, si animā hominis esse īmortalē fatet, nec Aristotelē hoc negaturū fuisse existimo, modo, quod equidē reor, immortalē esse hominis animā censuerit, quod nisi hunc teneat animationis modum, nefarium illud amplexetur, necesse est, quem eius expositores, qui præsertim doctiores habiti sunt, Alexāder Aphrodisiensis græcus, & Auerroes Arabs ei manifeste tribuerunt, ut unus, cōmunis'q; sit omnium hominum intellectus. Nos ex fide religionis nostræ omnia rite tuemur, cum principium, finem'q; uniuersi statuamus. At gentiles, qui mundū æternū posuere, fieri non potest, ut hanc Platonis opinionem aspernentur. Sic igitur animam, priorem esse corporibus probat. Quemadmodum uero post corpora maneat, ita ostendit. Cum formas quasdam, quas ideas uocat, esse demonstrasset, earū'q; participatione cætera & esse, & appellari, Tum illud docuit, nullam unā earum, sui contrarii fieri posse participē, quippe magnitudinem nunquā fieri posse paruitatem, rerum autem, quę ideis participant, alias esse, quæ contrarii particeps sint, ut eam, quæ magnitudinis particeps est, paruitatis quoq; contingit participē esse, uerbi gratia, Simmiam maiorem Socrate, Phædone minorē dici posse, alias, quæ nunquā possint contraria simul capessere. Niuem enim calidam, aut ignem frigidum, dum nix, aut ignis est, fieri non posse, Sī quidem qualitates primæ aduenient contrario facessunt, & pereunt. Ternarius etiam, cum non imparitas sit, sed imparitate participet, nunquā fieri posse, ut uel paritas, uel par efficiatur. Mox addit non modo in contrariis fieri, ut alterutro subeunte, permanere alterū non possit, uerum etiam in iis, quæ quāuis non sint ipsa contraria, semper tamen contraria secum habent. Et enim quæ ternarii idea participant, hæc non solū tria, sed etiā imparia necessario sunt, et nunā paris formā, quę, contraria est, sortiuntur. His itaq; distributis, subiūgit, oportere intelligi animam, non modo, ut formam, siue ideam simplicē, uitam'q; simplicem, cui nihil unā contrarium unde minuatur, uel pereat, accidere possit, sed talē etiam, quæ suam ideam iis cōmunicet, quibus se absq; ullo contrarii consortio iungit, quæ certe eo` tendunt, ut animi īmortalitas seruetur, siue eam per se formā, & uitā simplicem, tanā ideam, ut caliditatē, ac frigiditatē contempleris, siue substantiā uita contentam, quēadmodū ignis sua essentiali caliditate continetur. utrunq; enim de anima dici rectissime potest. Nam si animam afferre corporibus uitam cernimus, profecto` manifestum est, eam contrarium uitæ, hoc est mortem, neq; iis, quæ subierit, corporibus afferre, neq;, quod absurdius esset, eā excipere. Itaq; relinqui, ut incorruptibilis, immortalis'q; sit. Colligi etiam id syllogismo potest hoc modo. Formas, quæ ita applicantur subiecto, ut nunquam illi contrariū afferant, semper easdē manere, necesse est. Atqui anima ita corpori

pori applicatur, ut uitæ, qua corpus afficit contrariū, hoc est mortem nunā afferat, animā igitur semper uitam, semper'q; uitæ, nunā mortis participem esse oportet. quemadmodum ternarius imparis semper, paris nunā particeps est, cum ea, quæ complectitur, non modo tria, sed etiam imparia sint. Item quicquid alicui rei aliquid affert, ipsam, cui affert, rem præcedens, contrarii eius, quod affert, impatiens est, at anima corpori, quod natura præcedit, uitam affert, impatiens igitur contrarii eius est, id autem esse mortem constat. Ad hæc cū anima, inter formas connumeretur, quarū participatio nomen etiam earundem recipit, nulla autem earum formarū contrariū patitur, quippe magnitudo, nunā paruitas effici potest, sequitur, ut aīa, quæ uita est, nūā mortem patiatur, quæ uitæ contraria est. Ergo anima corporibus exui omnibus inoffensa, immortalis'q; potest. Hi certe Platonis syllogismi sunt, quē obiurgator noster nūquā syllogismo usum fuisse affirmat, quia. s. quæ ipse redigere ad formam nequit, hæc sine syllogismo dici existimat. Paulo quidem lōgius Plato, interdum sua protrahit argumēta, & quasi prēparat locis, terminis, propositionibus, syllogismis præuiis, quod demōstraturus est, ante quā inferat suam conclusionem, uerūtamē, nihil sine summo artificio, exquisitissimis'q; rationibus loquitur, quinetiam ex similitudine, quā anima cū substantia, magis, qā cū generatione habet, immortalem esse, pulcherrime ostēdit. Cū enim quæ propria sunt, tū substantiæ, tum generationis enumerasset, & substantiæ quidē diuinitatē, immortalitatē, intelligibilitatē, indissolubilitatē, uniformitatē, identitatē, & perpetuitatē incōmutabilē, ac perseuerantē tribuisset, generationi autem opposita omnia, atq; hominis cōstitutionē diuisisset in corpus & aīam, tandē quærit, utrū similior aīa, qā corpus substātiæ, rebus'q; indissolubilibus sit, ac tribus mediis similiorē esse aīam ratiocinat', hoc est inuisibili intellectiuo imperio in corpus, & ob eā rē corpore diuturniorē, cōstantiorem'q; ostendit, quē locū Aristoteles imitatus, secūdo libro de anima, quid aīa sit, per diuisionē perquirit, atq; definit. Adde, q; cum aīam Plato ab īmobili causa produci affirmet, hīc etiā substantiā eius īmortalē esse demonstrat. Quicquid enim primo ab immobili causa, prouenit, incōmutabilē habere essentiā testatur, Sic enim apud eū creator loqtur. Quæ a` meipso facta sunt, deoq; uitā possunt adæquare. Cōtra uero, quod a` causa mobili est, id mutabile esse necesse est. quod enim immobile est, non per motū, sed suo esse id agit, atq; ita quod producit, sibi familiarius habet, & naturā alterā, quasi comitē constituit. Vnde fit, ut semper illud producat, cum semp sit ipsum, & quod producitur, semper sit, cum semper sit, quod producit. Decimo ēt de Rep. libro habetur, uniuscuiusq; rei, tum bonū esse, tum malū, ac bonū quidē seruare, malum uero corrūpere eā rē, cui utrūq; tribuit'. qppe morbū, qui malū corporis est, corpus corrumpere, sanitatē, quę bonum est, seruare, tum unāquāq; rem suo, nō alieno malo interire. Cibi enim uitium nequaā corpus perimere, nisi morbū in eo cōtraxerit, qd' ipsius malū est. Atq; ita colligit minime id numerari debere inter ea, quæ pereunt, quod malū habens, quo depraue tur, non dissoluit' ab eo, neq; interiit. Quibus ita positis, aīam dicit habere aliquid mali, quo deprauet', utpote iniuriā, intemperantiā, auaritiā, insciti ā, & reliqua huiusmodi uitia, quæ depraua re quidē animam possunt, nō tamen dissoluere eam, atq; perimere. Ita ut anima non sit, quē admodum morbus, qui malū corporis est, male corpus afficit, demum'q; extinguit, ita ut corpus præterea nō sit. Nec uero corporis morbo, quod malū alienum est perire, inquit, aīam posse, quādo ne deprauari quidē, nisi suopte uitio potest. Ergo nō febre, non dolore, non ipso corporis interitu aīam posse uitiari, nedū interire. Quis enim deteriorē factam esse aīam uel morbo, uel morte dicat, cum contra uideamus corrigi potius, atq; emendari hominū mores, morbis, & cruciatibus corporum. quod si anima, nec alieno malo interit (quod cōmune omniū est) neq; suo, semper sit, necesse est. quod autem semper est, immortale est. animam igitur immortalem esse, manifestum est. In Timæo quoq; diffusius explicatur, productam a` deo aīam esse, tum nostram, tum mundi uniuersi, substātiæ q;, & uirtutis eius ratio redditur. Qui locus, & si non facile percipitur, tamen ingenii bonitate, & ope scriptorū, qui libros Platonis exposuere, satis intelligi potest. Verum nequis Platonis hoc esse propriū crimē existimet, quod cœlum, & uniuersum mundū animatū, atq; animal esse posuerit, Aristotelem quoq; idem sensisse, & superius dixi, & nunc repeto. Dicit enim cœlum animatum esse, & aīam, & corpus diuinum. Theophrastus quoq; nobilissimus Aristotelis discipulus, aīam esse principium motus, & cœlū esse animatū in libro, quē de cœlo edidit, scribit his uerbis. Nam si diuinum est, & optime degit, animatum est, Nihil enim præclarū esse sine anima potest. Plato igitur, cum substantiam, atq; originem animę a` Deo esse cōmemorat, Ex eiusdem, inquit, & alteri°, & ex diuidua, indiuidua'q; natura constituit eam, qui constituit. Quæ certe ita dicit, quoniam rebus sensibilibus,

ac materialibus, quibus & alterum, & diuiduum, cætera'q; huiuſmodi competunt, longe ſuperi
or anima eſt. Intelligibilibus uero, & immaterialibus ſubſtantiis, quibus idem, & indiuiduum
conueniunt, inferior. Cũ enim uniuerſum hoc, in mentẽ, animam, ac corpus diſtribuatur, me
dium animæ tribuit locũ, ut neq; inſtar corporum diuiſibilis ſit, neq; inſtar intellectualium ſub
ſtantiarum indiuiſibilis, quando non ſimpliciſſima eſt, ſed uarias continet uirtutes, & neq; ge
nerabilis eſt, modo ſenſibilium, quæ in tẽpore generabilia, & corruptibilia ſunt, neq; ingenera
bilis, modo intelligibilium, quæ ſempiterna ſunt, & intra ſe totũ ſuum eſſe, omnino cõplectũ
tur. Verum ingenerata, & ingenerabilis tẽpore, & incorruptibilis, ſua quidem ſubſtantia eſt,
ideo'q; quodammodo æterna, cum tamen ſuas operationes, in tempore agat, quemadmodum
Socrates in Phædro, quaſi numine quodam (ut Plato inquit) afflatus, eloquitur. Cauſa tamẽ,
ſubſtãtiali'q; ab intelligibilibus cauſis ortu, genitam, & generabilem eſſe, quod omnium intel
ligibilium ſubſtantiarum cõmune eſt. Sed proprium animæ, quod infinitudinem entis, haud
uniuerſam complectitur, ſicuti intelligibiles, ſempiternæ'q; ſubſtantiæ faciunt, ſed ſubinde ma
nantem recipit ſemper, quam Plato ipſe in politico aduentitiam immortalitatem appellat. Vt
enim naturam corpoream generabilem dicit, quod ſemper gignitur, & ſubinde infinitã eſſen
di potẽtiam recipit, ſic animam generabilem dicit, quod non ſimul totam infinitudinem entis
poſſit accipere, ſed ſubinde manãtem recipiat ſemper, & quemadmodum corpus, cœlũ'q; uni
uerſum, quanq̃ finitum, tamen mouetur, authore etiam Ariſtotele, in infinitum a' primo, ſemp
potentiã, qua ſemper moueatur, recipiens, nec ſimul infinitam complectens potentiã, Sic ani
ma, cum per tranſitum operetur, & uarie promens alias aliter agat, idcirco tẽporis particeps eſt.
Omnis enim trãſitiuus motus tempus ſibi habet adnexum, nec uniuerſam complectitur infini
tam, potentiam, a` qua ſemper operatur, ſed ſubinde eam recipit ſemper. Quocirca, non ſemp
eodem modo, ſed aliãs aliter agit. Quatenus igitur talis anima eſt, generata, ſiue generabilis &
nuncupatur, & eſt. Quid igitur per Deum immortalem fabulæ, quid figmenti in his dictis Pla
tonis animaduertimus, ut aduerſarius obſtrepit? uel potius quid non optime, & ſapientiſſime
dictum? Si eum cũ Ariſtotele, cæteris'q; gentilibus contulerimus, nam (quod ſæpe dixi) Plato
nem illis dũtaxat cõparamus, non cũ fide, & religione chriſtiana conferendũ cenſemus, quanq̃
cũ noſtris plerunq; cõueniat magis, q̃ Ariſtoteles, & ſi in plerisq; etiã diſcrepet. Quippe de ani
marum præexiſtentia eius opinio a` noſtra fide prorſus aliena eſt, quanq̃ a' cęteris gentibus, atq;
ipſo Ariſtotele teneri oporteat. Etenim ſi omne, quod incorruptibile eſt (ut ipſe etiã Ariſtote
les demonſtrat) id etiam ingenitum eſſe oportet, incorruptibilem autem mentẽ hominis eſſe
Ariſtoteles exiſtimat. (Malo enim ita de eo ſentire, q̃ eos ſequi, qui cõtrarium de illo ſentiunt,
& eum affirmant mortalem animam opinatum fuiſſe, quanq̃ doctiſſimi illi ſunt, partim genti
les, partim noſtræ religionis uiri,) ergo ſi incorruptibilem, profecto` etiã ingenitã eſſe animã fa
teatur, neceſſe eſt. Eodem pertinere uidetur, quod in libro de generatione animaliũ dixit, men
tem deforis, poſterius'q; ſuperuenire. Vterq; igitur prius animam eſſe, q̃ corpus generetur, cu
ius anima eſt, exiſtimat cõtra Chriſtianorũ opiniones, ſed uiam, ac modum Platonis, quibus
ex ratione motus ad oſtendẽdam animæ immortalitatem uſus eſt, iam uidimus. Nunc uidea
mus ſiquis reprehendat, quæ numeris, proportionibus, medietatibus, circulis, rectis lineis, Pla
to animæ tribuit, & ſiue naturalẽ, ſiue mathematicam ſumpſerit lineam, improbet, atq; etiã ma
gnitudinẽ animæ, propter circulum ſtatuere eum exiſtimet. Quæ ſcilicet ab Ariſtotele diſpu
tantur aduerſus Platonem, quod ſiquis talis eſt, uelim animaduertat, non ita Ariſtotelem reli
quis Platonis auditoribus ingenio tardiorẽ fuiſſe, ut quæ tam multi intellexerunt, tenuerũt'q;,
& tutati ſunt, ea ſolus uel nõ intellexerit, uel parum probauerit. At certe uir doctus dũtaxat uer
ba, quorum ꝓfundiorem ſentẽtiam probabat, ad uſum cõmunem, uulgarẽq; referens, reprehen
dit, ne quod ſignificare primo aſpectu uidebantur, id ita eſſe putaretur. Quẽadmodũ ſiquis no
ſtrum reprehẽdere uelit Ariſtotelem, ꝙ deum animal dixerit, aut geniturам, quod ille ſperma
uocat, generationem, aut uirtutem, ſubſtantiam, aut formam, operationem, aut aliud huiuſmo
di, ne quod uerba uidentur prẽferre, id parum conſyderate aliquis ſequatur, ſed neq; hæc ſine
cauſa ab Ariſtotele, nec illa ſine ratione a` Platone dicta ſunt, licet tamen aduerſus hæc & illa
obiicere, ſiquis auditores ſuos attentiores reddere uelit, quomodo aut uerborum improprieta
tem uitare, aut ſono uocabuli non facile arripi debeant. Quanq̃ nec Ariſtoteles reprehenden
dus eſt, nec Plato, eoq; minus Plato, quo magis ei licuiſſe uidetur, ad aliũ uſum uocabula trãſ
ferre, cum de rebus intelligibilibus, & earum cauſis ageret. Etenim ſubſtãtiarum huiuſmodi, ut
nullus ſermo eſt, ita nulla uocabulorum haberi proprietas poteſt, ſed ſi nos loqui de illis aliqd
conamur,

conamur, a` rebus noſtris, hoc eſt naturę uernaculis uerba mutuemur, oportet, puriorib⁹ tamẽ,
quoadeius fieri poteſt, quales mathematicæ ſunt, quæ a` materia prorſus abſtrahuntur. Quod
ſiquis ita eſſe (ut dicimus) exiſtimat, & nihilo minus fallacibus, captioſis'q; rationibus infringe
re, ac debilitare ſapientiſſimi hominis authoritatẽ nitit', hic a` boni uiri officio, lõgiſſime abeſt.
Accedit ad hæc, rerum diuinarũ decens occultatio, quas Plato uerbis mathematicis adumbra
re pulcherrime conatur, quemadmodũ alios quoq; gẽtiles theologos, fabulis alios, alios ænig
matibus, ſiue allegoriis uidemus feciſſe. quid principes noſtræ religionis cõmemorem? quos
quis non uidet quantis uerborum uelaminibus diuinarum rerum præcepta contexerint? Plenĩ
ſunt huiuſmodi arcanis libri prophetarũ, plena uetus omnis ſcriptura ſacra, allegoriis ſcilicet,
ſuſpectionibus, relationibus, translationibus, & tamẽ nemo hanc, niſi impius reprehendit. ne
mo doctrinam ita opertam, quaſi fabellas irridet, ſed omnes admirantur, colunt, uenerant', p
pter quod plerique ſapientiſſimi uiri, ſanctiſſimi'q; eccleſiæ doctores, multũ laboris, operæ, ſtu
dii, in iis exponendis, conſumpſerunt. Sic olim Pythagorei philoſophi, docere res diuinas ſole
bant, ſic Plato facere uoluit, non modo Pythagoreos, & ætatis ſuæ morem ſecutus, ſed etiam
Chaldæos, & Iudæos, quos adierat, & Prophetas e` noſtris aliquos uiderat, a` quibus pleraq;
fuerat edoctus, quæ eodem ritu tradenda ſuis hominibus cẽſuit. Credendũ eſt enim doctorib⁹
noſtris, qui hæc de Platone prodiderunt. Quo pacto igitur, qui chriſtianam fidem non ficte, ac
ſimulate, ſed uere, conſtanter'q; profitetur, hæc apud Platonem reprehendat, atq; irrideat, quę
in ſua religione magnopere probat, & laudat? Ergo q⁹ diuini illi prophetæ rectiſſime, ſanctiſſi
me'q; fecerunt, id a` Platone factum, non modo improbandum non eſt, ſed potius ſummope
re laudandum. Cæterum, quid abſurdum dici a` Platone uidemus, cum aut circulum, aut rectã
lineam tribuit animæ? Sane` Ariſtoteles quoq; ita docet, ut anima ſimplicem rei rationem in
ſtar rectę lineę, ipſum uero cõpoſitum, inſtar fractæ iudicet, atq; intelligat, ſed Ariſtoteles in for
ma, rectam potius probat, Plato flexam in circulũ. Id enim uiſum eſt ei conuenientius, quando
intelligentia, quæ ſe ad materiam flexerit, reuertitur ad ſe, ſuamq; naturam, uel tale aliquid re
petit. Item Ariſtoteles in materia fractam maluit, Plato rectam, ut tranſitiuus animæ motus,
ideſt operatio promenda ſignificaretur, cum eiuſmodi motus inſtar rectæ lineæ, terminos un
de, & quo habeat ſibi præſcriptos. Cum'q; animæ duplex uiuẽdi ratio ſit, una per intelligẽtiã,
altera per opinionem, idcirco Plato duplicẽ circulũ, & duplicem rectam lineã ſtatuit. Primor
dia item contineri in anima putat, proportione, medietate'q;, tum geometrica, tum arithmeti
ca, aut muſica, quibus iuſtitię munus prodeat, & amicitiæ, ſocietatis'q; officia naſcantur. Cur
autem harmoniam quandam, atq; concentum animæ concedendum non cenſeamus, quan
do ſenſus ipſos ſeruari, oblectari, & deliniri ſenſibilium rerum cõſonantia, & uaria partium cõ
poſitione uidemus? At enim aduerſarius, quid ueritas habeat, quid'q; ex æquo ſpectari oporte
at, parum attendens, Platonis ſcripta, ad uſum uulgarem accõmodat. Nec unquã potuit audi
re, quod fuerit ſanctiſſimi doctoris Thomæ Aquinatis de Platone iudicium. Hic libros de ani
ma Ariſtotelis exponens, reprobat, inquit, Ariſtoteles uerba Platonis. Sed attendendum, non
id improbari, quod Plato ſenſerit, ſed quod uerborum conſuetudo oſtendat, quod ita ab Ari
ſtotele fit, nequis propter uerborum improprietatẽ, & profundiorẽ, atq; opertum Platonis ſer
monem, in errorem labatur, cum animam circulum, aut numerum eſſe audiat. Hæc enim & ſi
aliter, q̃ ſonent, ſignificare uidentur, tamen, ut cautiores eſſent, qui legerent, placuit cõtra ſcri
ptum, omiſſa authoris ſententia, differere. Ita hic quoq; uir plane` Peripateticus, nec minus in
ter doctos ſanctiſſimus, q̃ inter ſanctos doctiſſimus Platonis opinionem probat, quãquã uerba
eius magis accõmodata, ad profundiorem illam, & implicitam uetuſtatis philoſophiam, q̃ ad
ſimplicem, & perſpicuam traditionem intelligat. His ergo, atq; aliis huiuſmodi rationibus mo
tus Plato, naturam animæ talem a` creatore Deo factam ſcribit, quæ innata ſibi principia habe
at, & quaſi rationes mathematicas, dignæ proportionales ad rerum omnium bonarũ delectũ,
& actum, & effectum. quod ſiquis male egerit, culpa hominis, qui delegerit, inquit Plato, non
dei eſt. Hæc, & plura alia longe ſubtiliora, ratio indicat mathematicarũ rerum, quam Plato re
petens altius rerum cauſas cõtemplatur, & rebus creatis omnibus tribuit. Exercet etiam inge
nia auditorum, & mathematicarum diſciplinarum ratione ad ſuperiora, intellectu'q; difficilli
ma mentem dirigit, more eorum Pythagoreorũ, qui nihil exiſtimarũt aptius ad inſitã in nobis
recordationem diuinarum rerũ, q̃ mathematicas diſciplinas. Quo circa his mediis ad illas trã
ſeundum cenſebant, quandoquidem inter res naturales, atq; immateriales locum tenent me
dium, quippe nec cum materia cõſyderant', nec eſſe ſine materia poſſunt, ſed per abſtractionẽ

quãdam intellectus ſumuntur. Non hęc pedalis, quæ ſcripta eſt, linea ſumitur, inquit Ariſtote
les, ſed illa, quæ intelligitur expers latitudinis, & pedalis, etiam ſi maior præſcripta eſt. Hac uia
& Pythagorei omnes, & Plato ad immaterialẽ, diuinam q; naturã eundũ iudicarũt, & qcunq;
aliam aggreditur uiam, hunc magis propitiã ſibi fortunã Plato inquit, optare oportere. Vſus
interdum fabula Plato eſt, ſed non more poetarum, quos aperte improbat, & e` ſua Rep. pror
ſus expellit, uerum id fabularũ genus probare uidetur, quod ad honeſtatẽ ſpectat, & ad uirtutẽ
hortatur, ac diuinæ naturæ rationem, figmentis quibuſdã non ineptis modeſtiſſime indicat,
plerũq; etiam, quę pala'm pronũtiare non decet, quaſi ſubtilioribus quibuſdã uelis obtecta oſtẽ
dit. Hoc genere quẽadmodum Socrates in conſtituenda republica docet eſſe faciendum, ſapiẽ
tiſſimus Plato nõnunq; utitur, ut rude uulgus, atq; indoctum, facilius percipiat, Diuinam natu
ram bonorum omnium cauſam eſſe, mali nullius. Eundem præterea ſemper ſibi locum ſerua
re, nullam omnino pati mutationem, ueritatis fontem in ſe cõplecti, nihil fraudis cuiquã moli
ri. Quæ cum ignoraret Platonis obiurgator, quanquam dilucide genera fabularum, apud Ma
crobium in expoſitione M. Tullii de ſomnio Scipionis, uidere potuerat, figmẽta Platoni, & fa
bulas obiecit, ſurdus uidelicet, tum ad ea, quæ modo retuli, dicta Platonis, tum ad alia permul
ta, quę in Timęo, in Parmenide, in Phędone, in Philebo, in Sophiſta, atq; in aliis pleriſq; locis,
exquiſitiſſime, perfectiſſime q; diſſeruit. Sed quid de tranſitu animarũ in brutorũ corpora ad
uerſarius dicet? Ad hoc quoq; facilis reſpõſio eſt, & cognita omnib⁹, ſolo aduerſario excepto,
qui omnia in deteriorem ſemper accipit partem. Sententia certe Platonis hæc eſt, animã, ſi ex
hoc loco intemerata, ac uirtute prædita abierit, ſedem ſupernæ immortalitatis recipere, ubi fe
lix, & diuinitatis compos ſapientior degat, ſin minus, pœnas luere. Pœnis autẽ delegata ſunt,
inquit, loca hæc naturæ inferiora, & corpora hominum. Itaq; redit anima, quæ ſede illa ſupe
riore digna non eſt, ad generationis labẽ, corpus q; aliud induit, ut uita altera melius agat, quo
poſſit deorum ſedem, unde profecta eſt, purificata repetere. De belluarum autẽ corporibus, re
liquis q; huiuſmodi, non modo a` Platone, ſed etiam a` Timæo deterrendi cauſa uulgo prodi
tum fuit, ut homines pœnæ formidine a` uitiis retraherentur, quod aperte Timęus ait in eo li
bro, quem de mundo, & anima ſcripſit, quẽ poſtea imitatus eſt Plato. Cum enim expoſuiſſet
quomodo anima bonis moribus inſtitueretur, addit. Pertinacibus autem proteruis, & obdura
tis, ſupplicia adhibeantur a` legibus, ac etiã timor uitæ futurę a` ſermone, qui perterreat pœnis
ſuperis, inferis q; grauiſſimis, & in deprecabilibus, niſi uirtutem coluerint. Vt enim corpora in
terdum ægrota in ſalubri aliquo cibo, ſiue medicamento, priſtinæ ualetudini reſtituimus, ſi pri
mo ſalubrib⁹ rebus exhibitis non bene ceſſit, ſic animos ſæpenumero coercemus, retinemus q;
falſo ſermone. Si uero minus obtemperãt, quo quidem in loco neceſſaria eſſe uideo pœnarum
genera quædã inaudita, utputa uitioſas animas uaria pro uitiorum ratione induere corpora, &
timidi hominis animam muliebri corpori tradi, turpiſſimi dedecoris gratia, homicidæ, ferino
ad erumnas, & cruciatus, falacis, ſuillo, leuis, atq; ſuperbi, uolucri, otioſi, & ignaui, aquatili.
Hęc Timæi uerba ſunt, quibus perſpicue fatetur rem inauditam fingi ad hominum utilitatem,
ut metu perculſi abſtineant a` uitiis, uirtuti q; incũbant. Atqui aduerſarius, qui plane` omnia p
uertit, belluas dicit apud Platonem humana anima formari. quod etiam ſi animã hominis bel
luinum corpus ingredi Plato cõcederet, non tamen ita intelligendum eſſet, ut aduerſarius ſen
tit. Neq; enim ſi hominis anima bruti induit corpus, conſtitui propterea brutum ex materia, &
anima hominis Plato opinatur, ſed animam corpus alienum ſubire, inſinuari q; ſpiritu imagi
nario bruti, atq; ita coercitam plecti, & pœnã pendere ſcelerum, nec ullum opus ſuum exercere
poſſe, inſtrumentis eius, in quo detruſa eſt, animantis, donec longo temporis curriculo purifica
ta, ad cœleſtem demum digna redeat ſedem. Hoc genus pœnæ, haud inepte a` Platone adiun
gi poteſt cęteris illis, quas apud inferos eſſe memorat, ignes dico tartareos, fluuios flammife
ros, luctificos, triſtifluos, quos ille pyriphlegethontas, cocytos, acherontas uocat. Sequitur al
ter error aduerſarii. Nam cum Platonem audiuiſſet omnem animam immortalẽ poſuiſſe, Bru
torum quoq; animas ab eo immortales cõſtitutas exiſtimat. Etenim quomodo Plato genera
animarum diſtribuerit, ut animæ nomen acceperit, nõ ſatis audiuit, uel, ſi audiuit, haud intelle
xiſſe ſe ſimulat. Etſi enim Plato, eodem nomine tam bruti, q̃ hominis animam ſæpenumero
uocet, de hominis tamen uniuoce, de bruti anima æquiuoce loquitur, nec animas dici bruto
rum cenſet, ſed uitas quaſdam, & ſimulachra animarum. animæ autem triplex genus eſſe con
ſtituit, cœleſte, geniale, humanum. Primo generi, omnium rerum ſciẽtiam tribuit, quod in cœ
leſtibus locat. Secũdo, opinionem rectã, quod in geniis, dæmones enim hoc nomine, latini uo
cant. Tertio

cant. Tertio generi, ancipitem opinionem, quæ partim recte, partim nõ recte habetur, aſſignat,
id hominibus præſcribit. hactenus nomen animæ, in propria ſignificatione diſtribuit. Brutorũ
animam (ut modo dixi) uitam quandam appellat, & metaphorice animam, quapropter, cũ ani
mam omnem immortalem eſſe affirmat, nequaq̃ de brutis ſtelligit, licet hoc ex ipſius Platonis
uerbis accipere. quippe in Timæo de anima ſenſitiua, qualis brutorum eſt, ita loquitur. Hi uero
initium animæ, quod immortale acceperant, corpus attexuerunt mortale, aſtruxerunt q; alterũ
animæ genus mortale. Poſt hæc, affectus animæ ſenſitiuæ enumerat, deinde, ſenſu autẽ, inquit,
rationis experte, omni libidini expoſito temperantes, mortale animæ genus conſtituerũt. Po
ſtremo in pectore, ac thorace, mortale animæ genus uincire uoluerunt. Quis igitur tam impu
dens ſit, ut Platonem auſit afferere, animam ſenſitiuam, & cum brutis cõmunẽ opinari eſſe im
mortalẽ, cũ tã ſæpe, tam q; aperte affirmet eam eſſe mortalem? plura a` Peripateticis contra hæc
dici ſolere, non ignoro, ſed argumẽta eorum omnia diſſolui facile poſſunt. Quamobrem, cum
ſatis dictum de anima ſit, nunc de prouidentia diſſeramus.

Platonem, Dei prouidentiam non negaſſe.
Platonem, ſacrificaſſe diis, & munera obtuliſſe.
A` Deo initium eſſe ſemper ſumendum.
Platonem ſenſiſſe, poſt mortem præmia bonis, & pœnas malis paratas.
Socratem malignitatem naturę, uirtute, & philoſophia ſuperaſſe.
Difficile eſſe explicare, quid Ariſtoteles de diuina prouidentia ſcripſerit.
Quomodo Alexander Aphrodiſienſis de prouidentia, dei, ex Ariſtotelis ſententia locutus ſit.
Quid reſponderit Alexander interroganti, an prouidentia per ſe ſit, uel per accidens.
Alienum a` diuina natura eſſe, propter hominum ſalutem aliquid agere.
Quid Plato, de Dei prouidentia ſcripſerit.
Cur multi de Dei prouidentia dubitauerint.
Quomodo Plato eos conſolatur, qui ægre ferunt, bonis male eſſe, malis uero bene.
Naturam diuinam, omnia perfectiſſime noſſe, uelle optime omnia a` ſe producere.
Deum, qui uniuerſum mundum regit, partes quoq; neceſſario procurare.
Nullam rem bene agere, qui negligit minima.
De arbitrii libertate.
Platonem cum Dauid propheta quibuſdam in locis conuenire.
Singula ad uniuerſi ſalutem ordinata eſſe.
Iacturam partium, quæ toti conferat, non eſſe iacturam.
Neminem ſibi ſoli eſſe natum, ſed uniuerſo.
Platonicos, hoc maxime obiicere Ariſtoteli, q; de prouidentia male ſenſerit. **Caput. VIII.**

PRouidentiam aduerſarius ſcribit, omnino negaſſe Platonem, & fato, ac neceſſita
te, uniuerſa fieri ſtatuiſſe. Equidem magnam pietatis partem, in diuina prouiden
tia cõtineri fateor, facile q; hoc aduerſario concedo, ſed hanc pietatis partem cum
tollere Platonem affirmat, aperte mentitur. Plato enim pietatem, his tribus rebus
ptineri maxime docet, in opinando deos eſſe, prouidere q; rebus omnibus, & iuſte, ac ſine ulla
mutatione ꝓuidere. Sic enim decimo de legibus libro loquitur, Qui in deos peccat, ſiue rẽ im
piam uel agit, uel loquitur, aliquod ex his tribus facinus patrat, aut certe eos nõ eſſe exiſtimat,
aut eſſe quidem, ſed humanarum rerum nullam curam habere, aut (quod tertiũ eſt) faciles eẽ,
qui precibus, ſacrificiis q; flectantur, atq; mutentur. Qui igitur fieri poteſt, ut Plato, qui cum im
pietatis reum peragit, qui prouidentiam negat, ipſe diuinam neget eſſe prouidentiam? Nihil ꝓ
fecto` apud eum reperies, quod facinus hoc affirmet. Nec uero fato, aut neceſſitate agi omnia,
uel factis unquam, uel dictis oſtendit, quin & diis munera obtulit, & ſacrificiis eos placauit, q̃
ei ab aduerſario obiicitur. familiaribus, quæ uiderentur profutura, conſuluit, ſuam q; ipſe ad ea,
quę agenda probaret, operam præſtitit. precibus quoq; non modo ipſe a` diis, quod optabat,
petere conſuecuit, uerũetiam cæteris, ut idem facerent, ſuadere. Itaq; Timæus apud eũ de reb⁹,
quas tractandas propoſuerat, dicturus, precat deos, ut ſibi adſint, quo ex ſententia, uolũtate q;
eorũ agere poſſit, id q; non ſemel tantum, ſed bis etiã facit. Admonet præterea, ut ſiue parum
aliquod, ſiue magnũ opus aggredimur, a` Deo ſemper initium ſumamus. Et in legibus quidẽ
ſuis, cum de diis agere ſtatuiſſet, Age, inquit, ſi unquã uocandus eſt Deus, nunc maxime auxi

Universidad de Deusto
Biblioteca

lium eius implorandum est. omni igitur studio, deorum opem quæramus, quorum res agitur, siquidem deos esse, demonstrare instituimus. Ad hæc homines, quorum uita scelerata fuerit, suppliciis, & pœnis obnoxios ostendit. Contra uero, qui recte, & cũ uirtute uixerint, iis beatorum insulas, & Elysios campos, & sapientium uirorum societatem, & beatorũ, uel potius deorum felicissimum consortium pollicetur. Nec uero Socratis præceptoris sui sententiam ignorabat, quem cum Zopyrus, qui se naturam cuiusq; ex forma perspicere profitebatur, multis ingenium uitiis iudicasset, propterea q; a` cęteris, qui illa in Socrate uitia non cognoscerent, derisui haberetur, solus ipse Socrates laudauit. Nolite mirari, inquiens, uere enim Zopyrus iudicauit, talis q; essem profecto`, nisi ratione, & præceptis philosophiæ, naturã superassem. Patet igitur, non omnia fato subiecisse Platonem, nec fieri necessitate omnia uoluisse. Maxime enim inter se distant, fatalis necessitas, & libertas arbitrii, quam semper tueri conatus est Plato. Et quidem in Gorgia effœminati animi, & ignauæ mulierculæ esse dixit, nõ credere fatum posse deuitari, quod si uitari ab homine fatum posse affirmat, iniusta profecto` est obiurgatoris reprehensio, hoc & si plane` manifestum est, tamen quid Plato de diuina prouidentia, & fato senserit, explicare decreui, ut non modo opinio eius, sed etiam ratio, cur prouidentiam cum fato cõiunxerit, intelligatur, quo in loco, quid Aristoteles de eisdem rebus senserit iudicare difficile ẽ. Nihil enim tale ab eo scriptum legitur (ut Alexãder Aphrodisiẽsis testatur,) qui librorum eius diligentissimus indagator fuit. Hic, cum de prouidentia differendum esset, difficilem sibi eam materiam esse dixit, quod nihil de ea certi ab Aristotele cognitum haberet. Nec ipse dũtaxat, plures q; alii gentiles, sed etiam ex nostris plerique doctores sancti, Aristotelem, prouidentiã dei tollere putauerunt, ob ea fortasse uerba, quibus duodecimo de rebus diuinis libro usus est, per quæ diuinam intelligentiam a` rebus humanis, naturalibus q; excludit, nihil enim ex iis a` mente diuina intelligi posse affirmat, cum summa sit, & diuinitatis ratione suprema, ac proinde se solam intelligat. Nam si aliud intelligeret, moueri profecto`, necesse esset, in deterius q; mutari, quod si humanarum quarũ intelligit, ne prouidere quidem his posse, dicendum est. Nemo enim ea curare potest, quæ ignorat. Verum, quid ex sententia Aristotelis Alexander dicere uideat, exponam, ut latini homines, qui græcos libros non legerint, intelligere possint, & iudicare. hic cum de prouidentia iuxta opinionem Aristotelis scribere statuisset, primum de incorporea, immateriali q; substantia, & forma quæ semper intelligit, consyderat, quam proprie mentẽ agentem, & oĩum primũ, authore Aristotele uocat. Mox, cũ de diuino (sic enim appellat) & uolubili corpore, atq; animato, & per animam mobili differuisset, appetitu quidẽ, id moueri dicit, sed non appetitu corporis alicuius, nullum siquidẽ corpus, aut prius cœlo, aut nobilius esse, sed primæ, de qua dictũ est, & sempiternæ, immobilis q; substantiæ, nec uero, ut quicquã ab ea accipiat, appetere, sed ut quãsimillimũ illi fiat. hoc autẽ esse, ut eadẽ motus æternitate moueatur. qeti enim quodãmodo similem esse cœli cõuersionem, quãdo per eadẽ, eodẽ q; modo agitur, semp qua una, & simplici conuersione primũ ipsum corpus moueri, tum septẽ sphæras illi subiectas duplici motu agitari, altero suo, scilicet per appetitum, quo mouentur appetentes quãdam certam substantiam, ut prima, altero, alieno uidelicet, quo a` prima circunferuntur, Cuius duplicis motus causam esse, quod præter diuinum illud, atq; æternum corpus esse alterum oportet in generatione, ac corruptione positum, quod nisi uario superioris corporis motu regatur, æternum sua specie manere non possit. Hactenus prouidentiæ propriæ dictum, nullum esse locum fatetur, sed rebus deinceps generabilib⁹, & corruptibilibus, tantũmodo eam perficit, hæc cum ita sint, inquit, siquis prouideri dicit, quoties aliquid, propter aliquid, & ab aliquo, quocunq; modo mutatur, mouetur q;, sic porro` omnis corporea substãtia tam superior, & ęterna, quàm inferior, & generationi, corruptioni q; obnoxia, a` prima substantia prouidetur, quæ sempiterna, immortalis, incorporea est. hic nullam substantiam intelligibilem, & immaterialem prouideri, ne improprie quidem dicta prouidentia existimat. post hæc addit. At siquis ea solum prouideri dicit, quorum gratia id, quod prouidere dicitur, mouetur, & fungitur aliquibus operationibus suo motu, Ita corpus lunæ subiectum unum, ac solum sententia Aristotelis erit, cui prouideatur. Hoc autem est corpus materiale, & generationi, corruptioni q; expositum. quoniã mutationis eius ordinatæ, æternæ q; secundum speciem perseuerationis causa moueri motu secundo statuitur sphęras septem, quæ post primam, quæ firmamentum dicitur, dispositæ sunt. Cũ enim rebus, quæ generantur, & corrumpuntur, uarius motus deberetur, fieri non poterat, ut eodem modo diuinis corporibus constitutis, simul, & generationis, & corruptionis ordinatę causa iis rebus probaretur, quibus generatione scilicet, & corruptione, ad hunc modum uicissim

succedentibus,

succedentibus, æterna hæc secundum speciem manent, quandoquidem uarius illis motus sem per seruatur. Idem alibi interrogatus, utrum præcipue, & per se, an per accidens, secũdum Aristotelis sententiam, prouidentia sit, neq; per se, respondit, neq; per accidens. Est enim per se prouidere, inquit, cum quispiam spectans commoditatem eius, cui prospicit, operatur, & agit, eius commoditatis gratia, ea quibus consecuturum se id, quod spectat, existimat, finem sibi statuens actionum suarum commoditatem eius, cui dat operam, quod quidem diis non conuenit. Talem enim diuinitus prouidentiam exhibendam rebus generationi, corruptioni q; obnoxiis fateri, deosq; arbitrari actionibus fungi suis propter mortalium salutem, a` diuina natura prorsus alienum est. Perinde enim hoc esset, ac siquis diceret, liberos, & dominos seruorum suorũ gratia esse, & suis idcirco officiis fungi, ut serui incolumes, fortunati q; agere uitam possint. Atqui alium quoq; modum prouidendi, expositurum se, secundum Aristotelis opinionem polliceat. utrum id fecerit, nescio. Nullam enim aliam prouidendi rationem scriptam ab eo legimus, nisi, quatenus hoc loco tetigit, inter modum per accidens, & per se, esse alium modũ, cum quispiam agens alterius gratia, sequatur, ut alteri prosit, id q; ipse qui agit, sciat, ac etiã uelit. In hoc fortassis, diuinæ prouidentiæ rationẽ constituit, sed parum digne. quandoquidem, tantum deĩ beneficium rei superuacuæ ascribendum censet. Idem alibi, perspicue negat eam, quam nos in præsentia quærimus, prouidentiam. Nam si mundus, inquit, natura sua æternus est, Mundi autem essentia, non nisi certo ordine constat, sequitur ut ordinem etiam ipsum, natura sua possideat. Quod si ita est, nõ eget mũdus, uel ad suã essentiã, uel ad eum, quem habet ordinem, altero, qui prouideat. Adde, quod omne, quod ꝓuidet, uel, ut sit, aliquid prouidet, uel ut bene sit. At mũdus, neq; ut sit, neq; ut bene sit, indiget aliquo, qui prouideat. Ergo a` nemine dicẽdũ ẽ, mũdũ ꝓuideri, an ipse quidẽ mundus uniuersus non eget altero, qui ꝓuideat, neq; ut sit, neq; ut bene sit? ꝓuidentia aũt, quæ in ipso desyderat, proficiscit a` parte eiusdẽ mũdi ad partẽ, ita ut pars ꝓuideat, ps ꝓuideat. Pars. n. eiꝰ corpea, quæ ingẽita, & incorruptibilis est, suaq; natura, animaq; ordinata, suumq; motum exercens, appetitu imitandi primi dei, hæc nihil alterius indiget, qui prouideat, cũ suapte natura perfecte & sit, & bene sit. Pars aũt, quæ generabilis, & corruptibilis est, atq; aliunde adiumẽto, egens, ut & sit, & æterna secũdũ speciem sit, per ordinatã apte mutationẽ, hæc est, quæ ꝓuidet a` motu ordinato, certoq; diuinæ partis mũdi respectu, & regit, & gubernat. Ita enim pars mortalis ordinẽ, cuius particeps est, cõsequit, & quoad eius fieri potest, secũdum speciẽ, seruat immortalitatẽ, hæc, atq; his multa similia, Alexãder ex sententia, ut ipse inqt, Aristotelis de ꝓuidentia tradit, in quibus quinq; animaduertenda sunt. Primũ, nullã oĩno prouidẽtiam rerũ intelligibilium, et ĩmaterialiũ poni, uel actiuã, uel passiuã. Secũdũ cœlum, & uniuersum hũc mũdum, quem deũ æternũ, ingenitũ, incorruptibilẽ opinat nulla, uel ut sit, uel ut bene sit, ꝓuidentia egere. Tertiũ, quod ex dictis sequi uidetur, mundum nullam causam efficiẽtem aliũde habere, siquidẽ neq; ut sit aliquo egere, qui prouideat. Quartũ, dũtaxat generabiliũ, & corruptibiliũ rerũ, quo ad speciem earũ pertinet, ꝓuidentiã haberi. Quintũ, atq; postremũ, ne hanc qdem prouidentiã præcipue, atq; per se, sed ꝓsequẽter, atq; per accidens fieri, quãdo operationẽ deorum ad alium sensum pertinẽtẽ, hęc cõsequitur, quanquã nõ præter eorũ uolũtatẽ. Hæc utrũ religioni nostræ, & fidei christianæ consentanea sint, ut ad uersarius optaret, iudicẽt iam qui Aristotelis opinionẽ auide perceperũt. Quæ enim Alexãder tradit, non secus, q; si ab Aristotele acciperemus iudicãda sunt, cum nemo omniũ sit, qui libros Aristotelis uel diligẽtius indagarit, uel exquisitius, ac certius exposuerit. Plato uero, quid de diuina ꝓuidentia, cum aliis pluribus in locis, tum duodecimo de republica libro scripserit, & q; digna sua sapientia, & nostræ religioni cõuenientia illa sint, audite quæso breuiter a` me nũc, latissime ab illo, siquãdo libebit, libros eius in manus sumere, atq; perlegere. Fuerũt certe nõnulli, q & si deũ qdẽ esse cõfessi sunt, utrũ tamen humanarũ rerũ curam habeat, uisi sunt dubitare. Cuius rei causa est, q; homines plerũq; uident, impios, sceleratos, facinorosos, fortunæ benignitatẽ experiri, &, ut ipsi putãt, felices esse, uidelicet quia diuitiis affluũt, imperia obtinẽt, recta ualetudine fruunt, ad ultimã senectutẽ pueniũt, liberos, summis functos honoribus, hęredes sibi relinquunt. Cõtra uero, optimos, atq; sanctissimos uiros, inopes, afflictos, calamitosos, ægritudinib⁹ debilitatos, acerbæ, atq; ĩmaturæ morti ꝓpinquos, nullos sibi liberos, uel abiectos eos, atq; ignobiles relniq̃re, et qd oĩum grauissimũ, ac molestissimũ ẽ, uexari ĩpune ab ĩpiis tyrãnis, dilacerari, excruciari, opprimi. Hęc itaq; cernẽtes, & sæpenumero etiã experti dolẽt, perturbant, anguntur, decidunt animis, atq; succumbũt, deumq; nulla erga humanum genus charitate teneri existimant, nulla prouidentia mortalium rebus consulere, nullum uirtuti meritum, nullam sce-

leri pœnam ſtatuere, ob eam cauſam, nullam omnino eſſe prouidentiam rentur, & omnia inſta
bili quadam fortunę temeritate uolutari. Hos igitur, cum admonere erroris ſui, & ad meliorem
frugem trahere uir ſapientiſſimus uellet, Primum ea, quæ de deorum bonitate, de prudẽtia, de
fortitudine, de temperantia, de omni genere uirtutis, tum de uitiis etiam, & rebus turpibus di-
cta ab eo fuerant, repetit. Quibus ita poſitis, cum rerum turpiũ authores interdũ homines ſint,
honeſtarum ſemper dii, negligentia, odio, deſidia, uoluptate, quæ uitii partes ſunt, uacare de-
os oſtendit. Et quia, qui ſuis rebus non conſulunt, hac parte uitii peccant, ideo qui uacare hoc
uitio uolunt, ſuis conſulant, neceſſe eſt, & omnibus tam leuioribus, q̃ grauioribus rebus proui-
deãt. Nam ſiquis illos (loquar enim uerbis Platonis) prouidere negat rebus humanis, certe ita
euenire neceſſe eſt, fateantur, uel quia nolunt, uel quia nequeunt, uel quia officium ignorant,
primum q̃ bipartito diſtinguitur, aut enim ideo nolunt, quia uoluptatibus, & turpi otio dediti
id negligunt, aut ob uilem rerum, atque abiectam conditionem aſpernantur, quaſi curam tan-
torum principum indignum ſit, ad regulam naturæ deſcendere. Atqui diuinam naturam co-
gnoſcere quæq; exquiſitiſſime, poſſe ualidiſſime, uelle optime, & quæq; ex ſe producere, latiſ-
ſime a` Platone demonſtratum eſt. Ergo dii, nec ignorant officium eſſe ſuum, ut iis, quæ pro-
duxerunt, & quaſi domum quandam, atque familiam ſibi conſtituerunt, prouideant, neque
non poſſunt, nihil enim diuinam ſuperat facultatem, & qui produxerunt, quod maius eſt, ii-
dem prouidere etiam poſſunt, quod eſt longe minus, neque nolunt, ſiquidem non uolupta-
te, ſiue ignauia negligunt, quaſi ueternoſi quidam, & ad nullius rei uſum accommodati, nec
rerum naturæ paruitatem aſpernantur. Quippe homo, ſummum inter omnia naturæ anima
tia locum tenet, & naturæ ſuæ nobilitate cũcta excellens mentis ſuæ iudicio deum cognoſcit,
& colit. Quapropter, merito curam, charitatem, gratiam, conſequi apud deum, dignus eſt.
Tum ſi Deus mundum uniuerſum tuetur, & curat, partibus etiam conſulat, oportet. Ita enim
natura comparatum eſt, ut bene eſſe uniuerſo non poſſit, niſi partes etiam ſint recte diſpo-
ſitæ. Non medicus, non gubernator nauis, non dux exercitus, non paterfamilias, non re
ctor, moderator q̃ reipublicæ, non quiuis alius ratione, conſilio q̃ aliquid agens, grauiora
negotia adminiſtrat, leuiora contemnit, ſed tum demum ſuo quiſq; officio fungi arbitratur,
cum ſingulis ſtudio, & diligentia, ut cuiuſq; ratio poſcit, incumbit. quod ſi homines ne leuio-
ra quidem prætereunt, profecto` nec deos exiſtimandum eſt exigua quæq;, ac minima negli-
gere. Neq; uero animis laborant, aut a` beatiſſima, quam degant, uita, declinare uidentur, cũ
munere diuinæ prouidentiæ funguntur. Nam difficultates, quæ hominibus in adminiſtran-
dis rebus ſuis occurrunt, & non mediocres ſæpe dubitationes afferunt, ita ut poſt longam,
diuturnam q̃ cogitationem, uix quid commodius ſit, ſtatuere aliquando poſſint, in diis non
ſunt. Omnia apud eos facilia ſunt, nulla illic dubitatio, nulla difficultas. agũt ſemper, quę ſci
unt meliora eſſe, quippe omnium rerum cognitionem habent, quando & creatores omnium
ſunt, & ipſi ſeſe intelligunt, & ad ſe uertunt. Non exitum rerum ſpectant, non ſedulo nego-
tiis, ut nos facimus, incumbunt, donec finis ſequatur, ſed ut author reipublicę conſtituendæ, cõ
ditis, ac promulgatis legibus, quæ quid cuiq; tribuendum ſit, iubent, & negotio omni magiſtra
tibus delegato, quieſcit, ſic deus, qui hanc mundi compagem, & genus hominum cõdidit, lon
ge quidẽ dignius, cum omnẽ actionum noſtrarũ rationẽ animo proficiſci, & partim uirtutibus,
partim uitiis ſuperare perſpexiſſet, adhibuit curam, ubi, & quomodo quæq; pars poſita, uirtutẽ
uitio ſuperiorem facillime exhiberet, & qualis, quę q̃ facta, quẽ locum reciperet, quã ſedẽ, quã
iuris actionem mereret. Morũ aũt, officiorum q̃ cauſa uolũtatibus hominum dedit, atq; ar-
bitrium inſtituit liberum, ſcilicet boni, mali ue authorẽ, utcũq; ſponte elegerit. Nõ enim inſtar
tabellę, in qua nihil ſit ſcriptum, animã Plato cõſtituit. Siquidẽ, hac ratione libertas arbitrii tol
leretur, ſed ita, ut a` primo rerũ obtuitu, poſſit ipſa ſuo actiuo principio aſſentiri obiectis, & utri
parti maluerit hærere, ſic q̃ in ea facultas ſit eligendi, ſeu uirtutem uoluerit, ſeu uitiũ. Immutã
tur igitur ſua ſponte, quæ uim hanc animæ poſſident, cum intra ſe cauſam habeãt, quare mutẽ
tur, immutata q̃ tẽdũt fatali ordine, atq; lege, uel ad locum ſuperum, honeſtum, & felicem, uel
ad manes, & loca infera, utcũq; pro uirtute, aut uitio digni fuerint. Atq; hæc iuſtitia eſt deorum
ſuperum, quam nemo unquam uitare poteſt. Nec eſt quiſquã, uel humilitate ſua ita humi defi-
xus, uel excellentia ita in cœlum erectus, ut eã diffugere potens ſit. Vos, qui Deos humana cu-
rare minime, putatis, ſic habetote. Nullum locum diis immortalibus incognitum, nullum inex
ploratum eſſe. quod ſiue hic mãſeritis, ſiue profundiſſimas terræ cauernas ſubieritis, ſiue aliud
quoduis diffugium, atq; latibulum quæſieritis, haudquaquam latere poteritis diuinum illum
oculum,

oculum, æternum, atq; peruigilẽ, nec pœnas uobis iuſte debitas euitare. Hæc Plato iiſdem ferc
uerbis, q̃bus Dauid noſter diuinus propheta locutus eſt. Quo ibo a` ſpiritu tuo, & quo a` facie
tua fugiam? Si aſcendero in cœlum, tu illic es, ſi deſcendero in infernum, ades. Quid igitur ab
ore hominis gentilis accipi poſſet, ad noſtram religionem, accõmodatius? Quid ea præſertim
ætate dici potuiſſet præſtantius, atq; diuinius? Nã cũ cæteri deos immortales ſua dũtaxat cura-
re, res uero humanas, ui quadã naturæ regi, gubernari q̃ exiſtimẽt, quod crimẽ etiã Peripateti-
cis obiicit, ſolus Plato, nõ aliter ferè, q̃ noſtræ religionis doctores fecerint, loq de ꝓuidẽtia ui-
det. Improbos, inqt, hoĩum cõmoda, proborũ q̃ incõmoda, qũo poſſunt opinionẽ prouiden
tiæ iuſtã, intemeratã q̃ infringere? qñ primum nulla res humana dici ꝓprie bona, aut noſtra po
teſt, niſi quæ in noſtra poteſtate ꝓſtituta ſit. Tũ ſingula ordĩata ſunt ad ſalutẽ, pulchritudinẽ q̃
uniuerſi, ex quo fieri põt, ut pars uario modo faciat, aut patiat. Quoties id pro totius cõmodo
fit, cuius cura apud deũ præcipua eſt, partibus aũt ſingulis ſinguli rectores, & quaſi tutores de-
legati ſunt, q oĩa ad unũ finẽ dirigant, hoc eſt ſalutẽ uniuerſi, Ita. n. partibus quoq; ſimul cum
toto ꝓſulit, nec iactura huius, aut illius particulæ facere põt, ne partibus bene ſit, cum toti opti-
me cedat. Finis tamẽ, ut dictũ eſt, ſalus eſt, & cõſeruatio totius, & pars quæq; quãtacũq; eſt, eo
ſpectat, ut ſeruet uniuerſum. Siqs ergo fortunæ aduerſitatẽ cõquerit, meminerit, ſe non ſibi ſo
lum natũ eſſe, ſed reę uniuerſitati, immo potius illi, q̃ ſibi, natura q̃ ita cõparatum eſſe, ut quæ
nobis incõmoda accidũt, hæc uniuerſo cõmoda ſint, quod ortus noſtri præcipuam ſibi partem
merito uendicat. Itaq; æquo, ac tranqllo animo ſua incõmoda ferat, ne cũ Deo pugnare, more
illorum gigantũ, uideat. Cõmoda aũt improborum hominũ, non magis præſenti ſolatio, q̃ fu
turo dolori aſcribenda ſunt. Quæ enim uel fortunæ facilitate uel aliqua induſtria poſſedere, mi
ſerabili ſæpe exitu amittũt, nec diffugiũt pœnas illas, quas diuina ꝓuidẽtia comites, & quaſi ſa
tellites quoſdã, atq; lictores ſecũ habens, oĩa perluſtrat. Patitur qdem ſæpenumero diuina ꝓui-
dentia, plura improbos hominũ cõmoda, ſic enim agi neceſſe eſt, ne quod uniuerſo ſancitum
a` Deo, atq; decretũ eſt irritũ fiat, & quaſi improbet, quod optime ꝓſtitutũ fuit, ſed repẽdit tan
dem fatali neceſſitate primũ bonũ ultimo malo, & quo plenius bonum præceſſit, eo grauiori
ſupplicio compenſat. Nihil igitur a` deo negligit, nihil fortunę temeritati relinquit, ſed oĩa di-
uina prouidẽtia gubernant. Hæc ſunt, quæ Plato de ꝓuidentia diſſeruit. Aduerſarius uero tan
tum uię maledictis inceſſere non erubeſcit, quaſi prouidẽtiam negarit, & Ariſtotelem ita lau-
dare, quaſi non ſecus de ea ſenſerit, q̃ noſtra religio. Atqui Platonici illud in primis Ariſtoteli
obiicere cõſueuerunt, q̃ male de prouidẽtia iudicauerit, qua in re, dum Ariſtotelem tueri Peri
patetici uolunt, non audent dicere, Platonem prouidẽtiam negaſſe. Quis enim in re tam aper
ta mẽtiri auſit? ſed Ariſtotelem, modo quodam, poſuiſſe prouidẽtiam conant oſtẽdere. Quip
pe Alexander Peripateticoq; facile poſt Ariſtotelẽ princeps ita loquit. Conabor oſtẽdere eos,
qui Platonis diſciplinam ſequuntur, ſibi q̃ ꝓſuaſum habent, nihil ab Ariſtotele de prouidẽtia
dici, parũ explorate de hoc philoſopho iudicare, & nihilo minus obiurgator noſter, quaſi oĩb⁹
doctior ſit, Platonẽ, nec dixiſſe quicq̃ de prouidẽtia, nec eam probaſſe contẽdit, & clamat.

Quomodo Plato, de fato locutus ſit.

Voluntatem humanam liberam eſſe, & neceſſitati fati minime ſubiacere.
Chaldæos, omnia ſtellarum motibus tribuere.
Libertatem arbitrii noſtri potius eſſe ſeruitutem.
Quam poteſtatem habeant ſuperiora in corpora humana.
Pulcherrima ſententia Iamblichi Platonici de duabus animis.
Platonem, duobus modis accipere prouidentiam.
Pulcherrima Procli ſnía, quomodo deus intelligat, & quod diuina cognitio neceſſaria nõ tol-
lit rebus contingentiam, & propriam naturam.
Ariſtotelem nomine quidem fati uſum, ſed quid ipſum ſit, non dixiſſe.
Concordiam partium mundi cauſam eſſe, quod & locis, & temporibus diuerſis eadem ſæpe
contingant.

Caput IX.

Maxime uero auget calumniam ſuam, cum Platonem de fato reprehendit, quaſi fa-
tali neceſſitate fieri cuncta uoluerit. Enimuero Platonem fatum ponere non diffi-
teor, quemadmodum etiam Ariſtotelem facere manifeſtum eſt. Neuter tamen eo-
rum, ita de fato ſentit, quaſi omnia neceſſario fieri uelint, ſed locum poteſtati no-

ſtræ ampliſſimum relinquũt, permulta'q; eſſe, quæ fieri poſſint, arbitrantur, nulla fati neceſſitate obſtante. hinc poſſibilis, contingentis'q; nomen uſurpatum eſt. hinc honores, præmia, merita iis, qui uirtuti operam dederint, proponunt. Contra uero, iis, qui uitam improbe egerint, cõtumelias, damna, ſupplicia, quibus rebus refertum eſt opus Platonis, quod de legibus luculentiſſime ſcripſit. Vult enim eum, qui ultro peccarit, nulla neceſſitate actum peccaſſe. Alioquin, quo pacto pœna afficiendus eſſet, qui aliunde cogeretur ad peccandum? De conſilio etiam ca piendo, plura præcipit, ut dictum iam eſt, & precibus, uotis'q; locum tribuit, quibus deus placatur, conciliatur, inuitatur, quapropter liberum ſeruatur arbitrium, & poteſtas uolendi, nolendi'ue non tollitur. Priuationi uero accidenti fortunæ, caſui, cauſam in rebus materialibus tribuit. At in rebus diuinis, intelligibilibus, immaterialibus, & perpetua illa æternarum, & immutabilium cauſarum, & rerum ſerie, in ratione etiam naturæ uniuerſali. qua ſemper eodem modo quæcunq; proueniunt, tum in perfecto, atq; ordinato adminiſtrandi modo, & lege diuina, qua optime omnia, & pro ſua natura abſolute ſeruantur, atque reguntur. In his inquam, ſi fatum quis eſſe dixerit, abutens nomine, quamuis ſupra omne fatum ſit, nequaquam ab utriuſq; philoſophi ſententia diſcedet. Hanc tamen rerum diſpoſitionem Plato Adraſtiam appellare ſolet in ſuperioribus, intelligibilibus'q; ſubſtantiis, ac etiam legem Adraſtiæ, ut in Phædro, neceſſitatem autem in intellectualibus, & matrem parcarum, ut in libris de Republica. Himarmenen uero, hoc eſt fatum, in naturalibus, ſenſibilibus'q;, ut in politico, Protagora, Timæo. In hac tri partita rerum ratione, omnis natura conſumitur, prima'q; parte intelligibili, ſecũda intellectuali, tertia naturali continetur. Extrema quoq; habet, & medium, atq; ordo his datus, & per cuncta diſcurrens, in intelligibilibus quidem omnino, inſenſibilibus uero, quoad eius capere poſſunt, immutabilis, & ineuitabilis permanet. Vnde a' rerum ineuitabili ordine, Adraſtia nomen accepit. Neceſſarius etiam hic ordo eſt, ſed non, ut talis neceſſitas ſit, quæ omnia ſuperet, & quaſi per uim trahat, adimat'q; uitæ noſtræ libertatem arbitrii, & poteſtati illi noſtræ aduerſetur ex ſe promptæ, & mobili. Non ſic Plato cenſet, ſed legem quandam diuinam eſſe arbitrat' innatam omnibus, quam legem Adraſtiæ tribuit in Phædro, cum inquit. Lex Adraſtiæ eſt, ut quæcunq; anima comes deorum perſpexerit aliquid ueritatis, hæc ad alterum uſq; circuitum inoffenſa inſiſtat, & ſi ſemper id agere poteſt, ſemper manet inoffenſa, Sed in politico, Saturno eam legem aſcribere uidetur, cum dicit, Lex erat Saturni temporibus, quæ adhuc apud Deos eſt, Ioui in legibus dat, ut hoſpes ille Athenienſis loquitur, hunc iuſtitia ſequitur, uindex eorũ, qui legem diuinam præuaricati fuerunt, Fato aſſignat in Timæo, cum ait, Leges'q; his fatales aperuit. Minime igitur Plato uidetur a' prouidentiæ ratione diſcedere, cum hanc legis rationẽ docet optimo ordine diſtributam, ſtabilem, indiſſolubilem, quantum ſubiectarum rerum ratio patitur, quæ rebus indeterminatis terminum, inordinatis ordinem affert, Sicuti Boetius quoq; libro de conſolatione, ex Platonis ſententia, de fato ſcribens, bifariam diſtribuit. Nam de exq; ſita rerum intelligibilium, diuinarum'q; diſpoſitione differens, quæ ex principiis prouidentiæ immobilibus proficiſcitur, eam immobilem eſſe refert. Contra uero de ea agens, quæ inde ad nos profluit, Fatum eſſe diſpoſitionem confirmat, rebus mobilibus inhærentem, per quam prouidentia ſuo ordine, quæq; connectat. Itaq; inter fatum, & prouidentiam, quid interſit, non re poteſt, ſed ratione diſtingui. Adraſtiam neceſſitatẽ parcas, quibus nomina Clotho, Lacheſis, Atropos, poetarum etiam libri nominant. Sed quid quodq; eorum ſit, & quem uſum præbeat fato, aut qua ratione eidem iungatur, explicare, hoc loco, nõ eſt neceſſe, niſi hoc ſolum de parcis, ne eas quidem neceſſitatem omnino rebus humanis afferre, quanquam enim uim quandã ineuitabilem habere uideantur, ut apud Homerum eſt.

Mortalis nemo fugiet decreta ſororum,
Improbus, atq; probus debent ſua corpora morti.

Nec ipſe tũ uim, & neceſſitatem ineuitabilẽ inferunt, qd' idem Homerus alio loco, fateri uidet'

Ne contra Parcas manes trudaris ad imos. Fatũ autẽ, de quo nunc agimus, Plato in Timæo naturam quandam de creatore pendẽtem eſſe dicit. poſtq̃ enim uniuerſi naturã, & aĩas hoĩum ꝓductas ætheriis uehiculis iũctas expoſuit, tũ leges iis aperiri fatales narrat, ſeriẽ ſcilicet, atq; ordinẽ rerũ, quem creator ꝓſtituit, atq; cõſeruat, neq; uero animas ipſas, quatenus animæ ſunt, his legibus obtemperare fas eſt. Præſtantiores enim ſunt, quãdiu mentis ratione uiuunt, & prouidentiæ lumine apud ſummum deum fruuntur, ſed corporea uehiculorum natura, & ſorte, qua ad colendas, gubernandas'q; terrę partes ducuntur, fato uulgari ſubiiciuntur. Quamobrem nõ ante quàm uehicula ſibi iuncta acceperint, ſed poſt audiũt leges illas fatales, quibus corporum ſtatum, &

ſtatum, & gubernatiõem ſortiuntur. Plato igitur naturalem cœleſtium corporum reuolutionẽ primam tribuit fato, tum ipſorum corporum diſpoſitionem, quorum eiuſmodi motus propri' eſt, eodem refert, atq; etiam animas, quæ ad generationem deſcenderint, Quam ſententiam apertius in politico exponit. Cũ mũdum uoluebat, inquit, fatum, innatus'q; appetitus, Vbi certe fatum id uocat, quod propinquum res ſenſibiles mouet, idem'q; de prouidentia pendet diuina, plures etiam ex poſterioribus, & maxime, qui aſtrologiæ operam dederunt, Chaldęos, atq; Aegyptios ſecuti, hoc idem fatum eſſe declarant, ſiquidem aſtrorum diſpoſitionem, fatalem dicunt, qua quiſpiam, uel conceptus, uel natus extiterit. Chaldæi enim, ut Philo, de quo ſupra mentionem fecimus, narrat, aſtrologiæ ſtudioſiſſimi, omnia ſtellarum motibus ſubiecerunt, eorum'q; modo, & genere, cuncta, quæ mundus complectitur, geri, atq; ſeruari putauere, ſed Plato diligentius rem hanc rimari uidetur, quandoquidem nõ modo cauſam cœlo tribuit, uerum etiam ipſum cœlum ad diuinam prouidentiam refert. ut inde depẽdeat. Quippe in eodem politico inquit, rerum omnium opificem, gubernatorem'q; poſt rerum omnium abſolutionẽ, generationem'q; animarum, quaſi claui gubernaculo dimiſſo ad ſuæ excellentiæ culmen reuertiſſe, cum ſcilicet iam alteri motus principia delegaſſet. Item paulopoſt, Deum dicit interdum omnia luſtrantem adeſſe, una inuoluendo, regendo, & dirigendo hoc uniuerſo, interdum laxare, cum iam circuitus debiti temporis modum compleuerit, tum rurſus hoc ſponte ſua uerſari, labi'q; in deteriora. quippe quod animal eſt, & prudentiæ compos inſtitutum ab eo, quod conſtituit, ita Plato perſpicue, manifeſte'q; diuinam prouidentiam prædicat, naturam'q; uniuerſi, ac motum illi adnectit, & ſubiicit, cum ſcilicet appetitu innato, & deſyderio, diuinitatis hoc ad ſummum illud bonum ſpectare, moueri'q; perpetuo, & æquabiliter fatetur, quod ſi modo inſiſtere, modo deſiſtere dicit, id iam declaratum eſt, communi conſuetudini conceſſum eſſe, ut quod non niſi ratione diſtingui poteſt, id ſenſu præſentiæ, & abſentiæ percipiatur. Sed quanta uis huic, uel appetitui, uel deſyderio, ſeu cupiditati ſit, exponens Plato in Cratyllo, ſic percũctatur. uinculum, quod facit, ut quoduis animal, uſquam permaneat, utrum potius erit, neceſſitas'ne, an deſyderium? Longe, inquit Socrates, deſyderium potius erit, Sed hoc idẽ alia ratione, neceſſitatem in Epinomide uocat his uerbis. Hæc animi mente prædita, neceſſitas, præclariſſima neceſſitatum omnium fuerit. quippe cum ipſe imperans, non ſeruiens iura det. Cum enim omnia bonum appetant, quæ æterna quidem, aut perpetua ſunt, & quod gẽtiles illi corpus beatum uocant, id'q; animæ iungunt adhuc ſynceræ, hæc, utpote, omni errore uacantia, ſummum primum, & uerum bonum illud ſemper aſpiciunt, nunquam ab eo declinant, immutabili conſtantia id appetunt, eoq; aſſidue fruuntur, & una' feliciſſime uiuunt, ſumma uidelicet neceſſitate, in primis'q; diuina, illi deuincta, & arbitrio libero, ideſt poteſtate in utrãuis partem omnino ſoluta. Nam libertas iſta arbitrii noſtri, potius ſeruitus dicenda eſt, neceſſitas illa felicitatem, ueram'q; libertatem complet. Nos autem quoniam in uices naturæ ſingularis fortuitas, ac temerarias magna ex parte retruſi ſumus nihil conſtanter, aut ſolide agimus, ſed aliãs recte, aliãs non recte, in eligendo, uel iudicamus, uel deliberamus. Interdum quod uidetur bonum, non quod eſt, quaſi bonum eligimus, & interdum meliora, interdum deteriora anteponimus. aut enim ratio, qua neſcio quid diuinum in nobis eſt, & quę fatali neceſſitati nequaquã ſubiecta eſt, ut alterum neceſſario eligat, uincit temeritatem, aut temeritas ſuperat non ſine detrimento rationem. Superatur enim hoc modo, & uincitur a' motu ſuperioris corporis, hoc eſt Dei, atque ita fato ſubiicitur, ut a' motu cœleſti ducatur, & neceſſariam ſubiectionem rerum inferiorum communem patiatur. Ducit hæc ſecum eam animæ partem, quam ſuperauit, mentem dico, & uoluntatem, quæ ſuæ naturæ ratione, actioni cœleſtium corporum ſubiectæ non ſunt. In his enim duntaxat uirtutibus animæ, quæ inſtrumentorum corporeorum actus ſunt, illa operantur, quod noſtri etiam doctores facile concedunt, eodem modo, quo Plato, qui motum cœleſtium corporum uim habere in naturalia corpora euidenter, ac per ſe dicit. In uirtutibus autem, quæ corporeorum inſtrumentorum actus ſunt, euidenter quidem, ſed per accidẽs, non per ſe, quoniam huiuſmodi uirtutum actionem tolli neceſſe eſt, quoties inſtrumenta deprauantur, uelut oculus conturbatus, cernere recte non poteſt. At in mentẽ, ac uoluntatem, quoniam actus inſtrumentorum corporeorum minime ſunt, neq; euidenter, neq; per accidens uim ullam habere. Ex quo fieri, ut humanarum electionum, ſiue actionum per ſe cauſæ non ſint, per accidens tamen in mentem etiam, ac uoluntatem poſſe aliquando agere, quatenus mens, & uoluntas ab inferioribus uirtutibus, quæ inſtrumentis corporeis egent, uiſa recipiunt. quippe ſiue phantaſia, quam latine imaginationem dicimus, ſiue memoria turbata ſit, conſe-

stim actio quoq; mentis turbatur, unde diuersi errores in eligendo, deliberando'q; contingunt, ne assequi commoda, atque honesta possimus, siquidem iudicium rationis peruersum habemus, quod integrum seruare iam poteramus. Erat enim in potestate nostra siue affectus, siue passiones moderari, & resistere obiectis ratione aduersis, ac uim animi inoffensam tueri, qua imaginamur, atque meminimus, Hæc nostrorum sententia est. Iamblichus autem eorum, qui Platonem sequuntur, decus, cum tueri liberum arbitrium uellet, & resistere Aegyptiis, qui ad stellarum motus omnia referunt, eiusdem fere` sententiæ est, & licet diuersis uerbis, tamen idē significantibus utitur, etsi ætate longe antiquior sit, hic duas esse animas in homine dicit, quarum altera a` primo intelligibili descendit, creatoris'q; sui uirtutem repræsentat. hæc intellectiua est, altera, quæ a` diuina cœli reuolutione corporibus impartitur, ad usum corporeorum instrumentorum accommodata, hæc sensitiua est. hanc, quæ a` cœlo datur, sequi, inquit, circuitus, & momenta cœlestia, reliquam, quæ ab intelligibili proficiscens, intelligibiliter inest, naturæ appellationem excellere, & huius animæ nobilioris ratione fieri fati solutionem, ac ad deos intelligibiles reditum. Itaq; non uinculo inexplicabili, quod fatum uocamus, omnia constringi, habere enim animum uim suam, quo in intelligibile ducatur, discedat ex generabili, iungatur cum ente, atque diuino. Et paulopost. Est etiam, inquit, alterum animæ principium, quod naturam, & omnem hominis intelligentiam superat, quo & diis coniungi, & ordinem, dispositionem'q; mundi superare, & uitam æternam, deorum'q; supcœlestium gratiam adipisci possumus, hoc eodem principio, nos etiam soluere possumus. Cum enim pars, quæ in nobis est præstantior, agit, noster'q; animus ad præstantiora reducitur, tum separatur omnino ab iis uinculis, quibus erat in generatione deuinctus, discedit'q; hinc liber ad statum honestiorem, uitam'q; longe perfectiorem pro hac imperfectiore commutat, & felix ad alterum cultum, primo relicto, transfertur. Hæc cum ita sint, dic, obsecro te, an Plato, qui'q; eum secuti sunt Platonici, libertatem arbitrii tollant fato'q;, & necessitati omnia subiiciant, an contra, nihil unquam ab his planius, nihil clarius, nihil dilucidius, atque apertius dictum fuerit, quàm animabus, quæ recte, & cum uirtute uixerint, reditum ad cœlum, & uitam beatam patere, contra uero, iis, quæ relicta uirtute, uitiis, atque sceleribus contaminatæ sunt, pœnas, atq; supplicia parata esse, quæ uitæ contagionem uicerint, iustas, quæ uictæ sint, iniustas appellari? Quapropter creatorem, Plato ait, certis legibus monstrasse, quibus officiis felices euaderent, quibus facinoribus miseræ, ne uitii futuri culpa ascribi sibi a` mortalibus posset. Virtus enim libera, suiq; iuris est, inquit, hanc ut quisque magis, minus'ue coluerit, ita magis, minus'ue excellet. Nullam prorsus esse necessitatem dicit, quàm homines uitam, & mores hoc potius modo quàm illo instituant. Non enim uos, inquit, fata sortientur, sed uos fata uobis deligetis, uelle semper animas, quæ meliora sunt, affirmat, sed interdum deteriora eligere. Volunt nanq; semper deum, & iura sequi, ut in Timæo dicitur, qui semper iura, & nos sequi uelint, nec tamen semper sequuntur, ut in Gorgia declaratur, ubi uoluntas uera ab ea, quæ mendosa est, distinguitur, de qua nos etiam superius diximus. Cæterum, satis eos admirari non possum, qui ita fatum abhorrere, ac formidare uidentur, quasi inde necessitas in rebus humanis sequatur. prouidentiam autem, & prædestinationem, siue præscientiam diuinam, quæ omnia in Deo ponimus, suspectam non habent, nec uerentur, ne hinc uoluntates, & officia, & omnes hominum actiones prouenire necessario uideantur. Cur enim magis a` fato, q̄ ab his, uim fieri rebus humanis suspicemur? Nam quod a Deo præscitum est, sic fieri oportet, alioquin frustra eum præsciisse diceremus, falsáq; esset diuina cognitio, Simili modo, quod prædestinatum est, ita ut prædestinatum est necesse est euenire. Etenim posita causa p̄ se, ac necessaria cuiuscūq; rei generabilis, & corruptibilis, necessario omnia erunt, quemadmodum Aristoteles quoq; libro sexto de rebus diuinis, ostendit, q̄ si rerum omnium causa per se, ac necessaria, atq; æterna, cognitio, ac prouidētia dei est, p̄fecto necessario oīa fient. Verum non ita est, quod Aristoteles etiam satis, eodē loco exposuisse uidetur cum & rationem contrariam soluerit, & locum accidenti reliquerit. Plato quoq; eiusdē sententiæ est. Siquidem res uniuersas, diuina prouidentia geri, duci'q; ad suum finem, & bonū existimat, sed non omnes, necessitate astringi, uerum esse aliquas, quæ in potentia sint p̄tradictionis. Et quoniam summa, & caput rerum omnium, perfectio uniuersi est, hæc autem non in simplicem rerum naturam, sed multiplicem, uariam, ac multiformem consumitur, ideo aliquibus rebus causas necessarias, quibus necessario essent, aut fierent, datas esse, aliquibus non necessarias, sed contingentes, ut contingenter pro suæ naturæ ratione euenirent. Duobus itaque modis prouidentiam accipit, uno modo pro ordine ipso rerum, ac dispositione, aut etiam ordinis

ipsius

ipsius, dispositionis'q; causa, quę prima, & princeps causa omnium entium est, altero pro actus secundi executione, & quasi perfecto, absoluto'q; officio, proficiscente a` causis secūdis, & mediis, atq; etiam singularibus, Quem actum non semper, aut necessario consequi effectum, cum fieri aliquando possit, ut causa secunda impediatur. Quo circa esse euenta per accidens, & contingens, & fortunam, & casum, & reliqua supradicta, eodem plane` pertinet, quod de generatione opinatur. Non enim rerum omnium generationem immediate a` primo effici Deo, ne omnia necessaria sint, & diis æquiperari uideantur. Sic enim creator de reliquis animantibus procreandis, deos nuper creatos affatur in Timæo. Nam si a` meipso facta essent, Deorū uitā possent adæquare. Ne igitur id sequeretur, sed defectus, corruptio, priuatio, accidēs, cōtingens, suū haberēt locū, & uniuersum oībus, quoadeius fieri posset, specieb°, & graduū rōnib°, perfectum, absolutum'q; redderetur. Properate, inquit, ad animantium mortalium procreationem, Sic igitur Plato ab ea opinione quamlongissime abest, ut omnia fieri necessario arbitretur. Quamobrem Proclus Lycius, uir eximiæ, singularis'q; doctrinæ, in hunc modum necessitatem exponit, siue eam prouidētiæ, siue prædestinationi, siue fato tribueris. Deus, inquit, res diuisibiles indiuisibiliter intelligit, quæ in tempore sunt, sine tempore, non necessarias, necessario, mutabiles, immutabiliter, lōge omnia melius, q̄ ordo ipsorum, & ratio postulet. Nam si omne, quod in Deo est, modo quodam peculiari, & diuina natura digno, est, Rerum etiā huiusce modi cognitionem, rationem esse naturæ non caducæ, & labilis, sed excellentissimæ, atq; inauditæ, manifestum est, unita igitur, & impassibilis earum rerum cognitio erit, quæ multiplices, & passibiles sunt. Itaq; licet res, quæ sub cognitione cadit, partibilis sit, diuina tamen cognitio, etiam partibilis, rei impartibilis est, & quamuis res ipsa mutabilis sit, aut contigens, aut indefinita, illa tamen immutabilis, necessaria definita est. nō enim extrinsecus, pro rerum deteriorum natura suam cognitionem recipit natura diuina, ex quo fieret, ut qualis res cognita natura sua est, talis eius cognitio haberetur. Sed hæc deteriora iuxta definitam deoꝝ naturā indefinita sunt, & iuxta immutabilem mutationem patiuntur, & impassibilem notā, passibiliter, in temporalem, temporaliter recipiunt. quippe deteriora digredi de melioribus possunt, sed meliora, hoc est deos admittere, quicquam ex deteriobus nefas esset. Ex his facile solui ea ratio potest, quæ probare uidetur cognitionem Dei, necessitatem rebus afferre. Etsi enim diuina cognitio necessaria est, naturam tamen singulis distributam non aufert, itaq; quod cōtingens est, suam naturam seruat, quanquam indeo nihil contingens, sed cuncta necessaria & sint, & intelligantur, nec sequitur, ut quod a` Deo præscitum, aut prædestinatū est, necessario fiat. Præsciētia enim, siue prouidentia diuina causa præ se est, ut hoc necessario, illud contingenter fiat, nec deum frustra præsciisse aliquid, aut prædestinasse dicendum est. erit enim, quod nouit, futurū, seruata tamen natura, quam rebus quibusq;, siue necessariis, siue contingētibus dederat, siquidem deo non modo effectus rerum, sed etiam causæ ipsę, & omnes essendi modi subiecti sunt. Quapropter non sequitur, si a` Deo regunt' gubernantur'q; uniuersa, aut necessario omnia effici, pessundari'q; arbitrii libertatem, aut frustra pleraq; a` rerum conditore prouideri, et cum fatū prouidentia quædam sit, ne ipso quidem hæc tolli manifestum est. Nam & si fatum immutabile est, utpote diuinę prouidētiæ dispositio quędā generalis, a` causa scilicet immutabili proficiscens, tamen cum res subiectæ mutari uarie possint, & causæ mediæ, nequaquā ppetuę sint, factum quoq; ipsum mutari una` cum rerum, causarum'q; imbecillitate necesse est ut sæpe quod futurum eēt, nō fiat, uel cōsilio, atq; industria hominis, uel aliqua naturę causa efficaciore. Quo circa Boetius fatalem rerum dispotionem dicit, non modo ab immobilibus prouidentiæ initiis proficisci, ideo'q; immutabilem esse, uerumetiam rebus mobilibus inhærere, facit enim res ipsa mobilitas, ut quod sua ratione perpetuum, uniuersale'q; est, id in agendo, & generādo singulare sit, & uario modo cōtingere possit, quo fit, ut accidentis, contingētis'q; rationem rerū natura sortiat'. Hinc apud Synesium, uirum doctrina illustrem, rex Ægyptiorum, idem'q; (ut ille ait) propheta, & diuinarum rerum peritissimus, cum imperium Osiri filio traderet, admonet eū, ut Typhonem fratrem e` medio tollat, quasi pestem quandam, & fatum iniquum. Fratrem tuum, inquit, si recte sentis, remouendum cura, ut tuum, Aegyptiorum'q; omnium fatum aduersum occupes, & consilio ne inuadat, prohibeas, licet enim, ac fieri potest. Possem multa quoq; alia ad hunc locum pertinentia, tum Platonis, tum aliorum, qui ab eius disciplina fluxerunt, in medium afferre, de prima causa, & productione, gradu, ordine, dispositione, cōmunicatione etiam bonitatis ad res omneis, atq; earum differentia, & similitudine, tum quæ magis, & quamobrem bono, & necessario participant, & quæ minus, & quare minus participant,

paulatim deducto in malum discessu, ac lapsu, tum etiam latius, unde accidens, contingẽs, possibile, & reliqua his similia extiterint, & quomodo simul hæc, & bonitas summa seruantur, & manent, & necessitas rerũ superiorum potestati nostræ nulla ex parte repugnat. Verum ne longior sim, quam à principio constitui, hæc missa faciam. Nam quæ de fato, Platonis sentẽtia dicenda erant, quãtum pro loci, & temporis ratione licuit, diximus satis. Aristoteles autem usus quidem nomine fati est, sed quid fatum sit, minime declarauit. Videtur tamen ipse quoq; naturam fatum uocare, sed longe aliter, quam Plato. Etenim si Alexandro eius expositori adhibenda fides est, fatum iuxta Aristotelis opinionem, non in substantiis æternis est, non in iis, quæ semper eodem modo fiunt, sed duntaxat in rebus, generationi, corruptioniq; subiectis, & natura aptis ad mutationem oppositorum, ut non omnis natura, sed singularis tantummodo fatum contineat. Artem uero, arbitrium, omnem hominis rationem fato solui, uidetur existimare. Fatum itaq; sentẽtia Aristotelis, non omnem complecti naturam, sed eam tantummodo partem, quæ generatione, ac corruptione uarietur, idemq; esse, quod ipsam partem naturę, & neq; naturam, neq; fatum esse necessaria, sed ut præter naturam, sic prẽter fatum, multa euenire à diligẽtioribus eius expositoribus accepimus. Nec uerba eius ex primo Meteororũ libro, ab hoc dissentire uidentur. Horum, inquit, omnium causa ponenda est, quod per tempora fatalia fiunt, ut in temporibus anni hyems, sic circuitus cuiusdam longi, pars hyems sit, his uerbis naturam fatum esse, dicere uidetur. hæc enim fatalia sunt, hyemis, & reliquarum uicissitudinum tempora, quæ quãuis naturales habeant redditus, non tamen tales, ut transcendi non possint. Vnde fit, ut etiam præter fatum possit aliquid fieri, uidelicet in iis rebus, quæ generationi dantur. Vt etiam qnto physicæ auditionis libro dictũ legimus, an generationes etiã sint uiolẽtæ, nec fatales, quibus contrariæ naturales sunt? Cum itaq; uiolentum, & non fatale, pro eodem accipiat, profecto quod secũdum naturam sit, idem esse, quod fatale, sententia eius exploratum est. qđ enim uiolentum, id præter naturam est, quinetiam alibi, augmenta, quę præter naturę ordinẽ fiunt, augmenta prẽter fatũ, appellat, quasi certũ reuolutionũ cœlestiũ ordinẽ, fatum esse existimet, sed Plato causam ordinis, dispositionisq; ipsius naturæ, in primis fatũ censet, & cur sæpe uariis temporibus, locisq; eadẽ eueniant, omnisq; generatio agat, causam reddit, mũdi ꝓiunctionem, & unionem, & quasi conspirationem, ac partium inter sese omnium consensionem, atq; etiã corpus beatum (ut ille uocat) quod circũfert, & cuncta ambit, & continet. Inde initia quædã mitti ad hæc inferiora constituit, & circuitus quosdã ex astrologia stellarũ, ac sphærarũ adiicit, alios simplices, alios cõpositos, qbus redeuntibus, redire etiam ortus, uitas, mores, fortunas, opera, eodẽ modo, atq; iisdem, quæ olim fuerant, causis. Hæc etsi in magna fore cõtrouersia, nõ ignoro, an uidelicet fatum sit, & quid sit, & utrum ita, ut Plato censet, an ut Aristoteles, an alia quauis rõne, tñ quod ad calumniatorem spectat, satis dictũ est, quando nec utrum sit, aut non sit fatum, nec qd sit, nec tale aliqd quærit sed Platonẽ duntaxat reprehẽdit, quod oĩa, fati necessitate constrinxerit. Ex cuius uerbis palam fit, non ita esse, ut aduersarius scribit, sed contra, uel solum Platonẽ, uel unũ ex omnibus maxime, cũ nostra religione hoc loco cõuenire. Hoc. n. præcipue meum institutum fuit, ut non dubia ipsa discuterem, sed Platonis de huiusmodi rebus opinionem aperirem. falsoq; eum ostenderem ab aduersario reprehendi.

Quæ sit de principiis rerum naturalium, Platonis sententia.
Parmenidem, & Melissum, licet de ente intelligibili, nõ physice, sed theologice locuti sint, tamen tanq; de naturalibus differentes ab Aristotele reprehendi.
Cur Aristoteles contra animi sententiam, aduersus antiquos scripserit.
Quomodo intelligatur, q; Plato naturaliũ rerũ principia in figuras planas resoluebat, & lineas.
Argumentũ Aristotelis non ualere cõtra ponentes figuras naturales, non mathematicas.
Secundum Platonẽ, principium principiorũ deũ nosse, & eum hoiem, qui deo carissimus sit.
Aristotelẽ de principiorum dubitatione cum Platone consentire.
Philosophos ueteres, non ita audaces fuisse, ut rerum omnium tenere se causas existimarint.
Tãdiu seruanda doctorum inuenta, donec inueniant meliora. Caput X.

Quod cum satis iam à me factum existimem, dixi enim quid Plato de deo primo, & summo senserit, quid de trinitate, quid de entium productione, quid de anima, de prouidentia, de fato. supereſt, ut de principiis, quæ Plato ad figurarum rationem refert, respondeam. Siquidem aduersarius, ex hoc maxime detegi Platonis

insciti am asseuerat, quod in figuras planas rerum naturalium elementa resoluit. Quem locum ne minus multa scire uideretur, argumentis quibusdam, quæ (nescio quo dictante) accepit, urgere conatur, & telis alienis armatus, in certamen descendit. Quippe argumenta, quibus Aristoteles aduersus Platonem usus fuit, non ad sententiam, sed ad primum quasi aspectũ, pro suis sumpsit. Addidit etiam nonnulla, quæ nostræ ætatis expositores Aristotelis argumentationem secuti captiose quidem, non tamen sine artificio protulerunt, quæ omnia non modo apte, sed etiam facile solui posse, progressus nostri operis explicabit. Nã siquid ex se aduersari addidit, ne responsione quidem dignum est, cum nihil habeat, quod ad aliquam philosophiæ partem possit referri. Agit quidem Aristoteles semper more eorũ, qui aliqua de re docent, sermone artificiose scripto, & optima ratione disposito. Sentẽtias enim superiorum authorum exponit, & q̃maxime potest, coarguit, sed siqui in opinionibus errarunt, eorum medullitus exquirens errorẽ explicat. Siqui uero uerba fortassis ex re alia in aliam transferentes, minus proprie locuti uidẽt, eoq; uerba ipsa parũ proprie insectatur, nec quod illi senserunt, sed quod uerbi im proprietate urgeri possunt, conatur refellere. Quod iudicio quidem omniũ doctissimoq; ideo, ut supra diximus, facit, nequis, primo aspectu sermonis arreptus, sentiat, quod alienũ sit à rei, de qua agitur, recta, ueraq; ratiõe. Quod autem hoc uere dicamus, uno quodã exemplo oĩum maximo, atq; apertissimo, manifestũ faciemus. Id autem est, quod primo physicæ, auditionis libro, Parmenidi, & Melisso opponit. etenim quæ illi, nõ ut physici, sed ut theologi de ente intelligibili, ac primo principio, disseruerunt, ipse quasi de principiis, causis, & de elementis naturalibus dixissent, reprehendit, erasseq; illos, pluribus argumentis conatur ostẽdere. Si enim hoc in loco, ubi de summis philosophiæ opinionibus agit, sententiam Parmenidis, & Melissi, quãq̃ uerã eẽ existimat, nec ab ea opinione dissentit, tamen diuersa dissimulat, & quasi non recte illi senserint contra argumenta obtendit, profecto nemini dubium est, quin hic uerbis, non sensui obiiciat, ne imperitum uulgus uocabulis hęrens, seduci possit, ac decipi. Hunc igitur locum, siquis latius audire cupit, multos autem esse opinor, præsertim latinos, qui cum nõ hẽant ueterum illoq; opera, libenter audierint, quibusnã rationibus adducti, ea de rebus ꝓpositis senserint, quæ non parum absurda primo aspectu uidentur, hunc inq̃ locũ postea exponã, quantũ satis esse iudicauero, nunc quod incepi, ꝓsequar. Nemo certe existimare debet, uel Aristotelem peruerse, aut imprudenter fecisse, uel sapientissimos illos uiros, qui interdũ ab eo reprehẽdũtur, ea, de quibus arguũtur, sensisse. Nam quod ad mores Aristotelis pertinet, equidem probum illum fuisse uirum existimo, quod uero ad doctrinam, sciebat quidem ille, quæ sæpissime à Platone præceptore suo audierat, eaq; memoria tenebat, sed auditorum adhuc imperitiorũ ingenio humaniter consulens, ea ꝓponebat, ut omni ex parte tutissime erudirentur, itaq; eos, qui male Platonis uerba uel intellexissent, uel intelligere potuissent, coarguens, Platonẽ ipsum reprobare uidebatur. Cæterum, ut ratio, cur Plato principia rerum naturalium in figuras planas, lineasq; resolueret, & quomodo id Aristoteles reprehenderit, intelligatur, animaduertendum est, quod inter omnes cõuenit, tam Platonem, quam Timęum, qui Platone uetustior est, ignem, aerem, & reliqua huiusmodi elementa, pro materia secunda compositorum corporum statuisse, eaq; ipsa elementa resoluisse in materiam primam, & formam, quod licet plane intuenti, tum in Timæi libro, tum in eo Platonis sermone, quem Timæũ secutus, nomine eius inscripsit. Sed quoniam forma ipsa elementorum recipi in materiam non potest, nisi ipsa materia sibi indeterminate insita habeat, ea, quæ in generatione determinãtur, ideo alii qualitatibus primis, caliditate scilicet, siccitate, humiditate, frigiditate, præcedentibus quodammodo in materia hoc est corpore ex quali, generationem fieri uoluerunt, cuius sententiæ Aristoteles est, addita leuitate, & grauitate, quæ causæ sunt motus simplicis, ac naturalis. natura enim motu pręcipue notatur. Alii, quorũ princeps est Democritus (ut Theophrastus in libro de naturalibus tradit, spretis iis, qui caliditatem, frigiditatem, reliquaq; huiusmodi principia ponebant, indiuidua corpuscula, quæ ipsi atomos uocant, pro primis causis statuere. Pythagorei uero, Timęus, & Plato, figuras planas excogitarunt, uidelicet quæ simul & quantitatis, & qualitatis rationẽ suggererẽt. Cum enim authores illi qualitatum primarũ causam, quare ignis calefaceret, aqua frigefaceret, nullam redderẽt, nisi quod alterum calidum, alterum frigidum esset, nec quicquã ulterius quærerent, hæc scilicet pro primis causis accipientes, Pythagorei exquisitius hęc tractari censuerunt, si qualitatum quoq; huiusmodi causas inuestigarẽt, itaq; ulterius resoluentes, ad planas demum figuras deuenerunt, easq; causas esse priores caliditatis, frigiditatis ue dixere. Quæ enim discernere, ac diuidere possent, hæc sensu caloris, quæ uero cõstringere, ac ꝓdẽsare,

hæc frigoris ſenſu efficere poſſe crediderunt. Figura autem etſi qualitas eſt, tamen ante qualitatem intelligi poteſt, utpote quæ de genere quantitatis deducta eſt. Omne enim corpus, prius, q̃ quale ſit, quantum eſt figuratum, itaq; materia prima per ſe incorporea eſt, ſecundũ autem ſubiectum, corpus ex quale per ſe eſt, ſed figuris uarie formatũ, quod a corpore mathematico differt, quatenus ipſum materiale eſt, tangi'q; poteſt, cum ſcilicet corpulentia ſua, quãquam non caliditate, aut frigiditate, tactui obnoxium ſit. Hoc igitur ſecundo ſubiecto uarie figurato, ſuggeri quatuor elementorũ principia uolũt, ſcilicet Pyramide ignis, octahedro aeris, icoſahedro aquæ, cubo terrę, atq; ex huiuſmodi figurarum differẽtiis cæteras omneis, ſiue uirtutes, ſiue potentias ſequi, & uiciſſim mutationes, & gñationes, utputa quod ex pauxillo aquæ multũ aeris generetur, cauſam reddunt, quod cum aquæ figuræ ſint plures, icoſahedris enim complentur, quoties diſcernunt, multa neceſſe eſt octahedra conſtitui, proinde'q; multũ aeris, qui ex octahedris conſtat, conflari oportet. Rarefactioni enim, & condenſationi, quæ potentiæ incorporeæ ſunt, cauſam tribuere auctionis, diminutionis'ue non probant, quandoquidem non poſſe fieri exiſtimant, ut potentia incorporea ſuperueniente, uel augeri, uel diminui ipſa corpora poſſint, diuidi etiam poſſe negant. Diuiſionem enim fieri per figuram ignis, qui diuidit, non autem potentia incorporea exiſtimant. Negant quoq; fieri poſſe, ut frigidæ qualitatis additione grauior corpulentia fiat, quod enim graue eſt, quãtum, non quale eſſe opinantur, itaq; æqualitate, & inæqualitate cenſent eſſe diuidendũ. quemadmodum igitur Ariſtoteles corpus exquale, quod qualitatibus ſubiaceat, primũ fieri ex materia, & forma, finitum'q; eſſe ſtatuat, profecto, ut figuram quoq; idẽ habere concedat, neceſſe eſt, nec figuram præcedere, qualitates ſequi neget, ſic Pythagorei, cum principia qualitatum quærerent, ad figuras poſtremo deuenerunt, non tamẽ figuras mathematicas, quæ longitudinem duntaxat, & latitudinem haberẽt, his enim opponi illa merito poſſent, quæ ab Ariſtotele dicta ſunt, ſed naturales figuras, quæ cum lõgitudine, & latitudine altitudinem etiam, ſiue profunditatem haberent, & primę conſtitui in rebus naturalibus poſſent. Quod ita opinari ſe plane oſtẽdunt, cum materiales dicunt figuras. Quocirca cũ primo de materia docẽt. figurari eã formulis, & numeris aiũt, q̃d Timæus in eo, quẽ ſupradixi mus libro, his uerbis expreſſit. Principiũ eoꝝ, quæ generant, eſt materia, ut ſubiectũ, forma, ut ratio, ex qbus corpora ſimplicia orta ſunt, terra, aqua, aer, ignis, quoꝝ gñatio talis eſt. Corpus oẽ ex planis eſt, plana ex triangulis, quoꝝ alius rectãgulus eſt, alius æqui cruris, alius ſemiquadrangulus, cum'q; reliquas enumeraſſet triangulorum differẽtias, quatuor ex his ſupradictas figuras conſtituit, quas elemẽtis quatuor tribuit. Hanc igitur opinionẽ, nihil ex iis, quæ Ariſtoteles obiicit, infringere poteſt, neq; enim ex his partem lineæ non eſſe lineam ſequit', neq; lineam ex punctis conſtitui, aut magnitudinem non eſſe in infinitum diuiſibilem, nec reliqua, quæ ex mathematica ratione obiici poſſent. Nec uero impoſſibilia illa, quæ ſequi corpora naturalia dicit, ex linearum indiuiduarum poſitione ſequuntur, non. n. lineæ ex punctis conſtituunt', ut in puncta diuidi poſſint, neq; motus a corporibus tollitur, neq; grauitas, aut leuitas, aut ullæ oĩno paſſiones huiuſmodi a rebus naturalibus, hac ratione remouentur, multo quoq; minus ſequit' quicq̃ ex iis, quæ aduerſarius effudit. Magni profecto momenti eſſent obiecta Ariſtotelis, ſi illi mathematicas figuras ſtatuiſſent. Verum quoniam non mathematicas, ſed naturales eſſe uoluerunt, argumenta illa non tam ſenſum coarguunt, q̃ uerbis illudunt. Ratio igitur, quamobrẽ Plato pro qualitatum principiis figurarum quãtitatem ſtatuerit, ſatis hinc manifeſta eſt. Licet tamẽ, etiam aliter, hanc opinionem tueri. quod uidelicet, nec Pythagorei, nec Plato principia rerum naturalium huiuſmodi, triangulos tanq̃ rem certam poſuerit, ſed quẽadmodum aſtrologi, cum cauſam quærerent, inæquabilis motus cœleſtiũ corporum, qui ſcilicet æquabili, certo, & ordinato eorum motui contrarius eſt, alii excẽtricos, alii epicyclos, alii reuoluẽtes ſphæras introduxerunt, non quod uarietas iſta in cœlo ſit, ſed quia principiis huiuſmodi poſitis, ſeruari poſſunt ea, quæ præter rationem uidebantur accidere, cum tamẽ omnia cœleſtia corpora orbe ſuo, & æquabiliter moueantur, Sic illi cũ generationis rationem nullo modo ſeruari poſſe exiſtimarẽt, niſi quantitas aliquo modo prior conſyderaret', & quoniam indeterminata eſſet, ad figurarum rationem ſimplicium, & ſimilitudine, proportione'q; cohærentium aptius referretur, Idcirco figuras ita pro principiis ſimplicioribus poſuerunt, ut eiuſmodi quantitas ſub notitiam ſuæ qualitatis, quæ certa figura eſt, caderet, & quanq̃ nõ ita eſſet, quaſi tamẽ ita eſſet, intelligeret'. Cuius rei (ut clarius ueritas eluceſcat) uidete quid Plato ipſe, poſtquã figuras pro principiis ſtatuerat, loquat', & quomodo eam poſitionem non ſatis certam, probandam'q; exiſtimet. Sed ſiquis, inquit, aptius excogitare quicq̃ poteſt, ad eorum conſtitutionem, illum ego non ut

non ut hoſtem odero, ſed ut amiciſſimum amplectar. Et ante hæc, principium ignis, inquit, & corporum cæterorum ponimus, quemadmodũ ſuadere nobis probabilior ratio uidetur. Principium autem principiorum Deus norit, & homo, qui deo cariſſimus eſt. Simile quiddam ab Ariſtotele de huiuſmodi rerum dubitatione in ſecundo libro de cœlo dici uidetur. Cum enim cauſam indagaret, cur non ea, quæ longius a prima ſphæra ſunt, paucioribus motibus mouentur, ueneratione, inquit, potius dignum, q̃ reum temeritatis hunc animum arbitrari oportet. Siquis philoſophandi diſciplinam ſitiens, exiguas etiam facultates libenter haurit in iis rebus inueſtigandis, quarum dubitatione maxime teneatur. Itemq; exquirendum amplius de his eſt, quanq̃ parum certi habemus unde exordiamur, tam'q; remoti ſumus ab euentis, quæ ipſis accidunt, nõ ita ſane audaces, ac temerarii doctiſſimi illi uiri fuere, ut ſe rerum omnium, cauſas cõpertas habere exiſtimarent, ſed quæ perfecte nouerant, demonſtrabant, de quibus uero ambigebant, ea quanto magis poterant, probabili ratione tractabant, nec pudebat eos fateri, non oĩa naturæ ſecreta potuiſſe cõprehẽdere. Sic igitur Pythagorei, & Plato in exqrendis naturę principiis, ulterius, q̃ elementorum ſumerent qualitates, comperire ſimplicius aliquid conati ſunt, & quod compererunt, tandiu ſeruandum cenſuere, donec melius aliquid occurreret, quem morem, doctiſſimi omnes, & uetuſtiores, & iuniores ſeruauere. Aduerſarius autem uiros doctiſſimos reprehẽdit, damnat, maledictis, contumeliis'q; inſequitur, quaſi ipſe norit, quæ illi neſciuerunt, & liceat, in quem uelit, pectoris ſui uirus euomere.

De Parmenidis, & Meliſſi ente intelligibili, non phyſice, ſed theologice diſputato.
Verſus Parmenidis de uno ente infinito.
Eeiuſdem uerſus de ente finito.
In ente intelligibili, ueritatem eſſe, In rebus naturalibus homines falli.
Res naturales, opinabiles potius appellandas eſſe, quam ſcibiles.
Verſus Parmenidis de elementis rerum.
Meliſſi uerba de entis immobilitate.
Diſputationem immaterialis, & ſimplicis entis ad phyſicum non pertinere.
Ariſtotelem undecimo diuinarum rerum cum Parmenide, & Melliſſo ſentire. Caput. XI.

Ed iam tempus eſt, ut quod pollicitus fui, perſoluam, ambiguã'q; apud Latinos Parmenidis, & Meliſſi rationẽ explicem. Erit enim (ut opinor) operæpretiũ id audiuiſſe, Deinde huic quoq; libro finem imponã. Cum Ariſtoteles rerum naturalium principia, quot, & quæ eſſent, inueſtigaret, neceſſe eſt, inquit, aut unum eſſe, aut plura, & ſi unũ, aut ímobile, ut Parmẽides, Meliſſus'q; dixere, aut mobile, ut phyſicis placet. Poſt, ubi nõ nulla de altera ſuæ diuiſionis parte diſſeruit, aggreſſus eſt alteram, atq; unum, & immobile eẽ ens, ſiue principium entium, quod poſitum a Parmenide, & Meliſſo fuerat, refellit, poſitionem'q; huiuſmodi, haudquaq̃ ad naturæ conſyderationem pertinere dicit, nec poſſe principiũ eſſe, ſi unum ſit, & ita unũ ímobile. quippe alicuius rei, aut aliquarũ rerũ, principium eſſe oportere, quod príncipium ſit, uidelicet, ut ea, quorum principium eſt, repræſentet, Hoc uero, nõ ita eſſe, ſi ens (ut illi dixerunt) unum ſit ſolum. Itaq; poſitionem inopinabilem, ratiocinationem captioſam, falſam, inconcluſam, tam materia, q̃ forma argumenti peccantem. Hanc Parmenidis, & Meliſſi ſententiam dicit, & reliqua, quæ prætereo, neq; enĩ referre omnia neceſſe eſt, ſic Ariſtoteles illorum inſcitiam redarguere, ſententiam'q; eorũ nulla ex parte probare uidetur. Verũ longe aliter res ſe habet, quod ut dilucidius aperiatur, repetendum paulo altius eſt, q̃d illi docere pollicerentur, & de ea re ſentirent, quam ſibi exponendam ſtatuerant, non illi naturalis diſciplinæ ſeſe profeſſores faciebant, nec de principiis, elementis'q; naturæ, eo loco docere propoſuerãt, ſed de uere ente intelligibili, & primo principio ſciſcitabant'. Quod ipſe quoq; Ariſtoteles ſignificare uidetur, principio ſtatim ſuorum uerborum, cum dicat. Neceſſe eſt, aut unũ principium eſſe, aut plura. & ſi unum, aut immobile, ut Parmenides ait, & Meliſſus, aut mobile, ut phyſicis placet, quaſi dicat, Parmenidẽ, & Meliſſum in phyſicis minime numerari. Et rurſus ad extremum, ita inquit. Ens eſſe unum, quod impoſibile ſit, apertũ iam eſt, at (ut phyſici dicũt) duplex eſt modus, recte quidem a phyſicis eos ſeparat Ariſtoteles. non enim phyſici erãt, nec de principiis phyſicis, hoc eſt naturalibus, ſed diuinis, & intelligibilibus differebant, quinetiã iis libris, quos de eiſdem rebus ſcripſit, & metaphyſica, hoc eſt ſupernaturalia appellat, non ita eos inſanos facit, ut inter ignẽ, & aquã nequaq̃ diſcrimen eẽ cognouerint, ímo uero in libro de

generatione, & corruptione, tam ipſe, q̃ eius expoſitores referũt Parmenidem in eo uolumine, quod de opinabili ratione inſcripſit, quia uidelicet res ſenſibiles, & opinabiles in eo tractãtur, ignem, ac terram principium rerum omnium ſtatuiſſe. In eo autem, qui de ueritate inſcribitur, ubi de intelligibilibus, & diuinis tractat, in qbus ſolis, ueritas certa præcipua' q̃ cõſiſtit, unũ oĩa eſſe, dictum ab illo fatentur, tum etiã alibi idem Ariſtoteles plus tribuere Parmenidi uidetur, q̃ rerum naturalium ratio patiatur, ſiquidẽ ita inquit. Parmenides itaq; aliò uidetur ſpectare, qua ſi dicat, non rem naturalem Parmenidis tractat, cum unum eſſe omnia aſſerit, ſed aliud quidẽ intelligere uidetur, quomodo enim Ariſtoteles ignorare illos exiſtimaret, tam uariã, atq; multiplicem rerum formam, aut ſaltem illud ſe duos pedes habere. Cum itaq; uiri illi de rebus intelligibilibus, ac diuinis, & de primo principio, uere' q̃ ente agerent, his uerbis utebantur, unum eſſe ens ipſum, id' q̃ immobile, & infinitum, & reliqua, quæ huic ſententię conueniunt, in qua re, cum alios plerosq; uetuſtiores ſecuti ſunt, tum in primis Xenophanem dictiſſimum uirum, qui præceptor Parmenidis fuerat. Cõuenit enim inter Xenophanẽ, atq; Parmenidẽ ens ipſum unum, atq; finitum eſſe, ea ratione, q; unum, prius, q̃ multa eſſe, neceſſe ſit, & qd' cæteris omnibus cauſa eſt, ut determinentur, & finiantur, id finitate magis, q̃ infinitate deſcribi debeat, tum etiam, quia quod omni ex parte perfectum, abſolutum' q̃ eſt, ſuumq; præcipuum obtinet finẽ, id finitum, & finem, ac principium omnium eſſe oporteat. quod enim imperfectum, & indigens eſt, id non dum finem recepiſſe dicendum eſt. Verum in eo inuicem diſſident, quod ad motus priuationem pertinet. Xenophanes enim in eo, quod motu ita priuatur, ut nunq̃ moueri poſſit, quietem etiam eſſe merito negat, quod Plato etiam facere uidetur in prima Parmenidis poſitione. At Parmenides cum carmine ſcriberet, morem ſecutus eſt uulgatiorem, & quia quæ manent, nequaq̃ moueri perſpicuum eſt, idcirco cũ ens ipſum immobile uellet ſignificare, manere dixit. Melius idem ens infinitum aſſeruit, quia eius ſubſtantia immenſa eſt, & uirtus infinita, Ingenitum etiam eadem ratione dixit, in cæteris cum ſupradictis conſentit. Hoc modo ipſi quoq; inter ſeſe, cum ſententia minime diſcrepent, uſu tamen quodam uerborum contraria dicere uidentur. Afferam uerba ipſa Meliſſi, quibus unius entis infinitudinem per ingenti rationem demonſtrat. Cum igitur, inquit, non genitum ſit, ſemper, & erat, & eſt, et erit, nec principium habet, aut finem, ſed infinitum omnino eſt. Nam ſi genitum eſſet principium certe haberet, incepiſſet enim aliquando gigni. finem etiam haberet, deſineret etiam aliquãdo eſſe. Cum itaq; nec inceperit, nec deſierit, ſemper' q̃ fuerit, futurum' q̃ ſit, ſequit', ut neq; principiũ habeat, neq; finem, proinde' q̃ infinitum ſit. ſic Meliſſus, quia ens ipſum, unum principio, ac fine temporis caret, ſemper' q̃ eſt, infinitum eſſe aſſeuerauit, Quod à Parmenide quoq; probari uidetur, quatenus ad hanc pertinet rationem, nec infinitum ſolum, ſed ingenitum etiam, & incorruptibile dicitur, iiſdem fere Meliſſi uerbis, niſi quod hic uerſibus ſcribit, in quibus translatio ſæpe uocabulorum concedi ſolet. Ita enim inquit.

Ingenitum quando eſt, ſit & immortale neceſſe,
Vnigenum, immotum, immenſum ſine fine, perenne,
Quod nec erat, nec erit, totum nunc eſſe fatendum eſt.
Vnum, continuum, nam quem eius dixeris ortum?
Aut quo tandem? aut unde? nec ex non ente putandum eſt.
Nec dici ore poteſt, noſtra nec mente reuolui,
Quod nihil eſt. Nam quid poſt ipſum fecit oriri,
Aut prius? entis enim non ſunt primordia primi.
Nunq̃ ergo, aut ſemper de quo nunc dicimus, ens eſt,
Ex nihilo' q̃ nihil fieri ſententia perſtat.
Ergo ortus nullus. nec erit poſt ſęcula finis.
Ita Parmenides ens ipſum unum, ingenitum, incorruptibile, infinitum, immobile ſtatuit, finitum autem his uerſibus exprimit.
Eſt & idem, per ſe' q̃ manens ens ſemper eodem.
Immotum, fixum' q̃ ſimul, uis magna neceſſi,
Implicat hoc circum` ſummo quoq; fine coercet.
Quod ſi fine uacet, nequaq̃ dicimus eſſe.
Siquid nanq; deeſt, opus eſt ens omne deeſſe.
Nam ſi ens ipſum eſt, nec non ens, nihil deſyderat, nullo' q̃ eget, nullo autem egens, perfectum eſt, perfectum quod eſt finem habet. nõ itaq; infinitum eſt. quod enim finem habet, terminum, atq; exitum

atq; exitum habeat, neceſſe eſt. Quo fit, ut nulla, in eorũ ſentẽtiis controuerſia ſit, ubi eadem de re ab eis diſſeritur, Quãuis autem apertum iam eſt, per ea, quæ dicta ſunt, non de rebus ſenſibilibus, & principiis, aut elementis naturæ, ſed de ente itelligibili, abſtracto ab omni materia, & primo, uere' q̃ ente, quam formam primam appellare poſſumus, illos diſſeruiſſe, tamẽ, ut id etiam lõge manifeſtius eluceſat, quid Parmenides ipſe poſt ea, quæ dicta ſunt, adiunxerit, audite.

Hactenus, & ueri mentem, intemerata' q̃ uerba,
Nunc res mortales, carmen quoq; ſumite fallax.

Veram ſententiam, & rationem, uſum' q̃ ſermonis intemeratum hic dicit eum, quem de ente intelligibili, & uere ente quiſquam habeat. Senſus autem, & opiniones mortales, & ſermonem fallacem rebus naturalibus tribuit, non quod in entis intelligibilis etiam conſyderatione falli, decipi' q̃ homo nõ poſſit, ſed quia ens ipſum ſua natura ẽ, certiſſimę, firmiſſimę' q̃ rationis. Res enim naturales, quoniam ſub ſenſum cadunt, & fluxæ, atq; mutabiles ſunt, opinione potius cõprehendi, q̃ ſcientia dicuntur. Scientia enim eſt cognitio certa, & immutabilis, quam habere in rebus, quæ ſenſu percipiuntur non poſſumus, ſed decipi, falli, errare, ut Parmenides inquit, neceſſe eſt. quemadmodum etiam Plato, ea, quæ ſemper ſunt, nec unq̃ gignuntur mente, inquit, percipi poſſe, ac certa ratione cognoſci. Contra uero, quæ ſemper gignũtur, nec unq̃ ſunt, hæc opinione cum ſenſu rationis experte comprehendi. Affert deiceps Parmenides principia, ſiue elementa rerum, primam' q̃ oppoſitionem ipſe quoq; exponit, quam ſuo uerſu flammam, & noctem appellat, quaſi lumen, & tenebras. Rarum etiam, & denſum, aut leue, & graue, aut idẽ, & diuerſum, & oĩno oppoſita dicit, quæ omnia proculdubio ad priuationem, & habitum referuntur. Nec formæ, aut materiæ nomen ignorare uidetur, quanq̃ uocabuli diuerticulo utitur, uel carminis gratia, uel ut ſuperiorum philoſophorum cõſuetudinem ſeruaret, niſi, quod reor, illi etiam uerſu philoſophiæ præcepta tradiderint. Ita enim ſcribere uetuſtiores illi ſolebant, & primum Pherecydem, ſoluta oratione uſum legimus. Verũ animaduertite, quæ deinceps duobus ſuperioribus uerſibus addidit.

Principio duplicem ſtatuerunt dicere formam,
Altera ſed minus eſt tali cognomine digna,
Quod ſimulans uerum, fallit mortalia corda,
Has contra aduerſo poſuerunt ordine metas.
Hic flammam ætheriam ſtatuunt, raram' q̃, leuemq̃.
Ipſa ſui ſimilis, ſemper' q̃ ſibi undiq; conſtat
Illic obſcuram, aduerſantem' q̃ undiq; noctem,
Incomptam, humentem, gelidam, denſam' q̃, grauemq̃.

Hæc de principiis rerum naturalium Parmenides refert. Ens autem illud intelligibile, & uere, ac proprie ens, quod unum non ſolum ipſe, ſed etiam uetuſtiores philoſophi, & ponunt, & nominant, quando unum ſolum' q̃ opinatur, non ſine cauſa, immobile eſſe affirmat. Ita.n. inquit.

Immotum, ualidis iniecta in finibus arcet
Vincula, principii' q̃ expers, finis' q̃ futuri.
Hinc etenim longe, finis' q̃, ortus' q̃ recedunt,
Vera fides hæc eſt, nec hoc qui credit aberrat.

Et cauſam, quare immobile ſit, reddens, ea dicit, quæ ſimul, & finitũ, & ĩmobile eẽ demõſtrãt,

Immotum, inquit, fixum' q̃ manet, uis magna neceſſi, Implicat hoc circũ, ſummo quoq; fine coercet, Et reliqua, quę ſequunt'. Ita enim exiſtimat, cũ nõ ens oĩbus careat, ens nullo careat, ſed pfectũ, abſolutũ' q̃ ſit. qd' aũt mouetur, ea re careat, cuius gratia mouetur, neceſſario ſequi, ut ens ĩmobile ſit. quod Meliſſo quoq; placere uidetur, cum eo medio, quod nihil uacuũ, atq; inane ſit, ĩmobilitatẽ entis conat' demõſtrare. Eius uerba hæc ſunt. Nec uacuũ ullũ eſt, qppe uacuũ, nihil eſt. ergo qd' nihil eſt, eẽ nõ põt, nec uero moueri ens põt. Quo enim fieri poſſet cũ nihil ſit, præter ens ipſum. Nam ſi uacuũ foret quicquam, iretur ad uacuum. Sed quoniã nihil eſt, quod uacuum dicitur, ideo uno ente omnia complentur, & quo ens ipſum moueri queat, cum plenum ſit, nihil eſt. Quinetiam cum nullo omnino motu, ens mutabile omne oſtẽderet, unum, inquit, & idem ſibi ſemper ſimile eſt. Quod autem ſibi ſimile hoc modo eſt, nunquã uel perire, uel augeri, uel dolere, uel alia huiuſmodi mutatione affici poteſt. Nam ſiquo huiuſmodi motu afficeretur, eſſe non poſſet. quod enim motu quouis mouetur, id de altero in alterum mutari neceſſe eſt. At nihil eſt, prẽter ens ipſum, ergo ens ipſum ĩmobile eſt. Sic igitur uiri illi locuti fuere, quos Ariſtoteles falſa ſenſiſſe, nec ratione quicquam ſcripſiſſe criminatur. Sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

magis, inquit, Meliſſi ratio importuna eſt, & nullam dubitationem habet. Vos iam quid Meliſſus, & quemadmodum dixerit, intellexiſtis, facileq; iudicare poteſtis, an importune aliquid, & temere, uel ille, uel Parmenides diſputarit, & ſenſerit. Diſſerunt illi quidē de ipſo ente ſimpliciter, & forma prima immateriali, intelligibili, æterna, quæ omnem phyſici conſyderationē excedit, ſentiuntq; ea, quæ nemo theologus negare auderet, & ea probant argumentis, debita forma diſpoſitis. Verūtamē ab Ariſtotele, quaſi nihil recte uel ſenſerint uel ſcripſerint, reprehēduntur, & quę illi de diuinis rebus locuti ſunt, quaſi de naturalibus dicta eſſent, a` phyſica ratione propulſantur. Quod utrum honeſtius diſtinguendo, quàm reprehendendo fieri potuiſſet, non equidem quæro. Sed cum ita Ariſtoteles uoluerit, reprehenſio eius pro diſtinctione potius, q̄ pro nota inſcitiæ doctiſſimorum uirorum accipienda eſt. Cæterum, qa cauſam hanc apud iudices agimus, ne egiſſe protinus ſine teſtibus uideamur, citetur Theophraſtus, alter Ariſtoteles. hic Xenophanem, quem Parmenides audiuit, atq; ſecutus eſt, nequaq̄ inter phyſicos numerandum, ſed alio loco conſtituendum cenſet. Nomine, inquit, unius, & uniuerſi Deum Xenophanes appellauit, quod unum, ingenitum, immobile, æternum dixit. ad hæc aliquo quidem modo, neq; infinitum, neq; finitum, alio uero modo etiam finitum, tum etiam cōglobatum, diuerſa ſcilicet notitię ratione, mentem etiam uniuerſam hoc idē eſſe affirmauit, nec uero Theophraſtus ſolus hæc dicit, ſed Nicolaus quoq; Damaſcenus, & Alexander Aphrodiſienſis eadē de Xenophane referunt, opusq; Meliſſi de ente, & natura inſcriptū dicūt, Parmenidis de ueritate, & opinatione. quod ſi hęc illi, quis Ariſtotelem hæc eadem cognita, perſpectaq; habuiſſe non credat? ſed uoluit, ut ſupradictum eſt, auditoribus ſuis conſulere, ne forte diuinarum rerū diſciplinam, ad naturalium conſyderationem imprudenter transferrēt. Itaq; diſſimulat uerbis in phyſicis, quæ duodecimo diuinarum rerū libro de primo principio aperte fatetur, cum unū immobile æternum eſſe dicat, & uerſu Homeri, ne Parmenidis carmen uſurparet, opinionem iandudum apud omnes probatam confirmet. Ita enīm Homerus inquit.

» Res mala, multiplici terras ditione teneri.
» Eſto unus princeps, populos cui pace regendos,
» Iuſtitiaq; dedit magni regnator olympi.

Epilogus libri ſecundi. Caput XII.

h Abetis iam, quod & ipſe pollicitus fui, & fidem ampliſſime facit non ita accipiendas eſſe in quoſcunq; Ariſtotelis reprehenſiones, ut uerba ipſa præferre uident, ſed multos iure optimo defendi poſſe. Quo in loco, cū Parmenidē, & Meliſſum, tum in primis Platonem conſtituendum arbitror, cuius dūtaxat gratia, ea mihi in mentem uenerunt, quæ de Parmenide, & Meliſſo ab Ariſtotele ſcripta in pręſentia commemoraui. Sed cum iam perſpicuum omnibus ſit, aduerſarium fruſtra operam, atq; oleum, ut aiūt, in reprehendenda Platonis diſciplina perdidiſſe, Platonemq; non modo doctiſſimum, & planè diuino ingenio prædituṁ, uerum etiam catholicæ fidei ueritati, quatenus gentili homini licuit, proximum fuiſſe, Iam ſecundi libri finem faciamus.

Beſſarionis

BESSARIONIS CARDINALIS NICENI, ET PATRIARCHAE CONSTANTINOPOLITANI IN CALVMNIATOREM PLATONIS LIBER TERTIVS.

Argumentis, quibus tanquam ex opinione Ariſtotelis uſus eſt aduerſarius, ſeparatim reſpondendum eſſe, idq; ſcholaſtico, & dialectico more faciendum ſepoſito omni ornatu, atq; artificio orationis. Caput primum.

p OST HAEC ALIO VOLVMINE COLLIGAM AD reſpondendum recte, aduerſarii argumēta omnia, quæ in Platonē affert, quaſi ex philoſophi Ariſtotelis opinione, quāquam hæc loco certe illorum habenda ſunt, quibus Ariſtoteles uir præclarus ne reſpondendum quidem & cenſet, & præcipit. Tam enim nulla in eis uis eſt, ut contemnenda potius, q̄ ad ſolutionem repetēda eſſe uideātur. ſed cum meum his in libris inſtitutum non id potiſſimum ſit, ut hominē hunc erraſſe oſtendam, quod efficì ſine ulla difficultate poteſt, ſed ut grauius aliquid, & philoſophādi ſtudio dignius afferam uiris noſtra ætate ſapientiæ ſtudioſis, quo eorum ingenia quamuis acuta, acutiora fortaſſis ad iudicandum reddantur, idcirco repetam argumenta illa, ut friuolis aduerſarii rationibus aliás reſponſum, utile pro uiribus reddam, ſyllogiſmosq; eius colligam, ex medio tumultu uerborum, quibus cum Platonem reprehendere ſtudeat, ſeipſum decipi, labi per ſummos errores declarat, quāq̄ colligi eos, atq; in aliquam redigi ſpeciem ratiocinandi, lōge difficilius, q̄ ſoluere eſt. Ita enim reprehenſor hic Platonis argumentatur, ut non quid dicat, intelligendum, ſed quid dicere uelit, uaticinandum omnino ſit. Sed ne hoc quidem laboris recuſo, modo hæc mea reſpondendi ratio, non nihil fructus hominibus ſcientiæ philoſophandi deditis afferat. Exponam igitur ſingulas eius rationes, ea figura, eo modo, quo ipſe afferri uelle uideatur, & ſingulis reſpondebo, nō aliter, q̄ ex more uulgaris diſputationis, ſcilicet omiſſo ſermone, ac omni præparādi, diſponendi, exornandiq; artificio, ut quiſq; meæ reſponſionis rationem accipere, & q̄ aperte argumēta aduerſarii refellantur, proſpicere facilius, & iudicare diligentius poſſit. Nec longius, q̄ neceſſarium ſit, progrediar, niſi in authorum probatiſſimorum teſtimoniis, quæ eo afferri copioſius debent, quo quid unuſquiſq; uir doctrina illuſtris eadē de re ſenſerit, audiuiſſe non modo plurimum iuuat, uerum etiam delectat. Nec uero numerum, aut ordinem capitum aduerſarii prætermittāt, ut ſi ubi nā quæq; ſcripſerit, minus meminit, locū audiat, & ut libitū eſt, ſua repetat.

Plures a` Platone conſtitui Deos eo ordine, ut ſecundus a` primo, tertius a` ſecundo, & reliqui deinceps procedant non modo conſentaneum eſſe naturæ, ſed etiam Ariſtotelis, & aliorū nobilium philoſophorum ſententia conſtare.

Auicennam affirmare a` prima intelligentia ſecundam dūtaxat prodire, illam uero producere tertiam.

Creaturam creare, duplici modo intelligi poſſe.

Omnia ſecundum Proclum a` prima cauſa produci, & primam cauſam ipſum bonū eſſe, & qc quid a` ſecundis producitur cauſis magis a` prima produci. Caput II.

c Apite ſuo primo libri ſecundi, plures dicit a` Platone ſtatui deos, quorum ſecūdus a` primo immediate, tertius a` ſecūdo, & reliqui ad hunc modum uſq; ad ultimum proceſſiſſent, atq; ob eam rem irridendum cenſet. Sed q̄ naturæ rationi ꝓſentanea hæc Platonis opinio de diis fuerit, cum reuelationis diuinæ adhuc tempus non eſſet, intelligere licet iudicio tum Ariſtotelis, & reliquorum nobilium philoſophorum, tum ſanctorum noſtræ religionis theologorum, qui & ipſi eadem quodāmodo admittunt, quæ Plato ſenſerit. Iam Auicēna (ſi phyſice loqui aduerſarius uelit) a` prima intelligentia ſecundam ſolū prodire aſſerit, ſecundam autem cum ad primam ſe cōuertens intelligit, producere tertiam, tū deinde eandem ſeipſam intelligendo, animam primi orbis creare, uidelicet ea naturæ ratione, qua authore Ariſtotele, ab uno ſimpliciq; principio, non niſi unum ꝓduci poteſt. Sic enim ille ſecundo de generatione, & corruptione libro edocuit, ſatisq; ſibi placere ſignificat, ut ſi intelligentiæ creatæ ſunt, ſecundā a` prima, & tertiā a` ſecunda creatam eſſe neceſſe ſit. Quod & Al-

bertus cognomine Magnus idem ſenſiſſe in octauo phyſicorum ſuorũ libro affirmat, quæ cum ita ab Ariſtotele inchoentur, ab Auicenna, & Alberto expreſſius ad creationis rationem accõmodentur, Aduerſarius, qui hanc Platonis de diis ſentẽtiam irridendã exiſtimat, planè ignorare uidetur, ordinem quem in creandis rebus natura ſibi proprium ſeruat. Si theologice potius agere uelit, ſciat irriſor huius opinionis doctores ſanctos, tametſi inter omnes cõuenit, oẽm creaturam ab uno principio immediate eſſe productam, tamen nõnullos admittere quodãmodo, ut creandi potentia creaturæ etiam poſſit communicari, atq; altera creatura producere alteram poſſit, licet non principaliter, ſed ratione inſtrumentali in primi uirtute. Patet hoc ſententia magiſtri ſententiarũ. IIII. C. quarti libri, & diui Thomæ Aqnatis, qui poſtea quãplura cõtra hunc illius locum argumentatus eſt, demum hac tuetur diſtinctione, Duplici modo intelligi poſſe creaturam creare. Aut enim ita, ut nihil præſupponatur ex parte agentis, hoc eſt, ut nihil aliud ſit prius ipſa creatura, quomodo impoſſibile eſſe creaturam creare ait, aut ita, ut nihil præſupponatur ex parte facti, hoc eſt, ut nulla materia antecedat, ex qua res creanda efficiatur, quomodo poſſibile eſſe potentiã creãdi cum creatura cõmunicari. Non enim ſequitur ex hoc, ut in creatura creante potentia ſit infinita, cum ſemper ipſa creatura agat in primi uirtute, ut miniſtra. Ita quod theologi noſtri diuinitus edocti poſſibile eſſe cõfirmant. Philoſophi, qui ratione tantum naturæ ducti, rerum omnium cauſam efficientem poſſuerant, confeſſi ſunt, cuius opinionis principem fuiſſe Platonem, cõmendandum profecto eſt, non ut aduerſarius ducit, irridẽdum, ſic Plato, & qui eum ſecuti ſunt, ſic Auicẽna, & pleriq; alii, quãuis pluribus tribuant creationem, tamen cuncta ad unum, idem'q; principium referunt, id'q; ſummũ, primum'q; omniũ initiũ & cauſam eſſe arbitrantur, omnia, inquit Proclus, ab una prima cauſa prodeunt. Rerum omnium principium, & prima cauſa ipſum bonum eſt, Omne quod a` ſecundis producitur cauſis, magis a` primis producitur, quæ & magis cauſæ ſunt, & ſecundarum ipſarum cauſarum productrices, ſed hic aduerſarius, quæ a` grauiſſimis philoſophis, tam uehementer probantur, cum irriſione reprehendit.

Poſitionem Platonis de primo deo non uerbis tantum contineri, ut aduerſarius ait, ſed re ipſa conſtare, confirmari'q; ratione, & ſanctorum authoritate. Caput III.

a Ddit poſitionem Platonis de primo Deo in uerbis tantũmodo contineri, nec plus quicq̃ ſignificari, q̃ figmẽtũ, uerbalem'q; eam uocat. Ad quem eius locum, & ſi ſatis ſecundo pro Platone uolumine reſpondi, tum ex uerbis eiuſdem Platonis, tum etiã ex doctorum ſanctorum ſententia, tamen & Auguſtinum, & Thomam uiros ſapiẽtiſſimos, eoſdem'q; ſanctiſſimos adiiciendos putaui, ut latius teſtimonio piiſſimi ordinis, non uerbalem, ſed perquãrealem poſitionem illam Platonis eſſe conſtaret. Affert ſanè Auguſtinus libro de ciuitate Dei octauo eaſdem, quas Plato, rationes ad oſtendẽdum illud primum, quod aduerſarius nihil, præterq̃ uerbum exiſtimat. Thomas uero exponens librum diui Dionyſii de diuiuis nominibus, ſcribit de Platonis opinione hæc. Conſyderandum difficultatem eſſe in libris Dionyſii propter multa, ſed maxime quia utitur modo loquendi, quo Platonici uſi ſunt, q̃ apud iuniores conſuetus non eſt. Cum enim illi reducere uellent omnia compoſita, & materialia in ſimplicia, & immaterialia, principia, poſuerũt ſpecies ſeparatas, unde hominem ſingularem ſenſibilem non eſſe ipſum hominem, ſed participatione illius primi hominis ſeparati ſingularem hunc eſſe dicebant, quod ut in ſpeciebus ponebat, ita etiam in maxime communibus unum primum, quod eſſet ipſa eſſentia bonitatis, unitatis, & eſſe, quod deũ dicimus ponẽdum cenſebant, a` quo omnia per deriuationem bona dicerentur, unde illud primum nominabant ipſum bonũ, Quæ Platonicorum opinio non conſonat ueritati, aut fidei, quantum ad hoc, q̃d de ſpeciebus naturaliter ſeparatis ſtatuit, ſed quantum ad id, quod de primo principio dicebãt ueriſſima eſt, & fidei chriſtianæ conſona. Hanc a` ſummis theologis approbatã opinionem, hic uerbalem appellat, nec ſolum remotiſſimã eſſe a` chriſtiana doctrina, cõtra doctorẽ ſanctiſſimũ Thomam dicere audet, uerum & nihil eſſe omnino arbitratur.

Cultum latriæ, quem Plato ſtatuiſſe uidetur, ſuis diis etiam ab Ariſtotele probari, quãquã neuter ſua opinione id fecerit, ſed uſu cõmuni.

Latriæ nomen in uſum ſpecialem diuini cultus fideles tranſtuliſſe, cum apud gentiles non religionem, ſed durius quoddam ſeruitutis genus ſignificaret.

Multa uocabula

Multa uocabula alioquin cõmunia, a` noſtris ad aliquem ſpecialem uſum eſſe translata.

Ideo morti addictum Socratem, quia cõmunem religionem negligere putabatur.

Ariſtotelem mortuo Socrate, in Macedoniam migraſſe, ne illis bis in philoſophiam peccandi occaſionem præberet. Caput IIII.

d Icit præterea cultum, quem Deo ſoli, & principio primo attribuimus, quem latriã theologi noſtri uocauerũt, diis creatis, & creaturę tribui a` Platone, cum huiuſmodi diis ſacrificia ſtatuat. Ab Ariſtotele uero nihil tale eſſe ſcriptum cõtendit, nec uidet crimen hoc idem cõmune illis eſſe hominibus oĩbus, quos gentiles uocamus. omnes enim illi diis ſuis ſacrificandum cenſebant, Ex quo cultu uetus ſacrarum literarum ritus reuocans gentes hortatur, necui, niſi uni uero deo, ſacrificent, illi ſeruiant ſoli, illum unum adorent, a` quo nos poſtea Chriſti felici nomine nũcupati, latriæ nomen in uſum ſpecialem translatum accepimus, cum apud gentes, non religionem, ſed ſeruitutis genus quoddam obſtrictius ſignificaret, quod uel hominibus notæ ſuperioris ab inferioribus exhiberetur. quomodo & multa alia uerba translata a` noſtris in alio uſu, ſiue uno, ſiue pręcipuo remanſerũt. Iam Dei nomẽ, & angelis, & ſanctis apud illos tribuebatur. Angeli homini cuilibet nũtio, Apoſtoli claſſi, ſancti uiro cuiq; uirtute, pietate'q; antecellenti, Eccleſiæ conuentui populi, Euangelii, nuntio felici, crucis uallo martyris teſti. Adde duliam, hyperduliam, quæ nos alio modo, q̃ illi accipimus. Longum eſt omnia enumerare, quæ noſtri ad alium uſum tranſtulerunt. Quod ideo ſubiicere uolui, ut nomen ſacrificii, & latriæ, quã Platoni aduerſarius obiicit, non idem hoc tẽpore apud nos, atq; olim apud ueteres illos ſignificare conſtaret. Etenim illis in religione fuit ſacrificium Diis ſuis facere omnibus, ſiue (ut Porphyrius ait) geniis reddere, nobis uero latriã, niſi deo uni reddere fas non eſt. Itaq; quod modo dixi, Plato ex uſu ſuæ ætatis uſque a` Zamolxide, & Orpheo incepto, agit de ſacrificiis, & quod in religionis cærimonia temporibus illis conſuetum erat, ſeruandum cenſet, quanquã ipſe remotius a` uulgari intelligentia ſentiens ad ſummũ, primum'q; omnium principium referebãt eum cultum, quem multis, ac uariis numinibus uulgo diſponeret. Quod ſi ſcrutari diligentius uelimus ea, quæ ille de ſacrificiis, & huiuſmodi cultu deorum ſcripſerit, uidebitur certe, non ex ſuo iudicio ſanguine coli præcipere deum, ſed ex uſu uulgari, & conſuetudine longæ ætatis coactus ſic agere ne ſolitam religionem tollere uideatur, quod idem quoque Ariſtotelem feciſſe apertum eſt. Nam quid ipſe Plato hac de re ſenſerit, explicat ſatis, cum in Epinomide dicat. Ita diis ſummum exhibemus honorem, ſi ea de illis ſentimus, quę optima, recta'q; habeantur. Et Porphyrius in ſecũdo de abſtinẽtia animatorum.

» Colamus, inquit, deum ſilentio puro, religione, puris, ueris'q; de eo opiniõibus, aſſimulari'q; ei
» atq; coniungi conemur, uitæ'q; noſtræ ſanctimoniam pro ſacrificio offerre, id'q; deo ſacrum ac
» cõmodare. Non ergo ille ſua ſententia Diis honorem ſanguine, nidore'q; uituli deſcribit, ſed uerbis aliis idem ſignificat, quod noſtræ ſacroſanctæ literæ cenſent, ſpiritum eſſe deum, & ſpirĩtu, ueritate'q; eum adorari oportere. Quod & Ariſtotelem probaſſe nõ equidem negem. uerũ ille quoq; ut modo dixi, cedens uulgi opinioni, ſacrificia diis, & huiuſmodi latriam decernit. quãquam aduerſarius nuſquam aliquid tale dixiſſe Ariſtotelem putat, ſcilicet per inſcitiã quibuſnam de rebus philoſophus ille ſuis in libris politicis tractet. Iubet ille profecto` his in libris, condi templa diis, atq; heroibus cõſtitui ſacerdotes, & ſacræ pecuniæ quæſtores adhiberi ſacrificia, & ritũ ſeruari paternę religionis, nec diſcedere ullo pacto ab errore ſuæ ætatis audet, quãdo etiam animabus hominum latriã ſtatuit, iam etiam uti hoc nomine licet, quæ deo immortali uni attribuenda eſt. Heroes enim, quibus ſacrificandum cenſet, homines erãt, qui excellẽti quadam uirtute noti, e` uita abiiſſent. Sed enim ita agere libuit, ne plebiſcito ĩterimereť, ut Socrates communis præceptor pauloante mortem obiit, quoniam religionem uulgarem negligere putaretur. Erat quidem longe laudabilius aperte confiteri, quæ recte ſenſerint, mortem'q; pati ob ueritatem, uerum hoc tantum noſtri potuerunt, illi Socratem Sophroniſci filium præceptorem ſibi habuerunt, a` quo exempla uirtutis humanæ caperent, non Chriſtum patre Deo immortali natum, qui ſuo diuino munere profeſſores ſuæ ueritatis redderet firmiores longe, q̃ natura humana pateretur. Ergo non mirum, ſi Ariſtoteles, Socrate enecto, in Macedoniã abiit, uocatus'q; ab Athenienſibus, nolle ſe dixit præbere illis occaſionem, ut bis in philoſophiã peccarent. Non mirum ſi Plato ſe in Italiam, & Siciliam contulit, euitans ſuoꝝ hominum in philoſophos iniquitatem, ægre'q; ferens uulgi opinionem. Ita illi melius de cultu diuino ſenſerunt, q̃ ſcripſerint, atq; aliter quã probarent, uulgo aſſentiri coacti ſunt, q; ſiquis eos reprehẽdit, q; la

triam Deo tribuendam, creaturis dederint, quanq̃ sentirent, non minus requirit, q̃ nostri fecerint martyres, cum nos ne christianos quidem illos, ne dum sanctos fuisse fateamur.

Platonem sub nomine Iouis unum, & primum Deum coluisse.

Iouem enim Optimum, Maximum, & patrem deorum omnium ueteres dixerunt.

Authoritate Pythagoræ, & Varronis, illum Iouem colere, qui unum Deum solum sine simulachro colit. Caput. V.

Sed aduersarius lõgius a' furore ꝓgrediẽs, Platonẽ primũ, de quo docuerat, Deũ coluisse omnino negat. Cum enim inquit, cultus latriæ in sacrificio maxime consistat, Plato uero nusquã inueniatur iussisse primo principio sacrificandũ esse. nisi cæteris diis citra primum, constat eum non colere primum Deum, quo etiam in loco hominis inconstantia patet. Cum enim pauloante Platonem dixerit omnibus diis sacrificandũ censuisse, mox primum Deum neglectum ab eodem esse criminatur, & ipsum dicit, non eum coluisse Deum, quem primum, quem summũ, quem ineffabilem prædicauerat, respondeo, & si non sub hoc nomine primi, aut unius, coli primum Deum a' Platone scriptum est, quoniam nulgus, cui leges ferebat non eiusmodi nomina sibi cognita, familiaria'q; haberet, tamen cum in libro. VIII. de legigus dies festos duodecim, & cerimonias cõstituat diis numero duodecí, quorum primus Iupiter est, nemini dubium esse debet, quin idem Iupiter in præceptis publicis sit, quod in priuatis philosophiæ disputationibus, unum, & primum esse bonũ ab eodem docebatur. Egit itaq; nomine Iouis cognito oĩbus de primo illo, & uno. Iouem enim optimum maximum, & patrem deorum omnium ueteres illi & appellarunt uulgo, & in primis obseruãdum instituerunt. Nec omittere nomẽ hoc debuit, q uulgo de diis colẽdis p̃ciperet. Facile enim per noís primi, aut unius insolentiã incideret í suspicionem uulgi, quasi Deũ alium p̃ter paternos quendam afferret, & nouam religionem conderet, quod & ipse Plato, & discipulus Aristoteles in suis ciuilibus institutis semper cauit, & suã opinionem, quoad tutius posset, operuit. Appellat inquã Plato, in usu ciuili, sermone'q; plubico, primum illud, aut unũ, & ineffabile implicite sub noíe Iouis, quod si græce dicis, ut ille locutus est, id significatur, q; uitam in se contineat, & cæteris oĩbus p̃stet. Quo noíne nihil aptius Deo Summo & Optimo attribui potest. quãdo nos quoq; uitam esse in Deo dicimus, & quicqd creatum est, uitã in illo fuisse, & uiuere nihil posse sine Dei semp uiuentis uiuificatione. Nec uero cæteros Deos eisdem noíbus obseruandos tradit, qbus cõsueuerat de eoꝝ natura disputare, sed, ut uulgus appellare solebat, ita nominat, hoc est Mineruam, Mercuriũ. Saturnũ. Neptunum, Iunonem, Vulcanũ, Apollinem, & reliquos ad hũc modũ, licet ueteres illi doctores, hæc rõne rerum uel diuinarũ, uel naturalium interpretarent', atq; ut Iouis noíe rationem unius, aut primi intelligebant, sic Mineruã ad sapiẽtiam, Mercuriũ ad rationem, Saturnũ ad æternitatẽm, Neptunũ ad formam, Iunonẽ ad materiam, Venerẽ ad naturam, Apollinẽ ad solem, Pana ad uniuersi mundi rõnem referebãt. Attamen cũ de eorum obseruantia apud populũ ageret, non sapientiã, aut rõnem, aut æternitatem, aut formã, aut materiam, aut naturã, colito dicebat. Sed Mineruã, Mercurium, Saturnũ, Neptunum, Iunonẽ, & reliqua ex usu uulgari, nã nisi ita nuncuparet, facile nouæ religionis argueret', quod Atheniẽses καινὸν δαιμόνιον dicebant, & capite puniret'. Stultus præterea esset, qui cũ leges populo ferret, & religionẽ probaret, quæ morũ bonorum custos est, nõ his uteretꝰ noíbꝰ, quæ multitudini ueneranda essent, sed qbus aíos hoíum ad cõtemnẽdã religionem íduceret. Quis q̃so Plutonem, Proserpinã, Cererem obseruaret, si non his noíbus sacra eorum acciperet, sed terræ, frugum'q; rõne moneretur? scilicet mulierculæ illæ atticæ, raptũ Prosepinæ lugerẽt, pectora tunderent, genas raderent, si Proserpinã rapi a' Plutone, nõ aliud esse audiuissent, nisi granum frumenti excipi in terra, idem'q; occatum repeti ab agricola cum labore. Arcana hæc apud sapientes illius ętatis erant, nec uulgo apperienda, Quod si hæc non alio modo dicere debuit, q̃ uulgo noíarentur, quanq̃ ut fecit, integrius, q̃ uulgus intelligere debuit, cur non sub Iouis etiam noíe primum, aut unũ illud, & causam oĩum ineffabilem coli debuit admonere, quã ipse aliter appellaret, quã populus? Tradidit certe ille multitudini pſanæ, & imperitæ primum Deum colendũ, ut eam ipsam audire decebat, & colere. Ipse autẽ non tẽplo, non signo, nõ immolato uitulo, sed, ut uerbis ipsius optime utar, sentiendo ea, quæ optima, recta'q; haberẽt', hoc est ueritate, & spiritu idẽ coluit, idem'q; egit sibi, q; tricẽtesimo fere' anno post a' Marco Varrone ciui Romano uiro doctissimo scriptum apud diuum Augustinum legimus, ut cum Deum sine simulachro

ne simulachro coleret, Iouẽ coleret. Illi, inquit, Iouem colunt, qui unũ Deũ solum sine simulachro colunt, sed alio nomine nuncupatũ. Vnde nimiꝰ est, q; Numa quoq; Pompilius, qui primus apud Romanos deoꝝ cultũ condidit, a' Dionysio Halicarnasensi traditur templa condisse, sed nullũ in iis signum censuisse constituendũ. Cũ enim, inquit, Pythagoræ doctrinam probaret, & omni ex parte illius opinionẽ philosophi sequeretur, idcirco Deum specie, formaue oĩno uacare arbitrabatur. Sacrificiis uero non ex materia concretis, sed intellectu capiendis gaudere Deũ asseuerabat. In hanc sententiã illud quoq; a' Porphyrio profecto' scriptũ est in libro secundo de abstinentia animatoꝝ. Sacrificemus, inquit, ergo nos etiam, sed, ut conuenit, Deo quidem Summo, & primo, ut quidã uir doctus censuit, nihil uel immolando, uel suffiendo, uel noíando. Nulla res enim materialis, non ilico impura sit excreto illi, immateriali'q; numini, quod in eodẽ quoq; repetit, & plane' confirmat idem author. Vbi sacrificia facta ex sanguine, non diis, sed geniis reddi censuisse eos, qui potestates uniuersi perceperãt. Scribit & alio loco idẽ author, Sanguinem diis non placere ullo pacto declarans, hæc dicens. Quanquã uetes non ita agendũ censuerant, sed frugibus numina coli uoluerunt, in quibus natura, omnis'q; sensus integer delectaret', huiusce rei argumentũ, uel ex more aræ Deliacæ adducere licet. Nullum enim animal illic immolatur, atq; ob eam rem ara pia est nuncupata. In templo quoq; Epidaurico ita inscriptum esse refert.

Castus sit templi quisquis pia limina adibit,
Est castus quisquis relligiosa sapit.

Quæ omnia satis dilucide explicare uidentur, 'qualis nam de his Platonis opinio fuerit, siue de uulgari, & ciuili deorum cultu, siue de uera, & certa philosophiæ, atque philosophantium sententia quærere uolueris. Ex quo loco intelligi potest, aduersarium nulla ductum ratione, hæc in Platonẽ effudisse. Quã enim recte Plato de unitate diuina, & principio primo senserit, satis uolumine secundo exposuisse me arbitror, numerum uero deorum, & uaria numina, quæ ex more uulgari, tum ab eo, tum ab Aristotele ad usum ciuilẽ afferuntur, uulgo erant necessario concedenda, quod q̃ inuitus fecerit Plato, licet intelligere ex ipsa eius breuitate sermonis, qua in libro octauo de legibus, cũ de sacrificiis ageret, usus est. Qui enim cætera omnia copiosissime explicauit, hunc unum locum, tam paucis uerbis perstrinxit, ut coactus sequi uulgi opinionem plane' uideretur. In Epinomide etiam parendum esse legi paternæ ad usum sacrificandi ait solum, quasi non ipse sit, qui sponte hæc statuat. Ita nos, cum uera pro Platone respondeamus, Aristotelem etiam defendimus. quem aduersarius cum Platoni præferre studeat, ita detrahit illi, ut uituperare hunc plane' uideatur.

Falsum esse, & sane' impium, quod aduersarius asserit Platoni, qa secundos, & tertios coluit deos, serpẽtes ẽt, & alia mõstra colere debuisse, cũ quæuis creatura in ĩfinitũ distet a' creatore.

Creaturarum ad creatorem respectus bifariam intelligi posse.

Deum non quatenus infinitæ simpliciter potentiæ est creare, sed quatenus sua potentia commensuratur rei creandæ.

Non ratione simpliciter infiniti, sed termini sui creaturam unam ab altera magis, aut minus a' suo creatore distare. Caput VI.

Sed quid deinde? Cum Plato, inquit, secundos, & tertios coleret deos, cõsequenter etiam serpẽtes, & alia monstra colere debebat. Cũ. n. q̃libet creatura in infinitũ distet a' creatore, & ideo æq̃liter. Vnũ. n. infinitum nõ est altero maius. Si una creatura esset adoranda, eadẽ rõne & alia. Quid dicã de doctrina huius hoís? q sophisma te, qd' exercitationis causa in scholis afferũt, ipse sibi uelut demõstratione potissima psuaserit, nullã creaturã differre ab altera, sed oẽs æque sua ex parte distare a' creatore in infinitũ, atq; ita studiosius ad hoíum utilitatẽ, ut ipse dicit, disputans, Platonẽ putat ob eã potissimũ rõnem serpentes etiã colere debuisse, qa quæuis creatura distet a' creatore in ĩfinitũ. Prorsus hæc eius opinio non solũ aduersus Platonẽ, uerum ẽt contra sacrosanctæ eccleſiæ rationẽ, & usum tendit, quæ diuinos angelos, q̃uis creatos, uenerat', atq; obseruat, serpẽtes autẽ odit, atq; execrat', ut bestiam ueneratã, & ministram, ueteris in genus humanũ fraudis. Quamobrẽ eo libẽtius respondebo, quo Dei immortalis, non minus, q̃ Platonis causam agam. Creaturaꝝ ad creatorẽ respectus bifariam intelligi põt. Aut. n. ut ad ens infinitum, aut, ut ad ens cæteris pfectius oĩbus ad summũ. Quod si, ut ad ens infinitũ refers, æque oẽs creaturę distant a' creatore in infinitũ. Sed

si, ut ad pfectius, quoniam qua pfectius est, non protēdat infiniti rationē, nihil obstat, ne creaturæ pro sua uaria conditione, aliæ aliis similiores Deo, ppiores q̄ habeant. Cōfirmari hæc ratio posse uidetur, uel creatoris ad creaturā proportione, nō enim qua simpliciter infinitæ potētiæ Deus est, creat, sic.n. infinitum crearet, non finitum, sed qua sua potētia cōmensurat rei creandæ, agit producendo, ita creator est. Quod si respectu eius, altera creatura cū altera conferenda est, non ratione simpliciter infiniti referendū, sed ut creatorem cōmēsurate, sic & creaturas uarie determinari intelligendum est. Dici enim potest, non rōne simpliciter infiniti, sed termini sui, creaturā alteram plus altera, aut minus distare a' suo ſinito creatore. Sed quoniā de re theologica agitur, placet in primis afferre ea, quæ a' diuo Thoma de hac re scripta sunt, ut si prædicta ratio authoritate illius affirmet, ualeat. Sin minus, omissis cæteris oībus, unus ipse sufficiat. Verba eius ex quarto sniaꝝ. q. V. hæc sunt. In creatione non ita est, ut cum aliquis facit ex simpliciter non ente, quia non ens, purum nō est per se terminus creationis, sed p accidēs se habet ad eam, dicitur enim aliquid fieri ex non ente, uelut post nō ens. Vnde creator non habet quātitatē ex distantia non entis ad ens, sed ab ente, qd' causat, & ideo nō oportet, ut potētia creantis proportionetur distantiæ, quę inter ens & nō ens est, sed solū ei, quod creatur, quod non est infinitum, quare non requritur potētia infinita simpliciter, sed infinita secundū quid, scilicet, ut cōmensurata alicui materiæ determinatæ, sicut & omnia agentia naturalia, & materialia agūt. Ignis.n. non producit effectum nisi in materia determinata, quia uirtus eius materialis est. Vel dicendū, non esse distantiam infinitā inter ens & nō ens, ex parte ipsius entis, nisi ens sit infinitum, quoniam tantū aliquid distat ab altero oppositoꝝ, quātum participat altero, unde non dī stat in infinitum a' non esse, nisi quod esse habet infinitū scilicet deus, quo quanto reliqua entia sunt proximiora, tāto magis a' non esse distant, quanq̄ distantia illa inter ens & nō ens, quodā modo infinita est ex parte non entis simpliciter, eo q̄ oēm determinatam distantiā ab aliquo ente signato transcendit. Nihil enim magis ab ente distare potest, quā non ens. fit enim, ut aliqua distantia sit infinita ex altera parte, & finita ex altera, ut cū finitum cum infinito cōparat. Nisi enim talis distantia esset aliquo modo finita, nō minus aliæ aliis creaturę distarent a' deo, & nisi esset aliquo modo infinita, intelligi posset aliquid magis distare a' creatura quacūq; quā deus. Creatio uero non respicit hanc distantiam ex parte nō entis, sed magis ex parte entis, qd' est creationis terminus. Sic Diuus Thomas creatorem Deum non proportionari interuallo infinito non entis ad ens, sed solum ei, quod creatur, finitumq; est, cōmensurari, & moderari autumat. itaq; non requirit potentiam infinitam simpliciter ad creandum, sed mensuratam materię determinatæ. Ad hæc, non esse distantiam infinitam nisi inter Deum & non ens, & ob eam rē, nullum ens finitum distare sua quidē ex parte in infinitū, uel a' Deo, uel a' nō ente. Quod siquaita se habēt, ut alterꝝ sit præstantius altero, id quod præstat, ppius ad Deū accedere, & longius discedere a' nō ente. Nec uero creatiōis rōnē metiri, ac statui ex nō ente, sed ex ente, q terminus creatiōis est, uidelicet ne Deus qua infinita potētia simpliciter est, creare intelligatur, ita fit, ut creaturę, quæ aliquo modo æque distēt in infinitū a' creatore, nō æque distēt aliquo modo ab eodē infinitū, quod Diuus quoq; Augustinus affirmans, duo inqt, creasti domine, unū ppe' nihil, quod est materia, alterum prope' te, quod angelorum natura est. Plurium sententiam aliorum ex physica schola afferre eodem possum. uerum illa respondendi ratio Thomæ theologi sancti tanti ponderis est, ut nihil omnino sit, quod a' physicis desyderemus. Planéq; aduersarius, qui hoc deceptus sophismate, credidit, serpentes non minus colendos esse, q̄ angelos diuinos, nullam distinguendi, uel iudicandi rationem tenere coarguatur.

Non modo Platonem, sed etiam Aristotelem dæmones coluisse, non quales nunc diabolos dicimus, ut aduersarius putat, sed naturas quasdam aereas diis ignobiliores, hominibus uero nobiliores. Homerum, siue beneficio naturæ, siue a' Moyse propheta edoctum lapsum luciferi, quem Atam appellat, descripsisse. Caput VII.

c Rimen etiam illud affert, q̄ dæmones Plato coluerit, quod nos cōmune oīum ætatis illiº hoīum crimē esse fatemur, nec Aristotelē excipimus, siqdē, ut Plato, is quoq; iudicādus ex iis, quę scripserit de dęmonibus est. Crediderūt. n. illi esse dęmones, q' bus merito honor exhiberet, sed nō eos, quos aduersarius arbitrat. hic. n. eos tantū dęmones nouit, quos a' criminatoris uitio diabolos nūcupamus. At illi nō eos in religionē receperūt, sed naturas quasdā aerias, diis qdē ignobiliores, sed hoīe nobiliores, quaꝝ opera genus humanum

humanū ad Deū reducerēt, cōmuni q̄ illi, & summo principi cōciliaretur, qui q̄ intercessores, atq; interpretes qdam inter Deum & hoīes haberent. Lucifeꝝ uero illum sua culpa eiectum in terrā e' cœlo, execrandū q̄ esse, illi quoq; didicerūt ab Homero suo theologo, q siue beneficio quodā naturæ, siue Moysis ppheta scriptis carmine suo exposuerat lapsum Luciferi, quem ille Atam appellat. Errat igit' uel hoc in loco aduersarius p noīs dæmonum æquocationem.

Nō modo Platonē, sed etiam Aristotelē, quædā sumpsisse a' poetis, nec id uitio dandū esse. Quæ recte, honeste q̄ a' poetis dicta sunt, hæc obseruari Platonem iubere, quæ uero turpiter ficta sunt ueluti pestem uitari.
Censuisse Platonē poetas ciuitate pellendos esse, Homerum etiam aliquando reprehēdisse.
Omnem fere' theologiam Platonem ex sacris literis, ut Ambrosii, Augustini, Cyrilli, & Eusebii sententia est, sumpsisse. Caput VIII.

s Ed qd de tota Platonis theologia? Tota, inqt, a' poetis sumpta est, nec a' theologia poetica, & fabulosa differt. Poetas nihil oīno dixisse recte, qd' uel Plato, uel Aristoteles digne accipent, nemo dixerit mēte sanus. Quāobrē, & si non oīa, quæ de diis a' poetis dīr, Plato secutus est, tñ aliqd accepisse eū non inficior, qd' uel ab Aristotele receptum, ꝓbatumq; uideo, quale illud quoq; egregiū est, qd' in duodecimo metaphysicæ lib. ab Homero poeta accipit, ad primi, uniusq; entis ꝓfirmationē.
Rex sit, dux q̄ unus, numero haud iuuat esse tyrānos.
Quæ enim de diis pie, honeste q̄ dixerunt, poetæ dixerunt, hæc Plato recipi iubet, & obseruari, qua uero minus recte illi finxerunt, hęc detestari, & pinde ac pestem uitare, qnimmo ipsos, q ita carmē exerceant, pellendos ciuitate censet, ac præcipit. Quod & Diuus Augustinus testificatur, cum in secundo libro de ciuitate dei, sic dicat. Theologiam poeticam Plato penitus repudiauit, & poetas duxit esse pellendos ex urbe, quā instituit. Homeꝝ etiā ipsum, ut in eius politica patet, ppter inhonesta quædā de diis figmēta, reprehēdit. Quid igitur sit, qd' Plato a' poetis male acceperit? Eqdem hunc plura a' sacris lris nostris uideo, q̄ a' suis poetis accepisse, quando in Aegyptū profectum, adiuisse Hieremiā ppheta, conuenit, ut idē Augustinus ex snia dui Ambrosii refert, nec incredibile sibi uideri dicit, hebræas literas illum didicisse, unde qd' in Timæo de mundi creatione scripsit, ex libro geneseos accepisset. Sanctus quoq; Cyrillus, doctor
» singularis, in libris, quæ ꝓtra Iulianū in defensionē sacri euangelii edidit, Pythagoras, inqt, &
» Plato, cum in terra Aegypto operā discīplinis darent, multoꝝ aliorum uiroꝝ illustriū, & in pri
» mis Moysis doctrinam pro suo studio nō ignorarūt. erat. n. p id tēpus, apud Aegyptios nomē Moysis nō in mediocri admiratione. unde rōnē Dei, hoc est primæ causæ, eos qdem integrius accepisse, pinde q̄ sensisse, disseruisse q̄ melius cęteris de rebus diuinis existimo. Quod idē Eusebius quoq; Pamphilus uir doctus, & uaria reꝝ historia peritissimus narrat in libris de euāgelica pręparatione, qui longius de Platone ꝓgrediens, oēm fere' theologiæ Platonicæ rōnem a' sacris literis nostris acceptā esse ingenue fatet. Noībus tñ deoꝝ eisdem, qbus poetæ, Plato etiā uti uoluit, qm̄, ut supra dictum latius est, discedere a' publico, uulgari q̄ usu eiusmodi nominū, sine suo piculo nō posset. Nec aliter ab Aristotele de usu noīum scriptū intelligo, quā, ut iis, quę uulgo tradita sint, utamur, q̄q̄ nōnulla aliter atq; uulgus intelligere debemus. Siquid etiam uel morem sermonis seruans, uel hoīum ingeniis consulēs opertius dixerit, satis me respondisse, hac de re arbitror, secundo uolumine, quod nuper de eius opinionibus edidi.

Minime reprehēdēdum esse Platonē, si uel fingit aliqua se accepisse a' muliere, quod in dialogis licet, uel uera refert, cū mulieres etiā ꝓstet multa diuinitus posse referre. Caput IX.

q Vod aūt aduersari° adiicit, Platonē anilibus fabulis credidisse, cū ea de diuino amore dissereret, quæ in libro, q ꝓuiuium, uel de amore inscribit', explicant', hoīs planè nō eruditi iudiciū est. Quis. n. nesciat dialogi, quo utit' Plato, eam esse siue legem, siue naturā, ut psonæ fingant', quę disputent, & uariis ultro, citro q̄ argumentis de re ppposita discutiant, & quasi excudant, qd certi, ueri q̄ statui debeat. Quē disputandi modū. M. Tulliū ēt seruasse uidemus. nemo tñ ob eā rem, snīam esse psonaꝝ, quæ disputare fingunt', sed authoris, q psonas finxerit, arbitrat', nisi quędā ioci, & solatii causa, aut improbatiōis, p ingenio psonaꝝ ꝓstitutaꝝ distribuantur, quæ. n. grauiter digna, quæ hoīe sapiente differunt', nemo

f 4

inquam tam fatuus est, ut psonę fictæ, quæ illa nunq̃ disputarit potius, q̃ authori ipsi, q dialogū conscripserit, censeat tribuēda, q̃q̃ ab alio se fatenti accepisse. At hic aduersarius, quæ Socrates in dialogo fingit se accepisse ex muliere Diotima, non Socrati, non Platoni, sed Diotimæ attribuit, atq; aniles fabulas uocat, quæ Diuus Dionysius Areopagita, uerbis eisdē Platonis scribēs de diuino amore exposuit, ut in libro secūdo latius declaraui. Platonis hæc sunt, non mulieris, sed libuit ita fingi, ut quæ diuinitus dicerentur, uates quædam, & uelut Sibylla referre uideret. Non enim siqd a' muliere dictum est, cōtinuo fabula est, sicut aduersarius putat, hinc enim sumę reprehēsionis sumit rationē, quasi non multæ extiterint mulieres doctæ, non multæ spiritu actę diuino futura prædixerint, & cōmodissime admonuerint uiros. Atq Sibyllæ de Saluatore nostro, de redemptione nostra, & generis humani restauratione præcinuere, spiritu sancto præparante usq; a' tēporibus illis salutē hominum. Profecto' Plato nō modo non uituperandus, uerū etiam laudandus est, siqdem afferri posse opera mulieris credidit ad rem diuinam cognitionē. In qbus cognoscendis, Aristoteles suis principiis nihil posse attingere arbitratus est, & Albertus philosophus singularis aliud desyderare initium se fatetur in suis metaphysicis libris, cū dicat. Siqua est irradiatio superiorum ad inferiora, ut Plato dixit, & theologi oēs confitentur, illa certe p rationem inuestigari non potest, sed ad eius cognitionē, alia principia statui oportet, scilicet ex fide religionis, reuelatione'q; spiritus, quæ cum peripateticor doctrina non conuenient. Ita Plato siue fingit, seu uere fatetur se illa accepisse a' muliere, non peccat, quando & lege dialogi fingere licet, & mulieres diuinitus plura posse referre planum est, nec fabulas narrat. Sed quæ uel naturæ ratione cognosci possunt, uel nostri olim theologi, & prophetæ lumine illustrati superiori, cernere potuerunt, hæc & credidit, & docuit.

Falso' argumētari aduersarium, cœlestia corpora ideo coli ab homine non debere, quia secundum Aristotelem corpora cœlestia ad finem sunt, homo uero sit finis, cum constet Aristotelem in sexto ethicorum cœlestia corpora longe hominibus anteferre. Eundē in libro de mūdo ad regē Alexandrum, dispositionē totius orbis ad primam causam referre.

Aristotelis sententia id corpus, quod prope' Deum est, Dei uirtute maxime frui.

Rem alteram, duobus modis ad alteram ordinari.

Cœlum secundum Aristotelem esse animal immortale, atq; diuinum.

Alterum altero nobilius esse, aut sua forma, aut suo inuicem respectu.

Finē bifariam accipi, aut pfectiue pro bono, & appetibili, quo pficitur id a' quo appetitur, aut effectiue, pro effectu quo homo, aut equus, aut arbor, aut tale quid est, quod effectum est.

Finē itē in rebus naturalibus accipi, aut p se, rōne effecti opis, aut ad aliud, ad qd scilicet refert.

Non esse inconueniens finem duplicem, aut multiplicē esse eiusdē numero, ratione diuersa.

Cœlum ordinatum quidem ad hominem esse, sed ut superius, non ut inferius.

Hominem cœlo nobiliorem esse, nihil aliud est dicere, quā id postquam hominem generauit, nobilius esse seipso non dum homine generato.

Cū duplex sit finis, quē, & cui. hoīem qdē finē esse cui, nā finis quē cœlestiū hō est. Caput X.

a Ffert etiā aduersarius argumentū, quo se demonstrare certo putat ex principiis Aristotelis, cœlestia corpora coli ab hoīe non debere. Finis, inqt, nō debet colere ea, quę sunt ad finē, cū nullū nobili° debeat colere id, qd est ignobilius, sed hō est finis corpor cœlestiū, nō debet ergo colere corpora cœlestia. Huius argumēti minorē pbare conat' ex uerbis Aristotelis, quæ partim a' secūdo libro de gnatione sumit, partim a' secundo physicor. Vbi. n. in illis de gnatione phs hic dixerit gnationē esse ptinuā p motū cœli ptinuū, & cām gnationis, corruptiōis'q; esse accessum, recessum'q; solis p circulū obliquū, declarans id p cām finalē, Cū natura appetat, inqt, semp qd melius sit, melius'q; sit esse, q̃ non eē, hoc autē impossibile sit esse in oībus, qm̃ longe ab ipso principio absunt, Idcirco Deus eo, q reliquus esset modo, uniuersum suppleuit, cū gnationē fecisset ptinuā. Vnū itaq; hinc locū sumit, alterū uero a' libro secūdo physicorū, ubi nos esse finē oium dicit'. Sic. n. hic nouus pipateticus rōcinat', oium corporū naturaliū finis nos sumus, corpora aūt cœlestia sunt, quædā corpora naturalia, ergo ea quoq; ad hominē, ut finē ordinant'. Ita fidē suæ minoris affert ppositionis. Argumentū uero, & uis tota argumētationis cōsistit in eo, q corpora cœlestia ordinari ad hoīem, ut ad finē ponatur. Ad quod respondendum recte est, omissis superuacuis, in quibus abundare solēt, qui in necessariis deficiunt. Sed quoniam aduersarius hoc ita esse ex Aristotelis philosophi opinione contendit

ne contendit, breuiter uerbis ipsius Aristotelis prius aperiā, cōtra oīno sensisse illū, quā hic putat. Ille enim in libro sexto ethicorum, sic de nobilitate cœlestium corporum scribit, & homini illa anteponit. Nec refert, inquit, q; homo optimū cæteroz aīalium est, etenim multa alia natura diuiniora homine sunt, ut ea aptissime, ex quibus mundus constat. Ita hic cœlū nobilius esse hoīe aperte fatetur, quē aduersarius suæ opinionis patronum adducit, nec minus hoc idem declarat in iis, quæ ad regem Alexandrum scribens de mūdo, dispositionē totius orbis, & respectum ad primā causam edocet. Censet enim Deū summum, perinde ac regē sedere in sublimi immotū, corpora aūt cœlestia, perinde, ut principes alteros suo motu agere, & gubernare oīa, suiq; summi principis potestatem referre, quā sententiā secutus Auerroes in cōmēto quadragesimoquarto. Dispositio inquit, in iuuamento cœlestiū corporum, & in cōseruando entia, est ut dispositio optimoz magistratuum ciuitatis, quorum oēs actiones ad primi principis actionem referuntur. Plura etiā Aristoteles eodem in loco de excellenti cœli natura, quorum unum illud quanti ponderis sit, intelligat aduersarius, si potest. sed maxime, inquit, uirtute Dei fruit' id, qd prope' illud est corpus, dein, quod ab hoc proximū, atq; deinceps ad hunc modum. Hinc nemini dubiū esse potest, quin cœlum ex sententia Aristotelis rōne & aīæ, & corporis nobilius hoīe sit, quando & propius est, & magis fruitur Dei uirtute. Quid uero illud, qd in primo libro meteororum legimus? continuus uero necessario quodammodo supernis delationibus est, ita, ut eius uirtus oīs inde gubernetur, unde enī principium motus oībus est, illi causa prima attribuēda est. Num quisquā dubitare potest, quin cœlū nobilius Aristoteles putet, cui gubernādi potestatem, & primam causam tribuit? Hæc cum ita sint, q̃ docte, & uere locutus sit aduersarius, facile intelligi potest. Nunc ad respondendum recte eius argumēto, nonnulla subiiciam, ut mea respondendi ratio distinctius, ac dilucidius reddi possit. Primū rem alteram ordinari ad alterā duobus modis, aut enim, ut inferiorē, quomodo materiam dicimus ordinari ad formā, eamq; esse propter formam, non formam propter materiam. Aut, ut superiorē, quomodo principem constituere aliquem dicimus, qui sua uice id faciat, quod ipsum facere immediate non deceat. Constitui enim quenq̃, ordinari est, & hæc ordinandi ratio, non inferiorē, sed superiorem esse declarat eum, qui ad aliud ordinatur. Gerit enim personā superioris, qui ordinauerit, & alter ille tantisper est, unde magistratus constitutos a' summo pontifice, aut rege plebs nó tanq̃ ignobiliores cotēnit, sed, ut superiores, nobiliores'q; honore prosequitur, & iussu eorum seruit obedienter. hoc notius est, q̃, ut ulla authoriate Aristotelis egeat. Secundū, corpora cœlestia eē ita ingenue aīata, philosophi sententia, ut cœlum ipsum, de quo loquor, aīal sit immortale, atq; diuinum, constat hoc libro secundo de cœlo. Sed nos, inquit, de his, uelut corporibus tantum, & unitatibus ordine quidem prædictis, sed oīno inanimatis cogitamus. At uero ita existimandum est, ut actione, & uita participent, & demonstratum iam est, inquit, quod mouet' primū, & simplex, & ingeueratum, & incorruptibile, & oīno immutabile esse. Tertium, alterum altero nobilius esse, aut sua forma, aut suo inuicem respectu, sua inquā forma, si hominē esse equo nobiliorem dicam, cum hic rationale, ille irrationale sit animal. Respectu aūt suo inuicem, si alterz forte finis, alterum spectans ad finem sit, quomodo materiam esse formā ignobiliorē fatemur? qd plenius Aristoteles in secūdo physicorum declarans, aut, inquit, quod finis bonum q; cæterorum est. nam cuius causa illud optimū, finis'q; esse uult cæterorum, quod siue bonū, siue apparens bonum dicis, nihil referat, finem etiam ipsum esse, quo id perficiatur, cuius sit finis, author idem in quinto metaphysicæ est. Eo, inquit, perfecta sunt, qua habent finem, itaq; cū finis ultimum sit, in malam etiā partem transferentes dicimus quicquā petiisse pfecte, cum nihil interitus, maliq; deest, atq; in ultimo res est, sed suo quodq; in genere, hoc est analogice, pfectissimū, & optimum esse suo fine intelligendum est. Nam, si inter seipsa cōparantur, finem aliū nobiliorem alio esse apertum est uel ordinis ratione. Sicut Aristoteles in primo ethicorum tibiā finē tibificis imperfectiorem esse ostendit tibicine, scilicet fine, cui efficitur. Vel quia forma, quæ finis est, præstat, aut quia finis melioris agentis est, ut idem in tertio topicorū. Cuius finis melior est, & ipsum melius esse asseuerat. nec uero finē, quo perfici unūquodq; dicimus, in alio eē, nisi in ipso, cuius est finis. Sua enim forma perficitur unūquodq;, perfectum'q; est, cum a' fine, qui intellectu, rationem'q; prouenerat, motum peregerit, formā aūt ipsam principiū motus esse, quā uis non naturale, author Aristoteles in secundo physicorum est. Quoniā igitur quod naturaliter mouet duplex est, tametsi alter non naturale est, quippe, quod in seipsum non cōtineat mouendi principium. tale aūt est, siquid ipsum non motum moueat, quale est quod omnino immobile, primum'q; oium est, atq; etiam quod qd est, & formam dicimus. finis enim hoc, & cu

ius gratia est. sed qm̃ quod agit, & actu iam est, quod potentia fuerit, non solũ suum bonum, & suam pfectionem appetit, sed etiam efficere opus certũ intendit. Ideo finem bifariã accipi, aut enim pfectiue pro bono, & appetibili, quo pficitur id, a` quo appetit, aut effectiue pro effectu, qua homo, aut equus, aut arbor, aut tale qd est, quod effectum est. Primũ Aristoteles designat, cum in primo ethicor. dicat. Quamobrẽ bene asseruerunt, id esse ipsum bonũ, quod oĩa appetant. Secũdum etiam in eodem declarat, cum tibias, deniq; instrumẽta fines appellet. Ad hanc sniam & Simplicius locũ secundi physicor. de duplici fine exponit, uir in exponẽdis libris Aristotelis diligẽtissimus. Verbum n. illud στοχάζεσθαι, quod spectare, & ex usu uulgari disputationis intẽdere est, ad effectum refert, non ad bonum, cuius proprie appetitus est. Licet ẽt hũc physicum finẽ, illum metaphysicũ appellare. Finem n. physicum esse rer. subiectam sensui rõnem Aristoteli placet in tertio de cœlo. Finis inqt, scíæ, facti'ue opus est, physicę aũt quod proprie secundum sensum subinde appareat, forma uero, quæ finis est, attribui metaphysico aptissime potest, quãdo idẽ philosophus non id esse naturale principiũ motus apte fatet. Sed cum finis physicus actionis, & motionis ultimũ sit, ut Aristoteli placet. Finis, inqt, est tale, quale ipsum quisq; est, genuisse, & nullũ, inqt, tam naturale est, q̃ tale fecisse alter. quale ipsum quicq; est, & qppe cum magis egisse, inqt, & gnatum esse finis sit, q̃ gnari, & agere, in sexto topicor. hoc, in secundo de anima illa, cum ita sit inquã, nõ effectu, qua forte homo, aut tale aliqd est pficit agẽs, sed pacta actione, quæ forma agẽtis, qua agens est, atq; ita finis alteram intelligi differẽtiam, ut alter actiue sit, alter passiue. Egisse. n. finis agẽtis est, actum esse, & hoc, aut hoc, ex parte rei subiectæ stat. In qua motum esse passiue certum é, & cũ sibi quodq; nobilitatẽ, pfectionẽq; inde trahat, unde ortum est, effectum eo nobiliorẽ esse, quo a` nobiliore agẽte, pdierit, qppe cum medicina sanitas quodãmodo sit, & ędificina forma sit ædium, & homo hoiem generet. Verba hęc Aristotelis ex duodecimo metaphysicę sunt, & forma, inqt, quam intelligis, talis est, qualis res unaquæq; est, in libro de motu aĩalium, & qualis quisq; est talia agit, & loqtur, & uiuere itidem solet, in quarto ethicor. Ad hæc finẽ in rebus physicis accipi, aut per se rõne effecti opis, aut ad aliud, ita, ut quod primo modo fuerit finis, cessat tantisp esse finis, id'q; loco ultimi finis sit, ad quod referat', uerbi gratia, Sanitas, quæ finis medici per se est in intendẽdo sanitatẽ efficiẽdã, cessat iam esse finis, dum ad hoiem ptinet, cui medicus sanitatẽ cõpararit, & ensis q finis fabri p se est in intendẽdo ensem efficiẽdum, cessat iam esse finis, dum ad militẽ ptinet, qui eo utat'. Finis ergo ulterior est, & pfectior ibi homo, hic miles, de qua duplici rõne finis, docet Aristoteles in primo ethicor. cum dicat. Sed cum plures fines uideant', eorum'q; aliquos eligamus propter alium, uerbi gratia, diuitias, tibias, & omnino instrumẽta pstat non esse eos pfectos. Cuius loci meminit idem & in secundo physicor. dicens. Nam & faciunt artes materiã aliæ simpliciter, aliæ cultiorẽ, & utimur, utpote, cum oĩa nostri causa sint, qppe cum nos etiã finis quodãmodo simus. duplex. n. cui⁹ causa illud est, ut in libris de philosophia exposui, & in hoc. n. loco, idem de fine docet, ut quæ fines sunt artium, eadẽ ad hoiem, q his utatur, non præterea rõnem habeant finis, sed ptinentis ad finem, atq; homini tanq̃ fini subiiciant'. Quin & in secundo de anima duplicem hanc rõnem repetit finis, & terminis propriis differuit, quo loco animam, & effectalem, & finalẽ causam esse demonstrat. Corpora, inqt, naturalia oĩa tam aĩalium, q̃ plantar. instrumenta animæ sunt, utpote quæ aĩæ causa habeant'. Sed id, cuius causa bifariã est, aut enim quod, aut cui. Nec uero Simplicius hãc differentiam finis, quem, & cui, alio modo declarat, q̃ ego exposui. Item non esse inconueniẽs, finem duplicem, aut multiplicem esse eiusdẽ numero, ratione diuersa, ut hominis medici finis, seruasse, aut recuperasse sanitatem est, qui medico competat, & uirtus qui homini. Accipitur hoc a` secundo physicorũ. Naturam etiam ubi fieri non potest, ut pluribus ad plura utatur, eodem uti ad plura, ut lingua ad loquẽdum, & ad saporem percipiendum, dentibus ad cibum conficiendum, & ad locutionẽ expressiorem, respiratione ad cordis refrigerationem, & ad uocẽ. Constat hoc in libris de animalibus, & de anima. Hęc ita plenius subiicere uolui, ut facultas esset ad dissoluenda argumenta quorundã, qui exercendi ingenii causa, plures de fine difficultates mecum his diebus mouerunt. Nam quãtum ad argumẽtum aduersarii attinet, non tanta opus est præparatione. Sed quid illet? Homo, inquit, nobilior cœlo est, cum finis sit motus cœlestis, & quisq; finis nobilior sit eo, quod spectet ad finem. Quidam negarunt hominem habere in motu cœlesti rationem finalem, qui si aliãs metaphysice ipsi hunc locum tractarent, apte statuere ita possent. Sed quoniam respõdere ad homĩnem debuerint, qui ex motu, generationeq; arguerat, non recte negarunt, quod principium sere` physicorum est, ut quod per motum intenditur, finis sit. Fateor enim uerũ, quando non eq̃dem Platonẽ

dem Platonem defendo, sed ueritatem, quam si uspiam apud aduersarium uidero oppugnari, non minus me, siue ipsam, quã Platonem defendam, facile itaq; ego aduersario cõcedo, motũ cœlestem habere finem, generasse hominem, & sua cõtinuitate seruasse species generabilium omnium. Nec uero contendam sophistarũ modo, si hominem dicit finem, sed sit homo finis, modo stet in eorum, quæ subiecimus ratione, & quidem affirmo, & peritius fortasse, q̃ aduersarius hominem esse finem, ex loco secundi physicorum illo Aristotelis. Constat igitur necessarium id in rebus naturalibus esse, quod uelut materia dicitur, atq; etiam motus eius ipsius materiæ, & cum de ambabus causis disserere homo studiosus naturę debeat, tum uel maxime de ea, quæ cuius causa est. Hæc est enim causa materiæ, nõ materia est causa finis, & nimirum finis ipse, & cuius causa illud a` definitione, ratione'q; petitur, ut in iis patet, quę arte construunt', rebꝰ. Cũ enim talis sit domus, hæc fieri oportere, atq; præcedere necesse est, & cũ ualetudo hoc sit, hæc fiant, & antecedent necessario cõuenit. Ita si hõ hoc est, hæc. & si hoc hęc. Atq; etiam ex septimo Politicorum illo, ratio nostra, & intellectus finis naturę est. Sit itaq; cœlo finis in motu naturali, generasse hominem, aut speciem seruasse humanam. Diuus autem Thomas, & Auerroes, & Alexãder, qui finem cœli esse dixerunt assimulationem siue dei siue primi motoris, metaphysice de fine locuti sunt, nõ physice. Nec absurdum, finem hũc duplicem esse, alterum, ut cœlo, & simpliciter, alterum, ut generatori, & secundarium ex officio naturali. Intelligi etiã potest, ut ordinandus ad finem ulteriorem, siue Deum, siue naturam uniuersalẽ, atq; ita finẽ, quẽ pertinere ad finem cui, imperfectiorem'q; esse. Sed aduersarius, cœlum, inquit, ordinatũ ad hominem est. Concedo. Sed ut superius, non inferius, finem, inquit, hominẽ habet. Cõcedo. Sed passiue, & denominatiue a` fine posito in pactione agentis, & ut finalis actionis subiectũ. Talis autem finis imperfectior est. Contra, inquit, finis ratione finis perfectissimum, atq; optimũ est. Concedo. Sed suo in genere, & ratione boni, non ratione effectus, & hominis, atq; ita bonum illud & finis, quem cœlum in generando appetit, in ipso cœlo positus est, eoq; nobilius cœlũ habetur, quo hominem generauerit, nec aliud est dicere, ita hominem cœlo nobiliorẽ, nisi cœlum, postquam hominem generauit, fi ipso esse nobilius, non dum homine generato, quod & philosophus diceret, & propterea colẽdum, q; generarit, sicut & Deum, quia creauerit. Ergo, inquit, finis hic homo est. Concedo. Sed non sic. i. ut forma mista materiæ, sed ut forma sine materia posita in intellectu agentis producenda in opus, quam ubi produxerit, consecutũ est suum finem, & proinde nobilius est suo materiali effectu, & nobilitat eum, non eo nobilitatur. Nunquid forma, inquit, in materia hominis bonum sit, & appetendum? Ita est, sed non tantisper appetendum. Ergo, inquit, bonum illud cœli, foris in effectu, non in cœlo positum est. Non sequitur bone uir. Forma enim in materia hominis est, quam appetat materia hominis prius, q̃ formetur, & qua ipsa perficiatur, non quã sibi appetat cœlum, cum enim actu sit cœlum, non plus uel appetit, uel intẽdit, q̃ generasse, qua generationis ratione perficitur ea forma, quæ non in homine, sed in ipso, quod generauerit, est. Cæterum te fallit ambiguitas termini, siue nominis, q; enim formam domus idem esse, quod ædificandi habitus audieris, credis nihil referre in intellectu, an foris acceperis formam. Alterum etiam locum, quem a` secundo physicorum sumit sibi præsidio, non secus, q̃ primum exponit. Nõ enim ita omnia esse nostri causa ibi dicitur, ut nihil excipi possit. Sed Deus, & cœlestia corpora excipi debent. Agit' enim ibi de usu hominis, illa autem non sunt usui nobis, & proinde nos finis illorum non sumus, & utimur, inquit, utpote cum omnia nostri causa sint. Sumus enim & nos quodãmodo finis. Quæ itaq; ad usum ueniunt hominis, horum tantummodo finis est homo. Sed quoniam duplex sit finis, quẽ, & cui, ita intelligendum, ut homo finis sit cui, nam finis quem cœlestiũ homo est, Res igitur arte confectæ, & animalia, quibus homo utatur, & reliqua generis eiusdẽ referri ad nos, ut ad finẽ non superiora illa putandum est. Quod uel ex illo libri secundi de anima satis probari potest. Corpora, inquit, naturalia omnia, tam animalium, q̃ plantarum instrumẽta animæ sunt, utpote cũ animæ causa habeantur. In primo etiam Politicorum ipse, quibus nam describi debeat rebus usus hominis declarat. Nemo enim expositor eius esse melior potest, q̃ ipse sui. Existimandum inquit, ut plantæ animalium causa sint. ipsa autem animalia hoĩs gratia, cicures certe ad usum, uictum'q;, feræ autem, & si non omnes tamen plurimæ uictus, cõmoditatis'q; alterius causa habeantur, quo uestis, & pleraq; ex his alia subministrentur, quod si natura nihil uel imperfectum, uel frustra facit, Hæc hominis causa facta esse a` natura necesse est. Quãtum itaq; sub hoc termino omnia complectatur, planum hinc est cum hæc dicens ostendet, ea tantũ, quæ natura ad usum hominis fecerit. Quanquã eum locum Simplicius familiaris noster, ita exponit, ut ne

naturales quidē res illæ, ſed ſolum artificiales intelligantur, in qua ſentētia & Diuum Thomā fuiſſe certū eſt. Sed ego liberalius agens cū aduerſario, do non ſolū res arte confectas, uerū etiā natura, dūmodo non ſe extēdat ad ſuperiora, quæ diuina animalia eſſe, & nihil cōmune habere cū miſeriis hominis Ariſtoteli placuit. Scripta autem huius philoſophi, quæ a' me ita in latinum cōuertuntur, ſi diſcrepare uidentur ab iis, quoꝝ expoſitiones, & cōmenta habent', petant' græca exemplaria, & an bene ꝙuerterim, quærant diligentius eruditi linguæ latinæ, & græcæ. Confido enim ſic fore, ut eos, qui illa commentis prædita ſequuntur, ſi hæc noſtra ad ſcripturam Ariſtotelis iudicent, in his potius uellent fortaſſis ſtudium ſe conſumpſiſſe. Nec uero ſi ali quibus terminis nouis fere' uſi ſumus, reprehendendum eſt. licet enim docendi cauſa ita facere, quando qui aliis quibuſuis terminis utens, de re mecum contendat. demum ſeſe de termino non de re contendiſſe intelliget. Sed hactenus de fine.

Falſum eſſe quod aduerſarius aſſerit, uelle Ariſtotelem, ut primus motor nullo modo ſit motor appropriatus primo mobili, neq; moueat primum mobile immediate effectiue, Id'q; probari Auerrois, & aliorum expoſitorum ſententia.

Solutio ſeptem argumentorum aduerſarii. Caput XI.

Llud etiā affert, Ariſtotelē uelle, ut primus motor, qui prima cauſa eſt, nullo pacto ſit motor appropriatus primo mobili, neq; moueat primū mobile īmediate effectiue. Quod & ſi nōnulli & doctiores ipſo tueri conant', tñ ita audacter ꝓnūtiare, ſumma temeritas eſt, præſertim cū expoſitores multi ꝓbatiſſimi Ariſtotelis aliter ſentiant. Iā Auerroes in duodecimo metaphyſicę cōmento quadrageſimo ſecūdo, qd' a' iuniorib⁹ dicit', inqt, primā ſubſtantiā eſſe priorē primo motore, falſum eſt. Vnaquæq;.n. ſubſtātia abſtracta, eſt principiū ſubſtantiæ ſenſibilis, ſecundū motū, & ſecūdū finē. quāobrē Ariſtoteles inqt, ſi aliquæ ſubſtātiæ eſſent non mouētes, eſſent otioſæ. Idē cōmento quadrageſimo quarto. Dicamus igit' inqt, nullā formā eſſe, quaſi finē cōmunē, & uniuerſalē, niſi eā, ex qua cæteris cōmunis actio habeat', quæ ſcilicet mouet primū cœlū motu diurno. Idem cōmento trigeſimo. Subſtantiæ, inqt, abſtractę, ſecundū idem mouent, ut finis, & ut efficiens. Quibus aperte exponit', eandē ſubſtantiā, quę finaliter mouet, efficienter etiā mouere, & omnes ſubſtantias abſtractas eſſe principiū alicui ſubſtantię ſenſibili, quod certe nō ita eſſet, niſi & prima ſubſtantia appropriaretur, & efficienter moueret. Pluribus etiā aliis locis idē ita de ſeparatis ſubſtantiis loquit', ut nullā excipere uideat', quæ non appropriet', aut non moueat eadē, & ut finis, & ut efficiēs. In hac ſentētia & Thomas Anglicus author grauis eſt, q cū ex aliis uerbis Ariſtotelis, tū ex illis octaui libri phyſicoꝝ, qbus infinitam eſſe potentiā primi motoris oſtēdit' in motu ꝓpetuo diurno, arbitrat' hoc ex philoſophi illius opinione, ſubſtātiam primā appropriari mobili primo, & cum idem, ubi nam ſit ille motor, qui nec per ſe, neq; ꝑ accidens moueat', quærat, ſtatuit demū illum in deuexo eſſe primi orbis, quo facilius, & uelocius ipſe orbis moueri poſſit, in qua ſentētia & Alexander græcus commentator eſt, atq; Simplicius octauū phyſicoꝝ exponens. Plutarchus quoq; in libris de opinionibus philoſophoꝝ, Ariſtoteles, inquit, deū formam eſſe intelligibilem dicit, & eundē inſidere ſphæræ uniuerſi aſſeuerat, unde fit, ut effectiue īmediate moueat, & appropriet', quando & locus ille circūferentia primi mobilis deſignatur, nec dici ab aduerſario poteſt hæc de motore interpoſito illo intelligi. Ariſtoteles.n. de motore, qui nec ꝑ ſe, neq; per accidēs moueatur, differit, quam quidē immobilitatis rationē non niſi primo motori competere aduerſarius ipſe arbitratur. probat hoc idem ille doctor, ex numero ſubſtantiarum ſeparatarum, īueſtigatione, qua uſus Ariſtoteles in duodecimo metaphyſicæ eſt. Quod enim totidem eſſe intelligentias dixerit, quot delationes ſint cœleſtium corpoꝝ, & ordinem illarum eſſe ad motus aſtrorum rationē, Concludit hic ſingulas ſubſtantias ſeparatas ſingulis appropriari mobilibus, quod non ita conſequeretur, ſi prima, ut aduerſarius uult, non appropriaret', nec totidem eſſent numero, quod Ariſtoteli placet. una enim illa non appropriata numerum addita augeret. Accedit ad hæc teſtimoniū diui Thomæ Authoris grauiſſimi, qui exponens hunc Ariſtotelis locū, & reprehendēs Auicēnæ opinionē, ꝙ primū mobile nō moueri immediate a' primo, ſed ab intelligentia cauſata a' primo ſtatuerit, concludit his uerbis. Satis ꝓuenire uidet', ut primus motus reꝝ corporaliū, ex quo cæteri oēs depēdent, habeat ſibi pro cauſa primā īmaterialiū ſubſtantiaꝝ, ut quædā connexio, & ordo ſenſibiliū, & intelligibiliū ſeruetur, ita huius quoq; doctoris ſentētia declaratur, primā ſubſtantiā, motorē eſſe appropriatū mobili primo, &

ratio cur

ratio cur ita, redditur illa, ut cōnexio, & ordo ſenſibilium, & intelligibilium ſeruetur. Sed tamē aduerſarius nimirū quantum audacter contra tot, tam'q; clarorum uirorum iudicium, dixit ita eſſe ex Ariſtotelis ſentētia, ut primum mobile non īmediate moueatur a' primo, et Platonicos, qui ita Ariſtotelis uerba interpretantur, reprehendit. Cæterum argumēta, quibus hoc probare conatur, uideamus. Motor, inquit, appropriatus, beatur ex generatione cōtinua inferiorum, quia finis beat ea, quæ ſunt ad finem, deus autē non beatur ex aliquo extrinſeco. Item quia motor appropriatus mouetur per accidēs ad motū mobilis, quāuis non per ſe. Aut enim ſicut aía, aut ſicut gubernator mouetur. Deus aūt nec per ſe, nec per accidens mouetur. Item oīs motor appropriatus cōponitur ex actu, & potentia, & ſubiicitur motui, & tota uita ſua non eſt ſimul, quæ non cōueniunt Deo. Item Ariſtoteles in primo de cœlo, ea, quæ ſunt extra cœlum non eſſe in loco, nec in tempore dicit, nec ſeneſcere, nec ullo modo mutari, ſed uitam habere optimā, & eſſe æterna, atq; diuina. omne etiā diuinum eſſe īmortale, & primum, & ſummū. At primū, & ſummū non niſi deus ſolus eſt. Ergo deus eſt extra cœlum, uita æterna immobilis, & nullo in loco, ſed motor omnis appropriatus eſt in loco mobilis, quod mouet, & mouetur per accidens, nec uere æternus, & immortalis eſt, ergo deus non eſt motor appropriatus. Item idē philoſophus dicit, ex eo depēdere cœlum, & totam naturam. Ergo motor appropriatus primi mobilis depēdet ex primo motore ſimpliciter. Aliter enim non depēderet cœlum, & tota natura, ſed pars tm̄. Item nullum primum ſimpliciter, eſt primū tale in aliquo genere, qa illimitatū ſic eſſet limitatū, ſed deus eſt primum ſimpliciter, ergo nō eſt primus motor appropriatus, quia eſſe appropriatum aliquam affert additionem, & reſtringit. Itē ſi primus motor moueret, ut motor appropriatus, nō differret a' cæteris motoribus natura, & dignitate, nam ſi differret, hoc eſſet ratione mobilis, ſed mobile primum non differt ſua natura a' cæteris, omnia enim cœleſtia corpora, quintū corpus eſſe ab Ariſtotele ponitur. Ergo nulla ratione differret a' cæteris. Hæc colligi ita poſſunt, quę ipſe paſſim, confuſe'q; in ſecundo ſuo capite refert, hallucinans argumēta aliorum ſine iudicio, & dans ſine mente ſonum. Solutio primi, ꝙ non omnis motor appropriatus beatur ex generatione īferiorum. Siquidem beari, perfici eſt. perfectio enim motoris ex fine, non niſi his motoribus cōtingit, qui naturaliter moueant, quod ſi deus, & quæcūq; ſubſtātia ſeparata non naturaliter mouet, ſed ratione boni, & appetibilis, quēadmodum ſuperiori ſolutione declaratū eſt, ꝑficit ſane', nō perficit', dū mouet. Cōtra, inquit, finis eſt, quo unūquodq; perficit', cōcedo. & ideo modo dixi, deū eſſe eū finē, quo mobile primū perficiat', & beetur, ſed nego quodcūq; mouens habere finē ſibi naturalē, ad quem moueat, hoc eſt, ut motum ipſum moueat alterum. Hæc enim ratio cauſæ, unde motus phyſica eſt. In ſubſtātiis uero illis intelligibilibus, ſi admittēda eoꝝ ſententia eſt, qui effectiue eas mouere dixerunt. Aut ita hic effectus intelligendus eſt, ut cōſequens ſit appetitū, & finis non intentus, ſed acceſſorius, quo perficiatur non motor, ſed mobile, & alteram afferat naturam, & cōſtat ratio huius finis decimo libro ethicoꝝ. Aut ita, ut uelut obiectū moueat intelligentiā ad ſe appetēdam, qui & ipſe motus non mouēs, ſed mobile perficit. Ad ſecundum negatur motorē appropriatū moueri per accidēs. Demonſtratū eſt enim ab Ariſtotele, in octauo phyſicoꝝ, non moueri, nec per ſe, nec per accidens, quod mouet motu ſempiterno, nec poſſe continuum, & perpetuum eſſe hunc motum, ſi eius motor ita moueretur. Alexander etiā, & Simplicius ita uolunt, ut ne per accidens quidem moueatur, quāquam Alexāder, hoc ideo eſſe dicit, quia motor ipſe non in parte, ſed in tota orbis circūferētia eſt. Simplicius autē, quia abſtractus, eximius, & ſupremus. Ad rationem uero, quam affert, ꝙ aut ſicut anima, aut ſicut gubernator, dicimus uerū hoc eſſe in motu naturali ꝓ principium unde motus, ſed deus non ita mouet, ſed ut amatum, deſyderatum, quod in duodecimo metaphyſicæ conſtat. Cæterum, ſi rem, de qua agit, intelligeret aduerſarius, probabilius utiq; argueret inde, quod motores orbium ſecūdorum moueantur per accidens. Verum & ſi illi quidem mouentur per accidens, tamen ita per accidens moueri intelligendum, ut per aliud moueantur, non per ſe. mouētur enim illi motores, inquātū ſphæræ, quas mouent, raptæ aliūde moueantur, quod moueri per accidens, per aliud eſt, nō per ſe accidēs, quod ei cōuenit, qd' ad motum ſui mobilis proprium moueatur. Deus uero per aliud moueri nō poteſt, quia ſphæra eius non mouetur motu alterius ſphæræ ſuperioris. Ad tertium, negat' omnem motorem cōponi ex actu, & potentia, hoc eſt paſſiua, ut ipſe acccipit. Id enim in motu mere naturali ſolū eſt, neganť etiā reliqua, quę ſine ulla ratione, ſine ullo teſtimonio adiicit, quaſi ſatis ſit aſſeruiſſe tm̄ præſertim per abſurda quædam ad integram diſputandi rationem. Ad quartum, quæ ab Ariſtotele in libro de cœlo de ſupercœleſtibus ſubſtātiis dicunt', quoniā pluratiuo numero

explicantur, non ſolũ ad primam ſubſtãtiam ſeparata referri debent, ſed etiã ad ſecundas, quas & antiquorum opinio, quæ in eodem loco memoratur, ſupercœleſtes tulerit, & æuo prędicas, ímortalitate q; ſumma prædicarit. Itaq; diuus Thomas eũdem locum exponens, hoc intelligendum eſt, inquit, de deo, & de ſubſtãtiis oíbus ſeparatis, quæ non in tẽpore ſunt, neq; in loco, qa abſtractæ a' materia ſunt, & ideo ibi, non ut in loco, ſed ut non cõtenta incõtinẽtia corporaliũ rerum ſunt, quia totam rerũ corporaliũ naturã excedunt, & ideo non mutãtur, & uitã optimã habent, & ſufficientem. Idem mox adiicit antiquos authores ſub his uerbis diuinũ, immutabile, primum, ſummum, intellexiſſe omnem ſubſtãtiã ſeparatã, diuinã q; appellaſſe, quia non ſubiectã motui eſt, primam, quia non ſubiecta tempori eſt, ſummam, quia non cõtenta in loco eſt, ita diuus Thomas, locũ eũ exponit, in quo aduerſarius Ariſtotelem, ideo plurari numero uſum dicit, ut uel myſterium trinitatis induceret, uel quia plura pro ſingulari uti liceret. Sed quis tam eius ineptum ſenſum non ſpernat, quãdo uel Ariſtotelem docere trinitatis myſteriũ arbitratur, uel quod in græco ſermone plurali numero exponi non poteſt, id pluraliter dictum arbitratur, præſertim ab Ariſtotele, qui quoties de primo, & ſummo principio loquitur, cauet magnopere nequid pluralitatis ſuſpicetur. Cũ igitur nõ ſolum primus, ſed etiã ſecũdi motores, extra cœlũ eſſe dicantur, non ob id primus motor appropriatus non ſit. nec uero ſi tam primus, q; ſecundi incircũferentiæ ſuorũ mobilium ſint, ideo accidit, ut in loco limitentur, quod ipſe inepte imaginatur, neq; per motum ipſum aliquid ex ſua immortalitate poſſunt amittere. Ad quintum, non cum cœlum nominatur, ſimul & aggregatum ex mobili, & motore intelligitur. Itaq; ſenſus huius ſcripturæ integer ille eſt, ut cœlum non ſuo cum motore ex Deo depẽdeat, ſed ipſum corpus cœleſte ſine altero motore ex primo immediate. quod autem ſibi magnifacit, illud & tota natura quid iuuet, non uideo, nam ut eius fraudem omittam, cum ipſe addiderit tota, ubi Ariſtoteles non tota, ſed natura tñ dixerat, quid iuuet, quæſo etiam tota natura dependens, ut ipſe accreſcens dicit. Non enim ſi tota natura, cõtinuo & intelligentia dependet, quæ res naturalis non eſt. iam Ariſtoteles, cum naturam dependere ex primo illo principio dicat, ita intelligit, authore Alberto, ut principium motus corporum naturalium generabiliũ, nõ cœleſtiũ inde depẽdeat, quoniam motus ille ab anima, non a' natura eſt, authore autẽ diuo Thoma mot⁹ cœleſtis dicitur naturalis, ratione paſſiui principii, Itaq; dici poteſt primum cœlũ circũſcripto motore ratione ſui principii paſſiui, & naturam, hoc eſt principiũ motus primi paſſiuũ, depẽdere.

Ad ſextum, Quidam uolũt, ut ſiquid principiũ eſt omniũ entium, ſicut deus eſt, idem poſſit, & ſimpliciter dici primũ tale in aliquo genere, ſed inferri ab aduerſario poteſt, nihil poſſe dici principium omniũ entiũ, aut generum, quod primum ſimpliciter ſit. Quare aliter reſpõdendũ, negando quod primum ſimpliciter ſit, idem non poſſe primum dici in aliquo genere. Iã enim theologiæ prima ſciẽtia ſimpliciter eſt & prima in ordine, cum a' ciuili authore ordinant' ſcientiæ ad uſum ciuilem. Ad rationem uero dicendum, non eſſe incõueniens, ut, q^d illimitatũ ſimpliciter ſit, aliquo modo limitetur, hoc eſt in quãtum cõſyderatur cum aliis, ut primum ad ſecũdum. Item cum eadem res, aliter a' phyſico, q; a' metaphyſico cõſyderetur, nullum incõueniẽs ſit, ut Deus, qui primum ſimpliciter ſit, per conſyderationem metaphyſici, motor ſit primus p phyſicã cõſyderãdi rationẽ, in quantum phyſicus procedens deueniat ad ultimum, quod moueat, non motum ipſum, & ſi plura huiuſmodi ſint, quod prius, & principalius ſit, conſyderet.

Ad ultimum, irridẽdus iam hic Platonis irriſor eſt. in quo enim Ariſtoteles reprehenditur a' Platonicis, quod parum digne de deo egerit, cum nihil grauioris fungendi officii illi tribueret, q; ut cum cæteris intelligentiis partes ſuas moueret, hoc ipſe inconueniens, pro ſui argumenti ratione accipit, & ſi primus motor moueret, appropriatus ſíquit, non differret natura, aut dignitate a' cæteris ſit, ita Pletho uir Platonicus dixerit, qui hoc argumento uſus in Ariſtotelẽ eſt, nec uidet ſe cõtra Ariſtotelem, quem defendit, arguere, cum ita ratiocinet', quod itaq; ad eum pertinet, reſpõſum ſit illud, ita ſit. Sequitur enim inconueniens iſtud, non culpa Platonis, ſed eius, qui motorẽ primum appropriatũ ſtatuerit. Verum quia me non affectus, ſed ratio uera ad hãc cõtrouerſiam mouerit, non minus Ariſtotelem, q; Platonẽ defendendum a' me cenſeo, atq; ita apud cæteros dico non bene afferri, motores non differre inter ſeſe, quoniam mobilia ipſa in natura corporis quinti conueniant. non enim ſi conueniunt in natura quinti, cæteris quoq; oíbus rebus cõueniant. iam homo, & equus cõueniunt in natura animalis, & tamen differũt ſua ꝓpria ſpecie, q; ſi cœleſtia corpora differunt inter ſe ſpecie, ut pleriq; authores illuſtres ſentiũt, motor primus, q; q; appropriatus, prẽſtãtior cęteris eſſe poteſt, differentia ipſa ſui mobilis ſpecie deſcripta longe nobiliori, ſed ſi ſpecie non differũt, ut aliqui nõ conténendi authores uoluerũt,

ne ita quidem

ne ita quidẽ ſequet' quid incõueniens, authore Auerroe, & Meſſalaco, & Alexandro, q; ea conuenire in ſpecie differre participatione ſpeciei eiuſdem inæquali ſecũdũ prius, & poſterius, atq; ita alia aliis eſſe poſſe nobiliora exiſtimarũt. Neq; id eſſe impoſſibile in iis, quæ materia carent paſſiua, ímo uero aptius, q; ut cõueniant in genere, & ſpecie differãt, quãdo forma, quæ cõueni entior cœleſtibus eſt, ſpeciem comitat', q; materia, qua generis nomine indicetur. Quãquã Albertus, & diuus Thomas, & Simplicius eam ſententiam oppugnãt, uolũt' q; omnino, ut ſpecie cœleſtia corpora inter ſe differant, ſed huius quæſtionis diſcuſſio non conuenit huic loco, ſatis itaq; ſit tueri Ariſtotelem in reſpondendo, ſi differentiam eſſe cœleſtium corporum dicimus, licet, uel in genere, uel in ſpecie conueniant, quod facere aduerſarius neſciẽs, cedit rationi Platonicorum, ut Deus nobilior cæteris motoribus eſſe nõ poſſit, ſi motor appropriatus ſtatuat'. Ita aduerſarii tela fruſtra in Platonis ſcholam conięcta ſunt, quæ deum eſſe motorem primi mobilis appropriatum, refert ad Ariſtotelem authorem.

Confutatio, & ſolutio alterius argumenti, quo aduerſarius arguit primũ mouẽtẽ, eſſe uitam optimam, & uitam eius eſſe totam ſimul, cæterarum uero intelligentiarum minime totã ſimul eſſe, ſecũdum Ariſtotelẽ, quod falſiſſimum eſt, & ideo ipſas intelligentias nõ eſſe æternas.

Intelligentias oẽs ſecũdũ Ariſtotelis ſníam æternas eſſe, nec ſucceſſionẽ ullã pati. Caput XII.

Enio ad aliam eius argumẽtationẽ, quæ talis eſt. Primũ mouens, 'eſt uita optima, inquit, & uita eius eſt tota ſimul. Vita aũt cæterarũ intelligẽtiarum ſecũdũ Ariſtotelem non eſt tota ſimul, ſed in quadam ſucceſſione cõſiſtit, in quãtum appropriãtur mobili, & ideo æternitas eoꝝ non eſt tota ſimul, nec cõtinet totũ tẽpus, & eaꝝ duratio æterna eſt magis extenſiue. Hæc uidetur quidẽ ex noſtra theologia hallucinari, ſed imperitia uitam intelligẽtiarum nõ eſſe totã ſimul pronũtiat, & ignarus, q^d Ariſtoteles hac de re ſcripſerit attribuit illi inepte, & falſo', quod ipſe peruerſe a' noſtris theologis intellexerit. Noſtri enim ſic cenſent, ut eſſe Dei ſolũ æternitate mẽſuret', neq; in eo ſit aliquid ſucceſſionis, uel ſecũdum eſſe, uel ſecũdum opationẽ, ſed ſimultas ſit omniſaria, angelos uero, quãtum ad eſſe nõ æternitate mẽſurari uolũt, ſed æuo. differre aũt æuum ab æternitate, quod eſſe æternũ nullam recipit ſucceſſionẽ, quod eſſe æui utiq; patitur, propter uarias angelorum electiones, a' tẽpore uero differre, quod eſſe temporale prius, & poſterius habet, eſt' q; mutabile, cũ in æuo nõ ſit prius, & poſterius, in quo ínouatio, & ſueteratio eſt, quæ in angelis eé nõ poſſunt. At hic nouus theologus uitã intelligẽtiarum cæterarum non ſimul totam eſſe ait id' q; Ariſtoteli fidenter aſcribit, quod q; Ariſtotelis placitũ ſit, uideamus. Appellat ille intelligẽtias oẽs ſempiternas, ut cõſtat in duodecimo metaphyſicæ, ubi ultra ſubſtãtiam ſenſibilem, ꝓpetuã eſſe, ac ſempiternã ſubſtantiã ꝓbat, & ubi numerũ ſubſtãtiaꝝ ſeparataꝝ inueſtigat, oẽs eiuſmodi ſubſtãtias ſempiternas uocat, q; ſi oẽs iudicio illius ſunt ſempiternæ, uitam earũ totam ſimul eſſe neceſſe eſt. primo etiam libro de cœlo, quæ ſunt extra cœlum, & ęterna, & uitam habere nõ tẽporalem, & ex tẽſam demõſtrat, quẽ locum diuus Thomas exponẽs de oíbus ſubſtãtiis ſeparatis, intelligẽda eſſe uerba hæc Ariſtotelis ait. Nulla igitur intelligentia eſt, cuius uita ſucceſſionem ullam patiatur, ſi ex opinione Ariſtotelis, iudicio probatiſſimoꝝ expoſitoꝝ loqui uelimus, ſed quæuis ſeparata ſubſtãtia prima, ſumma, & diuina ab eo ipſo philoſopho appellat', prima, quia nõ ſubiicitur tẽpori, neq; a' tẽpore mẽſuratur ſumma, quia non loco continetur. diuina, quia non ſubiicitur motui, ratione etiam rei facile coargui poteſt. Nam ſiqua ſucceſſio eſt in ſecũdis intelligẽtiis, hæc aut in earũ eſſe, aut in operatione ſit, neceſſe eſt. At non in eſſe eſt, quia eſſe illarum (ut Peripateticis placet) abſtractum oíno a' motu eſt, cuius ratiõe motus ſucceſſio eſt. Nec uero in operatione eſſe poteſt, quãdo intelligere, & uelle in ſubſtãtiis ſeparatis non differunt ab earum eſſentia, ut tertio de aía ꝓbat, & cõmento Auerrois, qui in intellectu agente nõ eſſe potentiã ad aliquid, ſicut in intellectu recipiẽti aſſeuerat. Cõmento etiam duodecimo libri metaphyſicę trigeſimo primo, oportet, inquit, has ſubſtãtias exiſtere. cum enim moueãt, ſine ulla potẽtia, ſine ulla materia eſſe neceſſe eſt, æternas enim eſſe neceſſe eſt. necnon cõmento trigeſimo nono, intellectum, & quod intelligitur idem eſſe ita affirmat. Omne, inquit, cõpoſitũ eſt nouũ, niſi q^d per ſe cõponi dicatur, ſed ſiquid per ſe cõponat', id de potentia in actũ per ſe exeat, & moueatur per ſe ſine motore neceſſe eſt, quo in loco addit in formis materia carẽtibus, prędicatum, et ſubiectũ, hoc eſt quicquid prædicatur, & ſubiicitur, unũ eſſe in re, q; q; duo in cõſyderando, reduci nãq; ad unã intẽtionẽ, ſiue rõnem eſſentialem, nec differre niſi in intelligendo ſolum, Ita

actio intelligentiæ non differt ab eius esse, & cum nulla in his cõpositio, nulla creatio noua sit, nec successionem esse possibile est, uel in ipso esse, uel in operatiõe. Sed aduersarius, qui nostrę theologiæ rationẽ ad Aristotelẽ refert, cum a` nostris audierit Deũ nosse spiritualẽ creaturam per tempus, hoc est per successionẽ tẽporis discreti, ꝓpter uarias angelorum electiones, & uarios actus intelligẽdi, Aristotelẽ hoc sensisse ait, quod remotissimũ ab eius philosophi sensu est, cum unitum esse, & unitã actionẽ, apertissime ipse statuat, cum & esse cœlestiũ corpoꝝ nullo tẽpore mẽsuratur, quoniam nullam in se habet successionẽ inesse, nec sunt in potentia ad esse, sed æuo ipsa mẽsurantur sentẽtia Aristotelis, licet motus eorũ tẽpore mẽsuret, nec dici põt, successionẽ hanc esse inquantum mouẽt cœlestia corpora, aut enim ratione moti, aut ratione mouẽtis hoc sit, qđ si ratione moti, pari ratione deus quoq; habebit successionẽ, a` quo primũ cœlũ mouet. Sed si ratione mouẽtis, cũ mouere nõ aliud sit, nisi uelle ipsius intelligẽtiæ, ut in uolũtatis actu nulla successio est, authore Aristotele, sic ne in mouendo quidem esse potest.

Falsum esse, quod Aristoteles, sicut aduersarius refert, dixerit omnia ex nihilo à deo ꝓducta. Atqui Platonem uere sensisse, primum principiũ nõ per seipsum, sed per alterũ creasse mũdũ, quod religioni nostræ cõsentaneũ est, quæ uult oĩa per filiũ a` patre creata esse. Caput. XIII.

Deinde opinio Aristotelis, inquit, de rerũ productione, est magis cõsona fidei, q̃ opinio Platonis, quia Aristoteles posuit deũ oĩa produxisse ex nihilo, & à Deo oĩa dependere immediate, sicut a` causa efficiente, quæ quidẽ dogmata cũ dogmate christiano multũ conueniunt, solũ differũt in mundi æternitate, quã fides non asserit. Plato aũt credidit, ꝙ primus deus nõ ꝓduxerit uniuersum immediate, sed per alterũ Deũ a` primo productũ, & q̃uis regẽ eũ appellat, tamen nõ sibi rerũ causalitatẽ actiuã immediate tribuit. Hæc nullo pacto ad Aristotelẽ posse referri, declaratũ satis a` nobis secũdo uolumine est. Plato nẽ aũt ita sensisse, ut principiũ primũ non per seipsum, sed per alteꝝ crearet mundũ, uere ab aduersario dicit. Sed hoc cõsentaneũ magis nostræ fidei est, q̃ illa Aristotelis opinio, ut deus non produxerit mũdum. Nã ne fides qdem aliter ponit, q̃ ut per filiũ cũcta creata a` patre sint, oĩa ꝑ ipsum facta sunt, inquit. Ipsum aũt est uerbũ, quod in principio erat, & deus erat. quod si mysteriũ trinitatis suspectũ ab aliquo illoꝝ gentiliũ dici fas sit, Platoni hoc uni dandum est, qui a` primo principio genitã asserit personã diuinã, quæ in uirtute patris cuncta crearet. Audi Porphyrium in quarto libro historiæ philosophicæ, Platonẽ ita de bono scripsisse referentẽ. A` bono mens prodiit, in intelligibilis quodammodo humano ingenio, atq; per se subsistens, in qua ea, quæ uere entia sunt, cõtinentur, omnis'q; entium substantia sita est, quod & primitus pulchrũ est, & de se ipsum formam pulchritudinis possidet. Prodiit uero æterne a` causa Deo ipso emanãs, q̃q̃ sui ortus principium non ad aliud refert, quoad non per motũ ꝓducta est, sed ipsa spõte sua ex Deo prodiit, suiq; ipsa author est, nec uero a` tẽporali ullo initio processit, tẽpus enim nõ dũ erat, nec facto iam tẽpe, subiicit ipsa temporis rationi. semper enim intẽporalis, sola'q; est, atq; ut primus deus, quãuis cũcta efficiat, tamẽ unus, solus'q; semper est, propterea quia nõ cũ iis numeret, & ordinet, sic mens sola, sempiterna'q; est, & tẽpore ipsa uacãs, tempus ipsa reb⁹ temporalibus est, manẽs in eadẽ suæ sempiternæ subsistẽtiæ ratione. Hæc Porphyrius, ex Platonis sententia. Verum aduersarius pro sua consuetudine, ne illud quidem intelligere unquam uoluit, quod apertissime ab Aristotele scriptum est, Platonẽ solũ arbitratũ, creatũ, generatũ'q; esse cœlum. Atq; ita, qđ nullo pacto est Aristotelis placitũ, quod ipse dogma appellat, Aristoteli tribuit, & cum Platonẽ calũnietur, Aristotelem ita præfert, ut non satis callere aristotelicã disciplinam uideatur.

Qui interpretati sunt apud Aristotelem, deum non uitam, sed animal esse, haud male interpretatos esse, ut aduersarius putat, sed bene, excusandum'q; potius esse in ea parte Aristotelem, ut Thomas existimat, q̃ damnandum, ut censet Albertus. Caput XIIII.

a Dhæc, interpretes, inquit, male interꝑtati sunt Aristotelẽ, ubi dicit, ꝙ deus est aĩal æternũ, & optimũ. Debuerunt enim interpretari uitam, aut uiuens, nõ animal, qa animal in græco non dicitur ab anima, sicut in latino, sed a` uita. Alter hic error aduersarii est, ut græca noĩa ex etymologia, idest ratione noĩs, non ex usu analogico interꝑtemur, uerbi gratia cũ græce αἰσθάνεσθαι dicimus, ne hominẽ interpretemur, sed reminiscẽtem, & cum

tem, & cum θεὸν, non deum, sed currentem, & cũ ζῶλω̃, non uitã, sed feruorẽ. Sic enim censet, ut quãuis Aristoteles ζῶον, hoc est animal dixerit, tu non animal interpreteris, sed uitam, a` qua ζῶον dictum est, quasi cũ aĩal dicit, nullo pacto quis intelligere uitam queat. Atqui animal ab anima dicta referri eodẽ potest, quo ζῶον. Anima enim principiũ uitæ est, & licet in plãtis anima, uita'q; sit, tamen qa perfectius, patentius'q; in animali hæc sunt, hinc Græci a` uita ζῶον, Romani ab anima animal nominarũt. Sed cur deum animal Aristoteles appellauit, facile dignosci ab homine potest, qui usum, & uernaculos, ut ita dixerim, mores græci sermonis teneat. Nõ enim suo ipse iudicio, & inuestigatione cõpertũ hoc ita esse asserit, sed φαμὲν dicit, hoc est, dicere solemus deũ esse animal sempiternũ, optimũ, ut ex publica opinione ꝓfessum accipiat aĩal esse, cui æuum cõtinuũ ipse attribuat, quod per demõstrationẽ iam cœperit, aut certe, ut suæ demonstrationi uulgarẽ etiã opinionẽ cõgruere ostẽdat, quod sæpenumero ita facere ꝓsueuit, ad quẽ sensum & diuus Thomas exponens, appellat, inquit, Aristoteles deũ animal sempiternũ, optimum, qa uulgo ita dicebatur. Vita enim in solis animalibus manifeste nobis sentitur, quæ cũ illi præcipue cõpetat, proinde animal dictus est, sic diuus Thomas, quanq̃ Albertus cœli motorẽ dici aĩal, errori Aristoteli ascribit, ita constat Aristotelẽ animal uoluisse, nõ uitã dicere, sed aduersarius, non usquequaq; peritus græci sermonis, nec aĩaduertens, quẽadmodũ Aristoteles in docẽdo ꝓcedat, dãnat, & emẽdat interꝑtes, & quæ nunq̃ addiscere ipse potuit, docet alios.

Mysterium trinitatis neq; ad Platonẽ, neq; ad Aristotelẽ referendũ esse, siqua tamẽ apud hos philosophos eius rei significatio est, esse potius apud Platonem.
Impossibile esse trinitatẽ naturali rõne cognosci, sed dũtaxat sacris authoritatibus ꝓbari posse.
De uestigio quomodo a` theologis accipiatur, & quid sit.
Quæ sit inter uestigium, atq; imaginem differentia.
Probari aliquid per effectum bifariam posse.
Cũ Paulus dicit inuisibilia Dei cognosci ex reb⁹ creatis, unitatẽ dei intelligere, non trinitatem.

Caput XV.

Ecũdi capitis crimen est, quod Plato nihil de trinitate diuina sentire potuerit, cum
s Aristoteles aperte intellexerit trinitatem esse in Deo ex solo uestigio impresso in rebus creatis. Quod ita ꝓbat, per uestigiũ, inqt, põt intelligi uestigiatũ, cũ uestigiũ sit similitudo uestigiati. Ergo Aristoteles, qui res naturales, & creatas intellexerat, trinitatẽ etiã ĩtellexit. De cognitiõe trinitatis, qđ ad hos philosophos ptinet, dixi satis secũdo uolumine, cuius loci summa hæc est, ut mysteriũ trinitatis nõ sit referendũ nisi ad nostræ fidei authores. Siqd tñ significationis, & cuiusdã suspectionis tantæ rei uel in exteris authoribus quærẽda sit, & notãda, lõge plura, expressiora'q; indicia cõperiri apud Platonẽ, q̃ apud Aristotelem possunt. quod cũ satis suo loco ostẽsum sit, hic argumentũ solũ aduersarii, quo Aristotelẽ probare conatur aperte cognouisse trinitatis diuinæ rationẽ, refellere debeo, quia cõtra theologorũ nroꝝ sentẽtiam est. Dicit ex reꝝ peritia naturaliũ, cognitã esse trinitatẽ diuinam, cum diuus
» Hylarius libro de trinitate dicat, nõ putet homo sua intelligentia, generationis sacramẽtũ posse cognoscere. Diuus Ambrosius, Impossibile est generationis scire secretũ, mens deficit, uox silet. Diuus Thomas in prima parte, quæstione trigesima secũda, articulo primo, Impossibile est
» inquit, per rationẽ naturalẽ ad cognitionẽ trinitatis diuinæ peruenire, & qui ꝓbare enitit trini
» tatẽ personarum naturali rõne, fidei derogat. primũ quantũ ad dignitatem, cum fides de rebus
» inuisibilibus sit, quę humanã excedũt rationẽ, ut Apostolus epistola ad Hebręos, fides, inquit,
» de non apparentibus est. Mox quantum ad utilitatem inuitandi ad fidem homines, cum enim
» rationes nõ cogentes inducat, incidit certe in irrisionẽ infideliũ. putabũt enim nos illi rationi
» bus tantum his inniti, & propterea ita credere, quæ igitur ex fide sunt, non nisi per authoritates
» ꝓbari debent apud eos, q authoritatem recipiãt, apud cæteros uero, satis est defendisse, ut im
» possibile nõ sit, qđ a` fide prædicat. Quibus grauissimis, ac uerissimis sanctorũ uiroꝝ testimoniis latissime patet, primũ trinitatẽ cognosci ratione naturali impossibile esse, secũdum, pluri
mũ derogari fidei ex huiusmodi rõne, tertiũ, fidẽ irrideri, quartũ, authoritatib⁹ tantũ sacris posse ꝓbari trinitatẽ. Cõtra, quæ aduersarius palàm scribere audet, expressius item sanctus idẽ demõstrat, philosophos non cognouisse propria diuinarum personaꝝ ex authoritate Pauli epistola ad Corinthios, Loquimur Dei sapientiã, inquit, quam nemo principum huius seculi nouit.
» principes enim pro philosophis ibi accipi cõfessum est. Diuus quoq; Augustinus primo de tri
» nitate, mentis nostrę acies inualida, inquit, in tam excellẽtissimã lucem figitur, nisi per iustitiã

dei emũdetur. In hac eadẽ ſentẽtia eſt & diuus Baſilius, homilia ſuper ſcripto illo, In principio erat uerbũ, & diuus Gregorius Nazanzenus cum locis pluribus aliis, tum ſermone de diuinitate, & altero ſermone de filio. Sed aduerſarius, qui ſuo argumẽto fretus, quid ſancti authores ſcripſiſſent, minime curarit, plus ualet, inqt, apud me ratio una, q̃ multæ authoritates, reſpõde adrationẽ, inquit, aut te uictũ fatere, q̃ ſuæ rationi confidens hic uerba, & impetũ facit. Sed quãtũ ualeat eius ratio, uideamus. In rebus naturalibus, quas Ariſtoteles nouit, ueſtigiũ eſſe trinitatis, atq; ita cognitam eſſe trinitatẽ ab Ariſtotele ait. Veſtigiũ trinitatis eſſe in creaturis, ſiue reb⁹ naturalibus certũ eſt, Sed quid, & quẽadmodum hoc ueſtigiũ ſit, & quãtum cognitionis afferre poſſit, cogitemus, quo eius ratione expoſita, perſpicuũ ſit, in quãtum errorẽ inciderit aduerſarius in ratione ueſtigii definiẽdi. Veſtigiũ itaq; a` theologis tranſlatum a` rebus corporeis analogiæ quadam ratione, accommodatum diuinis eſt, atq; ut corporis ueſtigium perobſcure, ac imperfecte repræſentatur, ſic diuinitatis ueſtigium admodum imperfecte in creatura eſt. Nam ut qui ueſtigium pedis humani uiderit, intelligit quidem non equum, ſed hominem eſſe, qui impreſſerit, uerum quis nam ſit Socrates ne, an Plato, intelligere nequit, ita & quod metaphora ueſtigium primæ cauſæ in creatura haberi fatemur, impreſſio quædã eſt, qua eſſentialia attributa diuinis perſonis cognoſci poſſunt, appropriata uero, & propria, nõ niſi fide, quaſi fundamẽto ſubiecta recipi poſſunt, cum. n. ſumma apud theologos differẽtia inter ꝓpria, & appropriata diuinarum perſonarum eſt, tum ne ipſa quidem eſſentialia rationem appropriatorũ recipiunt, niſi per relationem intelligantur, propriũ nanq; id eſſe uolũt, quod ita uni perſonæ conueniat, ut nullo modo, ſalua fide, poſſit attribui alteri, ut paternitas, et generatio actiua, patri attribuuntur, ꝓpria, nec filio ullo pacto, aut ſpiritui ſancto cõmunicantur, filiatio autẽ, & generatio paſſiua filio, ſpiratio uero paſſiua ſpiritui ſancto, Appropriata autẽ eẽ attributa eſſentialia. ut potẽtiam, ſapientiam, bonitatem, quæ non ita attribuũtur, ut potentia ſit in patre, & nullo modo in cæteris perſonis, ſapientia in filio tantum, bonitas in ſpiritu tantum. Sed ita ut cõmunia omnibus, atq; eſſentialia ſint, Eſſentialia uero ipſa ita intelligi, ut nulla cum relatiõe adhuc ad perſonas deo attribuantur, ut potentia, ſapientia, bonitas abſolute diuiuę naturæ attributa. Cũ itaq; ueſtigium trinitatis in rebus his creatis ineſſe fatemur, non propriorũ aut appropriatorum, qua appropriata ſunt, ueſtigium intelligimus, ſed eſſentialia, quibus & ducimur ad dei cognitionẽ, uelut præuiis quibuſdam, ſiue erudimentis, ſiue elementis, quo ad naturæ humanæ imbecillitas diuinas res aſſequi poteſt, id'q; triplici ratione. Aut enim ut aſſimulatum ad exemplar refertur creatura ad deum, quod idea diuina eſt, aut ut productum ad productorem, aut ordinatum ad finem relatione menſuræ, ſuo enim quodq; fine menſuratur, Nec uero ueſtigium intelligi integre poteſt, niſi triplici hoc reſpectus genere, cum ſingula non ſufficiãt, authore diuo Auguſtino libro octuagintatriũ quæſtionum, quæſtione ſeptuageſima quarta. His igitur tribus reſpectibus theologi cõſyderant appropriata diuinis perſonis. Quippe cum creatura reſpectu ſimilitudinis repræſentet exemplar, quod filio appropriatur, reſpectu productionis potentiã, quæ patri appropriatur, reſpectu ſpirationis bonitatem, quæ ſpiritui ſancto, quæ uel aliis nominib⁹ interdum reddũtur, nam & nomine ſubſtantiæ uirtutis, operationis, & numeri, põderis, & menſuræ, & unitatis, ſpeciei, ordinis. Quamobrem generale, & ueluti regula reddi de ueſtigii partibus ita poteſt, ut omnes perfectiones, quæ reduci ad trinitatem poſſint, ſub quadam mutua connexione ueſtigium conſtituere poſſint. Verbi gratia, cum a ſubſtantia uirtus procedat, ſicut filius a` patre, & a` ſubſtãtia, & uirtute operatio, ſicut a` patre, & filio ſpiritus ſanctus. Ideo his trib⁹ conſumi ueſtigium poteſt. Patet etiam qua ratione ueſtigium ab imagine differat. Veſtigium enim imperfecte, & ſub ratiõe ſpeciei repræſentat, ut dictum eſt. imago autem perfectius repræſentat. quippe quæ ſub ratione indiuidui refert, ut deſcribi poſſit, quo repræſentatiuum ſit alicuius totius tum ſpecie, tum particulari, imitando illud, cuius imago eſt. Sed redeo illuc. Cum ueſtigio inquã ad Dei eſſentialia reducti fuerimus, finem ibi faciamus neceſſe eſt, niſi fide ſubiecta, maiora deinde contemplemur, unde fit, ut iuuemur quidem cognitione reum naturalium ad Dei contemplationem, ſed non amplius, q̃ quo ad deum omnipotentem, ſapiẽtem, bonum, & reliqua huiuſmodi intelligemus, Id'q; eſt, quod ab Apoſtolo ſcriptũ legimus. Inuiſibilia Dei cognoſci ex rebus ſenſui ſubiectis, paternitatem uero ineffabilem illam, & filiationem, & ſpirationem nullo pacto noſter attingere intellectus poteſt, & niſi principiis his eſſentialibus attributis utendo, & fidei in primis ſubiecta, ad propriorum cognitionem enitatur, remaneat in cognitione eſſentialium tantum, atq; exteriora quædam, non interiora diuinæ naturæ cõtempletur, neceſſe eſt. omnino ut ſimilitudine ueſtigii, aut imaginis utimur ad docendam trinitatẽ, poſt,

q̃ fide firma

q̃ fide firma articulum tenuimus trinitatis. Sic inueſtiganda, cõperienda'q; his eiſdẽ iuuamur, & aut ſimilitudinem deſignamus, quemadmodum argumento intellectus uerbi, & uoluntatis perſonas diuinas diſtinguimus, aut diſſimilitudine quadam, ut diuus Auguſtinus ꝓpterea patri appropriari potentiam ait, ne, quia patres apud nos ſolẽt eſſe ob ſenectutem infirmiores, aliquid tale ſuſpicemur in patre illo ſummo, atq; omnipotenti. Hæc a` diuo Thoma parte prima, quæſtione. XXXIX. articulo ſexto, plene ſcribũtur. Ex quibus facile intelligi põt Ariſtotelẽ, & reliquos philoſophos illos eſſentialiũ attributor⁹ dei cognitionẽ ex ſuis ſtudiis aliquã, ꝓpriorũ uero, aut appropriator⁹ nullam oĩno habuiſſe, atq; oppoſitum eius, quod aduerſarius putat aſſecutos, ex rerum naturaliũ diſciplina, q̃q̃ enim deus triplici perſona diſtinguitur, tamẽ hæc ueſtigia non ſunt a` tribus illis perſonis, in quantum ſunt tres, ſed in quãtum ſunt unum. Itaq; fit, ut intellectus, qui ratione monitus naturali, diuina contẽpletur, quæ in his diſtingui ſenſerit. ſuitio naturalis cõditionis, hæc unienda iudicet in diuinis, & quo priora, ſuperiora'q; repetat, eò deueniendum cẽſeat ad ſimpliciora, unitiora'q;. Dixi philoſophos nullã habuiſſe cognitionẽ appropriatorum, quoniam, & ſi eſſentialia attributa cognouerunt, tamen non ut appropriata diuinis, dignoſcere potuerunt. Quippe cũ appropriata ipſa relationẽ quãdã deſignãt, quę cognoſci nõ põt, cum proprium, hoc eſt terminus ignoratur. Vnde Auerrois cõmentator exponẽs lo cum duodecimo metaphyſicæ, quo Ariſtoteles deum eſſe ſubſtantiam ſapientẽ, & uiuẽtem fatet'. Eſt igitur, inquit, deus unus, & ſapiens, quo argumento quidã trinitatem eſſe in dei ſubſtãtia putauerunt, conãtur'q; ſuam tueri opinionẽ, ea rõne, q̃ deus ſit tres, & unus, tueri tamẽ non poſſunt, q̃a cum ſubſtantia fuerit numerata, congregatum entium erit unum per intentionem unientem additam congregato. Non igitur ſi Ariſtoteles attributa eſſentialia cognouit, eadem & ut appropriata cognoſcere potuit, longe'q; minus per eſſentialium cognitionẽ deuenire ad propriorum potuit. Adde quod creaturæ ducunt in dei cognitionem in quãtum ille cauſa entium productiua eſt. Talis autem cauſa cõmunis toti trinitati eſt, cum in hoc tres perſonæ uniãtur, non diſtinguãtur. Atq; ita per effectum cognoſci non trinitas, ſed unitas poteſt, ut & diuo Dionyſio placet, capite ſecundo de diuinis nominibus, cõmunia totius trinitatis eſſe oĩa cauſalia, & diuo Auguſtino in quinto de ciuitate Dei, capite decimo ſeptimo, Sicut pater, & filiꝰ, inquit, ad ſpiritum ſanctum ſunt principium unum, ita omnes tres perſonæ ſunt unum principiũ ad producendam creaturam. Nec uero Scotus uir ſummæ ſubtilitatis aliter ſentit, cũ dicat, ultra doctrinam philoſophorum eſſe neceſſariam chriſtianam theologiam, quoniam proprietas primæ ſubſtãtiæ, quæ cõmunicabilis in tribus perſonis eſt, intelligi non poteſt ex effectibus, qui a` deo procedunt, ut ab uno non trino, Plus'q; erroris, inquit, q̃ cõmoditatis afferunt, cũ nulla creatura ſit una numero in tribus ſuppoſitis diſtinctis. Deniq; ratio creandi uſqueadeo unitãtũ tribuitur, ut ſummi theologi dicere non dubitarint, ſi una tantum eſſet perſona, adhuc in ea eſſe plenam ſapientiam, & potentiã, poſſe'q; producere omne poſſibile, ita cauſalitas ex ſua ratione in quãtum ad exteram productionem refertur, non affert habitudinem ad internam productionem, licet Deus fundamentum neceſſario ſit, & ratio, & cauſa utriuſq; productionis, & quidem prius internæ, q̃ externæ, quapropter philoſophi, quãuis habitudinem rerum ad principium efficiens, neceſſario animaduerterent, tamen productionis externæ habitudinem, ad internam productionem non adhibuerunt. Cum'q; res naturales productas eſſe faterentur, ad internam tamen diuinam illam productionem aſpirare non potuerũt, & cum creare nihil aliud ſit, q̃ dare eſſe, terminus autem actionis oſtendat principium actionis, omne enim agens ſibi ſimile agit, ſi terminus creationis eſt eſſe principium quoq; producens creaturam eſt eſſe diuinum, tribus perſonis cõmune, ſicut & eſſentia eſt. Ergo eſſe creatum, nõ trinitatem, ſed unitatem declarat, tum etiam cum deus cauſa creaturæ ſit, nõ uniuoce, ſed æquiuoce, aut analogice, nec niſi minimam quandam ſimilitudinem fundatam in unitate analogica habere poſſit creatura cũ deo, nõ ſequitur, ut ſi in re creata ſit aliqua trinitas, in re etiam increata ſit. quæ enim in inferioribus diſtinguntẽ, hæc in ſuperioribus uniuntur, nec ex naturali quidẽ rõne intelligere quicquã multiplicari in natura diuina poſſumus, quando quod in effectu multiplicatur, atq; diſtinguitur, id in cauſa eminens, unitum'q; cõtinetur. Vnde diuus Thomas quæſtione undecima de ueritate, articulo ultimo, quamuis, inquit, in creaturis aliqua reperiatur ſimilitudo perſonarum, non tamen ex ſimilibus illis concludi licet ita eſſe in diuinis, cum ea, quæ in creaturis reperiantur diſtincta, in creatore ſine ulla diſtinctione ſint. Sed aduerſarius uacuus harum rationum putat Ariſtotelem exploratum ſibi habuiſſe myſterium trinitatis, peritia rerum, quas calluerat naturalium, & quod munus ſanctiſſimæ fidei, & reuelationis ſolum eſſe theologi noſtræ religio-

nis arbitrantur, ipſe naturæ attribuit, & argumento, quod inſolubile putat, hoc aggrediť ſapiẽ tiſſimos omnes doctores, qui adhuc in religiõe Chriſti claruerint, per ueſtigium, inquit, poteſt ĩtelligi ueſtigiatũ. In rebus aũt creatis, & naturalibus eſt ueſtigiũ trinitatis. Ergo Ariſtoteles, q res naturales, & creatas intellexit, trinitatẽ etiã ĩtellexit. Hoc nõ ſolũ nõ ĩdiſſolubile eſt, ſed etiã facile ſolubile, Falſo` etenim dicitur ueſtigium trinitatis in quantũ trinitas eſt, eſſe in rebus creatis. Non enim ea ratione, qua trinitas, diſtinguitur ſua productione interna. Veſtigium trinitatis in reliquis creaturis eſt, ſed qua unitum, & unum quomodo expoſui. Contra, inquit, Ariſtoteles hoc cognouit demonſtrato deo hoc autem eſt trinitas, ergo cognouit trinitatem. Hoc a` pueris didicit, qui in ſcholis ingenii exercẽdi cauſa ita arguunt, Sed quod uel illis ſoluere facile eſt, ſic reſpodendo, Ariſtoteles deum trinum, & unũ cognouit, & tamen non cognouit deum trinum, & unum, ipſe imperitia ſoluendi lapſus eſt in tantum impietatis errorem, ut noſtrę religionis arcana declarari naturæ facie pingui exiſtimet. At ſi trinitatem cognitam ab Ariſtotele dicit ſub ratione, qua trinitas eſt, ſine cognitione propriorum, atq; appropriatorum, id nec poſſibile eſt, ut quis trinitatem ſub ratione, qua trinitas eſt, cognoſcat, & tamen ignoret qua ratione diſtinguantur ipſa ſuppoſita, & propriis ſuis, aut appropriatis deſcribantur, ac limitentur, & eodem uoluitur, ut in natura diuina diſtinguat, quæ unire omnino debet. Quid uero trinitas illa Ariſtoteli cognita, per diſtinctionem ne rationis ſit, an per diſtinctionem realem? Nam ſi per diſtinctionẽ rationis, nihil ad nos pertinet chriſtianos, ſed ſi reali prorſus, aut ita eſt, ut accidẽtia realiter diſtincta ſint, quod eſſe in deo nemo conceſſerit, aut ita ut tres ſubſtantię primę realiter ſint diſtinctæ. Sic enim ab illo ſuppoſita, & hypoſtaſes diſtingũtur. Plura, inquit aduerſarius, meam ſententiam tuentur. dic ſodes reliqua, ut calor effectus a` ſolo, in hoc ſubiecto calorem eſſe a` ſole declarat, ſic & trĩitatem eſſe in creatore exprimit ueſtigium, quod in creatura a` creatore poſitum eſt. Hoc reliquum nihil eſt, & contra te eſt. Calor enim effectus a` ſole non eſt in Sole formaliter, neq; ita ſol calidus, ſed uirtualiter eſt. Quid uero, cum ne effectum qdem a` Deo quicquã ſit opinione eiuſdem philoſophi Ariſtotelis? Quid, inquit, theologi ſancti addu cunt rationes ad probandam trinitatem, ſi nulla exprimi ratione poſſit? Quid Paulus inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt, conſpici intellectu dicit? Sunt iſta quidem, ſed tu imperitia diſtinguendi, quẽadmodum dicantur, intelligere nequis. probari enim aliquid per effectum bifariã poteſt, aut enim ita, ut ab effectu ad cauſam cognoſcendam deueniatur, quomodo ex motu primus motor, & Deus cognoſcitur, aut ita, ut poſita cauſa conuenire effectum cauſæ poſitæ oſtẽdatur, ut in ſyderali ſcientia eccentricos eſſe probamus, quod ratio apparentium circa motũ seruari poſſunt cõuenienter tali poſitioni. Cum itaq; diuus Auguſtinus arguat ex proceſſione uerbi, & amoris, ita intelligendum, ut non ducatur per inueſtigationem ab effectu ad ponẽdum trinitatem, ſed ut poſita trinitate ex fide, congruere poſitioni rationem uerbi amoris, & reliquorũ huiuſmodi declaret. Quod probandi genus ratio ueriſimilis quædam eſt, & quæ ſolui de facili poſſit. Non enim, ſi deus eſt infinitus, ſequitur, ut filium quoq; infinitum producat. phyſicus. n. productionem hãc internam eſſe impoſſibilem dixerit, & potentiã Dei infinitam apparere in dependentia entium, aut in productione rerum ex nihilo, ſi admittit ex nihilo eſſe ꝓductas, nec oportere tantam in effectu, quantam in cauſa eſſe perfectionem. Nec uero ſeqtur ſi intellectus noſter producit uerbum, ut intellectus quoq; diuinus idem faciat, cum non uniuoce intellectus de nobis, & de Deo dicatur. Paulus uero neminem principum huius ſeculi, hoc eſt philoſophorum trinitatem cognouiſſe aperte ad Corinthios ſcribit, ut dictum eſt, quod autem ad Romanos dicit, Inuiſibilia dei intelligi ex rebus creatis, unitatem dei, non trinitatem ſignificat. Agit enim apud eos, qui plures Deos colebant, in quem errorẽ aptiſſime uti poterat argumẽto creaturarum, quæ deum unum eſſe declarant, ut a` theologis expoſitum omnibus. Magiſter ſententiarum in primo refert. ita aduerſarius fruſtra capita tria tota conſumpſit ad oſtendendum Ariſtotelem chriſtianum fuiſſe contra q̃ religio cenſet.

Platonẽ, teſte Auguſtino, patrem, & uerbum in unitate eſſentiæ ſtatuiſſe. Eũdẽ ſecũdũ Thomam appropriata diuinis ꝓſonis intellexiſſe, ſacris literis in Aegypto edoctũ, tres etiã ſubſtantias realiter diſtinctas ad eum referi, quem Porphyrius eſt ſecutus. Caput. XVI.

s Ed cum friuola hæc ita dixiſſet, quaſi iam potiſſimis rationibus uictoriam obtinuerit, effert ſeſe cõtumelioſius, & Platonem ne ſomniare qdẽ trinitatis rõnẽ potuiſſe ait, fateť tñ eũdem, quẽ ne ſomniaſſe qdẽ trinitatẽ dicit, ſemel tanq̃ furore ꝓcitatũ appellaſſe

appellaſſe deum patrem, quaſi parum hoc ſit ad Platonis egregiam laudem. Sed q̃ Plato propius ad trinitatis cognitionem, q̃ Ariſtoteles acceſſerit, ſatis ſuo loco oſtẽdimus. Nunc breuiter diuum Auguſtinũ meminero, qui in octauo libro confeſſionum fatetur ſeſe legiſſe in libris Platonicoꝝ authorum, q̃q̃ non eiſdem uerbis, rationẽ euangelii noſtri illius, In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & reliqua loci eiuſdẽ, uſq; ad uerbũ caro factum eſt, excluſiue. Diuum etiam Thomã non prætereo, q̃uis properẽ, qui inter initia ſnĩarum, allegans diuũ Auguſtinum. Plato, inqt, hoc intelligere potuit, cũ in Aegyptũ ꝓfectus eſſet. In prima etiã parte, repitur, inquit, in libris Platonicorum. In principio fuiſſe uerbũ ueꝝ, non ut uerbum pſonã genitam ſignificet, ſed ut ratio rerum idealis intelligať, ꝑ quã deus cuncta creauerit. Cæterum & ſi appropriata tribus ꝓſonis illi cognouerunt, tñ deuenire ad ſpiritus ſancti bonitatẽ non potuerunt, qa cognoſcẽtes deum, non ut deũ coluerunt. Hoc idẽ & diuus Auguſtinus de Porphyrio Platonico authore in decimo libro de ciuitate dei teſtificatur, uidelicet tres ſubſtãtias illum ſtatuiſſe. primã, quam patrẽ uniuerſitatis appellaret, ſecundam, primã mẽtem, quæ filius a` Macrobio dicta eſt. tertiam, animã mundi, quã Maro poeta ex Platonis opinione ſpiritum uocat,

» Spiritus intus alit, totos q̃ infuſa per artus,
» Mens agitat molẽ.

Ita Plato, teſte diuo Auguſtino, patrẽ, & uerbum in unitate eſſentiæ ſtatuit, Diuo aũt Thoma altero teſte. Appropriata diuinis ꝓſonis intellexit, id'q; in Aegypto a` ſacris lĩris didicit. Tres etiam ſubſtantias realiter diſtinctas referri ad Platonẽ, qui author Porphyrii fuerat, iuſtum eſt, nec magis damnandus ille eſt, q; non trium ſuppoſitorum diſtinctionem realẽ in eadem natura ſtatuerit, q̃ commẽdandus, quod præter alios, tam prope` ad diuinæ trinitatis rationẽ acceſſerit. Plato, inquit, ſemel, quaſi furore concitatus, patrẽ deum appellauit. Ergo & filium affert, qui patrẽ appellarit. Non. n. pater uel eſſe, uel intelligi põt ſine filio. pulchrum uero, & quod fateris ipſum, furore quodam actum illum ita dixiſſe. furor. n. hic eſt pius, ille & laudabilis, quem iis tribuimus, qui numine inſtincti, res diuinas, quas ratio attingere nequit humana, referunt, ſed tu, quæ laudare debes, uituperas.

Falſum eſſe quod aduerſarius inquit, ueſtigiũ ſatis eſſe ad trinitatis cognitionẽ, id'q; & rõne, & ſanctorum authoritate oſtendi.

Aduerſarium manifeſte ſibi contradicere, cum hominẽ poſt peccatum per fidem potius, q̃ per ueſtigiorum cognitionẽ intelligere trinitatem uelit, & tamẽ Ariſtotelem, qui fide caruit, dicat per ueſtigia trinitatem cognouiſſe. Caput XVII.

p Ergit in aſſerendo ueſtigium ſatis eſſe ad trinitatis cognitionem, affert'q; non itẽ argumẽtum, ſed cõcluſione ſine ulla ꝓbatione. Si oĩa, inquit, ueſtigia creaturarum in unum colligerentur, pfecta dei cognitio haberet' ad oĩa, excepta cõprehenſione dei & infinitate. Arguimus igitur contra hãc falſam ꝓcluſionẽ ad hũc modum. Si p ueſtigia creaturaꝝ põt eſſentia dei diſtincte intelligi, hoc certe fuerit aut p ſpẽm reꝝ ſenſibilium, quæ non modo rem, cuius ſpẽs eſt, ueꝝ ét cauſam rei eiuſdẽ repræſentet p ꝓpria ipſius rei cauſata ueſtigiis, aut p argumentationis rõnem a` noſtro intellectu proficiſcentẽ. At p ſimilitudinẽ effectus ꝓquoci, cognoſci eẽntiam cauſę æquocę impoſſibile eſt. Non. n. ſimilitudine uermis cognoſci põt eſſentia ſpecifica ſolis, cum non ſolum ſpecie differant, ſed gñe etiam phyſico. Cum itaq; deus ſit cauſa æquoca oĩum creaturaꝝ, nec niſi unitate analogica cum his ꝓueniat, hinc p eiuſmodi effectus ad quædam cõmunia tñ non ad propria uſq; cognoſci põt. Nec uero intellectus noſter ex cõibus argumẽtandi principiis elicere poteſt ꝓcluſionẽ ꝓpriam ad dei rationem, q̃ quidẽ immediatas ꝓpoſitiones deo aptas ignorat. Sint etiã oĩa ueſtigia in eodẽ collecta, qd aduerſarius argumẽto deducit. Sed cum aggregatum hoc finitum, limitatum'q; ſit, nec diuinã æquare poſſit pfectionẽ, ſed in infinitũ a` Deo ipſo excedat', ideo aut uno, aut altero ueſtigio eſſentia dei cognoſci non põt, ſic ne p ueſtigium aggregatũ quidẽ, poterit ꝓpter diſſimilitudinẽ limitationũ, & infinitam diſtantiã quocũq; poſito. Authoꝝ etiam oĩum ſnĩa eodem plane` tendit. Iam diuus Thomas in primo ꝓtra gẽtiles, capite tertio, eſſe aliquas ueritates diuinas refert, quæ cognoſci niſi p reuelationẽ diuinam non poſſint, ut ueritatẽ diuinæ gñationis, aut ꝓceſſionis. Idẽ in prima parte, quæſtione XII. articulo ſecũdo. Impoſſibile eſſe ait eſſentiam p aliquã ſimilitudinẽ cerni ab intellectu noſtro, quod his mediis probat. primum diui Dionyſii authoritate, q capite primo de diuinis noĩbus, ſimilitudine rerum ordinis inferioris, nullo modo poſſe cognoſci res ſuperioris ordinis confirmat, ut enim per ſpeciem corporis cognoſci ſubſtantiam

incorpoream non posse, ita multo minus per quãuis speciem creaturæ posse cognosci substantiam dei arbitrat'. Mox ratione, q̃ essentia dei est ipsum eius esse, quod nulli formæ creaturæ cõpetere possit, & quia esse diuinum est incircũscriptum, & illimitatũ, eminens supra oĩa, quę intelligi possint, quęq; aũt forma creata est limitata ratione uel sapiẽtiæ, uel uirtutis, uel essentia, uel alicuius gñis eiusdẽ. Philosophi uero sic uolunt, ut quiditas substantiarum separatarum, & maxime primæ, cognosci non possint quantum ad quid est, per materialia, & sensibilia, q̃q̃ aliquam esse huiusmodi substantiam intelligi põt, id'q; magis ad id, quod ipsa non est, q̃ ad id, qđ est. Vnde Aristoteles primo metaphysicę. Vt uespertilionum ingt, oculi ad lucẽ diei se habent, sic mens aĩæ nostræ ad ea, quæ naturæ oĩum aptissima sunt. & in primo de partibus animaliũ, res nãq; illas superiores, inquit, tametsi leuiter attingere possumus, tñ ob eius cognoscendi generis excellentiam magis oblectamur, q̃ cum hæc nobis iuncta oĩa tenemus, & in secũdo de cœlo argumenta de corporibus cœlestibus facta, dissolui non posse, nisi ratiõe topica scribit. Auerroes etiam commento tertii libri de anima trigesimosexto declarans quęstionẽ illam Aristotelis, an intellectus noster possit intelligere substãtias non in materia positas. Impossibile est, inquit, per res sensibiles intelligere quiditatem substantiæ abstractæ, sed hoc fuerit, cum intellectus agens unieť, ut forma intellectui possibili. Alexander quoq; in hac eadem sententia est, & Diuus Thomas exponens secũdum metaphysicę librum, & tertium de aĩa, dicit substantiam, nos intelligere posse, quãtum ad esse, non quãtum ad essentiam, ita & rei ratio, & authoritas uirorum illustrium impossibile esse declarat, ut per res corporeas essentia dei proprie, atq; distincte intelligatur, quod aduersarius possibile esse autumat, si uestigia in idem omnia colligantur, delapsus ad hunc errorem, ut opinor, cum referẽtem quẽpiam illud Scoteum audiuisset, posse hac in uita distinctam haberi cognitionem de articulis fidei, quod schola diui Thomæ nõ probat. Cæterum Scotus non id fieri posse per uestigia creaturarum arbitratus est, sed per spẽm diuinitus miraculo procreatam, quæ distincte hoc repræsentet. Sed an hæc opinio recta sit, non hoc loco quærẽdum est. Aduersarium hic nihil uel a' se ratiõis, uel ab aliis authoritatis pro sua opinione habere, iam ostẽdisse satis est. finem huius responsionis faciam, si prius sibi ipsum cõtradicẽtem aperiam. Dicit hominem, nisi peccasset, prius cognoscere potuisse trinitatem per sapientiam ex uestigiis, q̃ per fidem, sed post peccatum cognoscere prius p̃ fidem, q̃ per sapientiã hoc est per uestigiorum cognitionẽ esse necesse. Quod si post peccatum illud originale nemo potest ad trinitatis cognitionem per uestigia deuenire, nisi antea fide illustretur, Aristotelẽ autem fide caruisse, nec aliquid literarum sacrarum degustasse, nc ipse quidem negat, qui fieri potest, quin sibi ipse turpiter contradicat, cum eundem & fide caruisse, & per uestigia trinitatem cognouisse confiteatur, sed uidetur non satis uim colligẽdæ contradictionis, syllogismi'q; cum animaduersione conficiendi habere. Nec uero, quod de primo homine putat cognoscere illũ potuisse trinitatem, si in statu innocentiæ p̃stitisset, caret impietatis errore. religio enim ita uult, ut quãuis ille non peccasset, perfectam'q; haberet scientiam, tamen nunquam assequi posset trinitatis cognitionem, & reliqua, quæ á fonte fidei profluunt.

Falsum esse quod ait aduersarius, tres dimẽsiones corporis realiter distinctas facere unum sine compositione, & dimensiones corporis certius nos ad trinitatis cognitionem ducere, q̃ animæ distincta, eadem'q; unita ratio, quod & rationi, & sanctissimorum uirorum authoritati repugnat. Caput XVIII.

In quinto suo capite, cũ demonstrare uestigiũ expresse, & trinitatis cognitionẽ præbere uellet, corpus, inquit, quãuis secũdum quod est in prędicamẽto substantiæ sit cõpositum ex materia, & forma, tñ secũdũ quod est in prædicamẽto q̃titatis, & habet tres dimẽsiones, nullã compositionẽ dicit, & sicut tres p̃sonę diuinæ sunt unum sine compositione in eẽntia, realiter tamẽ distinctæ, sic tres dimẽsiones corporis realiter distinguunť, & faciunt unũ sine cõpositione. Sed falsum, quod dicit est, & recte Ioãnes Gattus theologię p̃fessor familiaris noster rñdit, affirmãdo corpus, uel ita sumptũ dicere cõpositionẽ, his'q; usus est rationibus. Si tres dimẽsiones unum cõstituunt sine ulla cõpositione, hoc fuerit, aut qa in altero quodã ita idem efficiuntur, ut una res numero sit, quomodo de tribus personis respectu diuinæ essentiæ dicimus, quod quidẽ rebus naturalibus dare, non modo aduersus rationẽ physicæ disciplinæ est, uerum etiã theologis nostris derogat authoritatẽ, q diuinæ naturæ proprium esse prædicãt, ut in ea tantum sint tria distincta numero, & suppositа, quæ res una numero absoluta

ro absoluta sint. Aut quomodo a' Scoteis dicitur, ut licet in diuina essentia sint distincta attributa formaliter, tamen non faciunt cõpositionem, quia nullũ eorum sit in potẽtia ad alterum, cũ nullum per alterum perficiatur, quod dimẽsionibus non congruit. Altera enim perficit' altera, ut suo fine, & cum singulæ ipsæ dimẽsiones, neq; actus puri, neq; potẽtiæ puræ sint, sed partim in actu, partim in potentia statuantur, hinc unum fiat ex his, necesse est, sicut ex entibus, quorũ alterum se habet ad alterũ, ut actus, aut potẽtia, quæ quidem unio, nisi cum compositione fieri non potest. Hæc ille. Sed quoniã de Aristotele, & de dimẽsionũ naturali rõne agimus, placet afferre, quæ is philosophus de hac re senserit. Cẽset ille in primo de gñatione, & corruptiõe rerum naturalium unãquãq; bifariam dici, ut carnẽ, os, corpus, & reliqua, aut. n. secũdũ formam aut secũdum materiã. Nã & materia, ingt, & forma dicit' caro, aut os. Item octauo metaphysicæ negat hominẽ esse idẽ, quod aĩal rõnale, mortale, aut aĩal ingressibile, bipes, sed aliqd pręter hęc esse arbitratur, qñ hæc materia sunt. Nõ est, inquit, cõpositio, & mistio ex iis, quorũ cõpositio, aut mistio est, sed aliquid esse oportet, qđ pręter hæc sit, nõ utiq; elemẽtum, neq; ex elemẽtis, sed substãtia, qđ excluſa materia dicit'. His ita positis respõdeo. Corpus, de quo loquimur, indicare cõpositionẽ, utpote quod tribus dimẽsionibus p̃stet, longitudine, latitudine, profunditate, aut ut qđ tribus dimẽsile sit, q̃q̃ ut forma simplex esse intelligatur, corpus, inquit, ut quantũ, & in prædicamẽto positũ quantitatis, in quo nulla materia sit, & tamẽ p̃tineat tres dimẽsiones, unitas sine ulla cõpositione est, hominẽ dialecticũ, qđ impossibile est, pro possibili accipit. partes enim definitionis in quauis re pro materia habentur, id'q; est corpus, si corpus quod definitur est. licet & excluſa materia corpus accipi põt, altero modo, sed id non ex dimẽsionib⁹ est, ut ne homo quidẽ ex animali, & bipede, quæ scriptura, quam modo p̃posui Aristotelis declarant'. Sed hic non aduertẽs quid ille author de his rebus scripserit, credit dimẽsiões in corpore nullam oĩno facere compositionem, nec potuit cogitare quodlibet corpus fore nobilius intellectu humano suo iudicio, qñ triplex illa dimẽsio, in corpe tm̃ est, cui uim cognoscẽdi trinitatem diuinã ipse attribuit. Fuerũt ergo ipsi quidẽ infimæ creaturę magis ad imaginẽ dei, q̃ homo, & reliquæ præstãtiores, qđ insania est. Quod aũt affert corpus in quãtum habet tres dimẽsiones unitas sine compositiõe subsistit, sicut deus in tribus p̃sonis, nõ solum cognatũ præcedenti eius opinioni est, sed ẽt a' philosophiæ ratione alienum, q̃q̃ suæ scholæ aptissimum, nihil. n. nisi substantia subsistere põt. Corpus aũt, de quo loqmur, nõ substãtia, sed q̃titas est, p̃indeq; accidẽs, qñ prædicamẽtum q̃titatis inter prædicamẽta accidẽtis enumeratũ est. Postremo licet, inquit, in aĩa nostra nobilior similitudo trinitatis inueniať, tñ nobis, qui in sordibus corporum includimur, nullũ expressius uestigium est, q̃ quod in corpore continet'. Quod si de se ipse dicit, numero utẽs plurali p̃ singulari. s. sua regula, qua & Aristotelem locutum de intelligentiis putat, ita sit, ut ipse p̃pter suas, si ita uult, sordes, trinitatem nisi in corpore cognoscere nequeat. Sed si de oĩbus hoĩbus ita sentit, uehementer errat, ut solet. Non. n. diuus Augustinus, cuius iudicium si grauius iudicio aduersarii dicam, non digne agam cum uiro illo diuino, cũ explicare articulum trinitatis nobis studeat, a' uestigio dimẽsionum accipit argumẽtum, sed a' processione uerbi, & amoris in nostra aĩa positi, quod non ita ageret, si (ut aduersarius indicat) uestigium in corpore expressius, cõmodius'q; ad cognoscendam trinitatẽ cõtineretur. Nõ diuus Thomas in tractatu de rõne fidei docens quẽadmodum respõdendum sit infidelibus de fidei ratiõe, corpus, dimensiones'q; p̃bat, & petit, sed nullũ est, inquit medium aptius ad declarandam infidelibus trinitatem, q̃ ea, quæ in nostra anima reperiunť, nõ cæteri sancti, qui exemplum, aut ab aĩa, aut a' nõnullis aliis rebus, spreto corpore acceperunt, & recte illi quidem. notior. n. nobis est imago posita in aĩa nostra, q̃ dimensiones, & uerius suggerit similitudinis rõnem, qñ quisq; nostrũ in se ipse experiť uerbũ, amorem'ue in spũm, dimensiones uero cõiectura quadam intelligit. Iam si aduersario cõcedatur lineam esse improductam, superficiem aũt, & p̃funditatem esse p̃ductam, cognosci quidem hoc uestigio põt unum esse improductum, duo aũt p̃ducta. Sed quæ nam p̃ductio sit, cognosci non põt. At aĩæ nostræ argumento cognoscit' p̃ductionem filii esse modo uerbi, spiritus sancti, modo amoris. Non ergo dimensiões corporis certius nos ad trinitatis cognitiõem ducent, q̃ aĩæ distincta, eadem'q; unita ratio, nec sordibus immergi intellectus humanus existimandus est, dum intelligentiis iungitur, & Deo immortali assimulatur.

Cõfutatio, ac solutio multorum, quæ aduersarius collegit, ut ostenderet Aristotelem trinitatis diuinæ cognitionem habuisse, cum id principiis eius sit plane' contrarium.

Formam, quę non nisi in materia esse põt, secũdum Aristotelem cõmunicari pluribus eiusdem

ſpeciei indiuiduis poſſe. formã autẽ, quæ in materia non eſt, cõicari non poſſe. Itẽ plures motores, ſi plures eſſent mundi, non aũt poſſe diſtingui numero, niſi materiam habeant. Secũdum Ariſtotelẽ, cauſam multiplicationis indiuiduoꝝ dũtaxat eſſe, ut ſpẽs conſeruetur. Principium primum & unum eſſe plene perfectum, & ſua ipſum ratione ſufficiẽs.

De triplici uſu articuli apud Græcos.

τἀγαθὸν in principio moralium Ariſtotelis ipſum bonum potius, q̃ ſummum bonum interpretandum eſſe.

Falſo dici non aliud eſſe naturam, q̃ Deum. Caput XIX.

Ed quãuis finem capitis aduerſarius faciat, tñ ꝓpoſiti finem nõ dum facit. Verꝝ pcedens ulterius capite etiã quarto, & quinto conatur Ariſtotelem corporis uſu cognoſcere trinitatem diuinã oſtendere, Scriptũ eſſe ab Ariſtotele ait, principiũ, ultimum, & medium habere numerũ uniuerſi, eaq; ipſa trinitas, quo in loco, cũ trinitatis nomen, inquit, cũ articulo poſuiſſet, dicens, τῆς τριάδος, ſummam trinitatem ſignificare uoluit, quæ deus eſt. Alioquin fuerit alia præcipua trinitatis ratio, quod ne fingi qdem poteſt. Hoc argumẽtum tãtam habere uim dicit, ut & ſibi, & cæteris recte ſentiẽtibus plene ſatisfacere poſſit. Dictum etiam ab eodẽ authore refert, homines quaſi lege a natura accepta, uel ad cærimõias deorum hoc uti numero, & appellationes hoc pacto accõmodare, cum duo ambo dicamus, et duos ambos, aut utroſq; non omnes, ſed de tribus hac appellatione primum utamur. Ex quibus arguere ſic uelle uidet, ad quod impellimur a natura, & maxime in ſacrificãdi rõne, id & profluit a Deo, & referendũ ad deũ eſt, cum quodcũq; in natura cõmuni ꝓtentum a prima impreſſum ſit cauſa. Ergo quod in ſacrificando ſeruãdum natura ipſa docuerit, id naturæ diuinæ attribuẽdum eſt. Item cũ homines oẽs a natura impellantur ad ſenſum trinitatis, ſequitur ut ratio trinitatis naturalis ratio ſit, ꝓindeq; trinitatẽ in Deo eſſe putãdum ſit, natura enim ipſa impellẽs nihil aliud eſt, niſi naturæ author ille, & creator, q deus eſt, & cũ oĩs cauſa imprimat ſui ſimilitudinem in effectu, res autẽ naturalis ſit dei effectus, ſequitur ut quod in hac pateat, idem in deo eſſe intelligẽdum ſit. Eodem tendũt & quæ in primo libro de cœlo de ſupercœleſtibus ſubſtãtiis modo plurali, modo ſingulari numero differunt, hoc. n. trinitatem dei declarat. Adde quod in problematibus quæritur, cur aquilo nocte ortus nunq̃ tertiam lucem excedat. Redditur enim cauſa, q oĩa per terna perficiantur, & quæ minima ſunt per primam trinitatem finẽ aſſequantur, nam ſi omnia trinitate perficiunt, quo autem unũquodq; perficitur, finis ultimus eſt, ſequitur, ut trinitas ſit ultimus finis, & bonũ ultimum rerum, ſed tale bonum deus eſt, ergo deus trinus & unus eſt. Hinc intelligi etiam facile poteſt, trinitatem diuinã cauſam eſſe efficientem omnium rerum. principium enim primum, & finis idem re ſunt, q̃q̃ differant ratione, ut in natura, & quauis arte manifeſtum eſt. Efficiens nãq; forma, & finis coincidunt authore Ariſtotele, quod ſi trinitas ſit finis ultimus rerum, ut demonſtratum eſt, principiũ quoq; efficiens eandem eſſe neceſſe eſt. Ita fit, ut Ariſtoteles trinitatem ſanctam & cognouerit, & coluerit. Hęc ex longa eius futilitate collegiſſe me fateor, & nulla forma ratiocinandi ab eo expoſita, redegiſſe ad ſyllogiſmos, quẽadmodum ipſe argumentari uelle mihi uidebat. Nam ipſe quidẽ ſuum ſenſum ne exprimere quidem ſatis mihi uidetur. Conatur igitur Ariſtotelem ex gentili, & infideli apoſtolũ facere, & quod peius eſt, ꝫ ſniam authorũ ſanctoꝝ, qui trinitatẽ non niſi ex fide poſſe cognoſci arbitrantur. Cæterum quod Hieronymus ſcribens ad Paulinam dicit in illos, qui
» Virgilium de incarnatione filii dei locutum putarent, Puerilia ſunt hæc, & circulatorum ludo
» ſimilia, ac ſi ſine Marone non poſſemus eſſe chriſtiani. Idem aptiſſime dici poteſt in aduerſarium noſtrum, puerilia ab eo ſcribi, & ut minime uera, ſic nullo pacto chriſtianæ religioni utilia. Atq; ut latius doctrina hominis appareat, primum trinitatis diuinæ rationem principiis Ariſtotelis eſſe abſonam, & contrariam, oſtendam, Mox rationes, quas hic attulerit, patefaciam, falſas, leues, pueriles eſſe, & authoritates, quas allegauit, minime quo tẽdant, ab ipſo intelligi. Nã tertium illud Ariſtotelem dico, ne ſuſpicatũ qdem fuiſſe trinitatis diuinæ ratiõem, declaratum iam eſt eo loco, ubi trinitatem cognoſci naturali quidem rõne non poſſe oſtendi, & fide illum philoſophum caruiſſe, ſine qua ipſe quoq; aduerſarius fatetur nemini poſſe cõtingere hanc cognitionem, nec uero reuelatione dignatũ, aut a libris hoc didiciſſe iudæorũ, quando ne aduerſarius quidem ipſe uel peritiorem fuiſſe Ariſtotelem iudæorum libris, uel diuinitus reuelatum ſibi habuiſſe trinitatis intellectum cõtendit, ſed una rerum naturalium ſcientia id factum autumat. Ergo cum primo de cœlo Ariſtoteles mũdi unitatem inueſtigaret, accepit uelut pronun-

tiatum

tiatum quoddam, ſiue proloquiũ, ut forma, quæ nõ niſi in materia eſſe poteſt, cõmunicari pluribus ſpeciei eiuſdem indiuiduis poſſit. Forma autem, quæ in materia non eſt, cõmunicari non poſſit, utpote quę per ſe ipſa ſubſiſtat, ſed adiicit, ut ſi forma in tota materia eſt, cõmunicari cũ pluribus nõ poſſit. Ex quo intelligi poteſt, ut ſi diuina eſſentia, et deitas ipſa ſit forma ꝑ ſe ſubſiſtens, nec in materia poſita, nullo modo pluribus naturæ eiuſdem perſonis cõmunicari poſſit, eius quidẽ ipſius philoſophi ſentẽtia, Nec dici poteſt Ariſtotelẽ hoc de cõmunicatione cum diſtinctione ſubſtãtiæ, non de cõmunicatione cum unitate eſſentiæ cogitaſſe. Impoſſibilius enim Ariſtoteli eſt, unam eſſentiam numero non in materia poſitã, cõmunicari pluribus numero diſtinctis, q̃ formã non in materia poſitam cõmunicari pluribus indiuiduis cum diſtinctione ſubſtantiæ, quippe cum in illo duo repugnent. ſ. formã ſubſiſtẽtem cõmunicari pluribus, & unum numero eſſe in tribus realiter diſtinctis, in hoc autẽ unũ tãtum illud obſiſtat, formam ſubſiſtentẽ cõmunicari pluribus. Item. XII. metaphyſicæ plures fore motores arbitrat, ſi plures ſint mũdi, nec poſſe diſtingui numero, niſi materiã habeant. Quod ſi plures perſonę diſtinctæ numero ſunt in diuinis cõuenientes in natura una, ſequitur iudicio eius philoſophi, ut diſtinguãtur numero per materiam, quod abſurdum eſt, nec dici poteſt diſtingui ꝓprietates relatiuas hoc. n. nõ Ariſtotelis eſt, ut ex iis, quæ modo expoſui, patet. Diſtinctio enim indiuiduorũ eiuſdem naturæ per materiã eſt, nec poſſibile apud Ariſtotelem habet, ut ſuppoſitum cõſtituat in eſſe perſonali, ſubſiſtat q; nobiliſſimum per relationẽ, quæ minimæ entitatis eſt, nec fundat immediate in ſubſtãtia, ſed in quãtitate, qualitate, & actione, ut author ipſe in quinto metaphyſicæ eſt, & inter prædicamẽta accidẽtis enumeratur, quæ & ſi a noſtris theologis ita exponunt, ut qđ fide tenemus, non implicet ſibi cõtradictionem, tamen hoc tuẽtis eſt ſua, nõ mõſtrantis, & Arĩ ſtotelem itidem ſenſiſſe dicitur etiã ſecũdo de anima cauſam eſſe multiplicationis ĩdiuiduorũ, ut ſpecies conſeruetur, cum in uno indiuiduo cõſeruari nequeat. At natura primæ ſubſtãtiæ abſtractæ conſeruari in uno ſuppoſito poteſt. ergo authore Ariſtotele trinitatẽ in illa eẽ nõ neceſſe eſt. Addo etiam, quod in duodecimo metaphyſicę demõſtratũ eſt principiũ primũ, & unũ eſſe plene perfectũ, & ſua ipſum ratione ſufficiens. Nam ſi ipſum ſufficit unum ad oĩa tuenda, quæ de Deo dicantur, fruſtra poſueris plura, ſicut & primo phyſicorũ ſcribit. principia fruſtra eſſe infinita, quando tria ſufficiũt, & cum generatio ſit ſpecies motus, quod q; intelligit, & qđ intelligitur idem ſit in abſtractis ſubſtãtiis, nullus autem motus eſſe poſſit in primo motore, & abſtracta ipſe ſubſtãtia ſit, non eſt, quod Ariſtoteles ex ſuis principiis cogatur ponere trinitatẽ, uel propter filii generationem, uel ꝓpter uerbi productionẽ, ita ratio trinitatis diuinæ nõ ex ꝓncipiis Ariſtotelicis accipi poteſt, immo uero pugnat cum eis, & altius ad gratiam reuelationis ſe refert, quæ ſi aduerſarius animaduertiſſet, non fruſtra tam multa dixiſſet. Sed uenio ad eius argumenta. Atq; ad primum, quod a primo libro de cœlo ſumitur, reſpondeo, male id ita ſumi. Expoſitores enim, quorũ maior, q̃ aduerſarii authoritas eſt, non ita eũ locũ exponũt, ſed diuus Thomas in primo ſentẽtiarum. Non, inquit, trinitatẽ perſonarum ponẽdam in Deo Ariſtoteles cenſet, ſed cum in omnibus creaturis perfectio in trinario principium dico, medium, & finẽ appareat, ideo ueteres numerum hunc ſeruandum in cærimoniis ſtatuiſſe narrat. Idem in quæ
» ſtionibus de ueritate, quæſtione. XI. dicẽdum, inquit, Ariſtotelem non trinarium numerum in
» Deo intellexiſſe, ſed huius perfectionem numeri oſtendere uult ex eo, quod ueteres hunc inſa-
» cris ſeruarint. Quod idem in prima etiam parte. q. XXXII. ar. primo refert. Albertus ẽt tractãs eundẽ locũ C. II. Numerus, inquit, hic trinitatẽ rerum ſignificat naturalium. quamobrem Pythagoras eo ipſo colẽdos eſſe Deos per ſacra admonuit, quoniã eius actus apparet ĩ naturalibꝰ rebus, utpote cum ita perficiantur. Reliqui uero expoſitores, quos enumerare lõgum eſt, in hac eadem ſentẽtia ſunt, ut Ariſtoteles, cũ uerbis uteret illis, non intellexerit trinitatem diuinã, ſed trinitatẽ ſolũ rei naturalis, cuius perfectio in ternario cõſiſtit, cũ oẽs eiuſmodi res perficiant ſuo principio, medio, & fine. Articulus uero, quẽ Ariſtoteles græce loquens ꝓiũgit cũ noĩe trinitatis, nõ ſummã, & præcipuã quandã rem ſignificat, ut aduerſarius credit, ſed præterea uſus eiꝰẽ tum ad rei ipſius rationẽ, & formã, hoc eſt nõ ſub cõditione particulari ſuppoſiti huius, aut illius, ſed ſub rõne formali, in qua ſuppoſita cõueniant oĩa, ut ſi cum dicere uelim hoĩem, in quo particulares cõueniãt oẽs hoĩes, cum articulo dicam ὁ ἄνθρωπος, cũ aũt particularem, ſine articulo ἄνθρωπόν τινα, tum etiã ad rẽ cognitã iam ei, apud quẽ loquor, tendit uſus eiuſdẽ, ut ſi diſcipuli inter ſe de ſuo doctore loquuntur, cum articulo nominẽt neceſſe eſt ὁ διδάσκαλος. Res enim alteri cognita ab altero nominatur. Cum itaq; triplex uſus articuli apud græcos ſit, Ariſto. cum uniuerſitatẽ rerũ naturaliũ numero cõtineri ꝓncipii, medii, & finis dixiſſet, hæc trinitatis habe

re numeꝝ attulit cũ articulo τῆς ϑιάδος, ac si diceret, non huius, aut illius particularis trinitatis, sed trinitatis ipsius simpliciter sub ratione trinitatis. qđ non facit, ut trinitas abstracta in diuinis illa intelligatur, sed qđ ex ꝓposito est, ea significeť trinitas, quę in materia est sub trinitatis simpliciter rõne, quæ cã formali singulis trinitatibus est, sicut & forma hoís addicta materiæ, cum hoís nomine spẽm humanam significo. Sed aduersarius, q̃ Leonardum Aretinum audierat cõuertisse primo ethicorũ libro τὰγα.ϑὸν summũ bonum, credidit semp usum eiusmodi articuli egregiã quãdam, & summã rem dicere, cũ nec Leonardus recte cõuerterit, sed melius Ioannes Argyropilus noster, q bonum ipsum interpretatus est. Appetũt.n.oía bonum, nõ rõne summi, sed ea qua bonũ, & expetendum est, rõne formali, qđ per ipsum nõ p summũ significatur. & licet aliquando summũ significetur, tñ nõ semp, ut satis iam declaratũ est. Hoc est illud aduersarii argumentũ, in quo tãtam uim esse dicit, ut plene & sibi & cæteris, q recte sentiunt, satisfaciat. sed q̃ imbecille, ac friuolũ hoc sit, iam oíbus constat. quæ tñ de eo aduersarius prædicat non omni ex parte falsꝰ dicta uelim. facile.n. suo, ut dicit, authori, & qdem plene satisfacere potest.

Ad secũdum, cũ aˋ deo, & in deo esse id, in qđ aˋ natura impellimur, dicit, ꝓcedo id eẽ in deo, ueꝝ nõ eodẽ modo, sed ut effectus in sua cã est. nihil igiť ualet ꝓsequentia aduersarii illa, q aˋ natura impellimur offerre deo aĩal aut numeꝝ pfectum, ergo id tale in deo est, quale aˋ nobis offertur, q̃q̃ sequtur, ut in deo sit aliquo modo, qđ qdem & nos ꝓfitemur ex snía Aristotelis numerum ternarium esse in deo, ut effectus in sua cã est, nec minus quaternariũ, q in quadrupedis ratione continetur. q̃q̃ ne efficiens qdem deus est iudicio Aristotelis, nisi in quãtum qđ aˋ secũdis efficitur causis, ꝑprie, id referri quodãmodo possit ad primã, quæ principium essendi, uiuendi, seruandi, dependendi secundis est, sed tamen qđ nos dicimus, qcqd factum est, in deo fuisse & esse, ne Aristoteles quidem negare poterat, cum oía unite in illo principio contineri, atq; ex eo dependere fateretur, q̃q̃ creatum, & factum dicere recusaret. Ad tertium non sequitur trinitatem esse in deo, propterea qa trinitatis ratio naturalis est, ut dictũ iam est. unite.n. in deo sunt ea, quæ distincta res pficiunt naturales iudicio Aristotelis. Ad rõnem uero, nec uere dicitur nihil aliud esse naturam nisi deũ, qppe cum natura non deus sit, sed ex deo dependeat authore Aristotele, & si istud quod male dicit, trahere ad meliorem sensum uelimus, ut natura quodãmodo deus sit, quia dei uicarius quidam est, inquantum ea facit, quæ deus ab ęterno uoluerit, tñ non sequitur, ut si ternario res suas perficiat, ternario quoq; pficiatur ipse, qui naturæ author est. Vt.n. ille longe eminentior est, q̃ natura, sic & modo suæ pfectionis longe superior est, q̃ ut trinitate perficiatur. quod itaq; in deo unitum est, id in natura distinctum ternario refert sui authoris summã & ineffabilem unitatem, quod idem & Synesius Cyrenẽsis philosophꝰ illustris docet, cum dicat. Entia prima simplicia sunt, descẽdens uero natura multiplici ratione uariať. Plato, Proclus & omnes platonici idem sentiunt. Igitur ex Aristotelis sentẽtia, unitas quæ in deo est simplicitatis repræsentatur trinitate, quæ in rebus naturæ est, scilicet modo, quo fieri poterat meliori, quãdo impossibile erat, ut simul & natura esset, & unitas seruaretur. Ad quartum, non sequitur, ut dictum sæpius est, eodem modo haberi in causa quod exprimitur in effectu. non enim quia homo bipes, aut equus quadrupes est, deum quoq; bipedẽ esse, aut quadrupedem dixeris. omnem autem causam imprimere suam similitudinẽ in effectu, ita intelligẽdũ, ut pro subiecta materia, & pro natura ipsius effectus, modo, quo fieri potest meliori, similitudo exponatur. quo fit, ut qm̃ forma producẽda in materia, stare non poterat cum unitate, sed optime ꝓ re subiecta cũ ternario staret, idcirco trinitas in re naturali sit, quæ in causa esse nõ potest, sicut & quadrupedis rõnem distinctam, sine qua equus stare non potest, in deo esse nefas dictũ est. Ad quintum satis ante responsum est. Ad ultimũ, Aristoteles in eo problemate, non ita usus est uerbo, ut argumentando aduersarius sumit. In tribus.n. & per terna ille ad exitum deueniri dicit, qũo & medici ternariis diem criticum .i. decretoriũ statuunt morbis. Sed aduersarius inexperiẽtia tum rerũ, tum græci sermonis putat τελειοῦσθαι. unũ illud semp significare, formaliter pfici, cum nõ solũ formalẽ pfectionẽ, sed ét exitum rei, & terminũ motus significet. unde & τέλος non mõ finem, cuius cã cætera agant, significat, ueꝝ terminũ quoq;, & exitum ipsum actionis q̃obrem & ridiculũ dicere, ꝓductũ ait Aristoteles illum poetã, q dixerit, habet ipsum finẽ, cuius ortus gratia est, finem.n. statui, nõ omne extremũ, sed qđ optimum est. Cæteꝝ, si ita loqui aduersario placet, non referat, modo trinitate pfici ita intelligatur, ut per ternariũ aut ternarios ad exitũ uentũ sit, aut bonũ, aut malũ, Sic.n. æger quãrto aut septimo die moritur, & flatus aquilõis, de quo Aristoteles differit, tertio finitur, ideſt desinit. Quo ita posito, quẽadmodũ arguit aduersarius, uideamus. Oía trinitate pficiunť inqt. quo autẽ unumquodq; perficitur,

pficiť, finis ultimus est, ergo trinitas est ultimus finis. Respõdeo pfici trinitate bifariã. aut.n. fine, qui forma est pficiť, aut fine, qui terminus, & exitus motionis est, finitur, quod & ipsum perfici dici potest, præsertim si exemplo græci huius loqui uelimus, ut & perfecte periisse Aristoteles dixerit, quod in ultimo corruptionis iam est. Sed quid ulterius? Ergo inquit, trinitas est ultimus finis, & bonũ ultimũ rerum. Nõ sequitur bene uir, finem enim, cuius causa cætera sint, nõ omne extremum statuimus, sed quod optimũ est & forma. Quid uero dicam cum progrediẽs afferat conclusionem illam? Ergo hoc ultimum & bonum Deus est. Nam & siquis concesserit trinitatem esse bonum, & ultimum, nõ sequitur ut & Deus hoc sit. perficitur enim unũquodq; suo bono, & hoc ultimũ, & optimum analogice est. Alioquin cõsequetur ex hac illatoria rationе aduersarii dialectici noui, ut asinus sit Deus. forma enim asini finis, & ultimũ bonum, quo perficit asinus, est suo in genere. Quod si omne bonũ & ultimum est Deus, forma asini est Deus, & asinus est Deus rõne aduersarii nostri, qui in eos errores dilapsus est per ignorationem distinguendi. Sed corollarium eius uideamus. hinc & facile intelligi potest, inquit, trinitatẽ eẽ causam efficientem omnium rerum. principium enim primum & finis, idem re sunt, efficiens nanq; & forma, & finis coincidunt. Formam esse finem uere ab aduersario dicitur, sed hoc nuper, uti puto, didicit, correctus aˋ Theodoro nostro familiari, quippe agens aduersus Theodoꝝ hoc argumento mãdauerat suis literulis, Generatio inquit, nihil aliud est q̃ inductio formæ in materia, unde si forma generationis sit finis, sequtur idem sibiipsi finem esse, quod ridiculosissimum inueniť. Hæc ita antea sentiebat, & scribebat, nũc uero postq̃ responsione Theodori melius sentit, formam esse finem confitetur. Sed sit ita, ut tria hæc ueniãt sæpe in idẽ authore Aristotele. nã homo hoíem generat, & equus equum. Veꝝ qd tandẽ? Ergo inquit trinitas, qui finis est, efficiens quoq; est. Ridicula res. quasi coincidãt semper, ita argumentať. At nõ semper hęc conuenire, sed sępe, hoc est, quoties quod efficit idẽ sibi specie efficit, Aristoteli placet. Aliter enim sequetur ut cœlũ, aut sol sit homo, cũ in generãdo hominẽ, finẽ hominem habeat, qđ & aduersarius usus est argumento, cum demonstrare uellet hominẽ esse cœlo prestantiorem. Adde q̃ si finis & efficiens cõueniunt in diuina trinitate, ad Aristotelis sensum, quo aduersarii ratio fundatur, sequitur ut trinitas diuina, efficiat trinitatem sibi eandem specie. Cæterum trinitas nec finis est is, quẽ aduersarius putat, ut declaratũ iam est. nec efficiens esse potest, & lõge minus ad deũ referri hæc possunt. Sed ipse fallitur, & miscet, confundit q̃ res, quarum conclusiones monstra plane sint contra naturæ rationem.

Confutatio & solutio octo argumentorũ aduersarii, quibus demonstrare se putat Aristotelem uoluisse mundum ex nihilo esse productum.

Sententia Aristotelis non modo ex nihilo productum esse mundum, sed nullo mõ eẽ ꝓductũ.

Apud Aristotelem pro principio haberi, nihil fieri ex nihilo.

Mundum esse ingenitum, sempiternum, & necessarium secundum Aristotelem.

Auerroem aperte tenere, q ex nihilo nihil fiat, & contrarium tenentes reprehendere.

Auicennam ab Auerroe reprehendi, q ex nihilo aliquid fieri posse, contra philosophorum sententiam existimauerit.

Alberti sententia, non posse aˋ principiis Aristotelicæ disciplinæ accipi productionẽ rerum ex nihilo, quod etiam Ericis, & diui Thomæ sententia confirmatur. Caput. XX.

Transit aduersarius ad mundi creãdi rationem, & q Platonem audierit scripsisse mũdũ esse creatũ ex materia, conatur capite suo sexto. VIII. IX. X. demonstrare Aristotelem opinatum ex nihilo mundi productionẽ, ut ueriorẽ christianũ faciat Aristotelẽ, quasi Plato ex materia sensibili præsuppositа mũdũ creatũ putauerit, quę cũ ꝓbare studeat, sic argumẽtari uelle uideť. Deus prima causa efficiens omnium rerum est, authore Aristotele q. XII. metaphysicæ libro, cœlũ & naturã dependere ex deo ait, hoc enĩ produci & effici est. & secũdo de generatiõe, deũ cõpleuisse totũ faciẽdo cõtinuã generationẽ. & primo de cœlo, & tertio de anima, deũ, & naturam nihil facere frustra, hoc enim indicať, deũ esse efficientẽ causam principalem, Naturam autem causam instrumentalem. Item cum Deus causa finalis rerum omnium sit, finis autem, & efficiens in deo coincidant. Agit enim propter seipsum Deus, sequitur, ut deus sit causa efficiens omniũ, & proinde mũdi, de quo agiť. Itẽ causa, quæ est actus purus, nõ agit per motum, neq; ĩ tẽpore, & ꝓide nõ ex potẽtia materiæ alicui⁹, nec subiectũ ullũ materiale sibi ꝑsupponit, quia sic per motũ & in tẽpore ageret. Deus aũt est

causa, quæ actus sit purus, ut duodecimo metaphysicæ demõstratũ est ergo deus sine motu, & tẽpore agit, & nihil præsupponit, & ꝓinde ex nihilo producit. Itẽ cã oĩpotẽs nihil in ꝓducẽdo sibi præsupponit. nã nisi eius potentia ultra subiectũ materiale se extenderet, non oĩpotẽs esset. sed deus est causa omnipotẽs, cũ enim actus sit purus, sine ulla potentia passiua, habeat infinitã potẽtiam intẽsiue non extẽsiue necesse est, proinde ꝙ oĩpotẽs sit, ergo Deus ex nihilo oĩa producit. Item necesse fuit, ut Dei omnipotẽtia aliquo modo manifestaret, quod cum non alio modo fieri posset, nisi per productionẽ ex nihilo, ita. n. potẽtia infinita requiritur, quæ super distantia infinita, quę inter ens & nõ ens terminos creationis est, prævaleat, ideo cũcta ex nihilo Deus produxit. Item dari primã simpliciter causam efficiẽtem in ordine causaꝝ efficiẽtium necesse est, ut secũdo metaphysicæ demonstrat. Hęc aũt deus est, quę causa cũ nihil præsupponat sua rõne, nam nisi ita esset, non prima simpliciter, sed in gñe esset, ageret enim in subiectũ & per motum, sequitur quod deus propter primam causalitatẽ efficientis causæ, nihil sibi præsupponat, sed ex nihilo agat. Item cum tria principia sint agentia, ars, quæ formam accidẽtalẽ producat, non attingẽs substãtiam, natura, quæ formam producat substantialẽ, non attingens materiam, & deus quod potius primo, secundóꝙ est, cum ex eo illa dependeant, sequit, ut hoc simpliciter possit producere, & nihil agendo præsupponere sibi, atꝙ ita ex nihilo facere. Itẽ si unũquodꝙ resoluit in sua principia, ut domus in lapides, & ligna, ex quibus constituta est, mũdus quoꝙ si resoluetur, ad id reuerteretur, ex quo factus est. at remota uolũtate diuina, reuertet ad nihilum, ex nihilo ergo factus est. His rationibus persuasus aduersarius, Aristotelem mundi productionẽ sensisse, & ex nihilo arbitratur, quæ ipsi quidẽ potissimæ quædam habentur demonstrationes. Cæteris uero etiã mediocriter eruditis, sophismata sunt, & solui facillima. Sed prius, q̃ soluam ineptias istas, explicabo sentẽtiam Aristotelis, & expositorum, impossibile esse, nõ solũ ut ex nihilo, sed etiam ut omnino productus sit mundus, aut creatus, nihil enim refert, apud philosophum hunc, siue productũ, siue creatum, siue factum, aut gñatum dicis. ergo nihil ex nihilo fieri inter omnes constat. Quod & Aristoteles primo physicorum pro principio accipit. quod siquis aliquid ex nihilo factum, siue productum dicit, aduersus Aristotelem enuntiat. Nihil enim fieri posse, & aliquid fieri posse, sibi inuicem pugnant. Nec recte dici potest, hoc intelligi de productione rerum ꝑ motum, quæ materiam præsupponat, non de simplici emanatione rerum, quæ nihil prę supponit. Hęc enim distinctio non ex sensu Aristotelis est, sed eoꝝ, qui Aristotelis opinionem non pugnare cum creatione ostendere uelint. Quod & ipsum non tollit, quin Aristotelis senserit mundum nõ productum. Hic enim philosophus nec uerbo usus est tali, ut & aduersarius ipse fatetur, nescio quo admonente, nec suis principiis indicat simplicem illam emanationem, ut quamuis non explicite, tamen implicite dicta elici possit, nisi quis cœli, naturę ꝙ depẽdẽtiam, emanationẽ interpretetur, quod uel nos facile concesserimus. Iam uero is primo physicorum libro, cum materiã primam ingenitam esse probare uelit, accipit rationẽ, quod si gñaretur, præsupponeret sibi aliquod aliud subiectum, & in octauo eiusdẽ operis, omne, quod fit, inquit, possibile est fieri, alioquin impossibile esset id fieri, & quod esse possibile est, id ex materia est, quæ est in potẽtia ad formam, in quinto etiam metaphysicorum potẽtia actiua est, inquit, principium mutandi alterum, qua alterum ẽ. Quod & in octauo eiusdẽ operis repetit, ubi Commentator definitionem hanc dicit esse priorem omnibus definitionibus eorum, quæ nomine potẽtiæ appellantur, ut principium sit mutandi alterum, qua alterum est. Item eodem in libro scriptum legimus. Siqua substantia est forma sine materia, hanc protinus per seipsam esse ens, atꝙ unum, nec ullam habere causam, quæ se faciat ens, & unũ, ita patet nullam aliam productionẽ intelligi ab Aristotele, nisi eam, quę per motũ sit, subiectũ ꝙ præsupponat, quandoquidem in libris metaphysicis ita loquitur, ubi non de motu, non de natura, non de aliquo eiusmodi agitur, sed de ente ipso, qua ens est. Profecto si ad physicam tãtum producendi rationem hæc redigenda putaret, ut aduersarius credit, non ea parte philosophiæ, qua res diuinas tractare uellet, potẽtiam definiret actiuam per mutationem, nec diceret potentiam immutandi esse primam in genere potẽtiarum, si potentiam creandi illam agentem sine motu ullo pacto admitteret, neꝙ negaret formam sine materia subsistẽtem habere causam sui esse, nisi materiam semꝑ in productione præsupponi arbitraretur esse necesse. Quid uero mundum ingenitum, sempiternũ, & necessarium esse diceret, si productum putaret? necessarium. n. id esse uult, quod nullo modo possit non esse. at si creatus ex nihilo est, potest non esse, cum ita eius naturæ conueniat non esse, & habeat esse à causa externa, & prius naturæ ordine conueniat non esse, quam esse, quod necessarii rationi repugnat. Quamobrem Auicenna opinatus est, quod creat

quod creatura a primo, possibile esse sua natura, & necessarium causa externa. quam opinionẽ Auerroes improbat in primo de cœlo commentator, quo diligentiorem neminem Aristotelis opinionum fuisse omnes arbitrantur, quapropter in allegandis expositoribus hunc in primis censui adducendum. Hic igitur in primo physicorum cõmento octuagesimo primo, exponens locum Aristotelis illum ex nihilo nihil fieri, hæc refert. Qui generatum esse quicquam ex non ente dicit, cõcedat alterum de his duobus necesse est. aut enim ut mutatum sit sine mutatione, aut, ut mutatio sit in mutatione, quæ impossibilia sunt. Sed iuniores, hoc impossibile recipiunt, scilicet assueti, quoniam a pueritia id audiant. Cõsuetudo enim natura altera est. Nunquid dubium sit, ne iudicio Auerrois ex sententia Aristotelis impossibile sit aliquid ex nihilo fieri. Hoc igitur primum ex Aristotelis opinione accepimus ab Auerroe, ut nihil productum ex nihilo esse possit. Secundum autem in octauo physicorum cõmento quarto, ad hunc modum. Conuenit inter ueteres omnes authores, ut ex non ente puro nihil generetur, sed assertores, & Sarracenι nostri negant principium hoc, & possibile putant, ut ex nihilo aliqd generetur, cuius erroris causa est, quod plura uisu comprehensibilia generentur a rebus uisu incomprehẽsibilibus, nam ratio, quam afferunt ad id probandum, ꝙ subiectum necessarium agendi diminuit authoritatẽ agentis, uulgaris, & friuola admodum opinio est. Agens enim, si agere non potest quicquã impossibile, dicendum non est amittere suam authoritatem, sed rẽ, quæ impossibilis est, effici posse arbitrari. Id certe falli, & decipi est. Ita Auerroes ꝑfectator intimus Aristotelicæ disciplinæ, & principium hoc per se notum esse existimat, nihil ex nihilo fieri, & christianos, iudæos, & sarracenos, qui creatum esse ex nihilo opinantur, impossibile sibi admittere, assertores enim, & loquentes hos uocat, quoniam sine demonstratione loquãtur, & tantum asserãt. Rationem enĩ illam, ꝙ subiectum requiritur in actione agentis imperfecti, non perfectissimi & infiniti. Friuolum esse arbitratur, cum fieri non possit, ut aliquod agens rem impossibilem faciat, quale est ex nihilo quicquã fieri, id ꝙ non esse impotentiam, & defectũ agentis, quando dignius id nõ posse, quàm posse Deo est. Falli item, ac decipi eum, qui credit ex nihilo posse quicquam fieri aperte exponit. Ex quibus latissime patet aduersariũ loqui ex opinione fidei nostræ, & Platonis nõ Aristotelis, sed Auerroes, uel super tertio physicorum idem fatetur, ubi & Auicẽnam reprehẽdit, ꝙ aliquantulum dissentire uisus fuerit in opere de substantia orbis a communi philosophorum consensu, ut nihil ex nihilo possit fieri. Quod si opinio hæc Auicennæ aperte ab Auerroe improbatur, ut a sententia Aristotelis aliena, nemo utiq; potest sine reprehensione attribuere Aristoteli creationem ex nihilo factam, plura etiam Auerroes de hoc locis aliis affert improbando, q̃le uel illud est, qđ in duodecimo metaphysicæ, cõmento decimonono, his uerbis exponit. Qui aũt creationem statuũt, ens totum ab agente creari ex nihilo aiunt, nec esse necesse, ut materia sit, in quã agat. Totum enim ipsum creari, quę quidem opinio assertorum legis tum nostræ, tum christianorum est, & quidẽ Ioannes christianus possibilitatẽ nõ esse nisi in agẽte ait, ut Alpharabius narrat libro de entibus mutatis. Auicennæ quoq; opinionẽ loco eodẽ meminit, quæ datorẽ statuit formaꝝ, ut agentia naturalia disponãt tantũ materiã ꝑ qualitates primas. Forma aũt detur aliũde. Memorat etiã Anaxagoræ opinionẽ de formaꝝ latitatione. Postremo Aristotelis affert snĩam, ut agẽs faciat cõpositum ex materia, & forma, id ꝙ certo modo mouendo, & immutando materiam, donec exeat de potẽtia in actũ, atq; educẽdo nõ inducendo, ne creatio ex nihilo sit, sed præsuppositο semꝑ subiecto, agens extrahat in actũ, quod in potentia est, & quodãmodo latitat, quo fit, ut & latitationi Anaxagorę aliqua ex parte assimuleť, & creationi uidelicet, quatenus, quod potentia fuerit, actu ex nihilo quodãmodo existat. Addo quod super eodẽ libro cõmento quadragesimo quarto cõtra Auicennã ab eo dicit de intelligentiis. Aiunt, inquit, quasdam intelligentiaꝝ consequi, quasdam, ut causatum causam, primã uero unã esse debere, ac simplicem, a motore autem primo ꝓuenire aĩam primi cœli, & motorem orbis sequentis, atq; ita esse necesse, ut nõ sit simplex, & habeat causam priorẽ. Quæ ratio imaginaria est. Nullus enim ibi prouentus, nulla consecutio est, ut actio, ut dici possit unam actionem consequi unum agens tantum. Causa enim, & causatum ibi eo modo est, quo intellectum esse causam dicimus intelligentis. Quod cũ ita sit, possibile est, ut qđ est per se intelligentia & intellectum, Id causa plurimorum entium sit, in quantum uariæ intelligũtur. Idem mox. Verborum autem, inquit, consuetudo illa apud iuniores, ut a tali motore, talis proueniat motus, aut prosequatur, aut producat, aut procedat, & reliqua id genus nõ uere de abstractis substantiis prædicantur. Hæc enim omnia dispositiones sunt agẽtium superficie tenus, non ueræ.

nihil enī prouenit ab agente, ut dixi, ſed tm̄ extrahere in actū, qđ eſt, ī potentia intereſt agētis. Itaq; cū ibi potentia nō ſit, nec agens eſt. Intellectus utiq; tātum, & intellectū ibi eſt pficiens, & pfectū, quēadmodū artificia alia ab aliis ꝓficiſcuntur eo', q; ſua prīcipia alia ab aliis trahunt, de mū' q; oſa reducunt' ad idem uniuerſale artificium, unde ſua quæq; principia accipiant. Quam obrem ſcientia proprior primi dei eſt, quæ inprima philoſophia continetur, ſcientia uero propria principiorum, quæ ſub illo ſunt, ſimilis eſt ſciētiis particularibus, quæ primæ philoſophiæ ſubiacent, ut Nicolaus peripateticus in ſuo de philoſophia primo opere refert. Quod autem a' Platone ſcribitur, creatos eſſe a' primo deos, quibus præciperetur, ut mortalia animalia ipſi crearent, primum autem illū creatorem requieuiſſe, ac uacuum labore māſiſſe, non eſt ita intelligēdum, ut uerba ſonant. Quinto etiam libro eiuſdem operis exponens locum de neceſſario, hæc refert. Si ſunt entia ſimplicia, ęterna, & īmutabilia, ut declaratum alibi eſt, nullum illorū acquirit ſibi eſſe neceſſarium, ab alio, neq; eſt quicquā in illis extra naturā. Hæc Auerroes. Sed redigamus ad ſummam, quæ huius Ariſtotelici authoris ſententia contra aduerſarium dicit, opinionem Auicennæ ſtatuentis creationem eſſe omnino repudiandam. In intelligentiis nō eſſe cauſam, & cauſatum, nec agens, & actum, ſed intelligens, & ītellectum, quoniā aliam alia ītelligit, ītelligendo' q; perficit. Agens nulla alia ratione dici agēs, niſi quia extrahit, ad actum, quod in potentia eſt, & proinde ſemper agens præſupponere ſubiectum materiale, nec eſſe poſſibile, ut nullo præſuppoſito ipſum agens producere quicq̄ poſſit. Intelligētias eſſe entia neceſſaria per ſe, ac ſibi eſſe neceſſarium, ab alio non acquirere. Item Platonis uerba non ita eſſe exponēda, ut ſonant, quæ cum ita ſint, conſtat latiſſime aduerſarium falſo' per ignorātiam attribuere Ariſtoteli creationem ex nihilo. Sed alterum teſtem, & hunc grauiſſimū adducam, Albertum Ariſtotelicæ ſcholæ familiarem, ut q̄ aduerſarius erret, magis, magisq; explicet'. Hic duodecimo metaphyſicæ tractatu ultimo, capitulo ſeptimo, ita concludit. Incertus eſt nobis motorum numerus cœleſtiū corporum cum ſuis motibus, Ideo' q; Ariſtoteles dubie locutus de his eſt. ſed quoniam per rationem cauſandi, nihil aduerſus hæc comprehēdi poſſit, ideo aut nihil omnino de his diſſerit, aut talia eſſe reprobat. Cæterum ſunt, qui neutram harum uiarum ſequentes putant ſeſe per uiam philoſophandi incedere. ſi philoſophiam cū theologia confundant, ab uno ſimplici primo agente per eſſentiam, non eſt niſi unū inquiūt. Itaq; ſi quod ab aliquo eſt, multum & multiplex ſit, non id, a' quo eſt, agit per eſſentiam. Videmus autem nō alterum per alterum cœlum produci ineſſe, nec omnino generari ex materia, ipſum' q; multiplex eſſe, & uariū. Ergo producitur ineſſe ab aliquo agente per electionem. Hoc enim multa agit unū exiſtens, ut uult, & cauſat ex nihilo, cum nō indigeat materia præiacente, ꝓpter ſuæ infinitæ uirtutis exceſſum ſupra omnis agentis rationem. Sed nos, ut ſupra diximus, non poſitiones has tractare hoc loco uolumus. non enim hoc negotio niſi ſententiam peripateticorum inſtituimus explicare. Quæ autem a' Platone dicuntur, maneant quoad poſſunt, donec ab aliquo exponantur. Theologiæ uero ratio noſtræ, non cum philoſophorum principiis conuenit, quoniam reuelatione, inſpiratione' q; diuinitus hæc fundatur, non demonſtratione humana. Sic Albertus negat a' principiis Ariſtotelicæ diſciplinæ accipi poſſe, productionem rerum ex nihilo, & deum eſſe agens per electionem multa producens, & propter ſuæ infinitæ uirtutis exceſſum, nulla egens materia, ſed a' theologia tantum hæc accipi poſſe fatetur, quæ per reuelationem habeatur. Verum aduerſarius, quod peculiare fidei eſt, ad peripateticam ſcholā refert, & quod noſtri theologi penitus repudiarunt, ipſe tueri, & ad ſacram ducere aulā contendit. Erix Candauēſis doctor egregius, ex Ariſtotelis opinione, inquit, Triſariam aliquid dici ſe habere ad eſſe poteſt, aut enim, ut ex ſe ſit formaliter neceſſum eſſe, & ab alia cauſaliter, aut ex ſe ſit formaliter neceſſum eſſe, & ab alio dependenter. Aut tertio, ut ex ſe ſit poſſibile eſſe, & ab alio habeat eſſe neceſſariū, qa cauſa poſſibile illud neceſſario cauſet. Primus modus ꝓtradictionē īcludit, nam qđ cauſatum ab alio eſt, id de ſe eſt nō ens, & poſſibile eſſe, quod autem de ſe eſt neceſſū eſſe, nullo mō poſſibile ē. Ergo dicendum eſt Ariſtotelem addidiſſe hunc modū notando cōtradictionem, & quia putauerat intelligētias habere neceſſariū per ſe eē, negauit eas a' prima cauſaliter depēdere. Tertiū etiam modum negat, qui ſimiliter contradictionem includit, ut Cōmētatoris iudicio patet in duodecimo metaphyſicæ. Contra Ioannem grammaticū. Male, inquit, a' Ioanne grammatico dicitur, motum de ſe poſſibilem poſſe ab alio perpetuari. Subſtantia enim poſſibilis perpetuari non poteſt, atq; ita ſubſtantia perpetua non eſt ab alio, quoniā ſi ab alio eſſet, perpetuaretur, quæ poſſibilis de ſe eſſet, q; oppoſitum ſententiæ authoris eſt. In primo etiam de cœlo idem exponens locum

ponens locum illū. Impoſſibile eſt ne generabile deueniat ad corruptionem. Si inueniretur, inquit, aliquod generabile ęternum, poſſibile eſſet, ut natura poſſibilis mutaretur in neceſſariam naturam. aliter enim eſſe non poteſt, niſi aut altera in alteram mutetur natura. Aut duæ naturę contrariæ ſint in eodem. Reliquum igitur eſt, ut ex tribus his modis ſecundus tātum ab Ariſtotele probetur, hoc eſt ut aliquid habens formaliter ex ſe neceſſum eſſe. Dependeat ex deo, non ut a' cauſa efficiente, ſed finali, & perfectiſſimo entium omnium. in hac ſententia nonnulli etiā moderniores doctores ſunt. Tertium teſtē fide dignum referā, diuum Thomam Ariſtotelicæ diſciplinæ peritiſſimum, qui in prima parte quæſtione quadrageſimaquarta, articulo ſecundo, quærēs an materia prima ſit facta a' Deo, Veteres, inquit, philoſophi paululum ueritatis cognitionem attigerunt. primi enim illi rudiores adhuc, nulla entia niſi corpora ſenſibilia eſſe putauerunt, ponentes' q; in his motum, non niſi per aliqua accidentia motum conſyderarunt. Verbi gratia, ſecundū raritatem, denſitatem, aggregationem, ſegregationem, & cum ſubſtantiam ipſam corporum incauſatam ſtatuerēt, cauſas aliquas reddebāt accidētalium mutationū, amorem, litem, intellectum, aut huiuſmodi aliquid. Tum proceſſu temporis diſtinguere formā ſubſtantialem, & materiam, quam ponerent incauſatam excogitarūt, & mutationes in corporibus ſecundum formas eſſentiales percipere inceperunt. Sed earum mutationū cauſas uiliores quaſdam eſſe uoluerunt, ut circulum obliquū, aut Ideas. Sed conſyderandum materiā cōtrahi per formam ad ſpeciem ſibi determinatam, ut ſubſtantia alicuius ſpeciei per accidēs ſibi aduenīēs contrahitur ad determinatum modum eſſendi, ut homo per album. Vtriq; igitur illi conſydera runt ens particulare, uel in quantū hoc ens, uel in quantum tale ens, atq; ita cauſas agentes particulares reddiderunt. Sed ulterius alii ſtudio progreſſi ſe altius erexerunt ad conſyderandum ens, qua ens eſt, atq; ita contemplati ſunt cauſas rerum non ſolum qua hęc, aut talia ſunt, ſed ēt qua entia ſunt. Hoc igitur, quod cauſa entibus eſt, in quantum entia ſunt, cauſam eſſe oportet nō modo in quantū per formas accidentales talia ſunt, uerum etiam ſecundum unūquodq; ad eſſe eorum pertinens quoquomodo. Atq; ita materiam etiam primam ſtatui cauſatam, a' cauſa entium uniuerſali. Ergo ad primū dicendum. Ariſtotelē loqui de fieri particulari, quod & de forma in formam, ſiue accidētalē, ſiue ſubſtātialem. Nos autem loquimur de rebus ſecundū emanationem earum ab uniuerſali principio eſſendi, a' qua quidem emanatiōe materia nō excluditur, licet a' primo modo faciendi excludatur. Sic diuus Thomas. primum ueteres philoſophos totam ſubſtantiam rerum naturalium incauſatam eſſe exiſtimaſſe, productionem tantum accidentium ſtatuentes refert. ſecundo Platonem, & Ariſtotelem indicat, qui productionē particularem animaduertentes formam ſubſtantialem produci, materiam autem primā improductam & ingenitam, utpote primum ſubiectū & cuiq; facturæ ſubditum exiſtimarūt. Poſtremo ad eos uenit, qui ulterius pergentes conſyderarunt ens ſimpliciter, & materiam quoq; a' Deo eſſe productam putarunt, Platonicos indicans, qui hęc apertiſſime dicunt. Quod ſi teſtimoniū uel huius doctoris ſancti, Ariſtoteles non inter eos enumerandus eſt, qui productionem rerum uniuerſalem, & entis ſimpliciter poneret, ſed inter eos, qui productionem tātum particularem attigerint, ſequitur prorſus, ut Ariſtoteles non conſyderauerit productionem materiæ primæ, & proinde ne creationem quidē ex nihilo, de Platone uero, cuius nam opinionis de hac re fuerit, & in ſecundo dictum eſt latius, & poſt hæc clarius dicetur. Nunc ad reſpondendū argumētis aduerſarii uenio. primum, dependentia cœli fundatur, & eo q; Deus fecerit generationem ꝓtinuam, & ſæpius dixerit idem author Ariſtoteles deum facere. Hinc enim aduerſarius putat cauſam eſſe deū efficientē omnium rerum. Ratio, quam ſibi potiſſimā arbitratur, & ſæpius repetit, hæc eſt. Sed q̄ leuis, & infima ſit, facile iam ex iis, quæ expoſuimus, intelligi poteſt. Depēdere enim quod ἐξηρτῆσθαι Ariſtoteles dixit, nō efficientiā, aut creationē monſtrat, ſed aut finē, cū res unaquæq; ex ſuo depēdeat fine, aut ſi propriā termini ſignificationē, & uſum frequentē ſequamur, ſitū dicit partis ſundatæ in altera ꝓte, ſine qua eē nō poſſit, atq; plurimū refert, creari aut effici, an dependere dicas, ſi ſnīam Ariſtotelis ſequelis, & uſum ſeruare uerboꝝ, quem ipſe ꝓbauerit. Alimentū enī augeri, & δημιουργεῖσθαι, qđ creari eſt, a' calore dicit in libro de ſenſu, & in corde, primo uim eē creantē ſanguinē, in ſecūdo de ptibus aīaliū, in quo & ſanguinē craſſiorē, calidiorem' q; ποιητικώτερον, ideſt efficientiorē eſſe uiriū corporis aſſeuerat, Videlicet cū cauſam efficientē alimenti ſanguinis, uiriū uelit explicare. At uero cū partiū ſitum, reſpectū, & copulationē certā exponit, non effici, aut creari dicit, ſed dependere, uelut in primo de hiſtoria animalium ex medio renum uenam dependere ſcribit, & in quarto de partibus aīalium, omentum ex medio uentriculo dependere. Non enim uel renes uenam, uel uenter omentū creat, ſed

principium est, sine quo stare ad totius compositionē non possit ea pars, quæ inde dependeat. Vt igitur in his dependendi ratio partium copulationem secundaꝫ in primis, & principaliori/bus fundatam significat, sic in uniuersæ naturæ ratione intelligendum est id quod duodecimo metaphysicæ scribitur, cœlum & naturā ex principio, quod Deus est, dependere, & primo de/cœlo ex æuo immortali, diuinoq; dependere. Cæteris partim apertius, partī obscurius esse, & uiuere. Nominat hanc uniuersā naturam apertius Aristoteles in primo politicorum libro, cum dicat. In ominibus, quæ ex pluribus siue continuis, siue diuisis cōstituūt, & unum aliquod fiūt, inspici imperans, & imperatū, idq; ex uniuersa natura esse in singulis animatis. Non itaq; deū efficere, aut creare putandum, eo q; dependere ex illo uel naturam, uel uitam scriptum est. Sed ad aggregati rationem referendū, q; ueluti partium modum, tum essentialium, tum etiā integralium recipere potest, aut certe ad finem, cum a` suo quodq; dependeat fine, ut dictū est, & finis, qua finis est, esse non possit efficiens causa. Quod si aduersarius significatum dependētiæ, ita intelligens, ut nos exponimus, uerbo tamen efficiendi, & creandi abutitur ad eundē sensum, non plus peccat, q̄ q; impropie loquitur. Sed si, quoniam causam esse Deū, ut mundus sit, audit, ideo & efficere putat, longe aberrat, non enim q; causa sit essendi, idē propterea & efficiendi est. Iam aīa causa est, ut homo sit, sed tamen non est, quæ efficiat hominem, nisi in quātū id ef/ficit, cuius forma ipsa anima est, quod deo, & nos ex Aristotelis opinione tribuimus, ut per cœ lum efficiat quæcunq; ab ipso cœlo immediate efficiunt. Vnde uel alterius loci solutio patet, quo libēter aduersarius uoluitur. Facit enim & Deus, & quidem bonitas, atq; diuinitas semper secundum suam naturam causa melioris in rebus contigentibus est, ut in secundo de genera/tione animalium dicitur, sed per motum cœlestem, & naturam. Cum enim duplex sit ratio cau sæ efficientis, aut enim per se, aut per alterū, hoc est, altera unde principium motus simpliciter, altera, quæ forma est eius, quod simpliciter moueat, & efficiat, Deus non ita causa efficiens est, ut quod simpliciter moueat, sed sicut id, quo actu quicq̄ iam substās moueat, & efficiat, quomo do, & animę causam efficientem tribuimus. Quod enim forma hominis est, qui simpliciter & proprie agere dicatur, ideo, quæ ab homine effectiue agantur, hæc ad formam quoq; referētes dicimus ab anima effici, quanq̄ melius dici potest anima effici, q̄ ab anima, teste Aristotele pri mo de anima. melius, inquit, fortasse sit non animā dicere misereri, aut discere, aut intelligere, sed hominem anima. Atq; lōge improprius dici existimat, siquis texere, aut ædificare animam refert. Atqui texendi, ædificandiq; principium, unde motus anima est. Sed quoniam ita princi pium efficiens est, ut non simpliciter sit, sed in quantū forma est eius, quod simpliciter, & ꝓprie efficiens texendi, ædificandi ue est, ob id inepte anima dicitur texere, aut ædificare, & lōge ine ptius dixeris deum efficere cœlum, aut ex his aliquid, quæ cœlū suo motu efficiat iudicio Ari/stotelis. Nec enim anima efficit hominem, quāuis principium sit actiuum, nec deus cœlū, quā/uis nō passiuum, sed actiuum principium sit, de quo sit, & seruetur cœlum, atq; natura. Cū itaq; aduersarius dicit deum fecisse, & facere continuam generationē. Idq; ad Aristotelē authorē re fert, discat, ita deum fecisse, & facere sententia Aristotelis, sic ut anima texit, atq; ædificat. Idq; nō solum ex rōne disciplinæ Aristotelicæ colligi, sed uerbis etiam eiusdem authoris exprimi in libro de mundo ad Alexandrum regem. Cum deum dicat genitorem omnium, quæ in mūdo efficiuntur esse, nō q; ipse operator sit, sed quoniam cœli opera, quod primum uirtutis diuinæ particeps est, omnia faciat, disponat, gubernet, conseruet. Tale est argumentum aduersarii, quo præcipue fretus, Aristotelem christianum non dubitauerit facere. Sed attendēdum quod adie/cerit, naturam causam esse instrumentalem. Sibi enim ipse contradicit, cum superiori tempore scribēs ad Hesaiam contra Platonem demonstrare uoluerit, ex sua opinione, naturam esse nō posse causam instrumentalem, ratione'q; uteretur, quod instrumentū separatur ab eo, qd' per ipsum efficitur. Natura autem non separatur a` rebus, quas efficit naturalibus, sed altera tūc no/stra responsione emendatus dicit captiunculam sui argumenti, & intellectum instrumentalis causæ ex opinione Platonis, quem non parum probasse uidetur quando, quod ante reprehen debat, eo nunc decorare Aristotelem studet. Sit igitur natura causa instrumentalis. Idq; Aristo telem uoluisse, concedo, quando eum non solum hoc, sed omnia Platonis sui præceptoris pla/cita animo coluisse intelligo, quanquā interdum uerbo præceptorem urget, & imperitos fal/lit. Sed quid nam si natura sit Dei instrumentū, fecerit ita profecto Deus mediante natura, ut & anima mediante corpore. Verum naturam ipsam nunquā, nec fecit, nec facit. Ad secūdū, Finis & efficiēs, & si concidunt, siue conueniunt in idem, tamē quoniā deus nihil immeditate efficit, ut ostensum est, frustra ita arguitur, & licet idem, Deus & finis sit, & efficiēs, tñ qa non

per se, sed

per se, sed per aliud efficiens est, nihil hoc aduersarium iuuat, ut deus ex nihilo faciat. Ad ter tium, Theologorum nostrorum sunt ista, quibus nos quoq; adhæremus, nō Aristotelis, ut iam expositum est. Nam sententia eius quidem authoris nihil effectiue, nisi mediante cœlo a` Deo agitur. Cœlum autem semper subiecto præsupposito efficit, quicquid efficit, contra, inquit, si per motum, & tempus, & subiectum agit, esse actus purus non potest. Immo uero potest, non enim suæ puritatis ratione impossibile etiam agere debet, quale istud est, ex nihilo aliquid fieri. Quod enim seperatum a` materia est, nō posse immediate materiam immutare, author Aristo teles septimo metaphysicæ est, quem locum exponens Auerroes. Impossibile est, inquit, ut for mæ separatæ immutent materiam nisi corpore mediante non mutabili, scilicet cœlesti. Ad quartum. Si omnipotentiam accipit eo mō, quo nostri theologi, ut deus facere possit immedia te, nec repugnat fieri a` Deo, quicquid non implicat cōtradictionem. Respondeo talem omni/potentiam remotam esse ab Aristotelis opinione, quod & cęteri oēs theologi nostri, & Scotus doctor insignis fatetur, & rationem cur a` philosophis impossibile uocatur, ut deus ita omnipo/tens sit, ut īmediate efficere possit, illam reddit, q; principium necessarium, & oīno perfectū ad nihil īmediate ꝓtingenter se habet. Ita enim fit, inquit, ne Deus possit omne possibile causare, cū hæc nouitatis ratio assignari non possit, neq; ex parte principii, quod necessariū est, neq; ex parte alicuius impedimenti, qñ principium ipsum ꝓfectissimū, & inimpedibile est. Sequeretur ēt si deus creare posset oēm effectum sine causa secūda, ut & facere posset, quo nulla causa secū da haberet propriā actionē, & essentiā propriā. Quod absurdum oīno est, ut Cōmētatoris sen tentia patet in duodecimo metaphysicæ. Quoniā secundum Aristotelē, præter causam primā, Aliæ quoq; sunt necessariæ, quin etiam sequeret', ut ordo in causis nō esset simpliciter necessā/rius & essentialis, quod negat' ab Aristotele, secūdo metaphysicæ libro. Sic & Scoti iudicio re/ferri ad Aristotelē nō potest, omnipotentia eo modo, quo a` nostris theologis intelligit'. Quam obrem, aut nulla dei omnipotentia est, sententia Aristotelis, aut ea tantū est, quæ in dependen tia mundi ex prima causa, & in ꝓseruatione reꝝ cunctaꝝ appareat. Contra, inqt, Deus est actus purus, ergo habet potentiā infinitā intensiue, & proinde omnipotentiā. Respondeo, nō sequi istud, quando nec uspiam ab Aristotele scriptū legimus, deum esse uirtutis infinitæ intensiue, & licet sit actus purus, tñ non propterea ita esse omnipotens possit, ut aliquid ex nihilo faciat. Quod enim seperatū a` materia est, materiam īmutare nō potest, qua rōne usus Aristoteles est contra Platonis ideas septimo metaphysicæ. Nullam igitur rem factibilē attingere possit, nisi ꝑ motū cœlestem. Cōtra, inquit, debuit ita manifestari omnipotentia dei. Hoc enim qntū erat ar gumentum. At non ita manifestari debuit, sed potius in depēdentia cœli ex prima causa, & in cōseruatione cunctaꝝ rerū, qñ impossibile est, etiā deo ipsi, ut quicq̄ ex nihilo fiat. Ad sextū. Dari qdem primā causam efficientem, in ordine causaꝝ efficiētium, ꝓcedo, sed quod præterea adiicit causam illā efficiētem primā nihil ꝑsupponere, nego, & ad rōnem, q; si præsupponeret, non esset prima simpliciter, falsum id esse respondeo, cū non dicat' prima simpliciter, qa nihil præsupponat. Id enim īpossibile est, sed quia non in uirtute prioris causæ efficiētis ipsa efficiat, & per primū motum agat uniuersalē. Sic enim ab Aristotele causa efficiens definitur, ut hoc sit unde principium motus. Subiectum autem motui eē necesse est. Ad septimū. Non quia deus agens potentius cæteris agentibus est, ideo ex nihilo possit agere. Non enim ita a` natura deus distinguitur, ut subiectum, qd' sibi præsupponit natura, ille non ꝑsupponat. Quod enim impos sibile est, ratio diuini agentis non recipit. Sed quia, quod natura facit, ut instrumentū & mini/stra, id a` Deo efficit', ut authore, agente'q; principali. Ideo potentius agēs, & nobilius illud est. Hic enim agendi modus & dignior est, & perfectionis diuinæ significātior. Quāobrem opus naturæ, opus esse intelligentiæ Auerroes ait. Similitudo itaq;, quā aduersarius ab agentibus in/feriorib⁹ sumit, non admittenda est, cum deus nō agat in uirtute prioris agentis, satisq; ad eius prestantiam sit, ut primū, principale'q; enumeretur. Ad ultimum. Conceditur, remota dei uolū tate, mūdum posse reuerti in nihilū, sed negatur sequi propterea, ut ex nihilo creetur. Multa. n. uel ex materia creata, siue generata, reuerti in nihilum possunt, remota dei uolūtate, ut singula animalia, singulæ plantæ, & reliqua generis eiusdem. Sed tamen nemo ob id negauerit hęc es se ex materia facta. Nempe dato uno absurdo, cætera consequuntur, quod si Dei uoluntas re/moueatur, quod impossibile est, nulli dubium est, quin mundus in nihilum reuertatur, sed hoc, non ideo euenit, quia ex nihilo creatus est, sed quia causa remouetur, quæ cuncta ingenita ab æterno conseruat. Refugit etiam aduersarius ad obscuriora, ut suus lateat error, aitq; Aristote/lem non aperte, sed occulte scripsisse de hac ex nihilo productione, quod cum dicat, fatet' quo/

dammodo nihil se habere, quod certo referat. Nos uero & diui Thomæ iudicium sequimur, qui Aristotelem scribit attigisse productionem entium particularium, nõ uniuersalem, & Platonem eiusdem ætatis authorem uidemus ausum dicere aperte talem mundi productionem. Quod si ille ita locutus est, ne Aristotelem quidem tacere, aut perobscure inferere suis scriptis uoluisse arbitramur, si ita sentiret. Falsõ igitur ad Aristotelem aduersarius refert creationẽ, quã neq; ut Auicẽna, ab ęterno, neq; ut theologi nostri, de nouo ille opinatus est.

Cõfutatio, & solutio argumẽtoꝝ aduersarii, qbus ostẽdere nitit secundũ opinionẽ Aristotelis mundũ ꝓduci, & dependere ex pria cã, nõ natura, aut ulla necessitate, sed libera dei uolũtate.

Aduersarium, nec uerbis Aristotelis, nec ullo dicendi modo illius uti.

Aristotelem, & Auicenam secundum sententiam Scoti, statuisse deũ necessario se habere ad omnia exteriora.

Rationes philosophorum, quas adducit Scotus ad probandum Deum agere ex naturæ necessitate, quod etiam Ericis Cãdauensis authoritate probatur, & Alberti magni.

Sentẽtia diui Thomæ, noluisse Platonem mundum a` Deo creatum ex materia præexistente, ut aduersarius putat. Caput. XXI.

Ititur præterea altera argumentorum colluuione probare Aristotelem arbitratum, n produci, & rependere mundum ex prima causa nõ natura, aut ulla necessitate, sed libera dei ipsius uoluntate, quon rationibus his demõstrare conatur, quas & ipsas redactas a` me in formam, & congruam locutionem intelligi uolo. Nam, ut ipse exposuit, non caput, nõ pes, ut aiunt, apparet. Omne, quod ab aliquo naturaliter dependet, aut depẽdet, ut pars a` toto, aut, ut propriũ accidens a` suo subiecto, sed mũdus nõ depẽdet a` Deo, ut pars a toto, cũ enim Deus sit actus purus, partẽ nõ habet, nec, ut propriũ accidens a` suo subiecto, qa cognitio proprii accidẽtis confert ad cognitionẽ qditatis subiecti, per mundũ aũt cognoscere dei qditatẽ non possumus. Adde, ꝙ nullæ sunt oppositiones, quæ nõ possunt conuenire æque substãtiæ, & proprio naturaliter a` substãtia ꝓfluẽti, siue substãtia, siue accidẽs est. Nõ est. n. possibile, ut subiectũ æternũ sit, propriũ autẽ tpale, aut, ut alteꝝ corruptibile, alterũ incorruptibile sit. Nã si propriũ corruptibile est, subiectũ quoq; corruptibile est, quẽadmodũ si ignis est corruptibilis, & calor eius corruptibilis est. Quod si æternitas, & ĩmutabilitas Deo cõueniant, q̃ non cõueniant mũdo, seqtur ne mũdus naturaliter a` deo emanet, qd̃ si oĩs, inqt, dependẽtia naturalis sit, aut partis a` toto, aut ꝓprii accidentis a` subiecto, & tñ neutra mũdo attribui possit p relationẽ ad deũ, seqtur mundũ nullo mõ a` deo naturaliter depẽdere, & cũ præter depẽdẽtiã naturalẽ sit altera, q̃ dependeat qppiã ex uoluntate, seqtur si mũdus non naturaliter ex deo depẽdet, ut ex libera eiº uoluntate depẽdeat. Itẽ demonstratũ iam, inqt, a` nobis est, deũ ex nihilo facere. Quod si ex nihilo Deus mũdũ produxit, atq; ex se depẽdẽtẽ habet, sequitur, ut libere ab eius uoluntate mũdus ipse dependeat, Itẽ propriũ accidens ꝓfectio substãtiæ est, at mundus, nullam deo affert ꝓfectionẽ, ergo mũdus non naturaliter a` deo depẽdet, ut, ꝓprium accidẽs a` subiecto. Itẽ Aristoteles, secundo physicoꝝ reꝑhendit eos, q cũ plantas, & aĩalia dicerent nõ furtuito facta, sed aut natura, aut intellectu, tñ neutrã harum causaꝝ motui corporum cœlestiũ tribuerunt, ex quo loco sic arguimus, corpora cœlestia causam aliquã habent, a` qua motus eoꝝ ordinate ꝓcedat necesse est, sed cũ duæ causæ illæ sint natura, & intellectus, natura aũt causa esse nõ possit rebus sup naturã substantibus, intellectum esse principiũ cœli necesse est. Igitur ab intellectu cœlum dependet, ut a` causa primi principii, & proinde ab eius uoluntate. Vbi enim ĩtellectus, ibi & uoluntas est, idem' q̃ intellectus, & uoluntas in primo est, quod si ab eius uolũtate dependet, non natura, sed libera uoluntate, mundũ produci & ꝓseruari a` deo, authore Aristotele cõstat. Item secundo de generatione scriptũ ab Aristotele est, motũ esse factum a` Deo perpetuum propter generationem cõtinuam, uidelicet eius gratia finis, ut generatio continuaretur. Ad qd̃ factum ab aliquo est, & ad finem. Id a` uoluntate egentis, aut dirigentis actionem agentis factũ est. Ergo cœlum, & dei motus a` dei uoluntate & fit, & dependet. His rationibus philosophus hic noster noui peripati author mundũ producit a` libera dei uolũtate. Sed qd de hoc peripateti co dicam? qui cũ se ex opinione & libris Aristotelis dissentire fateatur, nullis Aristotelis uerbis utitur, nullo dicendi modo illius philosophi agit, præsertim eo loco, ubi uis tota argumentationis consistit, sed liberã uoluntatem esse in deo dicit, unde mundus procreetur, & producatur. ubi. n. Aristoteles usus lingua sua his uerbis est? Velim ipse aduersarius dicat, quid libera uoluntas apud

tas apud Aristotelem sit, & quemadmodum græce dicatur. Vt an id esse in Deo possit, iudicio Aristotelis uideamus. Nam uoluntatem ille secundo de anima appetitum esse aperte fatetur. Quid si in Deo uoluntas sit, appetitum quoq; in eo esse necesse est, & cum appetitus, uirtus' q̃ appetẽdi moueat, cum ipsa moueatur, ut in libro de motu aĩalium dicitur, primum, inquit, nõ motũ mouet, appetitus autem & appetitiuũ motũ mouet, & causa ultima est, ut qd̃ appetit moueatur. Atq; etiam in tertio de aĩa, qua appetitiuum animal est, eo sui motiuum esse, nec appetitiuum esse sine phantasia posse scriptum sit. Cum inquam hæc ita apud Aristotelem legamus, sequitur, ut Deus, qui non motus mouet, moueatur, & phantasiam habeat, & plura alia absurda ex definitione uoluntatis, & appetitus recipiat. Item quod libere quis uelit, contingenter id uelit, authore eodem philosopho. Contingens autem, ut esse potest, sic & nõ esse potest. Itaq; sequitur, ut si Deus contingenter uult, & producit, possit & non uelle, & non producere, proinde' q̃ mundus possit non esse, quod remotum ab Aristotelis opinione est. Nam, quod nostris theologis placet, ut Deus immutabiliter uelit quicquid ab æterno uoluerit, non tollit, quin possibile sit mundum non fuisse. Sed id quoq; ab his admittitur. At uero Aristoteles pati non potest, quin mundus fuerit semper, & futurus sit semper, & ut nullo fine, sic nullo principio describi debeat. Quamobrem uerius sequitur, opinione quidem eius philosophi, ut naturaliter, et necessario mundus ex Deo dependeat, si corrumpi non potest, quàm corrumpi nõ posse, si cõtingenter a` libera uoluntate producatur. Contingens etiam esse in Deo sequitur, cũ libera ipsa uoluntas de contingentibus sit, nam si libere Deus produxit, poterat etiam non ꝓducere. ideo enim libere agi dicitur, quod in potestate agentis est, ita non agere, ut agere, ergo præcesserat Deus mundum sua duratione nihil mouens, sed in potentia substans ad mouendum, quod arguit eum non esse actum purum, ut in XII. metaphysicæ patet, ordo præterea causarum essentialis tollitur, quando contingenter ex Deo mundus dependet, quod ab Aristotele improbat', ubi ordinem causarum secundarum essentialem esse demonstrat. Vnde & Scotus doctor illustris negat admitti a` philosophis omnipotentiã Dei, rationem' q̃ affert, quod pro principio potissimo apud philosophos est. principium necessarium, & omnino perfectum nullam ad rẽ immediate contingenter se posse habere, cũ nulla reddi ratio nouitatis, ac ꝓtingentiæ possit in ꝓncipiato ĩmediate a` tali principio, q enim, inqt, aliter se habere possit hoc principiũ quod oĩno necessarium est, semper' q̃ uniforme, aut a` quo tandẽ impediatur, qd̃ pfectissimũ, & potissimũ est? Non igitur Deus effectum oẽm causare ĩmediate, hoc est sine secunda causa pót, ordo nãq; causatoꝝ in causis est necessarius & essentialis, prẽter' q̃ Deũ, alia quoq; necessaria sunt sentẽtia Aristotelis. Quæ si uere ab hoc tanto doctore dicuntur, mentitur certe, qui Aristotelẽ dicat ita sensisse, ut mũdus a libera Dei uoluntate dependeret, cũ naturaliter, & necessario depẽdere cõstet. Quærit etiã idem doctor distinctione octaua, quæstione qnta. An Deus sit ĩmutabilis, ubi concludens, Aristoteles, inqt, & Auicenna statuerunt Deũ necessario se habere ad oĩa exteriora, quo sequit', ut cætera oĩa necessario se habeant ad Deũ, siue immediate referant' ad eũ, siue mediante motu, q ex uniformitate in toto ponat difformitatẽ in partibus mobilis, & mediante mobili generabilia, & corruptibilia difformiter referant' ad eum. Quod siqs Aristotelis fundamentũ hoc seruans Deũ necessario creare, uel esse causam necessariã dicit, non uidet' ꝓtradicere sibi, statuens causatũ necessarium, ut quinto metaphysicæ edocet. Adiicit idem author eodẽ in loco rõnes philosophoꝝ, qbus ꝓbat, Deũ agere ex naturæ necessitate, quaꝝ prima hæc est, ꝓfectior causandi modus attribuendus causæ primæ est. Sed causare necessario perfectior modus, q̃ cõtingenter est, cũ necessariũ sit nobilius, q̃ contingẽs. Ergo prima cã necessario causat. Secũda ratio est, ꝙ in quo agente, idẽ est esse & agere. Si esse est necessariũ, & agere necessariũ est, sed in deo idẽ est esse & agere, ergo si dei eẽ est necessariũ, & agere necessarium est. Deº igitur necessario causat, nõ libere, aut ꝓtingẽter. Tertia, ꝙ sũmo enti nihil p accidẽs cõpetere pót, cũ ens p accidẽs impfectionẽ dicat. Agere aũt ꝓtingẽter, ẽ agere p accidẽs, ergo attribui deo nõ pót. Hæc Scotº. Erix uero Cãdauẽsis author & hic clarus, philosophi, inqt, statuũt deũ eẽ causam creaturæ nõ uoluntatis dispõne, sed naturæ necessitate, ut Ambrosius primo hexameri refert, Idẽ mox, sentẽtia philosophoꝝ de mũdi æternitate est, ne mũdus hẽat nõ eẽ ex sua natura, sed tñ p intellectũ, & ĩpossibile sit ne fuerit, & aliq̃n possit nõ esse. unde principiũ apud eos est, nõ posse mundũ nõ eẽ, aut nõ fuisse, q̃n deus nec potuerit nõ dare eẽ, nec pót auferre, q̃n sola naturæ necessitate mũdus hẽt esse a` deo, aut uolũtate ĩmutabilitatis, cõiuncta necessitate non libera ad dandũ, & non dandũ. Ita ab his doctissimis uiris de rõnibus potissimis philosophoꝝ exponit', Aristotelẽ, & Auicẽnã cõuenire, ut deº agat ex naturæ necessitate, nec libere, ut aduer

sarius putat, ne sequaᵉ, ut cõtingẽter agat, qđ dicit impfectionẽ. Albertus uero magnus in octa uo physicoꝝ, tractatu primo. Peripatetici, inqt, & Aristoteles ipse, mũdũ ꝓcedere aˋ ꝑma causa ꝑ modũ necessitatis dixere. Volũt enĩ, ut notũ ꝑ se sit, ab uno principio non nisi unũ ꝓcedere, atq; ita aˋ prima cã ꝓcedere intelligentiã, quæ sit secundũ naturæ ordinẽ tm̃ primũ. licet. n. primũ secundũ rõnem resolutionis sit esse, tm̃ in iis, q̃ simpliciter sunt simplicꝰ & potẽtius itelligẽtia siue substantia itellectualis est, q̃ qm̃ se intelligit, & suo itellectu ĩ se ipsa reflectiᵗ, cõposita est aliquo modo compositionis, qui determinandus hoc loco non est, quo fit, ut intelligentia sit quiddam ꝑ modum actus, & quiddam per modũ potẽtiæ, atq; ex parte ipsius potentiæ, quiddam aˋ prima causa, prima'q; intelligentia procedit tantũ primum corporeũ, quod cœlum est uniforme. Ex parte autẽ actus procedit secunda, siue ordinis secundi intelligentia, aˋ qua & prima causa cum prima intelligentia procedit intelligentia ordinis tertii, cœlũq; eius, atq; ita processus agitur multiplicatis subinde principiis per omnem cœlorꝝ diuersitatem. Quod. n. distantia alterius cœli ab altero nihil faciat ad diuersitatem reliquorũ cœlorũ, ut in elementis fit, propterea rem totam ad intelligentiarum diuersitatem referunt. Ita & Albertus contra aduersariũ de Aristotele loquitur. Quod si admittimus Aristotelem ita sensisse, ut mundus aˋ Deo ceu causa efficiente productus fuerit ab æterno, qua opinione Scotus est? Respondere cum ipso possumus mundũ necessario ab æterno productum. Atq; ita ex fundamentis, tum Aristotelis, tum Auicennæ deducere differentiã agentis naturalis, ut bifariam sit, aut enim perfectum, aut quod perficiatur eo, quod producitur. Quod quidẽ nõ propter se, tanq̃ finem agit, sed propter aliud, quo ut fine perficiatur. Alterum autem agẽs naturale est perfectum, quod liberaliter agat, idest nõ expectans perfectionẽ aˋ producto, id'q; ꝓcedit imperfectum illud, cum semper imperfectũ præsupponat perfectum eodẽ in genere, quod si causalitas effectiua Deo attribuaᵗ, hoc agens dicam ex Aristotelis opinione eẽ Deum, quippe cum Dei natura sit bonũ, atq; munificũ. Ita. n. inclinetur ad mundum producendũ, tanq̃ effectum coæuum, & sibi connaturalem, itaq; productio hæc naturalis nullam in Deo acquiri perfectionẽ ostendit, sed tãtum naturã diuinam esse liberalem, benignam'q; qua ad id faciendum natulaiter inclinetur, scilicet non eius, quod producitur ueluti finis causa, sed sui causa bonitatis. Ita constat mentiri aduersarium, cum ad Aristotelem authorem referat, Deũ libere, contigenter'q; mundum producere, & seruare. Ad argumentum primum, cũ quod naturaliter dependeat, dicit dependere, ut uel partem aˋ toto, uel proprium accidens aˋ suo subiecto, dicimus non argui ex sufficente diuisione, nam præter illos duos depẽdendi modos, tertius est per effectum propriũ & adæquatum causæ naturalis, ut motus cœli dependet ab intelligentiis, quæ naturaliter mouent, dependet itaq; mundus ex Deo, ut proprius effectus, & adæquatus, qui naturaliter producatur. Aut si hoc minus, tamen certe conseruatur. Sed quãuis aduersarius per ignorãtiam tertium diuisionis membrũ prætermiserit, tamen damus ei, dictum, quod prętermissum est, & intelligatur, aut per propriũ, & adęquatum effectum naturalaliter profluentem aˋ causa naturali. Respõdemus uero mundũ esse propriũ, uel productum, uel conseruatum, & cum nullas esse oppositiones dicit, quæ non possint cõuenire æque substantiæ, & eius ꝓprio, falsum id esse reſpondeo, proprium enĩ quod sit accidens, inhęret, & tamen subſtantia non inhæret, sic ergo & mundus, quod propriũ, uel productum, uel cõseruatum aˋ Deo dixi dependet, quanquam Deus aˋ nullo dependeat, nec uero sequitur, ut si quæ oppositiones conuenire non possunt, pariter subiecto, & eius ꝓprio, ut una ex his sit oppositio illa æterni, & temporalis. Fieri enim potest, ut alterum oppositorum, causa, alterum effectus sibi proprium habeat. Quamobrem non sequitur, ne mundus sit proprius effectus naturalis Dei æterni, si ipse est temporalis. Immo uero oppositum sequitur, ut quoniã mundus nõ sit Deo æqualis, si Deo attribuitur æternitas, & immutabilitas mundo opposita attribuãtur, cum longius aˋ Deo deficiat, nec Deum adæquare possit, Respõsum, uel ex uniuersæ naturæ ratione dari potest, ut mundus dependeat aˋ Deo, tanquam pars uniuersæ naturæ ab altera eiusdem naturæ parte, quæ principalior est, & ad rationem dicimus, Deum per respectum ad uniuersum, hoc est aggregatum ex motore & mobili, aut dependente, & depensore, per modum partis intelligi suo modo & genere, quaˋm qui suo simplicior esse, actus est purus.

Ad secundum, quod ex eo deducit, quod se demonstrasse dicit, ut Deus ex nihilo faceret. Respondemus, quod sæpius dictum est iam, non esse ex Aristotelis opinione, ut Deus ex nihilo quicquam faciat, nec sequi, ut si mundus non dependet ex Deo, sicut uel res artifica ex arte, uel naturalis ex natura, non naturaliter ex eo dependeat, ut declaratum superius est. Respondere etiam ex opinione Auicennæ licet, ut & si ab æterno mundus creatus ex

nihilo est,

nihilo est, tamen naturaliter ex deo dependeat, nec sequitur, quod infert, ut si ex Deo naturaliter dependet, ex aliquo insito, naturali'q; inferiori Deus mũdum produxerit. modus. n. iste agẽdi naturalium imperfectoꝝ agentium est, non illius ꝑfectissimi naturalis agentis, qđ Deus est.

Ad tertium, quidam respondẽt, non omne agens naturaliter perfici suo effectu, aut eo q; ex se dependeat. Sed hoc de agente impfecto naturali tantũ dici, nam perfectissimum illud agens naturale, quod Deus est, non perfici suo uel effectu, uel dependente, ut dictum est. Sed nos posito, ut Deus agat efficiendo & producendo, dicimus etiã eum qua ita agens est, sua ipsum pfici actione, hoc est seipsum perfectissimum semp esse, & qua sibi annexum, dependentem'q; habet mundum, non nouo perfici, sed semper esse pfectum, quoniam & semper habeat sibi depẽdentem, nec id inconueniẽs est, ut deus sua perfectus sit actione, immo uero attribuendum necessario est, cum imperfectus sit, nisi agat, quæ sua maiestate sunt digna. Ad quartum, Intellectum diuinum esse fateor, ex quo mundus dependeat, quẽ intellectum, si libet, & uolũtatem, & naturam diuinam uocare non recuso. Sed hic intellectus principium apud Aristotelem est conseruans, & mouens id, quod ex se naturaliter dependet. Intellectus, inquit, idem quod uolũtas in deo est. Quod si mundus ex intellectu dependet, ex uoluntate quoq; dependeat, necesse est. Respondeo, concessum iam esse, mundum ex dei uoluntate dependere, ueꝝ id non facit, ne naturaliter dependeat. uoluntas enim finem naturaliter appetit. Diuus etiam Thomas concedit spũm sanctum produci per modum uoluntatis, & tamen non libere, sed naturaliter produci.

Ad qntum. Non sequitur, si quid factum ad aliquem finem est, ut idẽ & ex uoluntate tantũ, nec naturaliter factum sit. Deus enim, ut naturaliter sese uult, sic & mundi conseruationem naturaliter uult propter se ipse. Ad ultimum quoq; pari ratione respondemus. Nam si uolũtas diuina remoueatur aˋ mundo, nemini dubium est, quin mundus in nihilũ conuertatur, sed, ut consequens istud impossibile est, ita & antecedens uidelicet, ut deus suam uoluntatẽ aˋ mundo remoueat, quãdo id naturaliter, & necessario uult. quippe, qui naturaliter suam uult bonitatẽ, quam naturaliter sequitur mundi uel productio, uel conseruatio. Concedo igitur uoluntatem diuinam esse principium mundi, sed quod sæpius dictum iam est, uoluntas dei naturaliter mũdum uult siue statuit per quandã comitantiam naturalem, eaq; ipsa dei uoluntate exultat mundi productio, aut conseruatio. Ratio respondendi ad hæc eadem argumenta, uel aˋ naturæ differentia accipi potest. Nam, ut dictum iam est, duplex naturæ ratio intelligitur, altera uniuersalis, altera particularis, quam & secundam, & inferiorem, & temporalem dici nõ dedecet. Sunt qui alteram naturantem. alteram naturatam uocent. alii aliter nominant. Eodem'q; pertinere, uel illud uidetur, quod causarum essentialem ordinem dicimus. Nõ referat quo nã nomine appelletur, quando nomina ex instituto aut facta sint, aut facimus. Appellet unusquisq; ut libet, modo de re conueniat. Mihi uniuersalem uocare placuit. quod Aristoteles deum compleuisse totum siue uniuersum faciendo generationem cõtinuam dixerit, propterea quod natura omnibus semper quod melius sit, appetit. Naturæ enim uniuersalis intẽtionem his uerbis significat, cuius causa consulẽs deus patri deficienti suppleuit eo, quo fieri poterat modo, effecit'q; ut species seruarentur, nequid rerum uniuersitati deesset, quæ cum ita sint, cum aduersarius mũdum produci, aut seruari aˋ dei libera uoluntate dicit, ita ne naturæ illius necessitatẽ intelligat, errat. necessaria enim naturæ ratione producitur, non ἐκ προαιρέσεως, quod liberã uoluntatẽ dicit. Sic enim hoc utitur uerbo Aristoteles, ut primo politicorum constat. Coniungi, inquit, marem cum fœmina necesse est, id'q; nõ ἐκ προαιρέσεως, sed sicut in cæteris tum aĩalibus, tum plantis naturale est appetere, tale re linquere alterum, quale ipsum quodq; est, naturaliter igitur, & necessario producitur, & seruatur. Verũ non naturæ particularis necessitate, sed uniuersalis, cuius causa deus agit nequid desitex iis, quibus uniuersum consumaᵗ. Deum enim esse, & mundum aut aliquam partem mundi necessariam non esse, ratio uniuersalis naturæ non patitur. Quamobrem simul fuerunt mundus, & deus, & erunt simul semper iudicio Aristotelis, q̃q̃ fides, & uera religio ita uult, ut libere omnino mũdus productus aˋ Deo fuerit, nulla'q; necessitate id factũ aut inclinatione naturali a uthore diuo Paulo, qui scribẽs ad Ephesios, Opatur omnia, inquit, secundum propositum uolũtatis suæ. Hęc ubi ita probauerit aduersarius, quasi iam indubie demonstratum esse Aristote em produxisse mundum ex nihilo, Platonem inuadit crimine, quod ille materiam dixerit, coæternam deo, & improductam. Addit'q; ad huius sententiæ reprehensionẽ, quod ita deus nihil plus posset, q̃ opifex, qui ex materia facit, & quod materia sine loco, tempore, forma, ab æterno fuisset. Quod nõ conueniret, nec per se, nec ꝑ accidẽs, & quod deus esset materia prima, cum deus non sit in loco, nec ꝑ se, nec per accidẽs, & duo essent principia,

quorum neutrum ſub altero eſſet, & alterum ſummum bonum eſſet, alterum ſummum malũ. Proinde Platonem poſuiſſe dicit deos duos primos, Alterum fontem lucis, & uitæ alterum tenebrarum, & mortis. Sed materiã non eſſe a` Deo productam ex Ariſtotelis opinione oſtẽſum iam eſt. Platonem uero ita creari materiam, ut & cõpoſitum, quod ex materia eſt, uoluiſſe, ſatis libro ſuperiore expoſui, & nunc ea, quæ a` diuo Thoma dicuntur de Platone in exponẽdo opere diui Dionyſii de diuinis nominibus refero, ut aduerſarii imperitia, teſte tãto uiro, ſit notior.

» Conſyderandum eſt, inquit, emendatum eſſe a` Platone errorẽ ueterum authorum, qui non diſtinguere materiam à forma potuerant in rebus generabilibus, & corruptibilibus. Statuerunt
» enim materiam primam eſſe aliquod corpus in actu, ut ignem, aut aerem, aut aliquid tale. Plato autẽ formæ corporali ſubeſſe materiam animaduertit, quæ in ſui eſſentia nullam ſpeciem ha
» beret, ſed tantum eſſet materia. Eandẽq; a` priuatione non diſtinxit, ut ab Ariſtotele in primo phyſicoꝝ libro ſcriptum eſt. Quãobrem tam ipſe, q̃ eius conſectores materiã appellarunt, non ens ꝓpter priuationem adiunctam, quo modo loquendi Dionyſius etiam utit, q̃q̃ ſecundum Ariſtotelẽ neceſſarium eſt materiam a` priuatione diſtingui. quoniam interdũ ſub forma, interdum ſub priuatione repiatur, itaq; priuatio adiungitur ei per accidens. Itẽ conſyderandum ſecũdum Platonicos authores, quo altior cauſa aliqua eſt, eò ad plura ſe extendere eius cauſalitatẽ. Vnde quod primũ ſubiectum in effectibus eſt, materiã dico primã, hoc eſſe oportet effectũ primæ naturæ ſolius, quæ bonum eſt. omnis aũt effectus conuertitur ad ſuã cauſam ꝓ deſyderiũ, unde materia prima deſyderat bonum, quod deſyderium magis naturale in eſſe uidetur, q̃ priuatio, & ordo eius ad actum. Ergo Plato, & eius conſectores, non materiã præfuiſſe, ex qua deus mundũ crearet, putarunt, nec duos primos ſtatuerunt deos, ut aduerſarius calũniatur, ſed argumẽta quoq; ipſa nullam habere uim qs non uideat? non. n. ſequit ne deus præſtantior opifice ſit, qa uterq; ex materia faciat, nã deus formaꝝ ſubſtantialium author eſt, opifex uero accidẽtalium. Quid uero ſequat, ut materia ab æterno fuerit ſine forma, aut materia prima ſit deus. nec enim Plato ex materia præſuppoſita mũdum creatũ ſcribit, ſed uia, rõneq; gñationis præcedere materiã intelligẽs, docendi gratia, ex materia creatũ dicit, & deo non ꝙuenit locus, neq; tẽpus ꝓpter infinitatẽ actiuitatis. Materiæ aũt hæc determinata non ꝙueniunt ꝓpter paſſibilitatis indeterminationem. eſt. n. pura potẽtia paſſiua indeterminate habẽs ad oĩa. Ita aduerſarius præ ſua ignoratione, & falſa ꝓponit, & inepte argumẽtat, hęc in aduerſarium potius, q ſeſe ex opinionũ Ariſtotelis fonte iſta hauſiſſe ꝓfiteat, q̃ in ipſum Ariſtotelẽ diſputata uolumus, nã qd ad hunc philoſophum ſpectat, nõ admodũ difficile nobis foret, pluribus, ac certioribus ſcriptorum ſuoꝝ teſtimoniis oſtẽdere eũ à præceptoris ſui ſnĩa de æterna mundi ꝓcreatione nõ diſceſſiſſe, quã rem a` nõnullis cũ theologoꝝ, tum philoſophoꝝ factitatam fuiſſe nõ ignoramus, nec certe minus ſtudioſe amplectimur Ariſtotelẽ huius opiniõis authorẽ, q̃ Platonẽ ipſum cũ fidei noſtræ ueritate, quãtum gẽtilitatis ratio pati potuit, ꝓſentiẽtem in productione uniuerſi ex uno primo, ſimpliciſſimoq; principio, q̃uis nõ tpaliter, neq; libere, ſiue ꝓtingẽter, ut religio nĩa docet, qd diuus quoq; Thomas in iis qõnibus, quas de potẽtia diuina grauiter, & appoſite diſputauit, plane` ꝓfirmat, utrũq; philoſophũ dicẽs in mũdi creatiõe ab æterno inter ſe conſentire.

Platonem optime diſſeruiſſe de animæ immortalitate, ita ut ſecũdum Albertum rationes eius paucis mutatis, demõſtrationes uideri poſſint. Ariſtotelem uero ſecũdum Themiſtium, Alexandrum, Auerroem, & alios, aut unicam eſſe animam omnibus ingenerabilẽ, & incorruptibilem ſenſiſſe, aut primum Deum eſſe intellectum agentẽ, qui illuceat omnibus, & ſeparabilis, atq; incorruptibilis ſit, animam uero humanam generari, atq; corrumpi.

De uehiculo animæ, quid Plato ſenſerit.

Solutio argumentoꝝ aduerſarii, qbus probare nititur, Ariſtotelẽ aĩæ immortalitatẽ poſuiſſe.

Incorruptibilem eſſe intellectum, triſariam accipi poſſe.

Quomodo intelligatur illud Ariſtotelis, ſeparari hoc ab hoc, tanq̃ perpetuum a` corruptibili.

Reprehẽſio aduerſarii, qd neminem dicat Ariſtotelis ſnĩam intellexiſſe, ſe uno excepto.

Quæ de compoſitione animi ex intellectu poſſibili & agente eſſentialiter, & de compoſitione intelligentiarum ſimiliter ſcribit aduerſarius tanquam primus earum rerum inuentor, hæc ab Auerroe primo ſcripta eſſe.

Argumenta, quibus hæc probare nititur aduerſarius, & eorum confutatio, ac ſolutio.

Vnãquãq; ſubſtantiam abſtractam eſſe ſine materia, actionem'q; eſſe puram ſine ulla potentia ad eſſe contra aduerſarii ſententiam.

Nullam

Nullam formam abſtractam, eſſe compoſitam.

Nullam eſſe diſtinctionem in ſubſtantiis ſeparatis, niſi intellectum, & proinde, nullam eſſe diuerſitatem partium eſſentialium componentium.

Licet diuus Thomas intelligẽtias citra primam dicat compoſitas eſſe ex eſſentia, & eſſe, aut ex potẽtia, & actu, non tamen intelligendum componi eas ex materia, & forma. Cap. XXII

t Vm capite ſuo ſeptimo, & uſq; ad decimumſextum agit de aĩa, & primũ Platonem dicit, nihil noui diſſeruiſſe de immortalitate animoꝝ, ſed, quæ a` poetis acceperat retuliſſe, & uehiculo ſuſtentari corporeo animũ uoluiſſe, quod poetæ umbrę nomine appellauerunt. Sed qbuſnã, & quot rationibus Plato animã eſſe immortalẽ oſtenderit, ſatis me libro ſupiore expoſuiſſe arbitror. Cæteꝝ aduerſarius cõuitio magis, q̃ iudicio motus differentiam, quæ inter Platonẽ, & poetas eſt, cernere animo neqt. Itaq; ſpurciſſimis uerbis fœdat authorẽ, cum ne unum qdem ex multis argumẽtum eius in mediũ integre afferat, quod refellere conetur. Agit ipſe, tantũmodo maledictis inſectans rationem Platonis de immortalitate, quã rationem Macrobius uir doctiſſimus non modo probat, ſed etiam tuendo, rñdet argumentis Ariſtotelis, qbus ille negat, aliqd poſſe mouere ſeipſum, quã Albertus magnus cõmendat opere ſuo de origine animæ his uerbis. Quibuſdã, inqt, ꝓquam paucis mutatis ratio hæc
» Platonis fortis demonſtratio eſt. Sed. n. intelligere motũ, q a` Platone tribuit animæ, non eſſe aliud niſi actionem, ſiue operationẽ, quæ corporeo inſtrumẽto non utat, quo quidẽ argumẽto præcipuo Ariſtoteles deforis intellectum, ſiue mẽtem accedere, immortalẽq; eſſe probat, non intereſt hominis, qualis hic Platonis aduerſarius eſt, uehiculum uero illud animę ex corpore lucido, ætherioq; cõtractum, aduerſarius quidẽ pro ſua conſuetudine irridet, Platonici uero his rationibus neceſſario id ponẽdum exiſtimant. Cum enim animam bifariam diſtinguãt, & aut imparticipatam eſſe dicant, qualis eſt uniuerſalis illa, quam mundi animam uocant, tertiamq; in diuinitate perſonam ponunt, quam ſcilicet nos ſpiritum ſanctum eẽ dicimus, ut ſæpe in ſuperioribus oſtendimus, aut participatam, hanc quidem aiunt, cum participata ſit, atq; æterna, uti corpore oportere primo æterno, ingenito, & incorruptibili. Cum enim omnis anima per eſſentiam æterna ſit, eſſe aũt eius ſit immutabile, ꝓfecto ipſo eſſe animet aliquod corpus, ſemperq; illud animet neceſſe eſt, unde ſequitur, ut & quod animatur, ſemp animet, ſemperq; uitæ particeps ſit, & cum ſemper uiuat longe magis, ſemper ſit, quod uero ſemper eſt, profecto ęternũ eſt. Cum igitur anima participata ſit, ſuoq; ipſius eſſe, animet, neceſſariũ eſt, ut corpore primo, æterno, ingenito, & incorruptibili ſecundũ eſſentiam. Huiuſmodi uero ſunt cum cœlorum, & ſyderum animæ, tum reliquæ illis inferiores, quemadmodum enim ſyderum, ac cœlorum animas perpetuo unitas corpore, tam Ariſtotelici, q̃ Platonici uolunt, & hæc diuina nominãt animalia, ita has quoq; inferiores animas cẽſet Plato aĩalia eſſe, & perpetuo corpore unitas, quippe niſi ex anima & corpore conſtet, eſſe animal non poteſt. cui ſentẽtiæ nonnulli etiam ex philoſophis noſtræ religionis conſentire uidentur, aut enim non eſſe animam formam ſubſtantialem corporis, aut perpetuo uniri corpori debere aſſeuerant, ne alioquin ſit forma per accidens. Neceſſarium præterea eſſe huiuſmodi uehiculũ Platonici dicunt ad adunitiones, abunitiones, & tranſitiones. oportet enim in latina lingua rebus huiuſmodi noua accommodare uocabula. Nam cum nihil ſecundum naturam de extremo. ad extremum procedat, ſic enim uacuum daretur, ſed per aliquod medium omnis tranſitus fiat, neceſſarium exiſtimarũt, animam immaterialẽ, & incorpoream corpori huic compoſito uiſibili, materiali, & corruptibili, non immediate, ſed medio aliquo ſublimiore, ſubtiliore, incorruptibili, atq; perpetuo corpore uniri, id autem diuerſis animis, diuerſum eſſe arbitrantur, & eam unum uehiculum ad aliud proportionẽ habere, quam habet anima ſuperior ad inferiorem, quippe ſecundum cuiuſq; animæ naturam, diſtributionem etiam uehiculorum eſſe oportere. Ad hæc cum Plato, & ſectæ eius æmuli nihil ſere` in hac parte a` noſtra religione, & fide catholica diſcrepantes, quemadmodum præmia æterna, & ueram felicitatem recte agentibus ſtatuerunt, ita etiam male uiuentibus non leues pœnas & corporis cruciatus paratos eſſe cenſuerint, anima uero incorporea, atq; ĩmaterialis, pati a` corpore immediate non poſſit. itaq; nec pœnas ullas ſentire, nec ſentiẽdo turbari. haud abre corpus iſtud quãuis ſubtile, atq; ætherium, corpus tamen ei perpetuo uniuerunt, in quo puniri promeritis poſſent. ſic etiam aliqui ex doctoribus noſtris, haud ignobiles philoſophi ĩueſtigare uolentes, quomodo incorporea anima, igni corporeo affici poſſit, dicunt, poſteaq; carne ipſa exuta eſt, ſenſitiuas potentias remanere in ea, & ut Auguſtinus, inquit, omnes ſenſus uiuaciter tene

Universidad de Deusto Biblioteca
Bibliotheca Facultatis Philosophiae Provinciae Cast. Orientalis SI

ee. Enimuero hanc rationem unionis extremorum per medium uſqueadeo neceſſarium etiam Ariſtoteles ipſe putauit, ut idem fere libro de gñatione animalium ſecundo, dixerit, unionẽq; animæ cum corpore hoc corruptibili fieri ſtatuerit intercedẽte alio corpore diuiniore ipſis elementis, ac ſeparato. Omnis, inquit, animæ uirtus aliud ſortiri corpus uidetur, & his quidem diuinius, quæ uocantur elementa, atq; ut animæ inter ſe nobilitate, uel ignobilitate differunt, ſic talis natura corporis inuicem differt, & paulo poſt de eodem corpore loquẽs, hoc, inquit, non ignis eſt, nec ulla talis potẽtia, ſed ſpiritus, qui in ſemine illo genitali, ſpumeoq; concipitur, & natura, quę in ipſo ſpiritu, analogum eſt elemẽto ſtellarum, quin etiam paulo poſt id ponit, partim a genituræ corpore ſeparatum, partim nõ ſeparatum, quod ſcilicet craſſius, ac materialius humidum, atq; aquoſum ſit. hoc. n. diſſolui & diffluari per totum ſperma exiſtimat, tanq; in lacte coagulum. Nulla igitur ratio eſt, cur irridere Platonẽ Aduerſarius debeat, quod animam exiſtimarit cum excellẽtis naturæ corpore ad gñationẽ accedere. Secundum, ait Platonẽ ineptius etiam, quàm poetas ipſos ſcripſiſſe. Illos enim immortalitatẽ animæ ſolum humanæ, hunc omni animæ tribuiſſe, & nobis animam talẽ, qualẽ ſcarabeis, & uermiculis ſtatuiſſe, eandẽq; tranſire de belluis ad homines, & de hominibus redire ad belluas. Hæc obiicit Platoni, & turpẽ indoctũ, atq; hoſtẽ fidei catholicæ ſuis nominibus appellat, qbus de rebus nos ſatis ſupiorí libro rñdimus, ut niſi qs beſtia ſit, & belluino ducat ſenſu, non ita de Platone ſentire poſſit. Tertio, Platonẽ dicit ratione uſum remota a rei natura ad probandã animæ ímortalitatẽ, Ariſtotelẽ uero naturæ conueniẽter ſic demõſtraſſe, qd corporeo non utí organo, id ſeparabile eſt, Intellectus non tali utí organo, ergo intellectus ſeparabilis, & ꝓinde incorruptibilis, ímortalisq; ẽ. Equidẽ Ariſtotelẽ male ſenſiſſe de anima non dixerim, immo plura afferre poſſum ex eius opiniõe de animæ ímortalitate, quã aduerſarius afferat. Nec uero id inſtitutum eſt mihi, ut Ariſtotelẽ erraſſe oſtẽdam, ſed ut Platonẽ non erraſſe, quando uel Ariſtoteles eadẽ, quæ Plato diſſerit. Itaq; ſit ita, ut Ariſtoteles recte opinetur, nec aliter atq; Plato, & mea quidẽ cauſa non uale at authoritas uel Auerrois, uel Alexandri, quorum alter Ariſtotelẽ ſcribit ſenſiſſe unicã eſſe animã intellectiuã omnibus ingñabilẽ, & incorruptibilẽ, Alter primum Deum eſſe intellectũ agẽtẽ, qui illuceat omnibus & ſeparabilis, atq; incorruptibilis ſit. Animã uero humanã gñari, atq; corrumpi. Themiſtius itẽ eadẽ fere Ariſtoteli tribuit, quæ Auerroes. Sed, quod modo dixi, ualeant plus, qui meliora, q̃ qui iſta illi aſcribunt, plura tñ referre ad Ariſtotelẽ authorẽ, q̃ philoſophorum ratio patiatur, derogare profecto eſt religioni noſtræ, & fidei, quæ neminem, præter ſanctos chriſtianæ ſnĩæ authores, animam eſſe ꝑpetuam parte poſt ſolũ uoluiſſe autumat. Cum itaq; aduerſarius contra religionis ſentẽtiam dicat, animã intellectiuã ex Ariſtotelis opinione formam eſſe ſubſtantialẽ humani corporis, quæ det eſſe ſpecificum, & multiplicetur ad corporis multiplicationem, & incipiat eſſe cum corpore, & tamen non finiat corrupta per corporis corruptionẽ, ſed æterna parte poſt maneat, an ita Ariſtoteles ſenſerit, uideamus. fieri enĩ non poſſe uidetur, iudicio eius quidẽ philoſophi, ut aliqua forma ſubſtantialis materiæ det eſſe ſpecificum, & tamen remaneat materia, hoc eſt proprio ſubiecto corrupta. Nam ſi forma incipit eſſe cum materia, & eſſe deſinat cum materia neceſſe ẽ, ut ſeptimo metaphyſicæ demonſtratur. Quod. n. partes, ex quibus totum conſiſtit, materiales ſunt, hinc his deſtructis, deſtruatur totum neceſſe eſt, & cum prẽter partes, formam poni in toto oporteat, hinc toto non manẽte, forma ipſa manere non poteſt, ut ſi ce ſyllaba reſoluatur in ſuas literas, fuerint quidem c, & e, ſed non fuerit ce ipſa ſyllaba, & proinde forma interimetur, quæ exultans cõpoſitum ipſum cõſequitur, nec dici poteſt id de forma totius, nõ de forma partis intelligi, quaſi corrupto corpore, non remaneat humanitas, quæ forma totius eſt, & principia ſpeciei eẽntialia refert, licet remaneat anima, quæ forma eſt partis. Humanitas. n. contracta in hoc corpore, per formã partis contracta eſt. Itaq; ſi corrupto corpore, non manet humanitas, animam ipſam prius periiſſe neceſſe eſt, quando nihil corrumpitur ſaluis adhuc ſuis principiis. Item aliquid incipere eſſe, & tamẽ non deſinere aliquando eẽ, impoſſibile apud Ariſtotelẽ iudicatur, unde principium eius eſt, ut quod perpetuum & incorruptibile eſt parte poſt, idem etiam parte ante perpetuum ſit. Quamobrẽ Platonẽ primo de cœlo reprehendit, quod mundum principium habuiſſe, finẽ autẽ nunquã habiturum dixerit, quod ſi anima aliquando incepit, & eſſe aliquando deſinet, Dixerit aĩam dari a Deo creatam de nouo, & propterea non ſubiici naturæ rationi, ut qa incepe/rit, deſinat, id q; ita Ariſtotelem uoluiſſe. Sed ubi nam hoc ab Ariſtotele ſcriptum eſt, aut quo modo ex libris, quos ille reliquit id accipi poteſt? Tribuit aduerſarius Ariſtoteli, quæ fidei noſtræ peculiaria ſunt. Mirum, q̃ & incarnationem, & paſſionẽ, & reſurrectionem, & reliqua noſtræ religiõis

ſtræ religionis ſacra ꝓfanare in gentes tẽperarit. ſed enim non alienis placitis exponenda doctrina Ariſtotelis eſt, ſed ſuis, nec ſatis eſt, aſſeruiſſe Ariſtotelẽ eadẽ, quę nos chriſtiani, ſenſiſſe, ſed etiam refelli rationes eorum, qui id negent, requiritur. Reſpondeat igitur aduerſarius, ſi poteſt, diuo Thomæ improbanti rationem illorum, qui cum mundũ æternum ſtatuant, animas eſſe actu infinitas abſurdum non putent, & iudicanti fieri non poſſe, ne aut infinitũ ſit actu cõtra naturæ rõnem, aut per circuitionẽ animarum agant, aut una omnibus anima ſit, aut una cũ corpore intereat omnibus. Nam per infinitum tẽpus præteritum infinitas fuiſſe animas certum eſt, quæ ſi non ſunt, deſiit, quod inceperat, ſi autẽ ſunt, ſequitur ut actu ſint numero infinitæ. Reſpondit qdem Auicenna nõ eſſe inconueniens eſſe infinitũ actu in multitudine per accidẽs, qualis multitudo ſit animarum, cum omnes eiuſdem ſint ſpeciei, q̃q̃ impoſſibile eſt in multitudine, quæ per ſe ſit, qualis multitudo eſt cauſarum eſſentialiter ordinatarum. Sed Diuus Thomas, nullam uim eſſe in hac reſponſionis ratione arbitratur. Cum enim quæuis multitudo certa ſpecie numeri contineatur, quiſq; autem numerus ſit finitus, ſequitur, ut nulla ſit multitudo actu infinita, neq; per ſe, neq; per accidẽs, & cũ omnis multitudo indiuiduorum ſit cauſata, ſequitur, ut animarum quoq; ſeparatarum multitudo ſit cauſata. At omne cauſatũ ſub certa agentis intentione comprehenditur, proindeq; ſub certo numero eſt. Sic Diuus Thomas, qui etiã quæ rens, an poſſibile ſit mundum eſſe ab æterno, quæſtione quadrageſimaſexta, reſpondet de animarum infinitate hoc modo. Qui mundi æternitatem ponunt, rationem hanc multifariam uitare conantur. alii enim non putant impoſſibile eẽ animas actu infinitas in multitudine per accidens, quod ſupra refellimus, alii animam una cum corpore corrumpi exiſtimarunt, alii circuitum quendam ſtatuũt animarum per itum, ac reditum, alii eandem omnibus eẽ intellectiuã animã uolunt. Reſpondeat itaq; aduerſarius iudicio, & rationibus his ſancti doctoris, Quonã pacto animæ ſint ab æterno. Nõ per circuitum dixerit, & tranſitionẽ, quia Platonis hoc eſt, nõ per infiniti rationẽ, quia hoc improbatum eſt. Igitur alterẽ de his duobus dicat neceſſe eſt. aut enim unum, eundemq; intellectum omnibus eſſe, aut una cum corpore animam interire. Quo fit, ut nemo ex Ariſtotelis opinione poſſit animam dicere diſtingui ad corporis diſtinctionem, & eãdem poſt corporis corruptionem permanere. Albertus etiam in hac eadem ſententia eſt, Thomas uero Anglicus in ea quæſtione, quam de intellectu ſcribit, Arbitror, inquit, Ariſtotelẽ & Auerroem eiuſdem fuiſſe opinionis, & quod ad primum articulum pertinet, eam ſentẽtiam Ariſtotelis eſſe, ut intellectus incorruptibilis quidem ſit. Sed cum omne incorruptibile ſit ingenerabile iudicio eiuſdem philoſophi, ſequitur, ut æternus ſit, tã parte ante, q̃ parte poſt. Quod autem ad ſecundum pertinet, licet nec Ariſtoteles, nec Commentator poſuerit indiuidua in genere ſubſtantiæ diſtingui ſub eadem ſpecie, per quantitatem, aut per aliquid exterius, ſed per interius, tamen multitudinem indiuiduorum ſpeciei eiuſdem incorruptibilibus tãtum poſuerũt, quoniam natura ſpeciei ſeruari in uno indiuiduo non poteſt. Quamobrem ubi tota ſpecies in uno aliquo ſeruari poſſe uidebatur, fruſtra poni eiuſdem ſpeciei indiuidua putauerũt, nec adiici oportere conditiones indiuiduales ſpeciei arbitrati ſunt. Itaq; in formis carentibus materia, nec ſuo eſſe dependentibus ex materia, ſingula indiuidua, ſingulis ſpeciebus poſuerunt, ut duodecimo metaphyſicę conſtat. Sed Scotus quidem in quarto ſententiarũ, neq; perſiſtere Ariſtotelem in eadẽ ſnĩa, quoties de aĩa agit, ſed dubitare, & modo hoc, mõ illud adducere ait. Varie, inquit, locutus Ariſtoteles eſt, & locos eoſdem ex diuerſis principiis tractat, ut tum hoc, tũ oppoſitum ſequi uideat. Vnde crediderim illum hac in re dubitaſſe, itaq; ut fit, dum in dubio eſt animus, modo huc, modo illuc impulſum acceſſiſſe, prout materia alterutram in partem cõuenienter tractaretur. Affert etiam argumenta plura, quibus probet immortalitatem animarũ principiis Ariſtotelis repugnare, quale uel illud adduci poteſt, cum enim ex eius philoſophi opinione, melius ſit animæ eſſe cũ corpore, q̃ ſine corpore, Si anima ita a corpore ſeparatur, ut ſubſiſtere per ſe poſſit, aut reuertetur aliquãdo ad corpus, ut Plato opinatus eſt, aut nũq̃, ut aduerſarius dixerit, ſi ſibi conſtare uelit, quod ſi nunq̃ reuertetur, carebit prorſus per infinitum tẽpus corpore, quo cũ eſſe melius eſt, et deſyderio tenebitur eius, ſine quo infelicius degat, neceſſe eſt, & appetet fruſtra, quod aſſequi nunq̃ poſſit. Sed ſi, ut ſolet, conuictus ratione, fugiet reus ad aram, & inde reſurrectionẽ fidei noſtræ peculiarem Ariſtotelẽ opinatum clamabit, ridendum iam fuerit, non diſputandũ. Merito igitur & diuus Thomas, quãuis & ipſe poſſibile eſſe mundum fuiſſe ab æternmo ſtatueret, tamen multitudinem infinitã per accidens aĩarum ímprobat, & aut unum omnibus eſſe intellectum, aut tranſitũ animarum probat in ea ipſa æternitatis mundi opinione, & ante Themiſtius, Alexander, Auerroes, quorũ mentionem modo fecimus, pu

tant intellectus unitatē conuenire Aristotelis opinioni, quę cum ita sint, cur aduersarius dicere non dubitat necessariis argumētis demonstrari ab Aristotele, animos esse immortales, eodem modo, quo nos ex fide opinamur, sed rationes, quas potissimas affert, uideamus. Quoniam, inquit, animus non utitur organo corporeo, separabilis, proinde' q; immortalis est. Sed cum ideo uti organo negetur corporeo, ne pfectio organi sit, & corrupto organo, ipse quoq; corrumpatur, dicat aduersarius quo nam organo phantasia a' se perfecto utatur, quæ non separabilis est. cum enim aliud sit phantasia, q̄ sensus, & intellectus, ut in tertio libro de anima scribitur. Non est dicēdum phantasiā, qua phantasia est, & p se, id esse quo organum, aut tactus, aut uisus, aut auditus, aut odoratus formetur, & pficiat'. Quod si ne a' phantasia quidem pficitur ullum sentiendi instrumētum, quod organū aduersarius græce appellat, nō necessario sequitur, ut propterea incorruptibilis sit intellectus, quia non utatur instrumento. Item incorruptibilem esse intellectum, trifariam accipi potest, aut enim ita ne a' toto depēdeat naturali & corruptibili, aut, ut incorruptibilis sit in sua opatione, quāuis corruptibilis in esse, quomodo potentiam uidendi, q̄q̄ corruptibilem in essendo, utpote dependentem a' toto corruptibili dicimus, tamen non in sua operatione corruptibilis est, nisi per accidens, uidelicet ratione instrumenti, unde fit, ut si se nex oculum obtinuerit iuuenis, possit pinde, ac ipse iuuenis cernere, ut in primo de anima scribitur, aut tertio modo, ut ratione tum instrumēti, tum operationis incorruptibilis sit, quomodo intellectus, ut qui non utatur corporeo instrumento incorruptibilis est ratione instrumenti p accidēs, & ratione opationis per se. Verum nisi probetur non dependere a' toto corruptibili, quod nusq̄ ꝓbatum ab Aristotele est, nō sequit' incorruptibilē esse suo esse. Ergo si intellectus nō habet instrumētum corporeum, non corrumpitur per instrumēti ipsius læsionē, & ob eam rē non corrumpitur ab amplificatione rei intelligibilis, sed non sequitur, ut simpliciter incorruptibilis sit, cum depēdeat in esse a' toto, cuius ē actus primus. In hac eadē snīa Scotus quoq; est, quarto snīaꝝ, distinctione quadragesima quarta, ubi non posse ex his Aristotelis uerbis accipi animam esse īmortalē, aut separabilē, nisi instrumēti rōne ostendit, quin etiā siquis adducat ex libro secundo de anima, genus hoc animæ aliud esse uideri, & separari, ut ꝑpetuum a' mortali, Respondeo item cum eodem doctore Scoto, dici de separatione, quæ ratione instrumēti intelligatur, cum intellectus ipse nullius instrumēti actus siue perfectio sit, proinde' q; perpetuus esse debeat, atq; immortalis, quia nunq̄ ratione instrumenti quidē corrumpi potest. Vel dicā cum Alexandro, intellectum esse agentem perpetuum, & incorruptibilem qui deus sit, non q remaneat singularis exutus corpore. Quod autem ab Auerroe scribitur aīam cōponi ex partibus incorruptibilibus, intellectū dico possibilē & agentē, opinio eius ꝓpria est, nec uniri corpori aīam secundum esse, sed eandē distribui oībus scriptum ab eo est. Nos de ea differimus anima, quæ forma hominis sit dans esse, & ad corporum numerum multiplicetur. Quod uero aduersarius adiicit aīam a' se ipsam intelligi, & in seipsam conuerti, id q̄q̄ a' Platonicis deducitur argumētū & immortalitatem, ut ipsi sentiunt, concludit, tamē peripatetica schola nō assentit', eoq; īmortalitatem non indicari cōtendit. Nam & cogitandi uirtus ab Auerroe dicit' cognoscere intentiones indiuiduales oīum prædicamentorum, quod quidem explicat eam uirtutem seipsam cognoscere, & in seipsam conuerti, & tamen nemo dubitat corruptibilem eā esse, atq; extensam. Si ad hunc locum rationē argumenti a' Platonicis authoribus mutuetur, ut ante pluribus locis īam fecit, audiat satis esse non uti corporeo instrumento, aut materiali & extenso ad eam facultatē, ut intellectus ad se ipsum conuertatur. Quarto neminē intellexisse Aristotelis sententiam dicit, se excepto, glorioſum militē & hominē nouæ laudis auidissimum, qui cum philosophiæ rudimēta non dum satis attigerit, se unum ea intellexisse iactat, quæ alii complures, & summi uiri philosophandi sciētia clari, assequi nequiuerint, scilicet ne quempiam suæ gloriæ participem habeat, damnat omnes, qui sentētiam philosophi Aristotelis exposuerint, & neminem, se excepto, uiam p intellectum possibilē esse ad intelligēdum substantias separatas animo aduertere potuisse gloriatur, & tamē uerba, quæ hac de re ipse frangit, sumpta ab Auerroe sunt. Sed quid & unde nam sit quod refert, non eius interest nosse, atq; ꝑpēdere. Quinto animum nostrum dicit eē compositum ex intellectu posſibili & agēte eēntialiter, ut posſibilis pro materia sit, agēs pro forma, & ut res corporeæ ꝓstant ex materia & forma sensibili, sic intelligētias oēs excepta prima, componi ex posſibili & agēte intellectu, ut ex materia & forma intellectuali, & sicut inter corpora, quæ supiora sunt, nobiliora sibi trahunt principia, sic substantias incorporeas, quo supiores sunt, eo nobiliorē intellectum agētem, & posſibilem obtinere. Nunquid parum cogitasse uidetur, qui snīam nouam dicturum pollicitus est, quæ ab Auerroe scribun-

tur sup

tur super tertio de anima, commento quinto, hic pro nouis & suis adducit. Audite Auerroem. Tertia, inquit, quæstio est, quo nam modo intellectus materialis sit aliqd' ens, nec sit aliqua forma rei materialis, aut materia prima, quæ dissolui sic potest, ut sensibile esse diuidit' in materiā & formam, sic intelligibile esse diuidi potest in similia quædam his duobus, ut alterꝝ simile materiæ, alterum formæ simile sit, id' q; statui in omni abstracta intelligentia necesse est, quæ intelligat aliud, alioqn esse non pōt multitudo in rebus abstractis. Quamobrem declaratū in prima philosophia est, nullam esse formā liberatam simpliciter a' potentia, nisi prima, quę nihil extra se intelligat, sed eius essentia quiditas eius sit, cum cæterarum formarum essentia differat a' quiditate quoquomodo. Nec uero intelligere possemus multitudinem in substantiis abstractis, nisi genus hoc entium esset, quod scientia acquirimus animæ. quemadmodum nisi sciremus materiam nostri intellectus, intelligere non possemus uirtutes mouentes abstractas esse debere intellectus. Ita Cōmentator prius, q̄ hic nouus author scripserat. Sed qbusnam argumētis hoc aduersarius probet, uideamus, Omnia, inquit, differūt a' primo, quod simplicissimū est. Ergo cætera omnia sunt composita. Item scriptum in duodecimo metaphysicæ legimus, ideo eē mūdū unum, quia motor unus est primus, plures' q; eē posse, si plures essent motores, qui numero differrent, specie cōuenirent, haberēt q; materiā. primū uero motorē quia entelechia est, nō habere materiā, hoc est intellectum possibilem. Ergo si primus solus materia caret, sequitur ut cæteræ intelligentiæ materiam habeant talem, & ex actu & potentia componantur, Itē omnis motus est actus eius, quod in potentia est, qua mobile est, quare, ut mobilia sunt in potentia, quia mouentur, ita & motores appropriati, quo fit ut potentiam habeant, & actum, & proinde cōpositi sint. Item dicitur tertio de anima, in omni natura esse aliquid eodem in genere, ut materia, quæ sit in potentia ad omnia eius generis, & aliquid ut efficiēs, quod faciat omnia in actu, quæ uerba rem omnem subsistentem significant. Ergo præter primam, in qua nulla est compositio, cæteræ omnes compositæ sunt, aut ex materia & forma, aut ex possibili, & agente intellectu. Item consyderandum, inquit, intellectum appellari interdum partem animi essentialem, interdum uim intelligendi, interdum etiam operationem ipsam intellectus. partes autem animæ essentiales esse intellectum possibilem, & agentem, & probat ex proprietatibus attributis ab Aristotele, & modo docendi, & quod alterū ut formam, alterū ut materiā ille nominarit. nam si utriq; intellectui attribuerit, inquit, immistum, separatum, incorporeum, quæ substantiæ primitus, & per se cōueniant, qualitatibus autem rōne substantiæ, sequitur, ut uterq; intellectus sit substantia, & pars animæ essentialis, quibus hæc primū competāt. modus etiam docendi idem ostendit. Tractatur. n. in tertio de anima, primum de intellectu, qui substātia est. mox de intellectu, quę potentia est. prius. n. intellectum dixit impassibilē esse, specierū q; susceptiuum, & tale potentia non hoc, & reliqua huiuscemodi, quæ ad intellectum, qui substātia sit, plane' referunt'. Sed cum intellectum id esse dicat, quo aīa ratiocinet', atq; existimet, neq; corpori admisceri, quoniā ita, calidus, aut frigidus esset, neq; pati, ut sensus patit', hæc de intellectu, quæ potentia sit, dicuntur. procedens etiam a' manifestis ad intellectum agentē, ꝓponit in omni natura corporea, esse aliquid ut materiam, & aliquid ut causam efficientem, & formā huius materiæ, mox affert has differentias esse in anima quoq; oportere. ergo ut in re corporea partes essentiales cōpositi sunt materia, & forma, ita p ꝓportionē agēs, & possibilis ītellectus, partes essentiales sunt animæ intellectiuæ. Dicit etiā Aristotelem opinari intellectum agentē, esse causam efficientem intellectus possibilis, & formalē, & finalē, quoniā sicut in rebus corporeis forma est causa formalis materiæ, & efficiens, cum per eam habeat formam, & finalis cum ad eam ordinentur, ita de intellectu agente per ꝓportionē respectu intellectus possibilis. dicendum est. quæ cum ita sint, inquit, patet ex Aristotelis opinione, animam intellectiuam componi ex possibili, & agente intellectu, tanq̄ partibus essentialibus. quod idem de quauis etiā intelligentia citra primam dicendum est. Hæc aduersarius, ex quibus omnibus tria hæc certe colligi possunt, quæ & ipsa minime principiis Aristotelis congruūt. primum omnem intelligētiam citra primam esse cōpositā ex duabus essentialibus partibus, hoc est intellectu possibili, & agēte. Secūdum intellectum possibilem, & agētem partes esse animæ nostræ essentiales, quibus cōponatur. Tertium, intelligētiam citra primam esse intelligentiam possibilem, & agentem. Sed q̄q̄ nonnulli philosophi alii intelligentias, & theologi nostri angelos uoluerunt compositos esse ex materia spirituali, & forma, tamen idem referri ad Aristotelem quoq; non potest, quippe cum ille duodecimo metaphysicæ, ubi cōditionem substantiarum separatarum diligētius inuestigat, primum probet statui posse substantiam insensibilē, in qua nulla materia, aut potētia sit,

plures'q; esse substantias eiusmodi ostẽdat ex numero delationum cœlestium corpoꝝ, easdẽ'q; natura sempiternas esse, & immortales, quo fit ne solum primæ, sed etiã cæteris substantiis abstractis attribuatur ab Aristotele conditio simplicitatis, & immaterialitatis. Auerroes etiam cõmento trigesimoprimo super eodem libro, oportet, inquit, substantias illas existere, mouent enim sine ulla potentia, & sine ulla materia sint necesse est, propterea ut æternæ sint. ęternũ. nomne actio pura est. quæq; autem actio pura nullam potentiam habet, cum & cõmento trigesimonono, omne, inquit, compositum est nouum, nisi quid per se componi dicatur. sed siquid p se compositum sit, idem per se exeat de potentia ad actum necesse est. Plura ad hunc locum ab Auerroe differuntur, demũ concluditur, differentiam esse in substantiis abstractis, non ex parte rei ipsius, sed ex parte intellectus. patet igitur ex his uerbis Auerrois, primo substantiam unãquãq; abstractam esse sine materia, actionem'q; esse puram sine ulla potentia ad esse, cõtra aduersarium, qui intelligentiis potẽtiam passiuam essentialem ad esse tribuit. secundo nullam formam abstractam esse cõpositam, quoniã ita sequeret', ut noua esset, & p motum producenda, quo planum est, falso' ab aduersario dici intelligẽtias compositas esse ex duabus essentialibus partibus authore philosopho Aristotele. Tertio nullam esse distinctionẽ in substantiis separatis nisi in intellectu, & ,pinde nullam esse diuersitatẽ partium eẽtialium componẽtium, cõsonat uero his & quod duodecimo metaphysicæ dicit' eẽ aliqua, quæ materia careãt. quod exponẽs idẽ Auerroes, non de corporibus cœlestibus hoc dicit', inquit, ut aliqua ex iis corporibus sint, quæ materia uacẽt. Oĩa. n. cœlestia corpora materia uacant, materiæ nanq; esse in potẽtia est, quæ quidẽ potẽtia non nisi in substantiis gñabilibus, & corruptibilibus repiatur. substantiæ. n. æternæ, quoniam potẽtia ad corruptionẽ carent, materia etiam carẽt. sed pro materia habent, quod subsłet in actu, hoc est corpus, quod dignius appellari potest subiectum, q̃ materia. Substãtiæ itaq; cœlestium corporum materia carẽt, quæ in potẽtia sit, cum nec generentur, nec corrũpantur, q̃q̃ materiam habeant, quæ in loco eẽ dicatur. Hinc duo illa contra aduersarium afferam. Primum compositionẽ esse ex partibus eẽntialibus, ubi potẽtia sit ad esse, ubi autẽ potentia sit ad esse, ibidem esse gñationem, & corruptionem, quæ intelligentiis non conueniunt, Secundum, nullam esse potẽtiam ad esse intelligentiis, nam si cœlestia corpora potẽtiam ad esse non habẽt, sed tantũ ad locum, longe minus intelligẽtiæ habeant, quæ nobiliores sunt. In hac eadem sńia & diuus Thomas aperte locis pluribus est, sed præcipue, secundo contra gẽtiles, capite quadragesimonono, ubi non esse materiam in substantiis intellectualibus, sed formas esse subsistentes ostendit, quo in loco rationes adducit, quod materia formas diuersas recipere non potest, nisi per distinctionem quantitatis in partibus suis distinctis, quoniã substantia ipsa, quantitate subtracta indiuisibilis est, ut primo physicorum Aristoteles docet, quod si intelligẽtiæ quantitate carent, materia quoq; uacent necesse est. sed si aduersarius dicit argumẽtum ualere in materia corporea non intelligibili, qualis intelligẽtiarum est. contra sic arguo. operatio cuiusq; potentiæ pro modo suæ naturæ est, angelis autem natura est intellectualis, ergo potẽtia intelligendi erit pro modo essendi, potentia autem cuiusuis rei talis est, qualis eius perfectio recipitur, perfectio uero intellectus est intelligere, qua intelligere est. id autem est qua forma intelligibilis in intellectu recipiatur, cum itaq; talis forma in intellectu sit secundum rationem communem, potentia tali formæ proportionata, non potest esse materia, cum materia formam recipiat, contrahendo eam ad esse indiuiduale, siue materia sit corporea extensa, ut omnes fatentur, siue spiritualis, atq; intelligibilis. cum enim materia formam recipit, contrahit, in indiuiduum, quod uel aduersarius confitetur, cum dicat formas intelligẽtiarum per proprias indiuiduaru naturas. item forma lapidis, & reliquæ huiusmodi formæ sitę in intellectu, nobiliores, quàm foris habentur, sunt enim simpliciores, & illimitatæ, cum per eandem hominis formam intelligamus homines omnes. formæ autem positæ in materia & limitantur, & singulares describunt'. Quod si ex intellectu, ut materia, & forma lapidis unum aliquod componat', fuerit certe id lapis uerior, q̃ qui materialis sit lapis, non igit' angelos, siue intelligẽtias ullo pacto componi ex materia, & forma dicẽdum est, nec uero si diuus Thomas intelligentias citra primam compositas esse ex eẽntia & eẽ, aut ex potẽtia & actu dicit, propterea compositionẽ materię & formæ, intelligendum qualiscunq; materia sit. qui autẽ dici potest ex Aristotelis quidem sentẽtia materiam esse eandem intelligẽtiarum omnium? Sic enim fuerit unum primum principium actiuum, & plura passiua æque prima, nisi altera materia dependeat ab altera, quæ dependẽtia quo nam in gñe sit, interrogo. Nõ enim in gñe causæ materialis, aut efficiẽtis, aut formalis, aut finalis esse potest. ergo intelligentiæ non ex duabus partibus essentialibus compositæ sunt, sed formæ

formæ simplices subsistunt, quibus conueniat intelligere, uelut proprius actus. Ad primum uero argumentum respondendũ, intelligentias non esse tanta simplicitate, quanta est prima. Habent enim cõpositionem, sed non essentialem ex duabus partibus, materialem dico, & formalem, ut aduersarius arbitratur. Cõpositum enim bifariam accipi potest, aut enim ita, ut ex pluribus reali distinctis ratione consistit, quo modo nec Aristoteles, nec Auerroes componi intelligentias opinatur, aut ita ut respectu, ratione'ue compositum esse intelligatur, ita ut una, eadẽq; res simplicissima cõparatione nobilioris, potentia esse dicatur, ignobilioris autem, actus. ut forma sensiua comparatione intellectiuæ, potentia est, uegetatiuæ autem, actus, q̃q̃ sensiua ipsa nõ est cõposita ex materia, & forma. Alioquin processus in infinitũ fuerit requirendo subinde formæ cõpositionem, ad hunc sensum, & in primo physicorum ab Auerroe dicit', formas, quę inter materiam primam, & formam ultimã sunt, compositas esse. Igitur eadem intelligẽtia respectu superioris, inferioris'ue, potentia dicitur, aut actus, atq; ita cõposita per respectũ est, & hoc modo Auerroes in omni forma abstracta præter primam esse potentiã dicit. Ad secundũ, Aristoteles, cum duodecimo metaphysicę illa de intelligentiis differit, materiam nominat eã, quæ radix indiuiduorum sit per quantitatem eadem in specie, nec intelligentiis ullo pacto conueniat, materiam uero spiritualem, quã aduersarius somniat, nullus expositor laude dignus Aristoteli tribuit. Addeq; licet primus motor distinguatur nobilitatis præstantia a' cæteris intelligentiis, tamen cõmune cum his habet, ut quẽadmodũ esse plures motores primi eadem in specie non possunt, quia primus caret materia, sic plures esse intelligentiæ non possunt eadem in specie, propter eandem rationem, & maxime ducimur ad hoc ita intelligendum ex eo ipso Aristotelis scripto. Vnde Albertus, tractatu secũdo, capite uigesimo octauo, super hoc loco, ex hac, inquit, probatione habemus omnes substantias separatas differre inter se specie, & ut differunt, ipsę, sic & sphæras, quę ab his mouẽtur, differre. Non igit' oĩs conditio attributa primæ remouetur a' cæteris intelligentiis, id'q; planum Aristoteles facit, cum postea, q̃ cõclusit substantiam abstractam non habere potentiam, aut materiam, quærat an talis substantia sit una, uel plures, ac plures esse decernat. Ad tertiũ, scriptũ illud tertii libri de anima male ab aduersario intelligẽtur. Aristoteles. n. postquam intellectum esse possibilem docuit, mox statuens probare intellectum agentem, Sed quoniam, inquit, in omni natura est aliquid partim materia generi cuiq;, idest quod potẽtia sit, oĩa illa, alterum uero, quod causa, effectiuum'q; sit, eo qua omnia faciat, quale ars ad materiam est, ideo in anima quoq; has differentias inesse necesse est. quem locum exponens Auerroes, Aristotelem dicit uoluisse explicare, ut in omni natura, hoc est omni genere rerum corporalium, & naturalium aliquid est, uelut materia, aliquid uelut agens, atq; efficiens, sic uel in ratione intellectus esse. Itaq; cum omnem naturã noĩat, corpoream, & generabilem naturam intelligit, non oẽm naturam subsistentem, quẽadmodum aduersarius accipit, ut enim in rebus corporeis, quia materia est, ideo agens esse, necesse est, sic in intellectu, qa possibilis intellectus est, ideo agentem esse intellectum necesse est. Cum itaq; formæ abstractæ possibili intellectu careant, ut quæ simplices sint, non sequitur ex eo, ut compositæ sint ex duabus partibus essentialibus. Item cũ usus intellectus possibilis sit recipere species abstractas, ut Auerroi placet, cõmento uigesimo tertio, super tertio de anima, Abstrahere autem nihil aliud sit, nisi imaginata, quę potẽtia intellecta fuerint, facere actu intellecta, quod remotũ ab intelligẽtiis est. Non enim illæ per phantasmata, & imaginationem intelligunt. Idcirco non est, quod habere intellectum possibilem debeant. Diuus etiam Thomas ita sentit, ut ne intelligentiis sit intellectus agentis, & possibilis ratio, tum propter phantasmata, quæ nullo modo intelligentiis cõpetant, tum quia nos quidem actu aliquando intelligimus, qui potentia ad hunc actum fuerimus. Virtutem enim aliquã inesse nobis talem oportet, quæ sit in potentia ad intelligendum, atq; etiã alteram talem, quę rerum naturalium formas actu intelligibiles faciat, cum ipse nõ subsistant, nec actu intelligibiles sint, sed in angelis, siue intelligentiis hæc necessitatis ratio nõ est. Intelligunt enim illæ actu semper, & rem sibi habent intelligibilem, nõ in potẽtia, sed in actu. Quod enim intelligant principaliter immateriale est, & actu intelligibile, quamobrem agẽtẽ, aut possibilem intellectum in illis esse, non nisi ęquiuoce dici potest. Angelum uero inferiorem subinde a' superiori illuminari, placet theologis nostris, & alterum agentem, alterę esse recipientem, sed æquiuoce superiorem angelum intellectum agentem, inferiorem possibilem dixerint. Agens enim intellectus illuminat non alterũ intelligentem, sed rem ipsam intelligibilem, possibilis uero intellectus est in potentia respectu rei naturalis cognoscibilis, neq; semper in actu est. Ita patet, non esse intellectum possibilem in omni natura citra primũ, ut aduersarius falso' exi-

ſtimat. Errat etiã, cum aĩam intellectiuam compoſitam dicat ex partibus eſſentialibus, tanq̃ materia & forma, ita ut intellectus agens, & poſſibilis partes ſint eſſentiales animæ componentes. Nam & ſi nonnulli ex theologis noſtris hoc tueri uoluerunt, tñ ex Ariſtotelis opinione, aliter diſſerẽdum eſt. Cum enim aĩa forma corporis ſit, aut ſecundũ ſe totam forma eſt, aut ſecundũ ſui partem. Si ſecundum ſe totam, nulla eius pars materia eſſe poteſt, cum materia ſit ens in potẽtia oppoſitum actui, ſed ſi parte aliqua ſui forma eſt, pars, quæ materia eſt, prius formabitur, ab anima, quę eſt forma, quod contra Ariſtotelem eſt, cum eo authore anima ſit actus purus corporis naturalis, & nihil ſit prius corpore naturali, quod recipiat animam, & cum anima ſit uirtus intellectiua, qua ratione intelligentiæ componi ex materia & forma non poſſunt, eadem ne ipſa quidem componi poteſt. Qui enim fieri poteſt, ut intellectus poſſibilis recipiat aliquid uniuerſaliter, & per cõmunem rationem, ſi, ut aduerſario placet, indiuiduet intellectum agentem, ſicut materia formam, & contrahat? recipitur enim quodq; pro modo recipiẽtis, neq; uero ex uerbis, quæ adducit Ariſtotelis, ſequi' eſſe partes eſſentiales animæ intellectum poſſibilem, & agentem, licet enim ſeparatum eſſe conueniat prius ſubſtantiæ, quàm qualitatibus, tamen non ſequitur intellectum poſſibilem eſſe ſubſtantiã, ſi ſeparatus, ſiue abſtractus eſt, quanq̃ ſequitur, ut anima intellectiua, cuius intellectus agẽs, & poſſibilis, qualitates abſtractæ ſunt, ſubſtantia ſit non immerſa materiæ, neq; per modum docendi, quo uſus Ariſtoteles eſt, id oſtendi tur. Semper enim de intellectu, qui qualitas eſt, loquitur, quem non partem eſſentialem animæ uocat, ſed potentialem, & cum agentem, & deficientem cauſam dicat, nuſquam formam eſſe intellectus poſſibilis agentem intellectum dixiſſe reperitur. Qui uero cauſa eſſe efficiens materiæ poſſit? rõne ne ipſius materiæ? at materia formã præcedit, an ratione eſſendi? at eſſe aut idem, quod forma eſt, ut aliqui uolunt, aut, ſi differt ab agente, eſt efficienter, ut dixi, quamuis per medium formæ. Errat itaq; cum formã eſſe efficientem cauſam materiæ dicit, formalis enim, finalis'q; tantum eſt, neq; efficienter a` forma eſt eſſe, ſed formaliter agente formã de potẽtia educẽte in actum, neq; efficiens, ſed formalis cõuenire in idem numero poſſunt. non igitur intellectus agens eſſe forma ſubſtãtialis intellectus poſſibilis poteſt, eo quod agens eſt, ut aduerſarius putat. Eodem uel illa diui Auguſtini pertinent, quibus ſeptimo ſuper Geneſi probat animã non eſſe compoſitam ex materia neq; corporali, neq; ſpiritali, quã eſſe intellectũ poſſibilem, aduerſarius opinatur. Se de his hactenus.

Confutatio aduerſarii dicentis plura eiuſdem ſpeciei indiuidua eſſe poſſe in ſubſtãtiis intelligibilibus, & in mundo intelligibili, ſecundum Ariſtotelem. Caput. XXIII.

Equitur caput decimumquintum aduerſarii, in quo primum plura eiuſdẽ ſpeciei indiuidua eſſe in ſubſtantiis intelligibilibus, & in mundo intelligibili poſſe argumentatur, hoc modo. Cum in ſubſtantiis intelligibilibus citra primam materia ſit, materia autem cauſa ſit, ut indiuidua multiplicentur in eadem natura, quemadmodum i hoc ſenſibili mundo cernimus, neceſſe eſt, ut in mundo quoq; intelligibili ſubſtantiæ intelligibiles, excepta prima, ſint numeroſæ, in eadem ſpecie, indiuidua plura habeantur, Sed quanq̃ plures ex noſtris theologis ita putarunt, ut plures angelos eſſe ſpeciei eiuſdem nõ repugnaret. tñ non ſatis hoc eſt aduerſario, qui niſi ex Ariſtotelis opinione nihil ſe diſſerere confitetur, quã obrem nc ipſe quidem hoc negat, ſed ita Ariſtotelem opinatũ aſſeuerat, uidendum itaq; eſt, an id Ariſtoteles ſenſerit. Demonſtrat ille in primo de cœlo, formas nõ ſubſtantes in materia, non poſſe eadem in ſpecie multiplicari, & primo phyſicorũ uult, ut remota quantitate, ſubſtantia ſit indiuiſibilis, & ſeptimo metaphyſicę. Homo inqt, & equus, & reliqua huiuſcemodi particularia ſunt. uniuerſalis uero non eſt ſubſtantia, ſed concretum quid ex hac ratione, & hac materia ut uniuerſali, particulare autem ex particulari materia, Socrates iam eſt, idem'q; de reliquis ſentio. Idem mox. conſtat etiã animam eſſe ſubſtantiam primã, corpus autem materiã, hominem uero, aut aĩal, quod ex utroq; ſit, ut uniuerſale. Socratem aũt, aut Coriſcum ſi aĩa ſit duplex eſſe. alii enim pro aĩa, alii pro concreto accipiunt, ſed ſi ſimpliter anima hæc, & corpus hoc ſit, quẽ admodum uniuerſale, ſic eſſe & particulare. ex quibus Ariſtotelis uerbis patet materiã eſſe, tũ uniuerſalem, tum particularẽ, & alteram eſſe partẽ ſpeciei, aut generis, alterã eſſe indiuidui partem, neq; diuidi in particularia, ſiue indiuiduari poſſe uniuerſalẽ materiam, niſi recepta quãtitate. Quod ſi materia, quæ pars ſpeciei, aut generis eſt, non ſuapte natura in indiuidua multiplicatur, ſed alio ad ipſum eſſe indiuiduale cõtrahitur, ſequitur porrò, ut, & ſi materiam eſſe in ſubſtantiis

ſtantiis intelligibilibus damus, tñ multiplicari ipſa in indiuidua non poſſet, quando neq; quantitas eſt, neq; coniuncta eſt quãtitati, ut ne in ſubſtantiis quidem corporeis ſpecies cõtrahi poſſit in indiuiduorum numerũ ſine quãtitate, quãuis ſua ipſa natura cõmunicabilis pluribus ſit. Non ergo quia materia eſt, continuo & diuiditur, qua ſcilicet paſſiuum principium eſt, ut aduerſarius putat. deceptus certe ex uerbis illis, generãs generat alterum, ꝓpter materiã, & in iis, quæ materiã habent, quiditas differt ab eo, cuius q̃ditas eſt, & aliud eſt magnitudo, & magnitudini eſſe, & caro & carni eſſe, quę nõ materiam per ſe, & quomodolibet principium eſſe indiuiduationis ſignificant, ſed materiã unà cum quãtitate principium eſſe indiuiduationis. Auicenna etiam ſuo quinto metaphyſicæ libro. Equum, aut hoſem, neq; unum, neq; plura eẽ, ſed tantum equum, aut hoſem eſſe confirmat, quoniã ex ſua natura, neq; unitatem habeat ſingularem, ſic enim nõ niſi in uno poſſit reperiri, neq; pluralitatem oppoſitã unitati ſingulari, quoniã ſic repugnet unitas ſingularis, ergo huius quoq; authoris ſentẽtia materia nõ per ſe ipſa indiuiduatur, ſed per aliud, cũ itaq; materia ſuapte natura, hoc eſt qua materia eſt indifferens ſit ad unitatem ſingularem, atq; ſpecificam, ſequi', ut per ſe ipſa principiũ eſſe nequeat indiuiduationis, alioqui in quocunq; eſſet, ilico per indiuidua eſſet ſignata, & pars eſſe naturæ communis non poſſet, cuius oppoſitum Ariſtoteles probat, ut iam expoſitum eſt. Item ſi ſubſtãtiæ plures intellectuales ſint in eadem ſpecie, materias eſſe diſtinctas ipſarum diuerſaꝝ ſubſtãtiarũ intellectualium neceſſe eſt. Diſtinguitur aũt materia aut ſua ratiõe, quomodo genera diuerſa exiſtũt, aut ratione quantitatis, quatenus diuerſis dimenſionibus uariatur, quomodo diuerſa indiuidua eadem in ſpecie exiſtunt. At in angelis ſiue intelligentiis diſtinctio materiæ, ratione quantitatis eſſe non poteſt, cum illæ ſubſtantiæ incorporeæ ſint, & ſine dimẽſionibus ſubſtẽt. Ergo quod reliquum eſt, ratione materiæ diſtingũtur. Itaq; non ſolũ ſpecie, ſed etiã genere differũt. Item ſi tot numero intelligentiæ ſunt, quot motus cœleſtium corporum, ut Ariſtoteli, & Auerroi placet, ſeq̃, ut quemadmodum mobilia ipſa differunt ſpecie inter ſe, qđ oſtenſum iam eſt, ita motores etiam ſpecie diſtinguant'. probatur etiã ab eodem philoſopho eſſe unum mũdum ex unitate motoris. Nam ſi plures mundi eſſent, plures quoq; primi eſſent motores, atq; ita cõuenirent ſibi ſpecie, & differrent numero. Ex quo Ariſtotelis argumento, Albertus affert, ut dictum eſt, cœleſtia corpora, & eorum motores differre inter ſe ſpecie, ſed tamen aduerſarius, q ſe Ariſtotelem ſequi fatetur, intelligentias numero inter ſe differre ſub eadem ſpecie opinatur, & ſcribit exiſtimans idem Ariſtotelem quoq; ſenſiſſe. Quod argumentũ ſibi a` quodã Scoteo datum exponit. Non enim ipſe, quid interſit inter materiã, de qua Ariſtoteles agit, & hęcheitatem, de qua Scotus, facile poſſet diſcernere, ſed cum a` Scoto, non ea materia pro ꝓncipio indiuiduandi angelos diuinos ponatur, quæ ſit pars compoſiti, ſed quæ ſit differentia indiuidualis, quæ ſingularitas quædam dici poteſt, & materia non recipiens (hoc enim ſibi uult nomẽ illud hæcheitatis) Ipſe materiam, quæ uariis receptis dimenſionibus diſtinguatur in numerum indiuiduorum, intelligentiis accipit, ſperat'q; idem ꝓuenire poſſe ex tam diuerſis principiis Scoti, & Ariſtotelis. Nam Ariſtotelem, ne Scotus quidẽ aliter q̃ nos opinatum expreſſe fatetur, in ſecundo ſententiarum, quippe qui Ariſtotelis eſſe opinionem dicat, ſubſtantiam unãquanq; intellectualem carentem materia, uidelicet ea, quæ pars cõpoſiti ſit, idem eſſe, quod quid eſt eẽ, cum'oẽ tale ſecũdum eum philoſophum, ſit formaliter neceſſarium, & de ſe ſingulare, item, ſi ita eſſet, ut aduerſarius putat, ſequeretur, ut ordo accidentalis in intelligentiis eſſet, quod remotum ab Ariſtotelis ſententia eſt. In indiuiduis enim ſpeciei eiuſdem, non eſſe ordinem eſſentialem, neq; prius & poſterius tertio metaphyſicæ conſtat, & cum pars uniuerſi pręcipua ſint intelligentiæ ipſæ, participẽt in primis neceſſe eſt bono ordinis neceſſario, & ſi in corporibus cœleſtibus ordo accidentalis non eſt, longe minus in intelligentiis talem eſſe ordinem decet. Legimus etiam apud eundem philoſophum in ſecũdo de anima, cauſam quamobrem plura indiuidua eadem in ſpecie habeantur eſſe, quod in uno indiuiduo ſpecies ſeruari non poteſt. Quod ſi in eodem indiuiduo intelligentiarum ſpecies tota ſeruari poteſt, quãdoquidem perpetua eſt, ſuperuacuum certe eſt plura conſtitui. fit igitur & ratione rei ipſius, & authoritate doctiſſimoꝝ uirorum, ut in rebus diuinis, & intelligibilibus illis materia aut nulla ſit, aut, ſi eſt, faciat differre non modo numero, uerum ſpecie quoq;, & genere, quod perabſurdum eſt. Nec ſequitur, ut cętera a` ſimpliciſſimo uno ſi numerantur, numerentur, ut plura indiuidua ſpeciei eiuſdem. Cum enim formæ abſtractæ ſint, nullo'q; pacto in materia recipiant' indiuiduari per ſe ipſæ poſſunt, ut quæ ſubſiſtant, & per gradus ſuos ſpecificos diſtinguantur.

Cõfutatio alerius partis, in qua aduersarius dicit, quasi ex Aristotelis opinione, quẽadmodum in substantiis corporeis, quædam formæ totã materiam perficiunt, ita, ut nõ nisi unum in diuiduum sit in specie, quædam autem non totam perficiunt, ideo'q; plura in eadem specie indiuidua sunt, sic in mundo quoq; esse intelligibili. Caput. XXIIII.

Secundum eiusdem capituli est, ut in substantiis corporeis quædam formæ peficiũt materiam totã, ita, ut non nisi unum indiuiduum sit in specie, quædam aũt non totam perficiunt, & ideo plura indiuidua eadẽ in specie sunt, sic in mundo quoq; esse ītelligibili. Sed quoniam hoc ita esse ex Aristotelis opinione aduersarius asseuerat, dicat & ubi nam philosophus ille docuerit, intelligentiax alias inter se specie differre, alias numero, uel unde apud eum authorẽ accipi talis differẽtia possit in iis rebus, quę nullam oino materiam, nullam habeãt quantitatẽ. Nam si, quæ in hoc sensibili mũdo, siue sunt, siue aguntur, eadem in illo quoq; intelligibili, ratione optima esse debent, ut ipse iudicat, non id prætermissum esse ab Aristotele, consentaneum est, immo uero necessario ille de re tanta edocuisset. Dicat igitur ipse locum, in quo hac de re agitur, etenim nos quidẽ nusquã id reperimus, & remotissimum eb eius philosophi sententia arbitramur, sed argumentum ipsum, qua ratione fundetur, uideamus. Ait hunc mundum imaginem esse illius intelligibilis, & propterea, ut ī hoc, ita uel in illo distinctionẽ esse numeralem debere, sed hoc argumento generabiles quoq;, & corruptibiles esse intelligentias statuendum est. Nam si, quoniã mundus sensibilis imago est mundi intelligibilis, cuncta, quæ in sensibili sunt, & in intelligibili esse debent. Sequitur prorsus, ut & aliquid corruptibile ibi sit, ut hic est, quinetiam, ut in sensibili mũdo portiones materiæ suis individualibus formis, non bene acquiescunt, sed sunt in potẽtia ad aliam formam, cum talis forma non obtineat totam speciei perfectionem, sic in intelligibili, cum plura sint eadem in specie indiuidua, portiões illæ materiæ acquiescere suis formis nõ possunt, utpote, quibus singulis tota speciei perfectio non contineatur, sed appetant subinde alteram formam, & proinde generabiles, & corruptibiles intelligentiæ sint argumento aduersarii philosophi noui. Item materia, quam ipse intelligentiis tribuit, aut plene pficitur sua forma, atq; ita singula indiuidua in singulis speciebus esse necesse est, aut non plene, atq; ita mutatio de forma in formam sequatur necesse est. Nam nisi tota speciei perfectione materia cõtineatur, ꝑstare in eadẽ forma nõ potest.

De tribus erroribus aduersarii, q; animas dícat indiuiduari per materiam, quam ītellectũ possibilem esse dicit, q; animas indiuiduarí per inclinationem ad corpora diuo Thoma authore, q; eandem esse dicat compositionem ex esse, & essentia, quæ est ex materia & forma.

Quid essentia sit secundum Thomam. Caput XXV.

Tertium eiusdem capituli est. Animas separatas a` corpore non confundi in unã, eandem'q; aĩam, propterea, qa materiã habeãt, quæ causa sit, ut distinguantur, dici'q; a`diuo Thoma animas indiuiduari per inclinationem ad corpora, ut resurrectio probet', implicari'q; ꝓtradictionẽ, cũ idem libro de esse, & essentia, ꝓbauerit aĩam cõponi exẽ & essentia. talẽ. n. cõpositionẽ nõ esse nisi ex materia & forma. Cõmittit in his aduersarius errores tres. Primũ, animas indiuiduari p materiã, quã ītellectum possibilem esse dicit. Secũdũ, animas indiuiduari per inclinationẽ ad corpora authore diuo Thoma, ut resurrectio probetur. Tertium, eãdem esse cõpositionẽ ex esse & essentia, quę ex materia & forma, apud eundem sanctũ doctorem, quem & sibi ipsi cõtradicere audet dicere. Ad primũ, cũ intellectus possibilis sit pars animæ essentialis specifica iudicio aduersarii, omnes certe animę cõuenient in eo ipso intellectu possibili, proinde, quæ non distinguãtur inter se per eum ipsum intellectum possibilem indiuidualiter, Idem enim principium esse distinctionis, & conuenientiæ non potest. Dixerit fortassis conuenire animas in intellectu possibili non indiuiduali, sed q hoc dicat, idem intellectum possibilem de sua natura non esse indiuiduum confiteatur necesse est, atq; ita non intellectus possibilis fuerit materia, quæ indiuidualiter distinguatur, sed aliud, quid igitur illud sit, prorsus aut hæchacitus fuerit Scoti, aut aptitudo quædam ad corpus, ut diuo Thomæ ex Auicennæ sententia placet. Sic enim uoluit Auicenna, ut animę indigerent corporis ad sui indiuiduationem in fieri, & quantũ ad suum principiũ, quia nisi corpora essent distincta non animæ distinctæ producerentur, sed nõ quantũ ad esse completum, & in facto esse, quia destructis corporibus remanent animę in suo esse indiuiduato distinctæ, quod in corpore acquisiuerint.

acquisiuerint. Ad secundum, nusquã ideo dictum hoc est a` diuo Thoma, ut resurrectio posse fieri naturaliter probaretur, sed oĩbus locis, quibus agit ille sanctus de resurrectione, ita differit, ut dato, aĩam separatam a` corpore manere, & aptitudinem ad suũ corpus habere, nõ tñ naturaliter possit corpori reuniri, ea scilicet ratione, quia forma se ipsa unire materiam nõ potest, sed indiget agentis, q; id extrinsecus faciat. Nullũ autem agens naturale præstat authoritate ad formam separatam a` materia. Itaq; opus est agente supernaturali. Ad tertium, aperit aduersarius latissimæ suum ingenium, cũ diuum Thomam cõpositionẽ intellexisse dicat materiæ cũ forma, dum esse, & essentiæ cõpositionem statueret. Quis. n. excepto aduersario, tã ignarus est, ne nullam compositionem ex forma & materia eẽ in substãtiis separatis authore diuo Thoma intelligat? quando ille secundo contra gentiles apertissime probat, nullam in angelis compositionem esse ex materia & forma, & tamen cõpositionẽ esse ex eẽ, & essentia. Quod si manifeste ille alterã de his compositionibus affirmat in angelis, alteram negat, mentitur aduersarius, cum non differre, nisi termino differentias has enuntiat. Addo, q; secundum eundem sanctum authorem essentia est completa natura in specie, gradum habẽs determinatum sibi inter entia specificum. Materia uero prima, siue spiritalis, siue corporalis pura potentia est, & pars nõ totũ, neq; gradum ullum inter entia speciei determinate sibi uendicat. Esse autem existẽtia ipsa est, quæ non est forma, quæ esse specificum det, sed actus, qui esse specificũ præsupponat, quãobrẽ in rebus corporeis, duplex cõpositio est, altera ex materia & forma ad esse speciei, altera ex natura speciei, & eẽ existentiæ ad esse utiq; indiuidui. At in rebus intellectualibus una tantũ compositio est, quoniam eẽntia simplex est ad esse duntaxat specificum, non sibi includẽs partes distinctas, & eẽ existere cum natura specifica angeli existat. tale. n. esse participatio quædam primi est authore hoc quidẽ sancto. Quapropter non hic p essentiam materiam, p eẽ formam intelligi uoluit, ut aduersarius putat, q̃q̃ si æquiuoce loqui libet, materia dici potest eẽntia illa, sed hoc nihil præsidii aduersario eẽ pót. Non enim quid æquiuoce dixeris, sed quid essentia sit rerum diuinarum differimus. Itaq; seruandus est terminorum usus cõmunis, & significatio propria, ut idem sanctus in quæstione de creaturis spiritalibus censet.

Non eẽ culpandum Platonem, ut aduersarius censet, q; animum constitui dicat ex elemẽtis, & linea recta in circulum flexa, ex eodẽ'q; circulo duos produci, quorum ex altero septẽ productos circulos naturæ animæ tribui. Caput. XXVI.

Vltimum huius capitis est, male a` Platone cõstitui animum ex elemẽtis, & linea recta in circulum flexa, ex eodẽ'q; circulo duos produci, quorum ex altero septẽ productos circulos naturæ animæ tribui. Hæc & reliqua, quę ex mathematica disciplina Plato p suo excellenti ingenio aptissime ad animã trãsfert, portẽta aduersarius appellauit, homo ingenii plane` portẽtosi, qui non uideat, q̃ aptius ratiões, & uerba mathematicæ disciplinæ accõmodari rebus diuinis possint, q̃ materia, & reliquæ sordes, quas ipse eodẽ transfert. Cognatio enim longe maior rebus mathematicis cũ diuinis, q̃ cum naturalibus est, quãdo abstractionis ratio cõmunis mathematicis, & diuinis est, quam præcipue diuinis attribuimus. Quod si animæ uirtutes, & actiones Plato similitudine, siue exemplo quodam circulorum & linearum docere uoluit, quod portentum, quod'ue inconueniens hoc sit, nõ uideo. Iã & Aristoteles ipse exemplo usus est linearum in tertio libro de anima, cum intelligendi rationem exponat, partim per modum lineę rectę, partim per modum lineæ flexæ existere, & diuus Thomas Aristotelem dicit, non sensum Platonis, sed uerba carpere, & diuus Dionysius Areopagita, motum duplicem cõtemplationis animi statuit, alterum circularẽ, alterum rectum, sed de his satis libro superiori respondimus.

Confutatio, ac solutio trium argumentorum aduersarii, in quibus probare nititur, quasi ex Aristotelis sententia, animam esse immortalem, atq; æternam parte post, item eãdem cum corpore esse incipere, & tamen non incipere esse per generationem, sed per creationem a` Deo ex nihilo.

Aduersarium, sensum Aristotelis in libro de anima conuertendo peruertere. non enim intellectum innasci in corpore ab Aristotele scribi, sed contingere, aut superuenire, quod in libro de generatione animalium dixit deforis ingredi.

Caput XXVII.

Decimumsextum caput aduersarii est, in quo duo hæc esse ex Aristotelis sententia dicit. Vnum, animam esse immortalem, atq; æternam parte post, quod superioribus suis capitibus demonstrare conatus est, Alterũ, Animã cum corpore esse incipere, & tamen nõ incipere esse per generatiõem, sed per creationem a` Deo ex nihilo, cuius prolixam probatoriam delirationem collegimus ad tria illa argumẽta. Vnum, quod dicitur ab Aristotele primo de anima, intellectum innasci substantiam quandam existentem, & non corrumpi. Nam si in corpore nascitur, inquit, incipere cum corpore certum est, & si nõ corrumpitur corpore corrupto, æternus est parte post, uerum nõ incipere per generationẽ, sed per creationem ostenditur secundo de generatione animaliũ. Cum enim intellectus ipse sine organo corporeo operetur, deforis sit necesse est. Alterũ ex eodem libro habetur. Inquit, animam uegetatiuam, sensiuam, & intellectiuam esse in potẽtia, prius, q̃ in actu, ergo, ut uegetatiua & sensiua, sic intellectiua quoq; incipit esse cum corpore, sed quoniã fieri in corpore, nõ per principia corporis dicitur, non educi de potentia materiæ declaratur. Tertiũ, Si Deus, inquit, oĩa creauit ex nihilo, ut demonstrauimus, animam quoq; esse creatam a` Deo necesse est, cum alio modo produci non possit, & Deus de facili possit omnia creare. Vere aduersarius narrat animã cum corpore esse incipere, nec perempto corpore, ĩterire, & bene cãtat gallus, sed nihil ad propositum. Fidei enim, & religionis nostræ hæc sunt peculiaria bona, ut animæ infundantur corporibus a` Deo creatore, & incipiant quidem cum ipsis corporibus, sed nõ ex uirtute seminis genitalis, uerum a` Deo ipso infundẽte. Aristotelis uero opinio longe ab his nostris discedit. Nec enim principia doctrinæ eius philosophi patiuntur creationem de nouo, & si credendum commentatoribus eius est, aut Deus est, quem pro intellectu agente cunctis distribuens cõmendat, aut unus, idemq; intellectus omnibus pro phantasmatum differentia aliis aliter appropriatus. Nam intellectũ quidem possibilem, tametsi aliter Cõmẽtator, Arabẽ dico, iungit cum agente, & eque incorruptibilem statuit, tamen alter græcus ille, corruptibilem esse asseuerat, neq; aliter hunc q̃ sentiendi, uegetandi'q; animam produci sententia Aristotelis, deforis autẽ illum superuenientem non esse intellectum possibilem, sed agentẽ solum, qui Deus sit immortalis lucem impartiens, idem oĩbus ad agendum pro captu cuiusq; recipientis, quomodo & colores a` solis luce actuari, formari'q; certum est, id'q; constare, luce clarius ait ex tertio de anima, ubi exclusis omnibus, quæ leuius ante fuerint tacta, solum hunc intellectum agentem, immortalem, sempiternum'q; esse concluditur. Quid igitur garrulitas aduersarii efficit cum authoritas tanta commentatorum aduersetur? sed missos facio cõmentatores ipsos, Auerroem dico, & Alexãdrum, quid ex uerbis Aristotelis accipi de anima possit, & argumenta ipsa aduersarii qua ratione fundentur uideamus, ne nos dicat authoritatem hoĩum indoctorum secutos se cõtempsisse, ait Aristotelem opinari animum esse æternum parte post, & tamẽ incipere esse cum corpore per creationem. At uero, quod æternum parte ante est, idem æternum etiã esse parte post, & quod parte post, idem & parte ante esse ẽternũ author ipse Aristoteles est in primo libro de cœlo & mũdo. Statuitur etiam ab eodem authore primum agens nihil agere immediate in his inferioribꝰ rebus, hoc est sine causis secundis propter essentialem ordinẽ, quo fit, ut anima quoq; siue creatur, siue generatur, non a` Deo immediate proueniat, ut aduersarius putat, probat' item ab eodem philosopho septimo metaphysicæ contra Platonem, nullum agẽs separatum posse immediate mutare materiam primam, q̃q̃ mediante motu id facere potest. Itaq; impossibile est Deũ immediate animam creare, atq; infundere corpori iudicio eius quidẽ authoris, si aduersarius dicat fieri posse, ut materia causa suæ dispositionis aliquid extrinsecus influens sibi recipiat, quod non ante recipere, atq; ita corpore suis instrumentis bene instituto, præparato'q; animam diuinitus influere. Respõdeo, nihil ita consequi posse, quod in Platonem ibi ab Aristotele cõcludatur. Dixerit enim Plato ideam, licet forma sit separata, posse tamẽ immutare materiam propter diuersam subiecti dispositionem. Addo, q; si causa dispositionis, quæ præcesserit immediate anima accedit, non infundi a` Deo dicenda est, sed prouenire ab eo, qui ita materiam dispo fuerit. sequitur enim sua quãq; dispositionẽ forma, & actio, idem'q; esse, quod disponat, & formam præstet naturæ ratio exigit. Quid uero Deus potius creator sit adhibendus, q̃ secunda alia causa, quando subiecta sufficiẽti dispositione materiæ, agens generale, hoc est primũ mobile satis sit ad animæ quoq; productiõem, necessitas uero nulla est, qua Deus animam creet, cum & qui unicum intellectum omnibus ex opinione Aristotelis statuunt, non dum conuinci physicis rationibus potuerint. Cum itaq; opinio Aristotelis non ea fuerit, quam aduersarius refert, sequitur, responsio quoq; recte ad eius argumẽta, perq̃ facilis sit. Quod enim primum adducit ex

adducit ex primo libro de anima, sua interpretatione non id cõuertit, sed peruertit, ut solet. nõ enim intellectum innasci in corpore ab Aristotele scribitur, sed cõtingere, aut superuenire. uerba hæc Aristotelis sunt. ὁ δὲ νοῦς ἔοικεν ἐγγίνεσθαι ἰόσα τῆς οὐσίας, οὐ φθείρεσθαι. Quod in secundo de generatione animalium Θύραθεν εἰσιέναι, hoc est deforis ingredi, aut adire dicit. Quæ quidem Theophrastus, Alexander, Themistius, Auerroes, ita accipiunt, ut cõmune qd sit, ex quo quisq; hoĩum ortus ilico sibi intellectum excipiat, & suam quisq; appropriatam, siue applicatã portionem, ita extinctus relinquat in cõmune, ut ortus excepit, non aliter, ac si Sole quis nascẽs participare dicatur, moriens autem priuari, & lucem, quam exceperit, iam relinquere. Deforis enim & solis lux homini siue contingit, siue accedit, aut superuenit, neq; oritur, aut perit, sed incorruptibilis, & ingenerabilis est, cõmune tamen bonum quibuscunq; hominibus id contingere quis neget? Nõ igitur particularẽ animam esse, quæ deforis accedat, illi uolunt, sed ex cõmuni exceptam applicationem, & siquis admittat uerbum aduersarii istud innasci, in quo uim summam esse arbitratur, non sequitur, ut esse simpliciter cum corpore incipiat intellectus, sed esse in aliquo indiuiduo, in quo ante non fuerit. Itaq; principium, & inceptio ista non substantiæ intellectus, sed effectus est, quo modo loquendi & Isaias propheta utitur, cum dicit. Domi
» nus supra te Hierusalem orietur. ortus enim hic non ad Dei substantiam, quæ æterna est, refer
» tur, sed ad effectum ab ipso Deo in Hierusalem producendum. Quod autem a` secundo de generatione aduersarius sumit, quid significet, satis constat ex iis, quę modo diximus. Distinguit' enim intellectus a` sensiua & uegetatiua anima, eo, q; deforis adeat, siue ingrediat', hoc est excipiatur per unionem hominibus singulis ex cõmuni aut numine, ut Alexandro placet, aut mẽte, ut Auerroi, nouitio enim creari a` Deo animum, qui deforis accedat, nusquam scriptum ab Aristotele est, unde, quod mundi æternitati, & speciei humanæ conueniret, idem'q; aptũ oino doctrinæ Aristotelis esset, Id cõmentatores primarii Alexander, & Auerroes ei philosopho tribuere uoluerunt. Nouitio tamen excipi, & uniri, quod semper fuerit nemo neget. Ad secundum, etsi anima intellectiua est in potentia, tamen alio modo, q̃ sensiua est. cũ enim sensiua sit in potentia ad esse simpliciter, nam, ut esse definit parte post, sic incipit parte ante simpliciter. Intellectiua certe ipsa non simpliciter esse in tali corpore recipit, sed præsistens est in potẽtia, ut tali corpori uniatur, quo modo ne corrumpi quidem simpliciter potest, corrupto corpore, sed secundum quid, cum non præterea esse in tali corpore habeat. Ad ultimũ, quod se demonstrasse dicit, non uerum dicit. non enim solum non demonstrare, sed ne probare quidem leuiter potuit ex Aristotelis opinione, Deum cuncta ex nihilo creare. Quod si Deus neq; ex nihilo quicq̃ facit, neq; immediate, animæ certe rationem, si Aristotelis iudicio loquimur, nõ ad creationẽ ex nihilo, quam a` nostris accepimus sanctis, referre debemus, sed ad eorum sententiã, qui unũ, eundem'q; omnibus tribuunt intellectum.

Non esse reprehendendum Platonem, ut aduersarius facit, q; uel animam dixerit corporibus præexistere, quod etiam Aristoteles uidetur sentire, uel scire hominis esse reminisci.
Quomodo ĩtelligendũ sit illud Aristotelis, intellectũ esse ueluti tabulã rasam. Cap. XXVIII

Item reprehẽdit Platonem aduersarius, q; aĩam præexistere corpibus, & scire hominis recordari, & reminisci dixerit. probat enĩ, quod ab Aristotele dicitur, intellectum esse, perinde, ut tabula, in qua, nihil sit scriptum, neq; cẽset animam intellectuã, quæ forma corporis est, præexistere posse sine materia, sed quid hæc in Platonẽ iustius, q̃ in Aristotelẽ dici possunt? Nã si deforis animus adeat, ut & Aristoteles ipse fatet', præexistat necesse est ante q̃ corpori uniatur, uel, si hoc aduersarius negat, det' oppositũ nõ præexistere ante, quã uniatur, & quid cõsequitur, animaduertat, si potest. Venerit, deforis enĩ, qd' nihil sit, nisi id per se sit, & præexistat, qd' ueniat. Ratio quoq; reminiscendi, aut recordãdi illa Platonis per generationem, nõ contẽnenda est, ut aduersarius putat. Quis enim ĩmortalẽ, atq; æternam statuens animam, & longe ante corpora præexistentem, negare possit eã scientiæ plenam esse, & rerum oĩum intelligibilium species in sese habere? obliuiisci autem earum, cum corpori unitur, ob nimium materiæ fluxum, rursum'q; doctrina, & studio, atq; exercitatione reminisci, nec nisi prouecta iam ætate fluxu materiæ, uel cessante iam, uel potius refluente. aut igitur explodenda est illa positio, aut ea salua, prædicta sequantur oportet, quemadmodum & philosophus Arabs Auerroes possibilem intellectum, quem unicum omnibus, & immortalẽ tribuit, censet omnium specierum semper plenissimum esse, semper'q; adeptum esse, sed quatenus cor-

pori coniunctus est per uaria phantasmata, uarie intelligere. Quinetiam aliquando quidem intelligere, aliquando uero minime, nec ipse sane Aristoteles ab huiusmodi opinione reminiscē tiæ longe abesse uidetur, quippe uerba illa ex septimo physicorum, ad hūc etiam sensum accō modari possunt, ut scilicet omnibus sedatis passionibus, siue affectibus prauis, sublatisq; impe dimentis, incipiat anima scire, & sapere. Scientię primæ acquisitio, inquit, nō est generatio. Sci re enim, & sapere dicimus eo, q̄ quieuerit, & constiterit intellectus, ad quiescendum autē nul la est generatio, nulla enim mutatio est, ut dictum iam est. Quid uero inconsyderatius dici po test, q̄ quod aduersarius refert, ut anima intellectiua sine materia esse non possit, quam separa bilem esse fatet, & perpetuā parte post? nam si postea superesse ꝑpetue sine materia potest, pa ri ratione uel ante præexistere potest sine materia, siue igit' prę̄existere aīam, eo modo Aristote les uoluit, quo suus præceptor statuerat, animas ab ęterno creatas præcedere, singulas hominū generationes, siue unum, eundem'q; intellectum esse putauit unicum toti speciei humanæ, qui quoduis indiuiduum eiusdem speciei præcederet. Non adducenda in argumētum est ratio in de, q̄ anima sine materia stare nō potest, nam neq; si unus, idem'q; omnibus intellectus est, nō præexistit sine materia, neq; si per creationem præcedit, repugnet priuatio materiæ, quādo ad suum simpliciter esse, ut post, sic ante sine materia stare potest. Tabulę autem illa similitudo nō ad simpliciter esse intellectus referenda est, sed ad corporariam operationē, ad quā intellectus perinde se habet, ac tabula, in qua nihil sit scriptū. nihil enim cognitionis phantasmatariæ pos sidet, sed in potentia est ad cognoscendum duntaxat per phāntasmata ipsa, aut certe, qd' ἀκροαμα τικέτερον, & ex penitiori ratione disciplinæ peripateticæ est, ad scientiæ primæ acquisitionem per quietem, & constantiā intellectus, illa tabellę ratio referri debet, quā & ipsam recordatiōis, & reminiscentiæ nomine Plato significare uoluit. Nam respectu quidem speciei ipsius refertus semper scientia est intellectus, neq; aliter Aristoteles, q̄ Plato hac de re sentit, qd' & Auerroes fatetur, cōmento quinto, super tertio libro de anima.

Falsum esse, quod aduersarius affirmat prouidentiam secundum Aristotelem, non modo usq; ad lunam, sed etiam ad ea, quæ inferiora sunt, se extendere etiam minima, atq; terrestria.

Prouidentia quid sit. Caput XXIX.

Ed quid post hæc aduersarius dixerit, uideamus. Facit caput decimumseptimū, & decimumoctauum, quibus de fato, & Dei prouidētia agit. Dicit prouidētiā au thore Aristotele, non se extendere solum usq; ad lunam, sed etiam ad ea, quæ infe riora sunt, & ad quæuis minima, & terrestria, qd' probat ex. XII. metaphysicæ, q̄ ibi cœlū & naturā dependere a` Deo dicitur, atq; etiam ex secūdo de generatiōe, quod ibi Deū fecisse continuam generationē dicitur. Adde, inquit, q̄ animi a` Deo producuntur immedia te ex nihilo, & corporibus infunduntur. quod quia deus tantum facere potest, utpote actus pu rus & nec creatura illa, quia finita est, eundem etiā prouidere singulis, opinari, & mūdū eiusdē ꝓuidentia regi, necesse est, sed Aristotelem non ea esse opinione, ut prouidētia Dei rebus ge nerabilibus, & corruptibilibus consulat. s. opera immediata, cōstat authorum græcorū senten tia, qui eam non ulterius, q̄ ad lunam descendere ex Aristotelis iudicio asseuerant, tum aliorū, tum Plutarchi uiri sapientissimi, qui in libris de opinionibus philosophorum, Aristoteles, inqt, mundum non totum usquequaq; aīatum, aut rationalem, aut intellectualem, aut prouidentia gubernandum statuit, sed cœlestia quidem his prædita. orbes. n. qui contineant, animatos, ani mantes'q; esse, At inferiora, & terrena, nihil eiusmodi obtinere, nec ordine principaliter, sed p accidens participare. Auerroes etiā cōmento. LI. libri. XII. metaphysicę, Deū nihil ex iis, quæ hic fiunt, intelligere, utpote nihil extra seipsum intelligentē ex Aristotelis sententia scribit, q̄ si non hæc intelligit, quæ a` luna inferiora sunt, sequitur necessario, ut his nō prouideat. pui dentia. n. actio siue officium intellectus est dirigens rem, cui consulitur ad finem cōmodum, qd' nisi cum cognitione rei ipsius effici minime potest, ut idem etiā cōmentator Auerroes super eo dem Aristotelis libro. Species tantum cognosci, easdē'q; solum procurari a` Deo propter ma terię priuationem fatetur, quinetiam diuus Thomas super primo sententiarum, distinctiōe tri gesimanona. Alii, inquit, nullam prouidentiā esse statuerūt, ut Democritus, alii eatenus prouidentiam esse uoluerunt, quatenus se extendere ad species, neq; ad indiuidua descēderet, uideli cet ea de causa, quia, quod suum egreditur cursum, id legibus non subiicitur prouidentiæ. Itaq; ea, quæ sæpe a` cursu ordinato deficiunt, non prouidentia gubernātur, qualis particularis gene rabilium, &

rabilium, & corruptibilium rerum conditio est, quæ quidem opinio tribuitur Aristoteli, q̄q̄ ex eius uerbis manifeste id accipi non potest. Cōmentator tamē Auerroes negat expresse fas esse bonitatem diuinam solicitari rebus particularibus, nisi quoad in naturæ cōmunis ratione con ueniunt, sic diuus Thomas, & cōmentator Auerroes, qui summus Aristotelicæ scholæ conse ctator habitus est, unde latissime iam patet prouidentiam Dei, non ad hæc inferiora descende re, sententia Aristotelis. Quid uero tam prolixæ ab eo ipso philosopho ostēditur. i. perihermē nias, uerum non esse determinatum in futuris contingentibus rebus, si cognitio dei seipsam ad hæc usq; inferiora porrigat. sic. n. cognitione ipsa, & præsciētia dei determinetur, altera pars cō tradictionis, nec consultare, aut agere quicquam oporteat, ut uel ita eueniat, uel ne ita eueniat, probatur etiā ab eodem philosopho. VI. metaphysicæ esse aliquod ens per accidēs, qd' nō sem per, aut magna ex parte fiat, sed raro, ac eiusmodi entis non esse sciētiam, neq; causam ullā per se, sed casualem, siue fortuitam, quæ ad nullam aliam causam reducatur. At si prouidentia Dei ad hęc usq; peruēniat causa illa fortuita, & casualis, reduci profecto` ad causam per se, hoc est ꝓ uidentiam ipsam potuerit, atq; ita omnia fient ex necessitate, nullum'q; ens per accidens fuerit, qd' Aristotelis sententiæ aduersat'. Non ergo ita putandū, ut Aristoteles senserit ꝓuideri a` Deo rebus his contingentibus & particularibus, in qbus nihil certi est, fatum autem non referri ad Aristotelem authorem, non mētiri aduersarium dixerim, si id esse fatum intelligit, quod motui cœlesti, & causæ per se tribuatur. hinc. n & qui prouidentiam statuunt, negāt ullā rem casu, & fortuito posse fieri. Quapropter diuus Thomas in exponēdo eo prædicto loco, Idcirco, inquit, ex fide catholica dicimus nihil temere, aut fortuito, sed cuncta prouidentiæ subdita esse diuine. Aristotelem etiam eodem in loco, benigne interpretatur, afferens illum de rebus his contingē tibus ordine ad causas particulares dixisse, non ordine ad causam uniuersalem, quæ diuina pro uidentia est, quæ rerum effectus partim necessario, partim cōtingenter prouenire statuerit, q̄q̄ ipsi effectus suis assimulentur causis proximis non remotis, quas pro sua imbecilli natura attin gere nequeant. Sed hæc, ut modo dixi, benignius referuntur. nam argumenta adhuc Aristote lis manent insoluta, quoniam si causa contingens reducatur ad causam per se, prouenerit ne cessario effectus, atq; ita nihil per accidens sit, Ita enim secūda causa mouet, ut a` prima mouet', & prima plus influit in effectum quā secunda, ut ex authore de causis constat. Nec uero cōcedi ex doctrina Aristotelis potest aliquid immediate contingenter a` Deo ipso ordinari. Ad argu menta quoq; aduersarii facilis responsio est, quod enim sæpenumero repetit cœlum, & naturā dependere ex deo, non id prouidentiæ ratione significat, ut quæ contingenter proueniunt, & generabilia, corruptibilia, fortuita sunt, reducantur, qua talia sunt, ad causam primam. Sed cau sationem primā rei cuiusq;, & cōseruationem refert. cuncta enim ex prima causa trahūt sibi eē, & quod sunt in eodē semper inde seruantur. Quod si contingentis siue ratio, siue portio in na tura continetur, prorsus, ut natura ipsa ex deo dependens, & est, & seruantur, sic & ipsa contin gētiæ ratio, inde est, quod est, & seruatur. Non ergo ꝓtingens, & corruptibile, ut tale referēdū ad causam necessariam est, sed aut ad fortuitam, quæ nō reducatur per se ad superiorem, aut ad prauam materiæ conditionem, quæ causæ contingentiæ, temeritatis'q; est. Vel, ut Auerroi pla cet ex Aristotelis sententia, dependent a` Deo, omnia quantum ad species, non quantum ad in diuidua. Ad secundū etiam argumentum eadē ratione respōdemus, nā & si deus propterea prouidet, quod continuam fecerit generationem, non tamen ideo constat, prouidentiam lon gius se porrigere, quam ad esse rei specificum, & necessariū. Ideo enim facta est generatio con tinua, ut species seruarentur. Deus nanq; speciem conseruandam spectat, quæ stabilis, & perpe tua est. non indiuiduum, quod mutatur, & perit, utpote, quod non ratiōe sui esse indiuidualis, sed specifici participet ordine. Quod autem de creatione animæ aduersarius dicit, satis iam re sponsionem suo loco recepit, & quæ subnectit, labuntur de facili cum eo fundentur. quod iam confutatum est. Plura de prouidentia, fato, & libero arbitrio superiori libro exposui quare pau cis hunc locum prætereo, & cum non plura ex Aristotelis, ac cæterorum philosophorū opinio ne, hic tūm ne nostrarum quidem literarum sacrarum placita repeto, quæ longe a` sentētia dis sentiunt Aristotelis. Cuncta enim legi diuinæ prouidentiæ subiecta esse uera religio probat. Sa pientia, inquit, attigit a` fine ad finem, & res hominum disponit suauiter.

Mentiri aduersarium de Platone, q̄ nullam esse prouidentiam putauerit, sed omnia fieri neces sitate stellarum.

Non ideo res necessario fieri, quia a` Deo præscitæ fuerint. Caput. XXX.

Diicit aduersarius falsò nullam à Platone statui diuinitus prouidẽtiam, & omnia fieri ex necessitate, quæ à stellis dependet, sed nos, quoniam quid de prouidentia
s Plato senserit, satis libro superiori exposuimus, non hic plus respõdemus, q̃ ut qd simpliciter, quid ex suppositione sit necessarium, quę conditionalis necessitas, quę absoluta sit, Aduersarium ignorare, dictum uelim. Nam si Plato præsciri cuncta à Deo putauerit, non ideo necessario fieri omnia sequitur. Non enim ipsa præscientia Dei affert rerum cõtingentium futurarum necessitatem, nisi respectu causæ primæ, quæ necessitas consequentiæ est, non consequentis, & conditionalis, non absoluta, ut & nostris sanctis authoribus placet. Quare eadem pro Platone responsio reddi potest, quæ pro nostris theologis in eos, qui cõtingentię rationem, & liberum arbitrium tolli ex Dei prouidentia arbitrantur.

Impie dici ab aduersario, res non ideo esse futuras, quia Deus præuidit, sed ideo Deum præuidere, quia futuræ sint. Caput XXXI.

Ostremum uelut apicem suæ impietatis apposuit aduersarius contra oĩum sancto
p rum sententiam, res non ideo esse futuras, quia Deus præuidit, sed ideo Deũ præuidere, quia res sunt futuræ. Diuus uero Augustinus in decimoquinto de trinitate
» Diuersas, inquit, creaturas, & spirituales, & corporales, non quia sunt, ideo nouit
» Deus, sed ideo sunt, quia nouit. Reliqui etiam sancti hoc idem docuerũt, & author quoq; sen
» tẽtiarum in primo, Dicimus, inquit, res futuras nullatenus esse causam præscientiæ, uel sciẽtiæ
» Dei. Nec ideo præsciri, uel sciri, quia futuræ sunt, quinetiam res ita exigit, ne tẽporale sit causa
» æterni, & scientia Dei causetur. Cum enim prouidentia, & præsciẽtia Dei æterna sit, futura au-
» tem sint temporalia, sequitur porrò, ut temporale sit causa æterni, & scientia Dei nõ aliter, quã
» nostra à rebus ipsis causetur, & per multa alia deduci possent absurda. Res igitur, ideo futura
» est, quia Deus præuidit, non ecõtrario. Sed iam satis me respõdisse arbitror, uel ad eas inepti-
» as, quibus ipse aduersarius plurimum confidens, certamen aggressus est, in quo si recte iudica-
» bit, profectò non minus prostratum se esse dolebit, q̃ lætatus pro sua imperitia est, cum hæc ar
» ma ne dicam festucas fragiles in Platonem sumere uoluit. Nam & ea, quę Aristoteli tribuit nõ
» iure ad illum referri posse, & quæ Platoni obiicit, aut eadem, quæ uel Aristoteles senserit esse,
» aut falsò, peruerse, & imperite adduci explicatum iam est.

BESSARIONIS CARDINALIS NICENI, ET PATRIARCHAE CONSTANTINOPOLITANI IN CALVMNIATOREM PLATONIS LIBER QVARTVS.

Platonem ab omni uoluptate mundum, intemeratum'q; fuisse.
Platonis uitam fuisse continẽtissimam.
Platonem copiosius omnibus, & melius de uirtute disputare.
Poetas & legumlatores à Platone reprehendi, q; aditum patefecerint uoluptati.
Libros turpes à pueris minime legendos.
Platonem tertio de repub. ad continentiam iuuenes excitare.
In quibus Plato Homerum arguat, ubi eum commendet.
Quales esse debeant ciuitatis custodes.
Quæ fingenda sint in pueritia, quæ non.
Cognoscere uitia oportet, non æmulari.
Quare Marti sit adiuncta in fabulis Venus, & plus licẽtiæ militibus, q̃ cæteris hominibus dari.
Qualem Plato principem uelit constitui.
Triplicem esse uoluptatem secũdum Platonem, & uoluptatem eruditionis esse amœnissimã.
Platonem naturalem cõiunctionem admittere, turpem detestari, & eam duntaxat maris, & fœminæ coniunctionem probare, quæ procreandæ sobolis gratia fiat.
Quomodo uenereis utendum sit.
Singulis hominibus duos comites amentes esse.
Spei nomen communem esse ad timorem, & fiduciam.
De duplici genere uitæ, & iustos quidẽ esse felicissimos uoluptati uero deditos, eẽ miserrimos.
Quibus officiis animus colitur, quibus uitiis corrumpitur.

Plus esse

Plus esse uoluptatis in temperantia, plus doloris in luxuria.
Homines uoluptatum uictores esse felices, molles esse miseros.
Non à maribus solum, uerũ etiam ab innuptis fœminis abstinendum.
Concubitores masculorum, & innuptarum, capite damnandos.
Adulterum impune à uiro posse occidi.
Quales esse debeant obstetrices.
Hominem luxuriæ deditum pecudi similem esse.
Expetendam esse temperantiam, siquis optet felicitatem.
Omnes Platonis libros ad uirtutem hortari, à uitiis retrahere.
De ortu, & incunabulis Platonis.
Socratis somnium de Platone.
Cur Plato in academiam locum insalubrem, ac pestilentem se receperit.
Quomodo sit intelligendum, mortem à philosopho expetendam esse.
De duplici mortis genere.
Augustini de Platone præclarum testimonium.
Platonem cœlibem, ac castum semper uixisse,
Platonem naturæ sacrificasse, quasi piaculum commisisset, q; liberos non procreauerat.
De modestia, & grauitate Platonis etiam ab incunabulis.
Raro subridere, ridere nũquam uisum esse Platonem.
Sine mercede Platonem docuisse.
Quàm iræ pepercerit Plato.
De somno, & uigiliis Platonis.
Nocte surgendum ad res agendas.
Immodicum somnum & corpori, & animo obesse. Caput Primum.

VPEREST, ut de cõtumeliis, iurgiis, ac maledictis, quibus Platonem aduersarius infectatur, agamus. Neq; enim hoc loco deserendus est uir sin-
s gularis, ac penè diuina uirtute præditus, nec permittendum, ut præter ius, fasq; ab homine iniquissimo laceretur. Quanq̃ hũc locum, ex quo alioqn laudes Platonis facile diluescerent, difficilem tractatu facit temeritas maledici hominis. quis enim dũtaxat uir modestus, & grauis possit sine pudore ea scelera nominare, quæ aduersarius tam fœde, ac turpiter de moribus Platonis fingens adducit? Auget uero difficultatem loquacitas hoĩs propè immensa, quæ uix comprehendi nisi oratione longissima potest, uerũ tamen conabor ita agere, ut nec defensio necessaria prætermissa esse uideatur, & quę ab aduersario sparsim, ac tumultuarie dicta sunt, quanto honestius, & breuius potero, attingam, Quod si forte contigerit ob nimiam aduersarii loquacitatem trahi me aliquando longius, q̃ uellem, erit certe iusti, & humani uiri officiũ mihi ignoscere, & dare hoc Platoni, ne molestum sit pro tãto uiro aduersus summam iniuriam nobis aures pbere, Quippe res honestas, non modo explicandas latius, sed etiã sæpenumero repetendas Platonis, quem defendimus, sentẽtia est. Quæ autem res esse, aut dici honestior potest, q̃ defensio ueritatis? hanc nos pro Platone facile, libenter'q; suscepimus, ne in hominem tam magnifice de hominũ genere benemeritum, pæne grati esse uideremur. At quoniam aduersarius uoluptatem in primis Platoni obiicit, & eam maxime uoluptatis partẽ, quæ in rebus uenereis consistit, studet'q; iu primis Platonem ostẽdere incõtinentem, & obscœnis deditum uoluptatibus fuisse, nos quoq; hũc locum primum aggrediamur, & in quo libẽtius ille uersatur, ei primum occurramus. Postquã igitur ita aduersario placet, ut ex iis, quæ de moribus à Platone, atq; Aristotele scripta sunt, utrius uita honestior fuerit, iudicet, Platonis'q; uitia explicaturum se ex illius operibus ostẽdit, & ita, quãtum in se est, molitur, Primum libri ipsi Platonis à nobis in medium proferendi sunt, ex iis'q;, quid ille de uirtute, moribus, honestate, præcipiat, moneat, consulat, perspiciendum. Mox uero ab iis, qui ante nos fuerũt, doctissimis uiris testimonium petendum est, tum ad ratiões aduersarii planè falsas, ac temeritatis, & impudentiæ plenas ueniendum, ut uidere omnes manifestissime possint, hunc, quæ scribit, partim fingere, partim animi malignitate peruertere. Platonis itaq; uitam continentissimam fuisse, abhorruisse'q; eum semper ab omnibus corporis uoluptatibus, licet in oĩbus eius sermonib9 animad uertere. ubiq; enim uirtutem mirifice laudat, Contra uero, uitia reprehendit, & ipsam in primis,

de qua agimus, uoluptatem ita insectatur, ut non tam philosophi, quàm seueriſſimi cuiusdam censoris officio fungi uideatur. Multi profecto quid uirtus esset, & quæ sint eius officia, scripse re, sed nemo tanto studio, tanta facundia, tanta erga genus humanum beneuolẽtia, & charitate ita inuitat, hortatur, consulit, excitat ad uirtutem, ut Plato facit. Quod non uerbis quidem nos fingimus, ut aduersarius scelera, sed facile discerni potest, q̃ hęc i eius libris uarie, apte, grauiter, accommodate, tractẽtur, q̃ uetustos poetas, seu legum authores reprehendat, qui inhonestis uo luptatibus locum aliquem reliquerint, quando uel summum hominis bonum uoluptate defi nierint, uel illustrium uirorum, aut etiam deorum, uoluptates narrauerint, uel quouis alio mo do ea uisi sint probare, quę ad turpem uoluptatem referri possunt. Hinc cum ratiõe, qualis esse debeat reipublicæ status firmaret, poetas censuit urbe depellendos esse, nec iuuentuti permittẽ dum, ut eorum libros lectitarent, ne teneræ adhuc mẽtes deorum, siue heroum authoritate per motæ, his moribus corrumperentur, quos abolere postea ualidior ætas non posset. Nam si uel stuprum, uel aliquod huiusmodi scelus a` diis patratum serio adolescentes audierint, parum ab stinere poterunt, cum homines sint, ne simile aliquid committant, quãdo id referre possint ad tam excellentes authores. Hæc cum pluribus aliis in locis, tum tertio de republica libro a` Plato ne scribuntur, ubi cum permulta de officiis, quasi diuinitus disseruisset, & quamadmodum mu sica eruditi iuuenes clari possent euadere, tũ de modestia, temperãtia, cõtinentia seorsum præ cipit, & hortatur, modestiam itaq;, & temperantiam in primis magnopere excolendam censet, ut iuuenes senioribus, & principibus ciuitatis obtemperẽt, uoluptatibus resistãt, libidinẽ, idest cibi, ac potus, rerum'q; uenerearum usum deuitent. Probat ad modestiæ officium illa Homeri.

» Mi iuuenis taceas, & nostra amplectere dicta, & reliq̃ similia. Reprobat illa, Ebrie, cui catuli
» sunt lumina, corda'q; cerui. Illa quoq; tanq̃ contra officium continentiæ dicta reprehẽdit. Nul
» la, crede mihi, res mensa suauior illa est, Quæ cererem, bacchum'q; simul, carnes'q; ministret.
» Item illud, Quam parit atra fames, dirum est heu morte perire. Improbanda etiam illa eiusdẽ poetæ censet, in quibus Iouem usqueadeo libidine incensum narrat, ut omnium rerum, quas optimo consilio agendas statuerat, oblitus, cum primum Iunonem uidit, ita arserit, ut ne tan tisper quidem potuerit differre, quo ad Domiciliũ ingrederent, sed humi, ubi forte erant, uxo rem amplexus, desyderium explere uoluerit, fassus nunq̃ se amore ardentius concitatum, etiam eo tempore, quo primum mutuo amplexu clàm nequid parentes sentirent, coniuncti fuerant. Martis etiam & Veneris fœdos amores, & uincula a` Vulcano structa apud eundem poetam reprehendit. Ea autem, quę animi magnitudinem, constantiam, & patientiam declarant uehe mentissime laudat, quale illud est eiusdem poetæ.

» Intendens animum percusso pectore fatur.
» Fortiter ista feras. iamiam grauiora tulisti.

Tum latius imitari suadet, quæ ad uirtutẽ perducunt, uitare autẽ, quæ parere uitiũ possunt, aut detrimentũ iis, qui audiũt, afferre. Quo in loco maiorẽ in modum poetarũ carmen detestatur, qui de diis turpiter, atq; inhoneste locuti sunt, & suaues potius, atq; iucundi, q̃ honesti, & utiles esse uoluerunt. A` custodibus deinde suæ ciuitatis, nihil aliud curandum censet, præter ea, quæ ad conseruandam reipublicæ libertatem pertineãt, hoc unum officium, hanc solam prouinciã illis demandat, & exẽplar, quod aut imitentur, aut fingãt, proponit. At siquid præterea fingen dum est, inquit, fingi continuo a` pueritia oportet, quæ officio conueniant, uidelicet animi ma gnitudinẽ, constantiam, fortitudinẽ, fidem, temperantiam, modestiam, ꝓtinentiam, religionẽ, & reliqua, quæ mores ĩgenuos, ac liberales instituãt. Res autẽ illiberales, & inhoneſtę, & tur pes neq; agẽdæ, neq; fingendę sunt, ne fictione huiusmodi eorum, quæ fingunt, habitũ ꝓcipiãt.

» An nescis, inquit, eam uim simulationis esse, ut si a` pueritia lõgius perseueret, mores, naturáq;
» constituere & animi, & uocis, & corporis possit? Hominibus igitur, quibus consulimus, & mo
» res ingenuos cõparari probamus, minime concedimus simulare, uel mulierem, uel iuniorem,
» uel seniorem, uel litigantem, & maledicentem, uel se iactantẽ, & cum diis immortalibus cõten
» dentem, uel suas calamitates deplorantem, ac multo minus ægrotantem, aut amãtem, aut par
» turientẽ, nec uero improbos uiros, & cõtraria his rebus, quas superius laudauimus, agẽtes, ma
» ledicos, petulantes, contumelioſos, reliquos'q;, qui rem turpem uel agunt, uel loquũtur. Deniq;
» nullum facinus, quod ab hoĩe improbo, uel contra se, uel contra alios inferatur, simulandũ est.
» quin etiam mentecaptos effingere, uel in agendo, uel in loquendo, nequaquã tutum opinor.
» Cognoscendi sunt enim & mentecapti, & moribus deprauati, non modo uiri, sed etiam mulie
» res, effingendi uero non sunt. Hęc & alia pleraq; Plato de ingenuis moribus scribit. Sed plura

afferre in

afferre in præsentia longum esset. Satis sit hæc breuiter tetigisse, quasi indicium quoddam, un de cætera & peti, & sumi facile possint. An igitur Plato uoluptati se, uitiis'q; permittit? an scele ra probat? an meretur hæc a` tali homine de se dici? qui non modo cęteros ciues, qui honestius, q̃ milites solent uiuere, sed ipsos etiam custodes, qui milites sunt, ita erudiendos censet, ut cum a` cæteris malis, tum a` uoluptate in primis abstineãt, nec solum amore inflammari se minime sinant, sed etiam amãtes non simulent, qui cognoscere quidẽ uitiosos pmittit, sed agere quicq̃ more uitiosorum, ne per simulationẽ quidem & iocum, aut ludum concedendũ existimat. Atq

» in militibus plus licentiæ esse Aristoteles quoq; secũdo Politicorũ libro fatetur, maior pars, in
» quit, nationum militariũ, strenuarum'q; libidini mulierũ dedita est, exceptis Gallis, & siqui alii aperte mulieribus mares antepoſuerunt. Et certe, qui primus fabulam finxit, nõ sine causa Mar tem cum Venere uidetur cõiunxisse. Vniuersum enim id hominum genus puerorũ, aut mulie rum auidissimum est. At Plato eos quoq; seruare temperantiã iubet, sed facit hoc testimonium Aristotelis, quod modo adduxi, ut mecum cogitem, quid aduersarius ageret in Platonẽ, quo modo eum urgeret, insectaret, clamaret, & tam nefarium scelus notari ab omnibus flagitaret, siquid tale ab eo dictum fuisset, q̃le militibus Aristoteles sine aliqua detestatiõe permittit, qua si parum ad rei uenereæ libidinem intersit, mulierem'ne aliquis, an marem expetat. Vex Pla to non in quibus uitiis uersentur milites, narrat, nec fabulæ authoritate sceleris usum compro bat, sed authores huiusmodi fabularũ detestatur, atq; e` Rep. eiicit, milites autẽ non minus, quã cæteros honestissimos ciues, & principes Reip. non modo a` tam nefando scelere, sed a` q̃uis ue nerea uoluptate iubet abstinere, & quo pacto ita uiuere possint, docet, peruicaces digno suppli cio authoritate legũ constringit. Nec poetis modo nequid flagitiosum narrẽt, interdicit, sed ẽt fabris, ut sunt fictores, pictores, excusores, & cæteri id genus, nequid tale repręsentẽt. Sic enim

» eodem de Rep. libro scribit. Num igitur poetas solũ monere debemus, & cogere, ut bonorum
» morum exempla carminibus suis præbeant, alioquin apud nos carmen non componant, an cę
» teris quoq; opificibus uetandum est, nequid peruerse, libidinoſe, lasciue, illiberaliter, turpiter,
» uel in imaginibus, statuis'q; animalium, uel in ædificiis, aut in quouis alio opere faciant, ne no
» stri custodes dũ in exemplis uersant' uitiosis, q̃si per herbas noxias uagãtes, paulatim ad id ani
» mũ adhibeant, & q̃si ex tanta copia metentes quotidie aliqd, malũ usq; ad summũ imprudẽtes
» augeãt. Post hæc ita de uoluptate rõcinat'. Cum ꝓpter ĩmodicã uoluptatẽ hoĩem de statu suæ mẽtis labi cõtigerit, nullũ cum prudẽtia, modestia, tẽperantia, cõmerciũ habet uoluptas, sed co mes est luxuriæ, dementiæ, & temeritatis. Voluptate aũt uenerea nulla est uehemẽtior. Quocir ca repudiandã esse oĩno huiusmodi uoluptatẽ arbitrat', ut pestẽ quãdam animi, rõnis'q; ꝓniciẽ. Quin etiã talem principẽ, atq; custodẽ perficiẽdũ cẽset, qui in reb° formidabilibus, & uario uo luptatũ genere cõstitutus, & q̃si aurũ in igne probatus, tñ constans euaserit integer, honestus, & sui ipsius custos egregius, qui autẽ talis non fuerit, eum oĩno dimittẽdũ. In nono etiã eiusdẽ libri uolumine, libidines rei uenereæ, & cruoris, & gulæ iniquas esse, inquit, immanes efferas. Tum etiam triplicem eẽ uoluptatẽ, ꝓ triplici animi parte, ut singulæ uoluptates, singulis animi partib° cõueniãt, ex his unã eẽ suauissimã, q̃ in prudẽtia, & rõne sita est. Cũ enĩ triplex sit, inq̃t,

» genus uoluptatis, suauissimum id est, quod parti animi, qua discimus, & erudimur, tribuẽdum
» est, & homo, in quo ea pars pręcipue dominatur, suauissime uiuit. Cæterorum autem uolupta
» tes, nõ ueræ, neq; synceræ sunt, sed quasi umbratiles. homines enim prudẽtię, & uirtutis exper
» tes, epulis, & aliis huiusmodi delitiis obruti humi detinentur, et si aliquando paululum emerse
» rint, non amplius, q̃ interpositam partẽ attingunt, sic'q; tota uita aberrant, nec parte inferiore
» unquã supata, superiorẽ illam, & uere excelsam, aut attingere, aut suspicere possunt, nec rei ue
» ræ cognitione se satiant, aut integram, firmam, synceram'q; uoluptatem degustãt, sed more pe
» cudum proni humum semper spectant, & terrestres mensas secuti, se cibis ingurgitant, & reb°
» uenereis inuoluuntur, quarum rerum cupiditate alterutrum calcitrant, & cornibus, aut ungui
» bus ferreis se inuicem percutientes interimunt, utpote, qui gustum rei ueræ nullũ habent, cibo
» partem sui animi integram exaturantes. Postremo, qui recte sibi cõsulit, inquit, primũ discipli
» nas colere debet, quibus animus totus meliori natura informatus, habitum recipit meliorem,
» & prudentiam, iustitiam, temperãtiam'q; acquirit, tum corporis habitudinẽ, & uitæ cultũ cura
» re, non quemadmodũ uoluptati ferinæ deditus uitam degat, aut quẽadmodum uel uiribus su
» peret, uel secunda ualetudine, ac pulchritudine præstet, si hæc bona modestiæ, ac tẽperantię ra
» tionẽ adimant, sed ita, ut uitæ, & corporis cultus oĩs accõmodari ad animi rationem aptissime
» uideatur. Hæc cum ita a` Platone scribãtur, iudicare cuicũq; liberum sit, an uoluptatis reus agi

debeat, qui ita de uoluptate loquitur, qui uitã uoluptati deditam brutoq;, & pecudum esse arbi
tratur, qui nõ modo, nequis aliquid fœde, aut turpiter agat, uerũ etiam ne loquatur quidẽ, aut
fingat rem turpem, uetat, & prohibet. Quid autem in libris quoq; de legibus, de eadẽ re docue
» rit, quæso animaduertite. Non modo enim illic hortatur, & monet, uerũ etiam iubet, & forma
» legum præscripta, unúquẽq; ad uirtutis officia impellit, & cogit, honorẽ statuit probis, suppli
» cia improbis, ut alteri uirtutẽ ardentius colant, alteri uel inuiti seruent honestatem. Primo itaq;
libro de legibus, cũ de rebus uenereis loqueretur, coniunctionẽ maris, & fœminæ legitimam,
» naturalem'q; esse dixit, utpote a` natura ad liberorũ procreationẽ concessam. At maris cũ mare,
» aut fœminæ cum fœmina, contra naturã esse dixit, summũ'q; & nefandũ luxuriæ scelus. quo lo
co plane` ostenditur, nõ modo rem turpẽ, atq; illicitam prohiberi, sed etiã legitimã maris, & fœ
minæ coniunctionẽ, non alia, quã procreandæ sobolis causa cõcedi, quod apertius etiã octauo
» eiusdem libri uolumine exponitur. Vbi p̃cipit debere quẽq; ab omni fœminea tellure abstine
» re, in qua oriri nolit, quod seminatũ sit, itaq; Plato in rebus etiam uenereis, nequaq̃ a` legib⁹, &
institutis nostræ religionis dissentit. Quod si maris etiã cum fœmina cõiunctionem non aliter
concedit, quã procreandorum liberorum gratia, quo modo dirum illum, atq; nefarium coitum
aduersus naturã, suũ etiam sexum profanantem, quem ipse quoq; ꝓtra naturam esse fatetur, &
scelus ferum, ac summę miseriæ causam noſat, uel permisisset aliis, uel ipse cõmisisset? Ad hęc
» duo isti, inquit, uoluptatum, dolorũ'q; fontes, ut a` natura profluant permissum est, ex qbus, q
» quẽadmodũ, & quando, & quãtum oportet haurit, siue ciuitas uniuersa, siue priuatus ciuis, seu
» quodlibet animans id fuerit, felicitatis suæ modum cõsequatur, necesse est, At qui imperite, in
» opportune'q; haurit in summa miseria, atq; infelicitate uiuat oportet. Itẽ unusquisq; nostrũ, q̃q̃
» unus est, duos tamen intra se comites habet, quorum consilio utitur, utrũq; amentem, & alterũ
» alteri contrarium, nomẽ huic uoluptas, illi dolor est. Singulos præeunt futurorum opiniones,
» quarũ nomen cõmune spes est. Proprium eius, quæ dolorẽ præcedit, timor, eius, quæ uolupta
» tem, fiducia. Hæc oĩa præcedit ratio, diiudicans quid melius, aut deterius sit rationis, deinceps
» cõsilium aureum, fortunatũ'q; esse ait, ac hoĩes priuatim, & publice huic obtẽperantes, uirtute
» præstare, uitam'q; felicissime agere. Quin etiã secundo eius operis libro, duplex esse uitę genus
» scribit, alteq; iucũdissimũ, iustissimum alteq;, & q uitã uiuũt iustissimã, eos felicissimos esse, con
» tra qui iucũdissimam sine uirtute, eos esse miserrimos. Itẽ qui uirtute p̃ditus uitã uiuit, sua mo
» destia, tẽperantia, iustitia felix, beatus'q; est, siue magno, & p̃ualido corpore sit, siue paruo, atq;
» ĩbecilli, & siue diues sit, siue pauper. Si uero opib⁹, plus etiã, q̃ Cinyras ille, aut Midas excellit,
» iniuste aũt uiuit, ꝓfecto` ĩfelix est, oẽm'q; uitam acerbissimam ducit. Quinto etiã libro, dum qb⁹
officiis colat' animus, quibus uitiis negligat', exponit, uoluptatis usum neglectũ, ac dedecus aĩo
parẽre his uerbis declarat. Quin etiã quoties uoluptatibus, ꝑter legis, & laudis rõnem ĩdulget,
minime animum colit, immo spernit, & ignominia afficit, cum scilicet malis, pœnitendis'q; fa
» cinoribus eum patitur compleri. Mox addit, animum esse rem omnium, quas homo possidet,
» maxime diuinam, nec aurum omne, quod sub terra, supra'q; terram est, cum uirtute eẽ æquipa
» randum. Tum uoluptatũ, dolorum'q; rationem describit, & uitæ genera, atq; hominum uolun
tates complexus, negotia exponit, quæ uita deligenda, quæ uitanda sit, demõstrat. Modestam,
ac temperantẽ deligendam censet, luxuriosam uitandam. Plus etiam uoluptatis in temperãtia,
» & castitate, plus doloris in luxuria, & libidine esse his uerbis existimat. Qui recte iudicat, uitam
» continentem, ac temperantem statuit in unaquaq; re placidam esse, atq; trãquillã. habet enim
» hæc uiuendi ratio tum dolores, tum uoluptates moderatas, ac mediocres, cupiditates etiam le
» ues, & amores non effrenatos, aut furibundos, luxuriosam autẽ cõtra, in unaquaq; re inquietã,
» ac perturbatã uehementes habere tũ dolores, tum uoluptates, cupiditates intẽsas, atq; insanas
» amores urgentes, & supra quã dici potest inflammatos. Voluptates etiam in temperantia plu
» res esse, quã m dolores, in luxuria autem contra, tum amplitudine, tum etiam copia, aut cõtinua
» tione. unde fit, ut uita altera iucundior, altera acerbior necessaria naturę ratione sequatur. Qui
» ita q; læte, & iucunde uiuere cupit, caueat ne uiuat luxuriose. Ad hæc libro sexto uoluptatem
ueneream incensam dicit, quo uerbo acumen uitii, & temeritatem, & furorem significat, quẽ
ĩpetum incensum, modo ratione moderandum, modo metu legum cohibendũ præcipit, &
» septimo libro. Mea, inquit, sententia est, ut recte uiuendi ratio, nec uoluptates appetere, nec do
» lores omnino uitare debeat, sed mediocritatem quandã seruare, & colere, quod núc leuiter mi
» ti nomine exposui. quã quidem animi dispositionem, Dei etiã esse quadam celebris oraculi fa
» ma recte ab omnibus existimari potest. Hãc igitur habitus, mediocritatem expeti ab eo, qui di

uinus futurus

» uinus futurus est, censeo oportere, suumq; arbitrari officium, nõ modo ne ipse uoluptatibus se
» permittat, quibus potiri non sine dolore potest, uerũ etiam, ne alium uel seniorem, uel iuniorẽ,
» siue marem, siue fœminã, ita affici patiatur. ita suos homines ad uirtutem hortabatur Plato, ut
suis etiam diis, his scilicet inferioribus, & regioni aereæ præsidẽtibus, qbus & uoluptates, & do
lores accidere gentiles putabant, eos cuperet æquari. Atqui libro octauo, præter alia pleraq; ne
» cessaria, quæ paulopost proferemus, homines, inquit, cõtinentes, & uoluptatũ uictores felicissi
» me triumphare, molles autem, & a` uoluptatibus pessundatos instar mancipiorũ, duci infelices,
» & miseros. Cauere etiam eos, qui bene, beate'q; uitam agere uolunt, nõ modo a` maris, sed etiã
» a` mulieris ĩnuptæ nefanda libidine, nec aliam, quã suam quẽq; uxorem pertingere, nec spurios
» procreare, & genitale semen irreligiose mandare pellicibus. Nono etiam non modo eum, qui
cũ puero, sed etiam, qui cum muliere innupta se miscuerit, mortis supplicio cõdemnat. Adul
» terum etiam lege sanxit, impune occidi a` uiro posse. In Phędone autẽ temperãtes dicit, nõ eos,
» qui uoluptates cum uoluptatibus permutant, nec eos, qui timore quodã, ne aliis, quas cupiunt,
» uoluptatibus priuentur, ab aliis abstinent, & ab iis, quas appetunt, tenẽtur. Quod etiam his usu
» uenit, qui præseferre modestiam uidentur. superant enim aliqua genera uoluptatũ, cum tamen
» ab aliis superentur, ut plane` propter luxuriã, atq; libidinem alteram, tẽperantes esse in altera ui
» deantur. ergo non tales temperantes esse, sed eos, qui omnem uoluptatem prudentię rationi'q;
» postponunt, & officio debito, uel omnem uoluptatis usum despiciunt, uel honeste admittunt,
» hos temperantiam colere, & uera, ĩtemerata'q; uirtute decorari, cęteros lineas quasdã, atq; um
» bras habere uirtutis, nõ ueritatis, aut ĩtegritatis speciem possidere. At in Theæteto coitum illi
» citum iniuriam uocat, & inertẽ p̃uictionẽ, lenocinia etiã ꝓbro dat, & obstetrices honestissimas
» recusare auspicũ officiũ dicit, ne forte incidãt lenocinii finitimã culpã. in Phædro quoq; hoĩem
» luxuriæ deditũ pecudi similẽ dicit, & flagitiosum, ĩpudentẽ, uoluptatis non naturalis auidũ uo
» cat. Multa etiã alia refert cõtra inhonestũ, turpẽ'q; amorẽ, de qbus tũc dicemus, cũ ad eũ locum
uentũ erit, in quo aduersarii calũniæ, quas ĩpudẽter ex eodẽ sermone fingit, refellẽdæ erũt. Cę
terũ ĩ Gorgia Calliclem Socrates uehementer reꝑhẽdit, q; dicẽdi facultatẽ ita tractaret, ut nihil
laudare posse uideret', nisi qd' uoluptatẽ p̃staret, & delitiis, luxuria, atq; licẽtia, mõ tute percipi
possent, uirtutẽ, felicitatẽ'q; describunt, nec modũ cupiditatis, aut uoluptatis ullũ statueret, sed
quo affluẽtius uoluptates undecũq; possent hauriri, eo meliorẽ, beatioré'q; agi uitã cõtenderet.
Doliũ hoc eẽ illud danaidũ facete Socrates dicit, inexplebilẽ ĩstã uoluptatũ satietatẽ, & animi
» luxuriã, atq; effrenatã libidinẽ, monetq;, ut ꝑ uita lasciua, & libidinosa, quã laudat, modestiam
» deligat, & paucis ꝓtentus sobrie, honeste'q; uiuat. Tũ pluribus interiectis, hoc postremũ addit,
ut hõ tẽperans, iustus, & reliqs uirtutib⁹ p̃ditus, ꝑfecte, absolute'q; felix sit, & cõpos bñ, beate'q;
uiuẽdi, luxuriosus aũt iniustus, ĩprobus sit, miser, atq; ĩfelix. Itaq; eũ, q felicitatẽ optat, tẽperan
tiã expetere oportere, luxuriã uero deuitare, & q̃ magis ueloci, ac p̃cipiti cursu põt, aufugere. Ex
qb⁹ fit ut aduersarii ĩprudẽtiã satis admirari nõ possim, qd' ꝓtra ueritatẽ manifestissime disserẽs,
latere se posse existimauerit. quis. n. locus apud Platonẽ, nõ plenus est laudibus cõtinẽtiæ, tẽpe
rãtiæ, modestiæ, ꝓstantiæ, patiẽtiæ, tolerãtiæ? Quis nõ uitia reꝑhẽdit, & reprimit, atq;, ut uirtu
te felicẽ, sic uitio miseq; fieri unúquẽq; declarat? qs postremo nõ ad uirtutẽ hortat', & a` uitiis re
trahit sũmo studio, cura, & uigilantia? an forte latinos hoĩes fallere se posse aduersarius cẽsuit?
At ne latini qdẽ authoritatẽ tãti phi unius homũcionis uerbis, deiicere aĩs potuissent, & græcos
facile erat ueritatẽ rei detegere, & falsam, atq; iniustã criminationẽ cõfutare, atq; refellere, sed
oĩa, quæ ꝑ sua diuina sapientia de uirtute, & moribus Plato conscripsit, hoc loco repetere non
est necesse. rem. n. immẽsam aggrederemur, & oratio uoluminis modũ nimis excederet. Qua
propter iis, quę diximus, contenti, posthac doctissimoq; uirorum, & omni uirtutis genere illu
strium testimonia petemus, q Platonẽ ita uixisse memorãt, ut uirtutes, quas scribit, & probat, et
laudat oĩ uita sua excoluisse mirifice fateantur. Quo in loco græcos authores, qui uitam Plato
nis innocentissimam admirantur, atq; extollunt, sponte omittam, quanq̃ plurimos habeo, im
mo fere` omnes, qui aliquid unquã scripsere, quod eo ꝑsilio facio, ne aduersarius oblatrare pos
sit, authores græcos, ꝓpterea uberius Platonẽ laudasse, quia Aristoteli inuiderũt, latinos dũ
taxat testes citabo, de qbus nullam huiusmodi suspicionem mentiri obiurgator auderet, uerum
quæ de ortu Platonis, tam a` latinis, q̃ a` græcis authoribus, eodem modo narrant' in præsentia
prætereo, ut scilicet Perictiona mater prius, q̃ cum marito congrederetur, dæmonis cuiusdam
aspectu conceperit, atq; enixa fuerit, ut infanti, dum adhuc in cunalibus esset, examen apum cir
ca ora præteruolans labellis insederit, & postq̃ aliquãdiu ĩmurmurauerat, abiit, ut Socrates per

quietem uiderit, cygnum primo in uolucrem ſuis genibus aſſediſſe, mox uero uolucrem factũ, ſuauiſſimo quodam cãtu in cœlum aduolaſſe. Poſtridie uero cum Plato ad eum ueniſſet, ſeq; illius doctrinæ tradidiſſet, illis, qui aderant, dixerit, hunc eſſe illum cygnum tam ſuaue canentẽ, quem pridie per quietẽ uiderat, hæc inquã omnia prætereo. At illud certe prætereundum non eſt, ideo ſe Platonem in academiam cõtuliſſe, locum non ſolũ deſertum, ſed etiam peſtilentem ut partim cura, & aſſiduitate morborum, partim ſolitudine, corporis irritamenta compeſceret, ac partem animi, rationis expertẽ moderaretur, rationiq; ſubiiceret, ſicq; libidinis impetũ frangeret, & modeſtiam, continentiam, temperantiam ſequens, nullam aliã uoluptatem, q̃ ſtudioſe gereret, & modeſtiam continentiam, temperantiam ſequens nullam aliã uoluptatem, q̃ ſtudioſe
» ſentiret. Hæc enim de eo refert ſanctiſſimus uir Hieronymus, in eo libello, quem aduerſus Io-
» uinianum eloquentiſſime ſcripſit. Plato, inquit, cum eſſet diues, & toros eius Diogenes lutatis
» pedibus cõculcaret, ut poſſet uacare philoſophiæ, elegit Academiam uillam ab urbe procul, nõ
» ſolum deſertam, ſed etiam peſtilentem, ut frequentia morborum, ſimulq; ſolitudine, libidinis
» impetus frangeretur, diſcipuliq; ſui nullam aliã ſentirẽt uoluptatem, niſi earum rerum, quas di
» ſcerẽt, ita fiebat, ut academiam colentes, cæteris omnibus curis omiſſis, duntaxat philoſophiæ
» uacarent. Quo certe pertinere uidetur Platonis illa deſcriptio, qua philoſophiam definit, eſſe
mortis meditationem, atq; illud quoq;, quod in Phædone ſcriptum eſt, debere philoſophum mortem expetere. neq; enim iſta ſignificant expetendam eſſe animæ diſſolutionẽ a corpore ante, quam præſtitutum a Deo tẽpus aduenerit, quod Plato nefas eſſe dicit, ſed debere quẽq; animum ab hac mole corporea, & uitiis hinc, atq; hinc ſcaturientibus erigere, & quantum fieri poteſt, omni cantagione carnis ſequeſtrata, in ſola profundiſſimarum rerum contemplatione uerſari, legat, qui uelit Macrobii librum de ſaturnalibus, & bipartitam hanc mortis diuiſionem inueniet, ut altera natura accidat, altera ex uirtute proficiſcatur, quã præcipi a Platone cõfirmat, eamq; eſſe cũ aĩus adhuc iunctus cũ corpore, uoluptates corporis reſpicit, & oĩbus uitioſe uinculis ſolutus ad nobiliora erigit, ſtudioq; ad ſuperiora, & natura ſua digna ſublimis euehitur, legat p̃terea ſapientiſſimũ uiꝝ, & uere diuinũ Aureliũ Auguſtinũ, cuius duntaxat grauiſſimo, firmiſſimoq; teſtimonio, oĩa ineptiſſimi obiurgatoris cõuitia, & maledicta debilitari, diſſolui, infringi, reiici poſſunt, & longe qdem facilius, quã tela aranea rapidiſſimo uenti fragore diſrumpi, nec certe ſine admiratione uel legi, uel audiri poſſunt, quæ a tãto uiro dicunt, libro nãq; de uera religione, Platonẽ ſcribit diſcipulos ſuos docere ſolitũ, ut a uenereis uoluptatibꝰ abſtinerent, pſuaſumq; ſibi haberẽt, ueritatẽ non corporeis oculis, aut ſenſu aliquo, ſed ſola mẽtis puritate uideri, ad quã percipiendã nihil magis ĩpedimento eſſe, quã uitam libidinibus deditã, & falſas imagines reꝝ ſenſibiliũ, quæ nobis p corpus imprimunt. Itaq; ſanandũ in primis eſſe animum ad pcipiendã incõmutabilem reꝝ formã, & eodẽ modo ſemp ſe habentẽ, atq; omni ex parte ſibi ſimilẽ pulchritudinẽ, ipſum pr̃eterea Platonẽ, uitam cœlibem, ac caſtã ſemp uixiſſe, propter, qd uſqueadeo timuiſſe puerſam tẽporum ſuoꝝ opinionem, ut ſacrificaſſe naturæ phibeatur, quaſi peccatũ expiare uellet, q; liberos nõ pcreaſſet. Sic Auguſtinus de Platone refert, Quo teſtimonio, quid amplius dici, quid certius poteſt? Quis enĩ excepto aduerſario, tam ĩprobus, tamq; ab omni ueræ rõnis cogitatione remotus ſit, ut Platonẽ incõtinẽtẽ, aut libidinoſum fuiſſe exiſtimet, quẽ Auguſtinus, cũ de uera religione ſcriberet, in exemplum caſtitatis adduxit? Legimus etiam Platonẽ ab ipſis iam inde ĩcunabulis uſqueadeo modeſtũ, & grauẽ fuiſſe, ut raro ſubridere, ridere nunq; uiſus ſit. Mercedẽ a nemine unquã exiis, quos docebat, exegit, ultro etiã oblatam reſpuens. Iræ tam continens fuit, ut ne in ſeruos qdem unq;, quod inauditũ eſt, uel fecerit quicq̃, uel dixerit iratus. Virgis, ĩquit, aliquãdo te cæderẽ, niſi iratꝰ eſſem, & rurſus, cũ q dã ex eiꝰ ſeruis grauiter erraſſet, ad Xenocratem, qui tũ forte aderat, puerſus, uerberato tu, inqt, puerum, ne ego per iram concitatius id agam. Continentiam autem cibi, & potus tãtam in eo fuiſſe tradunt, ut non ſolum delicatiores epulas, & opipara conuiuia ſpreuerit, & bis tantum in die cibum ſumere conſueuerit, ſed tantum duntaxat per omnem uitam ſumpſerit, quãtum ſatis eſſet ad uitæ neceſſitatem, oliuis tantum academicis, & uili pane, atq; aqua cõtentũ fuiſſe accepimus, quem uictum, quantum ſomni ſequi ueriſimile eſt, tantũ dormire ſolitum, ſcilicet, non plus, q̃ quod ſatis eſſet ad euitandam ex nimia uigilia malam ualetudinem. Cæteros etiã, quod ex primo libro de legibus conſtat, ſolebat admonere, ut nocte ſurgerent ad res tum publicas, tum priuatas obeundas. Somnum enim immodicum, & corpori, & animo obeſſe dicebat, parumq; inter mortuum, & dormientẽ intereſſe, itaq;, ut quiſq; uiuere, & ſentire cuperet, ſic uigilare oportere, quantum ſalua corporis ualetudine id fieri poſſet. Hæc omnes tã græci, q̃ latini de Platone perhibent, & latiſſime referunt. Quanq̃ ego, ut inſtitui, breuiter ea percurro, ne in

rebus notiſſimis

rebus notiſſimis longior ſim. Quis enim ueſtrum uiri latini, non legit laudes de uita, ac moribus Platonis, apud M. Tullium, apud Quintilianum, apud A. Gellium, Apuleium, Macrobiũ, reliquoſq; linguę latinæ authores, quos enumerare lõgiſſimũ eſſet? Quot, & quãta uir ſapientia, & morum integritate inſignis. L. Anneus Seneca de Platone honeſtiſſime refert in epiſtolis ad Lucilium, in libro de ira, de beneficiis, reliquiſq; operibus, quam mores illius admiratꝰ, & pro exemplari quodam uirtutis pulcherrimo conſtituit? Quantam ſplẽdor, & decus Romanæ linguæ M. Tullius Platoni laudem tribuit? Omnes profecto quocũq; te uerteris illius uirtutem admirantur, etiam ſiqui opinione ab eo diſſentiunt, quod etiam ab ipſo, quem modo nominaui, M. Tullio aperte explicatur in libro, quem Thuſculanas queſtiones inſcribit. Credamus igitur, inquit, Panętio a Platone ſuo diſſentiente, quem omnibus locis diuinum, quem ſapientiſſimum, quem ſanctiſſimum, quem Homerum philoſophorum appellat. At ſi Auguſtinus, & Hieronymus, non modo ſciẽtia præclari, ſed etiam uita, & moribus tales ſunt ut in religione noſtra pro ſanctiſſimis uenerẽtur, & Platonem quidem teſtantur optime, ĩtegerrimeq; uixiſſe, quis hoc nõ ſatis teſtimonii eſſe exiſtimet, & hunc uirum iure optimo arbitretur omni uirtutis genere ornatiſſimum fuiſſe? Ita Plato non modo ſuis operibus, ſed optimorum etiam uirorum teſtimonio ſine ulla culpa, ſine reprehẽſione, ſanctiſſime, innocentiſſimeq; uixiſſe demonſtratur, nec eſt, qui rem hanc in controuerſiam unq̃ traxerit, præter aduerſarium.

De amore, & eius differentia.
Amorem caſtum, in ſacris literis celebrari.
Bonos recte, ſyncereq; interpretari, malos nequiter.
Socratem reprobare Lyſiæ oratoris de turpi amore ſermonem.
Quo modo Phædrum amauerit Plato.
Qui ſit animus uere felix.
Qui non ſint beati, q̃q̃ infelices, ac miſeri non ſint.
Animos poſt. X. millia annorum eodem, unde uenerint, redire.
Qualis ſit dialogorum forma.
Quibus perſonis ſoleat Plato ſententiam ſuam in dialogis explicandam committere.
Quem amorem Plato laudet.
A definitione ſemper incipiendum eſſe.
De partu quodam amoris.
Labores, & pericula propter gloriam ſuſcipi.
Quæ ſit optima ratio amoris.
Epigramma Platonis.

Caput II.

Vnc eius argumenta aggredior, & quoniam nefandi amoris crimen in primis Platoni obiicit, quibus id rationibus oſtendere conetur, poſt uidebimus. Nunc de amore aliquid diſſeramus. Equidem non is ſum, qui neminem unquam incidiſſe ĩ amores illicitos, ac per libidinem ſcelus commiſiſſe exiſtimem. neq; enim negari poteſt plures ex omni natione extitiſſe natura puerſa, & deprauatis moribus, qui non animos, ſed corpora marium amant, inſtar eorum, qui, ut Plato inquit, fructus appetunt. Quippe & Apoſtolus Paulus in epiſtola, quã ad Romanos ſcribit, eos nefandi amoris arguit, et Plato nõ ſine cauſa idipſum & reprehendit, & lege uetat. Sed illud animaduertendum eſt, nõ omnem amorem uitioſum eſſe, ac turpẽ, ſed quemadmodũ pleraq; alia cõmuni nomine appellata, diuerſam habere rationem, & partim honeſtum, partim turpem conſtitui, quod non modo ex iis, quæ gentiles authores ſcripſere, ſed etiã ex ſacris noſtræ religionis literis oſtendi poteſt. Gentiles enim amorem ſiue cupidinem, ſicui ita uocare magis placet, quanq̃ non apte hoc omnibus locis dicĩ poteſt, duplicem eſſe uoluerunt, ne eadem uia, eodemue affiatu animos hominum incendere, ſed alterum, ut nimis pueriliter ſentientem, nulla ratione regi, ac inſipientium ſolummodo animis inſidere, libidinis, atq; luxuriæ comitem, impudentem, ſceleſtum, ad id, quod male appetit temere ruentem, alterum honeſtum, modeſtum, uerecundum, cõſtantem, ſanctum, beatum, caſtitatis, continentiæq; cuſtodem, benigne animis afflantem, & amantem, obſeruãtemq; uirtutis, itaq; cum unum amoris ſit nomen, non eaſdem, ex utroq; prodire actiones, quẽadmodum pudoris quoq;, & contentionis eodem permanente nomine diuerſæ actiones ſunt. Nẽpe hominicultus profuit, nocuitq; pudoris, ut Heſiodus inquit. Cõtentionis item genus non ſim-

» plex, sed duplex est, ut.n. idem poeta, inquit, Hæc puersa nimis, digna est laudarier illa. Aduer
» sos q animos longe propellere tendunt. Quid igitur mirum si beneuolētia honesta & sancta,
idem nomen habet, cum turpi, fœdo q affectu? Honestum hoc genus amoris, quem Plato cœ-
lestem etiam, ac diuinum appellat, in literis quoq sacris celebrari uidemus, quemadmodū Sa-
lomon specie quadam elegiæ sacra cantica modulatus est, quæ nisi quisq pro sua, & scribentis
uirtute iudicet, male de uiro illo diuino sentiat necesse est. Profecto ita natura comparatum est,
ut qui castitate, ac moderatione animi præstat, quæcunq huiusmodi uerba in meliorem partē
accipiat, qui uero propriis sceleribus coinquinatus est, omnia perperā interpretatur, & pro suis
» moribus & sentit, & iudicat. Sed quid sponsus ille apud Salomonem loquat, attēde. Quàm
» pulchra es amica mea, q pulchra es, & decora, oculi tui columbarum, capilli sicut gregis capra
» rum, quæ ascenderunt, de monte Galat. Dētes sicut greges tonsæ, quæ ascēderint de lauacro,
» Labia tua, ut uitta coccinea, & eloquiū tuum melle dulcius. Sicut fragmē mali punici, ita genæ
» tuæ, & sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cū ꝓpugnaculis. Vbera tua, sicut duo
» hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in liliis. Tota pulchra es amica mea, & macula nulla in
» te est, ueni de libano sponsa mea, ueni de libano, uulnerasti cor meum soror mea, sponsa mea,
» uulnerasti cor meum oculis tuis, & crine colli tui. Quid sponsa? dilectus meus candidus, & rubi
» cūdus, electus ex millibus, caput eius aurum optimum, comæ eius sicut elatæ palmarum, nigrę
» quasi coruus, oculi eius sicut columbę, genę sicut areolæ aromatum cōsitæ a pigmētariis, labia
» distillāt myrrhā primam, manus tornatiles aureæ plenæ hyacinthis, uenter eburneus distinctus
» sapphyris, crura columnæ marmoreæ fundatæ super bases aureas, species eius, ut libani, lectus,
» ut cedri, guttur suauissimū, & totus desyderandus, talis est dilectus meus. Et plura alia ad hūc
modum amatoria uerba, quę siquis peruertat, & male intelligat nō minus cantica Salomonis,
q Platonē libidinis uenereæ arguere poterit. Dionysius uero Areopagita, uir sanctissimus, qd
quarto de diuinis nominibus, capite de amore locutus fuerit, uideam⁹, uel potius, quid ante eū
Hierotheus dixerit, uir sanctimonia uitæ præclarus, qui Dionysii præceptor fuit, cui⁹ sentētias
» ex amatoriis hymnis ipse Dionysius accipit, Amorem, inquit, siue diuinū, siue angelicum, siue
» intellectualem, siue animalem, siue naturalem dixerimus, uim quandam uniendi, cōtinēdi q
» intelligere debemus. Item plures, & uarios amores de uno ait prodire, deumq ipsum esse au-
thorem generalem, cæteros singulares, qui ex illo proficiscantur, & ad eundem unū & cōplica
» tum amorem redeant, & coniungatur. Hunc præceptorē suum Dionysius secutus, Omnia, in-
» quit, summum bonum, honestum, & pulchrum petunt, affectant, diligunt, tum propter ipsum,
» tum ipsius gratia, & superiora a suis inferioribus amantur per conuersionis respectum, inferio-
» ra a suis superioribus per prouidentiam, paria a suis paribus per cōmunicationē, quęq se ipsa
» amant per conseruationem. Deniq omnia per appetitū boni, honesti, & pulchri, & uolunt, et
» agunt q̄cunq uolút, & agūt. Ausim dicere, uere enim ipsum etiā rer⁹ oīum authorē, & principē
» propter suæ bonitatis exuperantiā, quæq amare, quęq agere, perficere, seruare quæq ad se con
» uertere, est q amor diuinus bonus boni propter bonum. Ipse enim amor omnium rer⁹ author,
» & effector præcipue, supraq modum præexistens ī summo bono noluit se infœcundum in eo
» dem manere, sed mouit ad agendum per exuperantiam omnium rerum genitiuā. Sed quoniā
amoris nomen magna ex parte minus honeste accipi solet, quàm modeste aures pati posse ui-
» deantur, quid ea causa idē doctor dixerit, animaduertendū. nemo nos, inquit, existimet præter
» usum literarum sacrarum amoris nomen probare, quasi dicat, rudem siue improbum esse, qui
non sermonis sensum consyderat, sed uerba rimatur, & speciem sequitur, quam illa prætendūt.
Plura quoq similia de eadem re scribit, docēs ne alienam quidem uerborum speciem aspernā-
dam esse, dum uis, & sententia sermonis incolumis seruetur. usum enim uerborum, propterea
duntaxat necessarium esse, quia sensus nostri moueri aliter nequeāt, hæc latius ab eo scribunt,
& nomen amoris, haud alienum esse a sacris literis demonstratur. Ne, inquit, hæc de amore di
cta a nobis putet quispiam aliquid in sacris literis innouare, audiant qui amoris, aut amorum
» uocabula aspernantur. Amato ardentius eam, & te seruabit, uallo eam munito, & te extollet,
» honore eam prosequere, ut te amplectatur, & reliqua, quæ per diuinos amores dicunt. Diuus
» etiā Ignatius ita scribit. Meus amor crucifixus est, & alius amator pulchritudinis ei⁹ factus sum.
» Item alius. Incidi in amores tuos, pinde quasi in puellarū amores. ergo nomen hoc siue amo
» ris, siue amorū minime formidare debemus. Nihil est enī, quod nos ea causa turbare, ac detere-
» re possit. Nam si recte uerba sanctorum theologorum animaduertimus, nomē caritatis dilectio
» nis, & amorum, pro eodem accipi uidetur. Sed ne, si plura afferam documenta, nimis in lon-

gum oratio

gum oratio nostra uagetur, Caput illud Dionysii de amore legendum arbitror, siquis plura no
sce uoluerit, mihi satis in præsentia sit, tum sanctorum authoritate, tum sacrarum literarum exē
plo demonstrasse, amorum nomen non semper uitio dari, sed fieri sæpenumero, ut qui se amo
re teneri, aut amoribus excitari, aut ardere dicit, non continuo incontinentiæ damnandus sit.
Sed iam, quid Plato de eadem re senserit, & an cōsentanea sacris literis locutus sit, uideamus,
ac primo Phædrum, deinde conuiuium in medium proferamus. Quos sermones obiurgator
Platonis in primis criminatur, & libidinis arguit. In Phædro igitur, siue Plato, siue Socrates
apud Platonem loquens, orationem, quam Lysias orator de amore turpi ediderat, non modo
non probat, sed in eam acerrime inuehitur, & eiusmodi amorem insectatur, arguit, detestatur.
O Iesu bone, qua animi integritate, qua ui uerborum, qua copia dicendi, peruersum illū, & sce
leratum, & nefarium affectum damnat, quàm turpem, fœdum, pernitiosum, tam amanti, quā
amato esse ostenditur? Et quidem cum definire ipsum amorem uellet, audi quibus uerbis orsus
» est. Ita statuendū est, inquit, duo quædam genera esse in nobis, quæ dominantur, & regunt,
» quæ q nos sequimur, quocunq duxerint. Vnum est innata in nobis uoluptatū cupiditas, alte-
» rum aduenies opinio affectatrix boni, hæc aliàs consentiunt inter se, aliàs dissentiunt, & mo-
» do hoc, modo illud superius est. Cum itaq opinio illa ad id, quod optimum est, ratione ducit,
» & superat, tum huic potestati nomen est temperantia, Cum autem cupiditas temere trahit ad
» uoluptates, & principatum in nobis obtinet, contumelia uocatur, quod genus, ut uarium, &
» multiplex est, ita in plures partes secatur, quæ singulæ pro sua cuiusq cōditione nomen sibi cō-
» sentaneum uendicant, & ut quæq uictrix extiterit, sic hominē suo nomine appellari facit, haud
» certe honesto, uel digno, uel liberali. Cum enim in edendo rōnem optimam, cæteros q appeti
» tus superarit, gula nuncupatur, & homini ita affecto hinc uendicat nomen. Rursus cum per e-
» brietatem uicerit eò ducens hominem, quonam appellari nomine debeat, apertum est, & reli-
» qua his germana, & germanarum cupiditatum nomina, ut quæq uicerit, manifestum est, quo
» nosse sint uocanda, sed quorsum hæc, & si iam ferè constat, omnia tamen clariora fiolent eē, cū
» dicta sunt, quàm cum non dicta. Cupiditas igitur, quæ sine ratione superat opīonē, ad recta tē-
» dētem, rapitq ad uoluptatem formæ, postq a germanis, quæ sub ea sunt circa corporis formā,
» cupiditatibus cōfirmata uictrix euadit, & hoiem ducit ab ipsa insolentia, q res insolita, & absq
» more sit, amor appellatur. Tum paulopost, quāta ignominia, quantū dedecus, quantum in
cōmodum ex amore uitioso, & turpi amatore redūdet, Plato exponit, & tū amorem huiusmo
di fœdum, atq teterrimum, tum talem amatorem perfidum, molestum, pernitiosum, labē hu-
» mani generis, & fortunarum excidiū esse ostēdit. Postremo animaduertere, inquit, adolescē
» tule, & certo scire oportet, animum hominis te amātis, haud tibi beneuolum esse, sed perinde,
» ut in ciborum desyderio, satietatis causa incendi, & quemadmodum a lupis agnos, sic ab ama
» toribus pueros amari. Ita Plato quid amor turpis, & qualis sit explicat, ut nihil dici melius pos
sit, nihil eruditius, nihil doctorum nostrorum sententiæ cōuenientius, qui libidinem, & omnē
uitiosum amorem reprehendunt, modestiam, continentiam, & temperantiam cōmendant, &
prædicant. Quæ cum ita sint, quis iure Platoni succenseret, aut detrahere possit, & amoris tur-
pitudinem ei obiiceret? Atqui reclamabit aduersarius Phædrum a Platone amari, fateor, sed nō
talem se amatorem exhibet Plato, qualis erat Lysias, & cæteri, quos detestat, cauere q ab his,
quasi a peste quadam, atq pernitie hortatur, & consulit, uerum talem, qui honesto, sancto q
amore deinctus ducem sibi statueret formæ, quam cernerent elegantiam, ad summā illā, inau
ditam q uoluptatem cœlestem, quam non minus ipse, q quiuis nostrum sanctissimus author fu
turam hominibus, qui uirtutem colerent, opinabatur. Sed obiurgator noster, turpe illud & sce-
leratum, non pium hoc syncerum, & felix amoris genus respiciens, exclamat pro nefas, & lati
nos hortat, ut Phędrum Platonis legant, quasi turpem Platonis amorē in eo possint intueri,
» Legite, legite, inquit, ipsum Phædrum, qui non creditis, aut ab eis, qui legerunt, nisi Platoni fa
» ueāt, quæritote. Quem Phædrum quæso nominas, in quē ita inueheris? Certe nihil istiusmo
di huic nostro accommodari, aut infligi potest, quem si æquioribus oculis introspicere uoluis-
ses, neq ipse te uidens fortasse, uolens q decepisses, aliqd ex iis, quæ modo protuli, intelligere
potuisses in Phædro, & ueritatis ipsius ueneratione Phędrum adorares, tanq diuini amoris ra
tionem, atq doctrinā. Sed legite quæso Phædrum uiri latini, nihil enim impedio, immo rogo,
& oro, & in eo interpretando operā meā libentissime præsto, ut hominis calumnias, & falsò
obiecta crimina percipere aperte possitis. Et hęc enim, quę nos exponimus, & alia longe plura
ad eundem modum in eo comperietis, aut si malueritis audire, ab iis, qui legerint intelligetis,

modo eruditi sint, nec, quales uelle uidetur aduersarius, idocti. Sic enim dicit, nisi Platonis laudi faueant, quasi quis esse queat, qui, cum Platonem intelligat, possit laudi eius non fauere. Idē profecto & doctrina profecit, & Platonis laudator est, idē & iudex idoctus est, & Platonis uituperator. Quæritote, inquit, ab iis, qui legerunt, ita prosus, sed a doctis hominibus, non ab imperitis, rudibus, & furiis, ut aiunt, agitatis, sed cur ipse uobis non ea, quæ uituperat, in medium proferat, sicut nos ea, quæ laudamus, exponimus, & digna laude esse demōstramus? Nempe qa pro libidine animi sui, illa reprehēdit, & quæ ipse non potest ferre, alios, ut legant, hortatur, legite legite inquiens, quæ ego sine stomacho lectitare non possum. Scilicet hic longe uobis honestior est optimi uiri, quos ad ea legenda mittit, quæ ipse referre, quia obscœna sunt, non potest. Atqui Platonis dicta, utrum talia essent, debuit demonstrare, prolatis in medium, quæ stomachari uidebat, uerbis authoris, ne mētiri, calumniari, & in hoīem, quem, ut cæteros omittā, Augustinus, & Hieronymus, uiri sanctissimi tantopere laudant, inuehi temere uideretur. Vel quia proferre nihil nisi aduersus se poterat, nihil protulit, sed mittit latinos ad Phædrum legendum, qui, si literas nesciunt græcas, qui legere possunt? Si sciunt cur eos testes non adhibet? sed ad legendum transmittit. Enimuero ista tergiuersatio, nec docti, nec probi hoīs est. neq; enim damnari quēpiam fas est, nisi uel errorem fassus, uel testibus conuictus fuerit. Quorum neutrū aduersarius quærit, sed suo unius iudicio eum, quem accusat, quasi dictatoria potestate cēset essе condemnandum. At quemadmodum Platonis setētiā referat, uideamus. Pro` nefas, inqt, pro` inquam nefas, eorum beatam fore` uitam ausus est scribere, quos Deus aliquis amatū, atq; amantem contusos, liquefactos'q; in unum ex duobus hoīem rediget, legite librum, qui de cupidine inscribitur, quemadmodum in breuibus, atq; stagnis saxa plerūq; latentia subsunt, ita oīs doctrina eius, sicut adulteratum aurum lapidi admotū, subalbet, & orichalcum, si proiiciatur in ignem, prodit, Sic fallacem sub specie rerum bonarum scelerum congeriem suboстendit. Hæc sunt aduersarii uerba in Platonem, ubi primo animaduertendum est, q; Platonem dicit sub specie rerum bonarum scelera docuisse. ergo amās & amatus, quos p amore beatos futuros Plato affirmat, speciem honesti non sceleris præseferunt, etiam ipsius aduersarii sententia. Sic'q; reprehendi Platonem nefas est, sin saxum in his latet, ut aduersarius scribit, ostendendū id primo est, post reprehendēdū, & exclamandum, pro` nefas, nam si nō latet, & tuta omnia sunt, auide nimis, & frustra exclamatur, pro` nefas, & ipse potius, qui ita exclamat, q̄ Plato deridēdus est, uerum, quoniam tuta sunt uniuersa, & per uirtutem unicuiq; uiam, & domicilium præbent, nihil tale demonstrare potest, ideo'q; quod peruersi hominis est, exclamādo subterfugit, & fallere auditorum animos conatur. Hoc igitur modo, uel quæ ipse fingit, uituperat, uel sibi repugnantia loquitur, cum sermonis speciem reprehendat, quam bonam esse confitetur. Nos autē & speciē honestā, quod aduersarius nō negat, in Platonis oratiōe seruari dicimus, & quod ipse fingit, negamus, atq;, ut nullam ipse rerum, quas cōmētatur, rationem affert, sic nos uerā illam, & necessariam rationem adducimus, quod si Plato sub specie honestatis scelus suaderet, profecto non idem scelus tam aperte in eodem sermone reprehenderet, nec palàm honestum amorem laudaret, turpem uero detestaretur, quod ne leuis quidē, & rudis homo faceret, ne dū Plato uir in dicendo grauissimus. Tum etiam quod mores Platonis, qui a` tot optimis, atq; doctissimis uiris laudantur, nō fallacem induunt speciem, sed quod proferre uidentur, idem intra sese conplectuntur, & excolunt. Verum quid aduersarius suopte ingenio hominibus honesta beneuolentia deunctis addiderit, uideamus. Ita tamē, inquit, ut utriusq; uoluptas permaneat. Sic enim futuræ, inquit, ut nunq̄ ardor ille libidinis extinguatur, nunq̄ uoluptas minuat, nunq̄ amor commutetur, sed una, eadem'q; perduret, atq; permaneat, si in unum confusi eisdē semp amoribus uoluptate, libidine'q; perfruantur, hæc & si non recte intelligunt, illud tamē sibi uelle aduersarius uidetur, ut amans cum amato per libidinem quandam turpem coniungatur. qd Plato apertissime execratur, & amentem, qui ita amat, nō amātem appellat, quippe honesto, pio, sancto'q; amore coniungi animos præcipit, quod & aduersarius ipse cōcedit, cū Platonem dicit sub specie rerum bonarum fallacem congeriem scelerum ostendere, quod si Platonis sermo præsefert speciem honestissimi amoris, certe quæ turpia ab aduersario & scribuntur, & uituperant, nō Platonis, sed ipsius aduersarii eē certum est, quod ex ipsius quoq; Platonis sermone perspici facile potest, in quo nihil tale est, quale refert aduersarius. ¶ Cū itaq; Plato de amore modestissimo sermonem se habere fateatur, & quod ab eo scriptum est ea specie, qua docetur, accipere debeamus, profecto aduersarius perinde agit, ac si uirum aliquē religione uenerandū publice prædicantem (Sic enim concionantes hodie uocant) cōtra turpem, nefandum'q; amorem, & quēadmodum

rem, & quemadmodum pie, ac sancte amandum sit, docētem, sceleratus aliquis id ægre ferēs eum maledictis infectetur, & quod improbarit, detestatus'q; sit, agere ipsum mentiatur. Sic plane` facit aduersarius iste Platonis, introducit enim Phædrum Atheniēsem adolescētulum, narrantem perquam multos pulchritudinis suæ turpes amatores habuisse, quasi hoc uitium commune Athenis esset, & tamē Platonē summū philosophum, & magistrum bonorum morum uituperat, q̄ eundem Phædrū moneret a` turpibus amatoribus cauēdum esse, & quo pacto honeste amandi adolescentes essent, doceret, cū summa cōmendatione, & laude uirtutis. Lysiam uero oratorem laudat, cuius oratio detestabile istud scelus, quod a` Platone reprehēditur, adolescenti Phædro nititur suadere. Quæ cum ita sint, quis dubitet aduersarium, non ratione aliq̄, sed duntaxat malignitate animi motum in hæc aduersus Platonem iurgia prorupisse? cuius uitam, si aliorum testimonia quærimus, omnes laudant, si ex ipsius sermone colligimus, non nisi piam, & honestam, & sanctam possumus iudicare. uerū id quidem uix tolerabile uidet, qd ad uersarius ea, quæ grauissime, honestissime'q; a` Platone suo iudicio dicuntur, dedita opera præterit, quæ uero in conuiuio, & a` persona qualibet referūtur, ut his propositis habeat Socrates quid possit reprobare, ea auide complectitur, & partim addit aliqd, partim adimit, partim pertuertit, ac suo arbitratu cōmutat, & paginas male literatas sordibus complet, ac fœda uerborū suorum colluuione commaculat, hac una re fretus, ita fore, ut homines, qui Platonis libros nō legerunt, uaniloquentia sua decipi facile possint, sed, ut magis hominis puersitas pateat, et quo modo Platoni tribuat, quæ ab eo dicta non sunt, uideatur, proferenda sunt loca ipsa Platonis, & an tale aliquid in his sit, quale aduersarius simulat, attendēdum. neq; enim, pro` nefas, a` nobis exclamandum est, nec, ut Phædrum, aut conuiuium homines legant suadendū, quod ideo aduersarius facit, quia nihil, quo sustentare possit calumnias suas inueniens, & omni rationis præsidio destitutus, quo` se uertat, non habet, incerta'q; incertis probans, pro cōclusione iurgiorum congeriē affert. Sed quæ aliter a` Platone dicta sunt, q̄ ipse recitet, explicabo, nihil addens, aut cōminuens, aut mutans, aut instar aduersarii deprauans, atq; corrumpens, qn authoris sententiam syncere, & de uerbo, ut aiunt, ad uerbum, interpretabor. Cū itaq; Plato in Phædro Lysiæ orationem, quæ fœdum, ac detestādum amorem suadebat, reprehēdisset, & libidinis uitiū, ortum'q;, & incrementū eius ita docuisset, ut non modo authoritate, institutis'q; maiorū suoq;, sed etiam ratione credere quisq; cogeretur, rem turpem, ac noxiam esse luxuriā, tum quot modis amoris nomen, de quo agitur, accipi possit, ostendit. Itaq; duplicem esse amorē dicit, alterū terrestrem, atq; uulgarem, alterum cœlestem singularem, & plane` diuinum. Hunc quidem laudabilē esse, & omni studio, opera, ac diligentia expetendū, illum uero reprehēdēdū, uitandū'q; tanq̄ humano generi pnitiosum, & hunc quidē cœlestem, ac diuinū amorē, furorē etiā uocat, sed sanctum furorem, & diuino quodam instinctu prouenientem, ac ueluti raptu mentis cuiusdam numinis complexum, & formæ cōtemplationem, quā Aurelius Augustinus incōmutabilem, & eodem modo semper se habentem, atq; undiq; sui similem pulchritudinem interpretatur. Furorem enim haud simplicem esse, Plato existimat, sed primo bifariam diuidit, ut unus ab humanis morbis fiat, alter diuina quadam mentis alienatione. Mox partem hanc laudabilem quadripartito distribuit. Vnum diuinatione contineri statuit, alterum initiationibus. tertium poesi, postremum sancto, felici'q; amore, tum bona, & utilitatem, & commoda singulorū furorū, quæ modo enumeraui, commemorat, & nequis amoris nomen uelut anceps repudiet, Ne id, inquit, uereamur, nec ratio nos ulla deterreat, quasi homo mente cōstans potius, quàm alienatus in amicum deligendus sit, sed illud si demonstret, uincat, genus hoc amoris, qd' ego probo, non utile a` diis immortalibus datū amanti, atq; amato. Quo in loco animaduertēdum est, quomodo Dionysius in iis, quæ superius retuli, non modo sensu, sed uerbis ipsis Platonis usus sit, cū de amore loqueretur. Ergo hoc nomē amoris, inquit, minime formidare debem⁹. nihil est enim, quod nos hac de causa turbare possit, aut deterrere. Plato igitur, nec uereť, nec in deligendo amico prohibendum existimat, quo minus furentis hominis familiaritas constantis hominis amicitiæ præferatur. Sed si illud demōstret, inquit, uincat genus hoc amoris, quod ego probo non utile datum a` diis immortalibus amanti, atq; amato. Nobis autem contra demonstrandum est pro summa felicitate datū esse id genus furoris, quod cū demonstrare apertius uellet, repetit de immortalitate animorum, rationem, animos'q; immortales esse declarat, atq; æternos, tum ad ipsius animi formam uenit, ac occultis quibusdam, profundis'q; sentētiis eum indicat, ut mos eius est, dum de rebus diuinis, & intelligibilibus loquitur, quippe bigarū alatarum, aurigæ'q; specie animum repræsentat uidelicet rationē eius aurigæ, irā, & cupiditatē

equis comparans, sed iram equo probo, & pulchro, cupiditatem cõtra. Itaq; aurigam nõ sine difficultate posse bigam regere ostendit, cum par illud equorum ex contrariis naturis constet, animum igitur, quãdiu integer, & alatus sit, sublimẽ ferri, inquit, & diuino frui aspectu, ubi uero alas amiserit, deferri, quoad solidum aliquid nactus fuerit, tum terrenum corpus subeuntem constituere animal mortale, atque imortale, ali itaque, augueri'q; animi alas, dum pondus sibi coniunctum sublime tollunt, quo genus deorũ incolit, bonitate'q;, & sapientia, & pulchritudíe animus præstat. minui uero, & perire, dum uitiis animus deprauatur, atq; degenerat. neq; per ardua usq; ad cœli conuexum sectari numina potest, bigarum prauitate auersus, quæ nõ æque iugi equorum concordia pergunt, alterum enim equorum sua improbitate deorsum labi, & pondere suo deferri in terram, quando ab auriga non recte institutus fuerit. Animum igitur, q deum ducem optime sequitur, q̃q̃ non sine molestia equi uitiosi, nec sine labore, tamẽ ad superi cœlestem illam regionem tandem euehi, ubi res uere substantes contempletur, & scientia, iusti tia, modestia, temperantia uera pefruatur. sciẽtiam dicit, non qualis rebus generabilibus tribui tur, & diuerse in diuersis comprehenditur, sed quæ in uere entis ratione contemplanda semp per, & diuerse in diuersis habetur. Sic de iustitia temperantia, reliquis'q; uirtutibus par ratio est, & hunc esse uere, eade'q; habetur. Sic de iustitia temperantia, reliquis'q; uirtutibus par ratio est, & hunc esse aíum felicem, beatum'q; ostendit. Qui aũt nõ satis securus est, sed modo superarit optatũ illud quexũ, modo defecerit, & equoꝝ discordi itinere, partim aspexerit, partim nõ, hunc, & si non miserũ, non tñ felicem appellat. Reliquos sequi quidem desyderio regionis superioris, sed sua imbecillitate collapsos in imum deferri, & interim uitio aurigarum plures collidi, læsis'q; cruri bus fieri claudos, plures confractis alis effici tardiores, omnes longo labore frustra consumpto exortes uisionis summi entis abire. Tum defatigatus cibo opinabili recreari, & lapsos í terram subire corpora, quibus egressos p̃ sua quosq; anteacta uita citius, tardius'ue redire, unde descen derint. Postquam purificati grauiori, leuiori'ue pœna fuerunt, hæc omnia quis non uideat ho nestissime dici? Quid uero deinceps, quasi fœde, ac turpiter dictum aduersarius inuadit. Nul lum aíum Plato ait, nisi post decẽ millia annorum instaurato alarum remigio eodem, unde ue nerit, redire, præter eius animum, qui digne philosophatus sit aut amori pulchritudinis, ut phĩ losophũ decet, ita ídulserit. hos enim tribus annorum millibus recuperatis alis euolare eo' pos se, unde descenderint, hoc est summum illud iudicio aduersarii crimen, qd' Plato indulgendũ amori censuit, hoc scelus uocat, hoc uituperat, hoc detestatur, ita clamitans, quasi Platonem in furto deprehendisset. At si Plato amorem in officio synceræ philosophiæ cõstituit, profecto' is sceleratus est, qui sceleris Platonem accusat, non ille, qui honestissime, castissime'q; amare præ cepit, siue puellæ, siue pueri nomine placeat aduersario amoris obiectum statuere, puer, inquit, aduersarius a' Platone nominatur. Ita est, sed cur non sine iusta causa, satis ex iis quæ de Lysiæ oratione dicta sunt, intelligi potest, & tamen si rursus etiã breuiter dicemus, nõ erit absurdum. Lysias, cuius sceleratissimam orationẽ aduersarius p̃bat, ita Phædro suadere uidebatur, ut pue ri quinam eorum amore caperentur, minime aduerterẽt, sed quoties cum cõmodo eorum fie ret, libidini obsequerentur, etiã eoꝝ, qui non amore capti eos adirent. Quod Lysiæ scelus Pla to in eodem puero, quem ille nominauerat, reprehẽdit, ac detestatur, & primo quidẽ turpem, nefandum'q; amorem execratur, mox uero quo pacto quis honeste amare possit, puerum, quẽ turpiter Lysias amabat, ostendit, ita Plato pueri non puellæ nomẽ iusta causa motus usurpauit, amori'q; pueri honeste, & ut philosophi officium est, indulgendum dixit, q̃q̃ sub hoc nomine omnem hominum honestã, ac probam conditionem, cui amore possumus, beneuolentia'q; cõ iungi, intelligit, & pulchritudinem, uenustatem, cõueniẽtiam diuinam, ad cuius exemplar ho mo formatus est, sui animi oculis cernit, ac ex creaturis, ut Paulus apostolus ait, ad rem inuisibi lem dei intelligendam, contemplandam'q; reducitur, oculorum, inquit, in nobis est sensus acer rimus, quibus sapientiam non cernimus. Quam illa ardẽtes amores excitaret sui, si uiderentur? Hanc igitur pulcherrimam sapientiæ formã, quæ oculis percipi nequit, mentis acie, & philoso phię studio, solertia'q; indagandam hortatur, hunc amorem probat, & laudat, qui nõ sordib⁹ naturæ inuolutus est, sed ad excellentem, iucundissimum'q; Dei aspectum aspirat, & tendit, hoc captum amore non dubitat repetere cœlum facilius posse, ita adolescentulum constituit in de litiis, ut id seruetur, quod diuus Apostolus ait, omnia diligentibus Deũ cooperant' in bonum, & quanq̃, ut alter ille uir sanctissimus dixit, incidisse te fatearis in amorem dei, quasi in delitias puellarum, nihil tamẽ sit, quod te amasse pœniteat. Quod si aduersari⁹ præter turpem amorẽ, diuinum quoq; illum oculis interioribus, & mentis lumine cernere uoluisset, non statim amo ris nomine audito, tam fœdã, nefandam'q; libidinem animo concepisset, & Platonem censuis

set tantopere

set tantopere reprehendendum, agit sane' hirudinum more, quæ feces semper, partẽ'q; sangui nis uitiosam fugere, salubrem uero, integram'q; relinquere solent, quærit duntaxat circũquaq; quibus calumniari innocentem possit, & cum nihil afferat ex Platonis sermone documenti, ni hil íterpretet', quod turpitudinẽ amoris redarguat, fæuit, & huc, atq; illuc lingua fœdissima de bacchatur. Nos uero, quã ueritatis uiribus freti Platonis causam agamus, attendite. Hierotheũ uirum nostræ religionis sanctissimum, idem, quod Platonem dixisse ostendimus. Cũ enim hic amorem, distingueret, præter cætera eius genera, animale genus constituit, quod uim uniendi, continendi, seruandi'q; haberet, & ab uno primo, uniuersó'q; amore, qui deus est, proficiscereť, eodẽ'q; rediret, atq; ex hac siue animi, siue corporis uenustate, quæ participatione, ac delibatio ne quadã diuinæ pulchritudinis habetur, ad ipsam ueræ, diuinæ'q; uenustatis rationem ascen deret. Plato uero soli animo philosophi restituto alarum beneficio patere eodẽ, unde uenerit, aditum scribit, propterea q̃ philosophus, dum uitam sua p̃fessione dignam agit, repetit ea me moria, quæ olim in diuina sede conspexerat, & hæc est inquit, recordatio illorum, quæ noster animus a' Deo comitatus aliquando uidit, cum despectis iis, quas nunc esse dicimus, rebus stu dio contẽplandi ueriss̃imi entis ad' suprema illa emersisset, unde fit, ut sola integri philosophi mens alas recuperet. Quippe ad ea semper, quantum fieri potest, memoria incúbit, ad quę deus semper intendens diuinus est. Huiusmodi igitur recordatiobus qui recte utitur, perfecta sem per perfectione solus uere perfectus efficitur. Sed cũ a' studio rerum humanarum se retrahit, & rebus diuinis hæret, reprehenditur a' multitudine, tanquam mentecaptus, atq; insanus, cum ta men ipse deo plenus multitudinem lateat. huc ergo tota nostra oratio tendit, ut quartum furo ris genus declaret, quando quis hic uisa pulchritudine, aliqua ueræ illius uenustatis reminiscaťe, alas'q; recipiat, quibus euolare conetur, sed cum id facere nequeat, tanq̃ auis superna aspiciens, & inferiora contemnens, quasi furore correptus reus agitur. hæc igit' omniũ alienationum o ptima, & ex optimis orta cõtingit, tam habenti, quàm participãti, & qui hoc furore concitatus est, amore uenustatis tenetur, & amator dicitur, nam, sicut dictum est, omnes hominum animi suapte natura diuinas res íspexere, alioquin nunq̃ in hæc animantia descendissent. Verum ex iis, quæ hic sunt, reminisci illorum non facile omnibus est, neq; iis, qui illa breui tempore aspe xerunt, neque iis, qui huc delapsi infelices fuerunt, neq; iis, q cõsuetudine quadam deprauati, sacra, quæ aliquando uiderant, obliuioni tradiderunt, perpauci itaq; supsunt, quibus satis me moriæ sit, qui quoties similitudinem aliquam eorum, quæ illic inspexerant, uident, obstupe scunt, & quasi mente alienantur, quæ tamẽ istæc affectio sit, quoniam non satis sentiunt, igno rant. Iustitiæ igitur, & temperantiæ, & reliquarum rerum, quæ præclare animis insunt, nullũ lumen clarum, nulla perfecta similitudo est, sed porobscura quædã instrumenta ad illam iusti tiam, & alias ueras uirtutes reducimur. pulchritudinem uero tunc cernere apertissime fas erat, cum in cœtu illo felicissimo cõspectum, uultum'q; diuinum intuebamur, nos quidem comites Iouis, alii uero aliorum deorum, initiabamur'q; sacris, quæ licet beatissima dicere, eaq; integri celebrabamus, & malorum omium expertes, quæ nos in in posterum expectabãt, uisa etiam ĩ tegra, syncera, stabilia, solida, beata, per cęrimonias sanctas, pura in luce aperiebantur, puris no bis, atq; hoc onere liberis, quod nunc circũferentes, corpus, uocamus, in modũ ostreæ illud in duci, sed hæc memoriæ concedantur, per quam desyderio rerum illarum prolixiorem sermo nem habuimus, pulchritudo autẽ, quemadmodum diximus, inter illa elucebat, & nunc ex iis locis, in quos deuenimus, perspici a' nobis potest per sensum, quem omnium efficacissimũ ha bemus. Visus enĩ in nobis sensuũ nostri corpis oíum acerrimus est, quo sapientiã nõ cernimus. incredibiles enĩ sui excitaret amores, siquid eius simulachrum oculis nostris expressum habere mus, idem'q; cætera amabilia facerent. Nunc uero hoc uni pulchritudini datũ est, ut & illustrĩ or sit, & amabilior. Qui igitur iamiam initiatus non est, aut qui est deprauatus, nõ subito hinc ad illam diuinæ pulchritudinis rationem reducitur, cum hic uestigium, & nomen illius sentit, itaq; non ueneratur, nec pie aspicit, sed per uoluptatem ístar pecudis profusus aggreditur, et ne fandum maris concubitum appetit, contumelioseq; agens, non metu, non pudore retrahitur, contra naturam uoluptatem secutus. Atqui initiatus iam est, & plura tũc diuina inspexit, quo ties formam liberalem, & diuinitus delibatam uenustatem, quasi incorpoream quãdam speciẽ uidet, horret primum animo & formidine quadam sicut in diuinis ante conturbatur, mox ue ro intuens, quasi Deum ueneratur, & colit, ac nisi uehementioris furoris uulgarem opinionem timeret delitiis suis, quasi sacræ statuę, & immortali Deo sacrificaret. Quemadmodum igit' lo cutus Plato fuerit, iam uidetis, quem aduersarius turpem amorem probasse, laudasse, consuluis

» se affirmat. At ille amorem, & uenustatis humanæ consuetudinem castissime ad contemplan/
» dam diuinæ pulchritudinis rationem aspirare posse fatetur, sed solos eruditos, ac philosophiæ
» studiis incumbentes. hos enim excellenti uirtute, ac sapientia informatos moueri sanctissimo
» impulsu, felicí q; cursu eo` efferri, unde descēderunt. Nihil est igitur, ut Dionysius ait, quod nos
» turbet, aut deterreat nomine amantis, aut capti amore, aut amati. rudis enim inquit, ac temera
» rii hominis est, non uim rei attendere, sed uim facere uelle uocabulis. Solent certe de nomi
» bus altercari, qui non diuinas res exquirunt, sed sonos uerborum sectantur, & aurium tenus ea
» recipiunt, quæ mente uolutare, recto, pioq; iudicio debuissent. Nolunt quippe inquirere, quid
» uerbum hoc significet, & quemadmodum idem aliis quoq; uerbis expressius eodē seruato sen/
» su, possit exponi, sed elementis, formulis, & nominibus friuolis, stolidís q; argutiolis inhærent,
» quæ minime ad numen animi penetrant, sed foris per labra, & aures obstrepunt, q̄si non liceat
» quaternarium numerū, si bis duo potulerim significare, aut homines si mortales dixerim, aut
» patrem, si genitorem, aut aliud, quod perinde ac plures aliæ partes oratiōis significet. Hoc mo/
» do nonnulli peruerse contendunt, cū scire, probare q; debeant uerbis nos uti uel scriptis, uel nō
» scriptis, ut sensum necessarium moueamus, non, ut mentem, aut intelligentiam ad uocabulorū
» legem obligemus. Sic diuus Dionysius homines, qui uerba reprehendunt, quorum sensus in/
» teger est, ut rudes, & temerarios increpat, cōtemnit, ac pro nihilo habet. Plato uero post ea, quę
» modo protulimus, amoris tam honesti, q̄ turpis occupationem sapientissime exponit, tum ra/
» tionis cum libidine contentionem, & pugnam, iræ præterea, uel cum ratione societatem, uel tā
» cum ea ipsa ratione, q̄ cum libidine dissidium, atq; omnibus rationē disputandi eisdem de re/
» bus amplissime, commodissime q; ministrat. Capitur, inquit, qui amat, hoc modo, quēlibet ani
» mum ab initio huius nostræ fabulæ trifariā diuisimus, ut duo quædā genera essent, quæ equo/
» rum speciem gererent, tertium, quod auriga. eodem modo nunc illa nobis seruentur. equorum
» itaq; illorum alterū probum, alterum improbū diximus, sed quæ nā uirtus probi, aut quod im/
» probi uitium sit, non dum dictum est. Quamobrem dicendum iam censeo. Probus igitur ille
» corpore procero, compacto, robusto q; est, ardua ceruice, naribus leuiter aduncis, colore cādi/
» do, nigris oculis, appetēs honoris, sed modestæ, ac uerecūdæ, & bonæ ueræ q; existimatiōis stu
» diosus, item agilis, promptus, iussu tantum, & uerbo regi idoneus. Alter uero corpore intorto,
» fuso, male composito, ceruice rigida, breui collo, naribus aduncis, surdus etiam, & uix flagello
» stimulís q; obtemperans contumeliosus, temerarius, insolēs. Cum igitur auriga uenustatem, &
» elegantiam obiecti aspexerit, toto animo feruet, & desyderio rei amatæ allicitur. Tum equus, q
» aurigæ obtemperare cōsueuit, solito pudore, quin in amatum desiliat, se sustinet, alter uero nō
» stimulis, non uerberibus, non habenis cohiberi potest, sed exultans ui fertur, & socium equum,
» aurigam q; perturbat, & rapit ad suas delitias, & uenereę gratiæ meminisse cogit, illi principio
» resistunt, & moleste ferunt, ut qui rem pati coguntur iniquam, & grauem. Demum, cum nullus
» exitus rei malæ in præsentia pateat, cedunt, & sequuntur, facturos se polliciti quodcūq; iussum
» fuerit. Cūq; ad ipsas delitias puenerint, splendorē q; eas sensserint, cōfestim auriga memoria re
» petit uēustatis naturā, & rursus caste aspicit, fixā q; pudico solo obseruat. Timet etiā & reuocās
» gradū labi supinus, simulq; habenas retrorsū trahit, usqueadeo uehemēter, ut uterq; equus se/
» moribus innixus resideat, sed un⁹ ultro, q nullo mō aurigæ resisteret, alter uero, flagitiosū dico,
» admodum inuitus. Cūq; longius aliquanto discesserint, alter pro uerecundia, atq; stupore sum/
» mo sudore totum animum perfundit. Alter sedato iam dolore, quē a` freno, lapsu q; acceperat,
» uix recreatus maledictis per iram socium, atq; arigam lacessit, quasi formidine, & pusillanimi/
» tate loco cesserint, deseruerint ordinem, & nequaq̄ promissa seruauerint, ac rursus ad idē repe/
» tendum inuitos hortatur, eo q; accedere impellit, recusant illi, & ut in aliud tēpus differat, pre
» cantur, uix in præsentia impetrant. Vbi uero iam tempus statutum aduenerit, cuius illi haud me
» minisse se simulant, hic rem ad illorum memoriam reducens, impellens, hinniens, trahens, tā/
» dem denuo cogit delitias petere. Cum q; iam haud lōge absunt, procumbēs caudā tēdit, frenū
» mordet, impudētissime q; enixus, omni conatu trahit. Auriga item eodem, quo ante, modo eni
» titur, & quasi de termino flectens, resupinus habenas longe uehementius trahit, dentes eq fla/
» gitiosi reprimit, linguam, & os cruore inficit, crura, & femora solatio addicta graui dolore per/
» turbat. Cū q; hoc modo sæpius tractatus equus a` contumelia, flagitio q; desiterit, obtemperat
» iam humilis, atq; aurigæ consilium sequitur, & ubi aliquam pueri liberalem formā aspexerit,
memor cruciatus propemodum metu iterit. Sic Plato sustinet prauum appetitum, sic libidinē
coercet, & eam, quam aduersarius concedi, probari, laudari, scribit, exterminat, potest ne quicq̄

iniquius dici,

iniquius dici, aut a` ueritate magis alienum, quā quod homo iste cōtumeliæ plenus fingit, & uirum honestissimum, ac sapiētissimum criminatur? Videte uiri optimi, quanta hominis huius calumnia sit. Phædrum quidem legendū a` uobis suadet, quasi in eo res fœda, ac turpis a` Platone probet, & tamē quid in Phædro dicat, iam intellexistis, diuersum plane, quā aduersarius assereret. Quippe amor turpis eiicitur, uituperatur, exterminat, honestus uero, ac pius probat, laudatur, extollitur. Verum aduersarius Platonē uituperat, ab eius q; disputatiōe ita abhorret, ac refugit, quasi in graueolentia, aut uenefica animalia incidisset, orationem uero Lysiæ prose quitur laudibus, & consilium eius probat, qui scelus, quod Plato detestatur, aperte, & suadet, et consulit. Ac nequis fortasse existimet nos odio aliquo ista fingere, ut aduersarius ea fingit, quæ nunq̄ Plato aut probauit, aut sensit, dicta illius proferam, & partem oratiōis Lysiæ interpretabor. Totam enim conuertere cum longum esset, tum minime necessarium, siquidem ex parua illius particula facile totius orationis sensus percipi potest, facit hic prosopopeiam quādam risu dignam, & Phædrum introducit laudantē orationem, de qua loquor, his uerbis. Ibi oratiōnē Lysiæ perbreuem, quasi diuinam, mihiq; perutilem Socrati perlegi. Hæc aduersarius. quid uero oratio probet, quam ipse perutilem, & diuinam existimat, pudet certe dicere. Id enim suadet, ut Phędrus, & quicūq; adolescētulus, nō propterea a` prętstando alicui turpi, atq; nefando obsequio temperet, quod illū sui amore ardentem non uideat, a` quo desyderatur, sed cuicūq; sine discrimine obsequatur, modo sibi commodum sit, potius q; libidini illius obtēperet, a` quo minime amatur, quā eius desyderium expleat, quem sui amore flagrantem intelligit. Talis est uiri optimi oratio Lysiæ, quam aduersarius amat, laudat, in cœlum tollit, nec perutilem solū, sed etiam diuinam appellat. Lysias aūt ipse, & si minus se Phędri amore captum simulabat, non minus tamen, neq; honestius amabat, quā cæteri scelerati amatores faciunt, quod a` Platone in eodē sermone significatur. Erat, inquit, puer quidam forma eleganti, ac liberali, cuius
» amore capti pleriq; ut sibi obsequeretur, orabāt. Sed inter eos unus aderat fallax, fraudulētus,
» atq; occultus, qui cum nihilo minus, quā cæteri, amore pueri captus esset, ita tamen adolescē
» tulo suadebat, quasi ipse minime flagraret. Cūq; sibi obsequium aliquando ab eo peteret, ea ra
» tione hortabatur, quod non amanti potius, quā amanti obsequendum, ac gratificandum so
» ret. Hic est Lysias ille, quē aduersarius Platonis sibi amicum facit, & diuinam, ac perutilem habuisse apud Phædrum adolescentulum orationem dicit, ac iureiurando affirmat. Sed quid oratio ipsa Lysiæ sibi uelit, illius etiam uerbis attendendum est, ut quemadmodum Platonem iam loquentem audistis, sic etiam ipsum Lysiam audiatis. Sed ignoscite mihi obsecro, facit enī peruicacia, atq; importunitas aduersarii, ut loqui de rebus cogar, quæ sine pudore dici ab hone
» sto homine nequeant. Vnum igitur ex argumentis, quibus in ea oratione utitur, tale est. Sed
» si forte morē publicum metuis, ne, cum id senserint homines, probro tibi dent obsequiū, quod
» mihi præstiteris, uelim ita scias, eos, qui capti sunt amore, ut ipsi magnifacere res suas arrogan/
» tius solent, sic etiam cupere, ut ab aliis existimētur, itaq; uerbis se ambitiosius extollere, & iacta
» re res suas cum omnibus, quod bene, feliciter q; euenerint. At eos, qui capti amore nō sunt, quo
» niam continere se possunt, caute agere, &, quod tutius est, id hominū existimationi anteponen
dum cēsere. Quid ergo suadeat Lysias, quid Phædrū postulet, iam uerbis ipsius omnes intelligunt, nihil certe hac suasione turpius, nihil flagitiosius, nihil detestabilius esse, aut dici potest, & tamen ab aduersario probatur, laudatur, extollitur. Quantum inter hanc sceleratam Lysiæ orationem, & sanctissimam illam Platonis interst, iam uiri latini uidetis. Et tamē aduersarius Platonem uituperat, ac bonorum morum subuersorem uocat, Lysiam uero in cœlum tollit, & perutilem, ac diuinum uirum appellat. Sed de his satis. Quā uere enim in Platonem uir iste inuehatur, quem etiam in rebus apertissimis, nouas machinari calumnias non pudet, uestrum sit iudicium. Venio ad alterū Platonis sermonem, quem de cupidine inscriptum aduersarius dicit, hoc est Symposium Platonis, quod latine conuiuium dicimus, in quo uarie de amore a` compluribus agitur, ut in eiusmodi rebus fieri solet. Phædrus, Pausanias, Eryximachus, Aristophanes, Agathon, Socrates inter medias epulas loquuntur, & pro suo quisq; arbitrio amorē laudat, incipit Phædrus, sequitur Pausanias, mox Eryximachus. Tum Aristophanes, deinde Agathon, postremo Socrates. Cæteri igitur mistim de amore diuino, humano q; agunt, & uel laudant utrunq;, uel alterum laudant, alterum reprehēdūt, pro suis quisq; moribus, siue studiis, & ingenio. Hinc nactus occasionem aduersarius, quę uel a` poeta, uel ab oratore, uel ab aliquo adolescēte inter potum, uoluptatem q; conuiuii dicuntur, transfert in Platonē. Aristophanes quippe poeta comicus fuit, & ridiculorum, ac turpium uerborum uel author, uel simulator offi

cio suo fungit, & quod sibi decens sit, seruat. Narrat fabulas, & partim obscœna, partim ridi-
cula quædã admiscet, hic est q cõflari, & coalescere simul duos ardore amoris exposuit, quos
aduersarius cõtusos, & liquefactos in unũ interpretatur. Beatam etiam uitam iis, qui amore ita
deuincti fuerint, idem Aristophanes futuram pollicetur. Atqui Phædrus admodũ adolescens
amori uulgari, & publico fauens, honestũ Achillis, & Patrocli, atq; Alcestis, & Admeti amorẽ
peruertit, & in peiorem accipit partem, atq; ita demum laudat, cum minime laudandus sit, nec
ad Homerum quidem, aut aliquem nobilem authorẽ referri possit, nemo enim, cui fides adhi-
benda sit, amorẽ Achillis cũ Patroclo turpem fuisse ait, sed honestũ fuisse cũ cæteri, tũ maxime
Homerus fatet, q primus Achillẽ, & Patroclũ, singulari, mutuáq; beneuolẽtia deuinctos fuisse
cõmemorat. Hæc igit, quę ab Aristophane, & Phædro, seu quouis alio turpiter, quasi per iocũ
dicta sunt, obiurgator noster Platoni ascribit, & quasi sniam, ac decretũ eius reprehẽdit, pinde,
ac si ignoraret, hanc esse dialogi formam, ut, quæ reprobare uult author, ea prius, pbari ab ali-
quibus faciat, tales q; adhibeat collocutores, qui qd eos deceat seruent, & pro ratiõe suæ q; q;
personæ, & loci, & temporis loquant. Quod Plato pro more suo diligẽtissime seruauit. Nam
cum cæteri fœdum, atq; inhonestum amorem probassent, Socrates pluribus eũ uerbis insecta-
tus est, honestum q, & sanctum amorem digne cõmẽdauit. Quod omnibus fere dialogis suis
facere Plato cõsueuit. Aut enim Socratem introducit, qui ex opinione sua loquatur, aut aliquẽ
aliũ doctrina, & authoritate præstantẽ. Quinq; autem sunt personæ illæ, quibus tribuere Plato
suã sententiã solet, Socrates, Timæus, Parmenides, hospes Athemẽsis, & hospes Velinus. Cæ
teri omnes, qui apud eum disputant, suis opinionibus agunt, & ab aliquo eorũ, quos supra me
moraui, uel probantur, uel arguuntur. Quæ cum ita sint, quid ad tantam iudicii iniqtatem pos
sit accedere? quando ea, quæ Plato reprehẽdit, dãnat, refellit, aduersarius Platoni quasi ab eo
dicta sint, obiicit, & fœdissime calumniatur philosophum, qui uirtutis cultũ, ornatum q; & ser
uauit ipse semper, & cæteris, ut seruarent, consuluit, ac cum summa cõmendatione prædicauit.
Iam Aristoteli quoq; obiicere idem aduersarius posset, cum & ipse aliorum opiniones sibi pro
ponat, quas arguat, atq; confutet. Cur enim magis Platoni hæc obiici debeant, quàm Aristote-
li? cum non minus ab Aristotele, quàm à Platone scribantur, quę corrigi, reprehẽdi q; possint?
Sed, ut insanus esset, qui propterea detraheret Aristoteli, Sic amens planéq; ratiõis expers iudi
candus est, qui ista iudicet obiicienda esse Platoni. Ergo ubi cæteri conuiuæ, quemadmodum
diximus orationem de laudibus amoris habuerunt, ad extremum Socrates, ut qui grauissimã,
honestissimam, sanctissimam q; Platonis sententiam declaraturus erat, ac cæteros correcturus,
& quem nam amorem, colere, laudare q; deberent, eos docturus, quo pacto de amore, quasi
numine quodam diuino afflatus loquatur, animaduertite. Spernit hic quidem, omnem huma
num amorem, & labem naturæ, contagionem q; omnem mortalis generis exterminat, cœlestẽ
duntaxat, ac diuinam petit rationem amoris, illum probat, illum laudat, illum omnibus homi-
nibus amorem commendat. Ab eo autẽ orditur, ut quid sit ipse amor ostendat, quod in omni-
» bus rebus principium esse aptissimum dixit, tum in hoc libro, tũ in Phædro. Omnibus, inquit,
» in rebus adolescentule, unum illud initium seruãdum est iis, qui recte consilium capiunt, ut in
» telligatur, quid sit, de quo consultetur, alioquin aberrent prorsus necesse est. Primum igitur,
quis, aut qualis amor sit, exponit, quem cum cæteri egregia quadam statura, forma, & sapiẽtia
esse dicerent, deumq; laudando demonstrare conarentur, ipse interrogando, ut mos disputan
tium est, eo deducit, ut desyderio earum rerum, quas expetit amorem teneri, ob id q; inopem,
atq; egentẽ earundem rerum esse declaret. Neminem enim, quæ possidet, sed ea, quibus caret,
desyderare. Quod si amor, inquit, uirium, pulchritudinis, prudentiæ, sapientiæ, rerum prorsus
bonarum, honestarum q; desyderio tenetur, constat eum idcirco desyderare, qa caret, & subin
de non ualidum, non pulchrum, non sapientem, non aliquid ex iis, quæ desyderat, esse, quanq;
ne contrarium quidem, sed medium inter hæc esse ait, solitũ ad res bonas, ac laude dignas obre
pere, solicitum etiã, uigilantem, audacem, uersutum, callidum, foro uti, ad colendum, obseruã-
dum q; idoneum, machinantem aliquid semper, solertem, ingeniosum, prudentiæ cupidum,
omni uita philosophandi studio incumbentem, Sapiẽtem quidem non esse, sed sapientiæ stu-
diosum, ideoq; non deũ, nullum enim deum philosophari, aut effici cupere sapiẽtem. Etenim
cum dii omnes sapientissimi sint, & sapiẽtia uniuersas res forma, pulchritudine q; excedat, cu-
ius incredibili cupiditate amor ipse semper incensus est, profecto expeti ab amore pulchritudi-
nem, desyderari q; oportere, Quæ cũ ita sint, effici, ut amor plurimum hominibus ad beatitudi
nem cõferat, Bonis enim, quæ expetit, ac sibi magnope studet acquirere, felicitatem hominis

comparari, Audiendos item non esse illos, qui amantem sui dimidium dicunt quærere, quod
Aristophanes fabulose iocabatur, & cõflari quodammodo in unum, coalescere q; dicebat, quę
aduersarius Platoni tribuere non ueretur. Cum tamen Socrates, qui Platonis opinionẽ expri-
» mit, ita dicat. Mea quidem sententia, neq; dimidii amor est, neq; totius, nisi bonum sit, qd ame
» tur. Nam & pedes, & manus abscindi sibi homines patiuntur, si forte ea membra uitiũ contra
» here cœperint. Etenim ne sua quidẽ amare quenquã intelligo, nisi rem bonam suã putet, malã
» alienam, cũ nihil aliud hoies ament, quàm bonum. Cupiũt enim, & amãt, ut bonum sibi & ad
» sit, & semp adsit, ita, ut in summa, amor sit rei bonæ habẽdæ, semper q; habendæ appetit⁹. Par
tum quoq; amoris quẽdã fieri dicit, tũ corpore, tũ etiã animo. hominũ enĩ naturã, uterũ partim
corpore, partim animo gerere, cum q; iusta ætatis ratio uenerit, parturire, nec deforme, sed for-
mosum id, in quo pariat, petere. Maris itaq;, & fœminæ coitum partũ corporis esse, & hoc præ
clarum qddã esse, ac plane` diuinum, quod mortalẽ humani generis ꝓditionem faciat immor-
talem, id q; ipsum ab amore expeti, ut immortalis seruetur, & quod bonum est, fiat quantũ na-
tura patitur, hac rõne perpetuum. Hinc etiam labores suscipi ad res præclaras obeundas, quo
immortalis memoria seruetur, hinc pericula, mortẽ q; ipsam homines libenter subire, ut nomẽ,
immortalis memoria seruetur, hinc pericula, mortem q; ipsam homines libenter subire, ut no-
mẽ, gloriam q; apud posteros relinquant. An tu, inquit, censes Alcestẽ pro Admeto mortẽ op-
petere uoluisse, aut Achillẽ pro Patroclo, aut Codrum maiorem nostrum, pro imperio filiorũ
suorum, nisi uirtutis immortalem quãdam memoriam se relicturos existimassent? Omnes pro-
fecto` pro fama, pro gloria, pro nominis immortalitate, omne suum studium, operam q; consu
munt, & quo uirtute præstantiores sunt, eo` magis rebus agendis incumbũt. Sic igitur Socrates
differit, quo in loco animaduertendũ est, quam longe aliter Alcestis, aut Achillis amorem So-
crates, quàm Phædrus accipiat. Phædrus enim mortẽ illorum nõ satis honestam, Socrates ho
nestissimam ponit, siquidem eos pro gloria, & immortalitate nominis mortẽ oppetiisse fatet,
etenim Alcestem, tametsi propter immoderatum mariti amorem, tamen nõ sine laudis cupi-
ditate, mortem uitæ anteponendam duxisse, Achillem uero pariter, & honestissimo amori, &
immortalitati nominis ꝓsuluisse. At Codrum, partim boni, & gratissimi ciuis officium in pa-
triam præstitisse, partim filiis imperium suo interitu quæsiuisse, quæ certe aduersarii calumnias
ostendunt uanas esse, ac plane` pueriles. Sed amoris partum illum corporeum, mulieris, inquit,
gremium requirere, & ita per liberorum procreatiõem immortalitatem generis, felicitatem q;
acqri. At partu altero, qui utero animi in lucem ꝓditur, sapientiam, iustitiã, tẽperantiã, & reliq;
uirtutis genera procreari. hæc enim fas esse aĩum & utero ferre, & parere. Quæ siquis ab ineũ
te ætate ingenue educatus, eruditus q; conceperit, hũc postquã per ætatem licuerit, parere, fœ-
tum q; producere in lucem uehementer cupere. Itaq; formam petere liberalem, in qua partum
emittat. Turpem enim ad hunc partum suscipiendum, ineptam arbitrari. Quod si ingenium li
berale, ut natura fert, iunctum cum forma corporis liberali forte compererit, duci indicio cor-
poris ad uirtutẽ animi interiorem, quã sancto, immaculato q; amore complexum, ea uirtutis de
cora parere, quibus immortale nomẽ, & felicitas longe perfectior comparetur. Itaq; pręceptis
instituere optimis, rationes rerum docere, & omnino, quæ ante utero gerebat, edere in lucem,
summa cum utilitate illius, in quo parere statuit, alere etiam partum una` cum eo, & ambos lon
ge cõiunctiores uiuere, quã patres cũ suis liberis, cõstantiores etiam in amando esse, cũ procrea
tione contineantur liberorum multo honestiorum, ac diuturniorum, talium etiam facile dixe-
rim, quales sibi quisq; potius optaret, quàm quos Homerus, Hesiodus, cæteri q; poetæ reliqué
runt, aut quales Lycurgus, & Solon leges tutrices Reip. Lacedæmonioꝝ, & Athenienſiũ, atq;
uniuersæ Gręcię cõdiderunt. Hanc esse animi rationem amatoriam, cœlestis q; operã amoris,
parére q; eam cuiq; Socraces ait. Quanq; aliam quoq; amoris rationem statuit, in cõtemplanda
idea longe perfectiorem, ad quam tandem hanc ipsam refert, & ad summam felicitatem ascri-
bit, illam adipisci, ac possidere. Eundum enim ad ipsam rei rationem cẽset, & a` pulchritudine
corporis, ad ideæ, hoc est exemplaris pulcherrimi rationem, qua pulchra omnia uniũtur, docet
esse transeundũ. Animi etiam pulchritudinem, nobiliorem, quàm corporis statui oportere exi-
stimat, & legum, officiorum q; formam elegantiorem censeri, hinc scientiarum decorẽ petere,
& in pelagus tandẽ pulchritudinis dirigendo magnifice parere. Hic receptis, aucti, q; uirib⁹ re-
duci ad ipsam sciendi ideã, & pulchritudinis ratiõem, ac speciem, uere q; pulchrũ, & nihil aliud
» nisi pulchrum ipsum agitare. Qui enim, inquit, hucusq; amatoria facultate erudietur contem
» plando per ordinem pulchrarum rerum genera, hic ad extremum uidebit mirum quoddam
» pulchritudinis genus, uidelicet idipsum, cuius causa labor omnis susceptus est, hoc primũ qui-

» dem ſemper eſt, nec oritur, aut interit, neq; augetur, aut minuitur, præterea nō partim pulchrū,
» partim turpe eſt, aut interdum pulchrum, interdū turpe, aut in alia re pulchrū, in alia re turpe,
» aut aliis pulchrum, aliis turpe. Nec uero uidebitur ipſum pulchrum uelut facies quædā, aut pe-
» ctus, aut manus, aut quoduis corporis particeps, nec ſicut ratio, aut ſcientia quædam, nec in alī
» qua re poſitum, uerbi gratia, in animali, aut terra, aut cœlo, aut aliqua alia re huiuſmodi, ſed
» ipſum per ſe ſecum, uniforme, ſempiternum. Cætera uero pulchra ita illo participant, ut dum
» ipſa oriunt', atq; intereunt, nec augeatur illud, nec minuatur, nec pati aliquid poſſit. Cū itaq; ex
» his qſpiā per amorē honeſtū, & probū repetens, pulchrū illud ſupernū intueri cœperit, iā penè
» finē attigiſſe iudicandus eſt. Hæc eſt enī ratio illa recte in amore ꝓficiſcēdi, ſiue ſuo qs, ſiue alte
» rius ingenio utit', ut hinc ex pulchris, quæ apud nos ſunt, initiū capiat', ſupniilli⁹ pulchri gratia,
» q̄ſi per gradus ab uno ad duos, a` duobus ad omnia corpora, mox a` corporibus ad pulchra of-
» ficia, tum ab officiis ad pulchras diſciplinas, poſt a` diſciplinis ad illam diſciplinam, quę nō niſi
» pulchri ipſius diſciplina ſit, & poſtremo pulchrum ipſum per ſe cognoſcatur. Hac uitę ratione
» magis, q̄ alia uidendum in pulchro ipſo per ſe cōtemplando. Quod ſi uidere poteris, profecto'
» non tale tibi uidebitur, quale aurum, aut ueſtis, aut adoleſcentulus, quē quando aſpicis, admi-
» raris uehementer, & tam tu, q̄ alii plures amantes, ita aīo ardetis, ut his delitiis incūbere ſemp
» uelitis, nec cibus, aut potus uobis curæ ſit, modo illis frui poſſitis. Quod ſi hęc ita hoīem rapiūt,
» qd fore putandū eſt, ſiquis pulchrum ipſum ſummū, ſyncerum, purū, immiſtū, nō humana car-
» ne, non colore, non multis aliis mortalibus nugis implicitum, ſi ipſam inquā diuinam pulchri-
» tudinem uniformem ualeat intueri. Nū praui hoīs uitam exiſtimas illuc poſſe aſpirare, & qd'
» uidendum p̄cipue eſt, uidere, eidem'q; adeſſe? an tantūmodo homini uirtute prædito facultatē
» dari pariendi non uirtutis ſimulachra, ſed uerā uirtutem, quæ ab hoīe uirtutem adepto contin-
» gi poſſit? hanc aūt ueram uirtutem q peperit, educauit'q;, cariſſimus Deo eſt, & ſicui īmortali-
» tatis munus debet', ei ipſi deberi par ē. Hi ſunt uiri optimi amores illi Socratis, atq; Platonis,
hunc amorē, hanc uenerē, has delitias probarūt illi, & coluerunt. Sic amare, amari'q; hortātur,
ita patere in cœlum aditum amanti, amato'q; fatentur, hoc modo felices futuros affirmant, ſi
in contemplanda uera, diuina'q; pulchritudine uerſentur, nō ſi, quēadmodum aduerſarius ſcri
bit, in unum confuſi, eiſdē ſemper amoribus, uoluptate, libidine'q; perfruant', ita cū cæteri oēs,
tum in primis diuus Dionyſius diſcipulus diui Hierothei, diui'q; Pauli apoſtoli, doctor noſtræ
» religionis, primus accipiunt Platonis amorē. Et ueri, inquit, Dionyſius amoris, qui nō ſolum a`
» nobis, ſed etiam a` ſacris literis laudatur uniformē rationem multitudo capere, ſibiq; accōmo-
» dare non potuit. Sed ad diuiduum corporeū multiplicē, & diſpartitū amorem dilapſa eſt, qui
» nō uerus eſt amor, ſed ſimulachrū, uel potius lapſus ueri amoris. Iiſdē etiā uerbis ſanctiſſimus
uir, quibus Plato uſus eſt, cū de amore, quarto de diuinis nominibus libro loqueretur, ut dictū
iam, atq; oſtenſum eſt. Totū illud de amore caput, laus, & cōmendatio amoris eſt ex Platonis
ſermone deducta, nō modo ſenſu, ſed etiam uocabulis eiſdē. quod ſi obiurgator iſte ſententiā
Platonis uituperat, quid de ſanctiſſimis noſtræ religionis doctoribus dicet, qui eadē cum Pla-
» tone & ſentiunt, & loquuntur? Quid dicam, aduerſarius inquit? quos appellabo? qui mihi iudi
» ces erunt? hominū, aut dei fidem exclamabo? Sed cur tam uehemēter indignetur, moleſte'q; fe
rat homo, qui male, quę bene dicunt', accipere ſolet, nō uideo. iudices tū uidetur petere, & iam
iudices adſunt, Auguſtinus, Hieronymus, Dorotheus, Ignatius, Dionyſius, & ꝑmulti alii ſan-
ctiſſimi, ac ſapientiſſimi uiri, qui Platonis dicta, atq; ſententias probant, accuſatorē ipſum calu-
mniatorē eſſe iudicāt, fidem requirit hominum. Dei etiam fidem exclamat, quā penitus tollit,
dum amorem diuinum, quem Plato cōmendat, improbat, atq; uituperat. Sed, ut tam grauem
aduerſarii indignationem propterea fuiſſe intelligatis, quia Plato ſcelera improbarit potius, q̄
» probarit, audite quid Plato ipſe octauo libro de legib⁹ dicat. Hoc eſt, inquit, quod a` me dictū
» eſt, ingenium ſcilicet, atq; ſolertiam adhibere me poſſe ad hanc legem, quo uſus procreandorū
» liberorum, ut natura requirit, ſeruetur. Si abſtinent amare, ne genus humanum conſulto ita in-
» terimant, ſi cauent, ne in terram, & lapides ſemen iaciant, ubi nunq; actis radicibus, uim ſuā ge-
» nitalem, atq; naturam capere poſſit, ſi abſtinent ab omni fœmineo ſolo, in quo id, quod ſatum
» ſit, nequeat enaſci. Quinetiam ſi nobilem, innuptam'q; mulierē nemo tangere audeat, ſed ſua
» quiſq; contentus uxore uiuat, nec ſemina irreligioſa, & ſpuria pellicibus mādet, aut in marem
» præter naturam iaciat, inane ſemen, ac ſterile. An maris quidem hūc uſum prohibere omnino
» debemus. Mulierum aūt ita deſcribere, ut ſiquis cū aliqua congreſſus fuerit, præter eas, quas cū
» diis, & ſacris nuptiis domum duxerit, uel emptas, alio'ue modo acquiſitas habuerit, nec lateat

omnes ſic

» omnes ſic egiſſe, hūc ſi honore, ac laude Rep. priuari lege ſtatuerimus, recte ſancitum ſit. nono
» etiam libro huiuſmodi delictis ſupplicia ſtatuens, ſiquis, inquit, mulieri, aut puero, uim per libī
» dinem affert, impune ab eo occidi poſſit, cui allata uis eſt, aut a` patre, uel fratre, uel filio. Et ſi ma
» ritus uxorem uiolari repererit, interficere impune poſſit eum, qui uiolat. Sic Plato lege conſtī
tuit, necui liceat marem ad libidinem prouocare, quem aduerſarius bonorum morum ſubuer
ſorem, & in clunibus puerorum uerſari ſolitum dicit. Sic cum noſtris euangelicis legibus con-
uenit, quando ne mulieris quidem ſterilis, aut infœcundæ concubitum permittit. Quid de ea
re loquar, quam ſignificare uidetur, cum dicit, Si cauent ne ſemen in terram, & lapides iaciant'
His enim uerbis id uitii uetat, quod religionis noſtræ profeſſores molliciei nomine reprehen-
dunt, & dānant. Vſqueadeo rem omnem ueneream Plato ſemper deteſtatus eſt, ea dūtaxat ex
cepta, quæ procreādoꝝ liberoꝝ gratia ꝑmittitur, nec tā in alios, q̄ in ſe ipſū iudex fuit acer, atq;
ſeuerus. Quippe ne legitimis qdem nuptiis īmiſcere ſe uoluit, ſed itegerrime ſemp et caſtiſſime
uixit, qđ etiā ex dictis ſanctiſſimi, atq; ſapiētiſſimi uiri Thomæ Aquatis, ubi ſ ſecūda ſecūdæ de
» uirginitate loquitur, colligi poteſt. Legimus, inquit, Platonē unum apud ueteres abſtinuiſſe
» ab omni uenerea uoluptate, ſtudio cōtemplandæ ueritatis, & optimaꝝ artiū cupiditate. Quod
ſi Diogenes Laertius Platonem in eo libro, quem de eius uita, & moribus ſcribit, adoleſcentu-
los quoſdam dicit in delitiis habuiſſe, & epigrammata quædam laſciuiora adiungit, facile in-
telligi poteſt, minime eum ex ſua ſententia iſta ſcripſiſſe, ſed ad comicos quoſdā, & Ariſtippū
referri. Nā, quod ad ipſius Diogenis opinionē ptinet, nō modo hoc uitiū alienum a` Platonis
moribus arbitratur, uerū etiam moleſte admodū fert, calumniā hanc in tantum uirū, & plane'
quid ipſe ſentiat, exprimit. Quippe poſtq̄ de ortu, educatione, eruditione, uirtute, opinionibus
Platonis honeſte, honorifice'q; locutus eſt, & quæ nā de eo uiro apud oēs opinio fuerit, declara
uit, ut'q; ingredientem olympia græci oēs ſpectare conſueuerint, & Mithridates Perſa ſtatuam
» eius in academia collocarit, hæc affert. Sed quanq̄ ita uirtute Plato claruerit, tamē ne is quidē
» carere maledictis improboꝝ hoīum potuit, ſed ipſe quoq; a` comicis conuitio affectus eſt. Quo
in loco comicorum in eum cōuitia exponit, & Ariſtippi Cyrenēſis, quem modo nominaui, ca-
lumniam ex adoleſcentulorū familiaritate conceptam. Verum, an iuſte Ariſtippus hæc de Pla-
tone ſcripſerit, & quanti uerba eius facienda ſint, argumentū ex uita eius, & moribus accipi pōt,
» de quibus idē Diogenes ſcribit. Licet. n. ut breuiter oīa cōplectar, percipere eum hoīem, facile
» ſemp quæſtui ſeruiuiſſe, & uentri uoluptatibus oībus obſcœnis tyrannoꝝ aſſentationi deditū
» fuiſſe, in primis'q; Dionyſii Syracuſani mancipiū extitiſſe turpiſſimum. Ad hæc inimicū Plato
» nis, Xenophontis, oīum doctiſſimoꝝ, modeſtiſſimorū'q; uiroꝝ uituperatorē de gurgite ſuoꝝ
» uitioꝝ emerſiſſe. fit. n. ut q peſſimis moribus ſunt, facile linguā ſuam maledicā in uiros probos
» exerceant, ne cū reprehendunt' a` probis, ꝓpter reꝑhendi uideant', q̄ ſua culpa reꝑhenſione di
» gni fuerint. Quis igit' mēte ſanus homini tam improbo, ſcelerato, & inimico fidē adhibeat'
quis eū non deteſtetur? & ſcelus, qđ ab eo commiſſum eſt, fingi in Platonē arbitret'? Diogenes
uero ipſe, qd nā de Platone ſenſerit, q̄q̄ de eo honeſte loquatur libro toto, quē de eius moribus,
& diſciplina edidit, dilucide oſtendit. pulcherrimo etiam diſticho uirtutem eius commēdat.

» Sol genuit terris Aſclepion, atq; Platona,
» Scilicet hic animam, corpus ut ille regat.

» Quinetiam de uita, & moribus Speuſippi, qui nepos Platonis fuerat, ſcribēs, Seruauit, inquit,
» Speuſippus eaſdem Platonis opiniones, ſed mores nō eoſdem ſeruauit, quippe irę, & uolupta
» ti indulſit. Quod ſi hic longe aliter, q̄ Plato fecerat, uoluptati deditus fuit, quis non uidet iudi-
cio Diogenis Platonem ſpreta uoluptate, caſtiſſime uixiſſe? quod latiſſime cęteri quoq; nobiles
ſcriptores teſtantur. Sed hæc longius ſane', q̄ Platonis optima apud omnes exiſtimatio require
ret, ſcripſimus furore aduerſarii tracti, qui Platonis libros ſcelera probaſſe gloriabatur. Sic enī
neceſſe fuit, quædam huius philoſophi loca interpretari, ut ab his legi poſſent, qui græce Plato
nem legere neſcirent.

De communi uſu mulierum.
Vſum communem mulierum perdifficilem eſſe, non ignoraſſe Platonem.
Quid optimum in republica, quid peſſimum.
Quomodo conducat Reip. communicatio uxorum.
Ariſtotelis argumenta contra hanc Platonis opinionem.
Reſponſio ad argumenta Ariſtotelis.

Vnde labefactetur ſæpenumero reſpub.
Platonem non multum in hac parte diſſentire ab Ariſtotele.
Ariſtotelem magis ſequi, quæ ſenſibus expoſita ſunt, Platonem, quæ intellectui,
Quomodo res, quæ aliena eſt, propria fiat.
Ciuitates non poſſe felices eſſe, niſi philoſophi dominentur.
Quo meliori natura ſit, eo᷑ peiorem fieri hominem, niſi recte inſtituatur.
Cur magnæ labes accidere ſoleant ciuitatibus.
Platonem non in omnibus libris communem mulierum uſum probare.
Eundem non qualitatis, ſed quantitatis ratione, unum accipere.
Quæ animalia unum habeant commune negotium,
Apud multas nationes, rem uxoriam communem fuiſſe.
Maſſagetas communibus uſos fuiſſe uxoribus.
Naſamones uſos communiter matrimoniis.
Thracum uirgines fuiſſe communes.
Brachmanes Perſarum ſapientes, uxores communes habuiſſe.
Aethiopes non ducere uxores, ſed mulieres habere communes.
Troglodytarum & mulieres, & liberos communes eſſe.
Apud Romanos, & græcos uſum mulierum aliquando communem fuiſſe.
De uaria hominum conſuetudine.
Maſſagetas, & Indos patres ocidere, & eſſe.
Nouercas apud Perſas priuignis nubere.
Apud Æthiopes infamem eſſe, ſiquis capitis reus e᷑ patria fugiat.
Quale præceptum dabant Lacænæ matres filiis in aciem proficiſcentibus.
Nonnullas gentes propala᷑ coire.
Apud græcos turpe, & irreligioſum haberi, ſiquis matrem & filiam, patri & filio, uel duas ſoro
res, duobus fratribus matrimonio iunxerit. Caput. III.

n Vnc, quoniã quæ de libidine Platonis obiiciebãtur, multis, optimis᷑q; rationibus, ac doctiſſimorum, & ſanctiſſimorum uirorum teſtimonio, refutaui, Venio ad eam partem, in qua de cõmuni mulierum uſu agitur, quam reprehẽdens aduerſarius argumento Ariſtotelis accinctus inuadit. Verum hunc locũ nemo a᷑ me ita defẽdi exiſtimet, quaſi recte prorſus hoc a᷑ Platone ſcriptum exiſtimẽ. abſit. n. hoc a᷑ nobis, ut qui rationem didicimus meliorẽ, ritum᷑q; ſanctæ eccleſiæ probauimus, cum Platone ſentiamus. Sed ratiõe eius ætatis, qua Plato nulla religiõe aſtrictus, mores, & iura, arbitratu ſuo ſtatuebat, haud perperam eum ita ſenſiſſe exiſtimo. Nam ſi profeſſio, & inſtituta illo᷒ temporum patiebantur, ut uir unus plures haberet uxores, & quã quiſq; nollet, facile repudiare, & pro libidine animi ſui ducere aliam poſſet, ſi non rationem naturæ perfectiorem ſequebãtur, quam nos poſtea ſecuti, tam nobis melius inſtituiſſe iudicamur, ſi deniq; non quid honeſtius, aut ſanctius ciuilis illorũ hominum uſus quę᷒reret, ſed quid aptius, aut commodius foret, ad naturę uulgaris uoluptatem attendebant, eatenus certe excuſari poſſe Platonem arbitror, dum ratio, cur ita fecerit, aut plus aut non minus ualeat, q᷑ eorum, quos eadem ætate, eadem᷑q; religione cum Platone uixiſſe indubitatum eſt, q᷑q᷑ ætas deinde melior, & uera religio omnia ad meliorem, perfectiorem᷑q; cultum reducere potuerit. Nam, ut tota ætas eiuſdem hominis, plures continet partes, quarum officia diuerſa ſunt (alia. n. pueritiæ ſunt, alia adoleſcentiæ, alia conſtantis ætatis, alia ſenectutis,) & adoleſcentẽ optimum iudicamus, non qui hoc, aut illo ſeniore optimo præſtãtior fuerit, ſed qui i᷑ter æquales ſuos iure debeat anteponi, ſic ætatis hoĩum uniuerſæ, atq; æui communis, partem accipi quãdam oportet, qua Plato uixerit, & num melius, quam cæteri ſuę ætatis homines, ſenſerit, decreuerit, ſcripſerit, attendendum, nõ aũt quid diui Apoſtoli melius, quid ſancti, atq; beati, quid in noſtræ religionis profeſſione edocti diiudicauerint, atq; probauerint. Perdifficilem ſane᷑ eſſe uſum mulie᷒ communem, haudquaq᷑ Plato ignorauit, qui & uix, ut de ea re ſcriberet, adductus eſt, & poſtquã eius cõmoda declarauit, quo᷑ue modo effici poſſet, q᷑q᷑ ſumma cum difficultate oſtendit, rurſus ambigit, & diuinum potius, q᷑ humanum huius reip. ſtatum eſſe fatetur. Sed quoniã inter omnes conſtat nihil, uel melius in Rep. eſſe, q᷑ quod homines cõiungit, & unit, uel peius, q᷑ quod diſtrahit, & uario animo, ac diuerſa uoluntate multiplicat. alterum enim meũ, & non meum, exitioſum illud in repu. peculiare, ſummam᷑q; diſcordiã ciuium facit, alterum

facit, alterum cõmune omnium cõmodum, & ſummam concordiam parit, hanc autẽ coniunctionem, & quaſi unionẽ effici nõ poſſe Plato exiſtimat, niſi una᷑ cum cæteris rebus, uxores etiã & filii ſint communes, idcirco rem uxoriam communem eſſe uoluit, putauit᷑q; ita fore, ut ciues omnes ex eiſdem rebus uoluptatem, mœrorem᷑q; perciperẽt, idem᷑q; omniũ eſſet uel ꝓprium, uel alienum, uno᷑q; animo omnes omnia agerẽt, & cogitarent. Itaq; ſicut alii quidam nõ ignobiles Reip. authores, uni uiro plures uxores concedendas eſſe duxerunt, Sic Plato pluribus plures dari poſſe ſine errore exiſtimauit, modo plures illi uiri ita eruditiõe, uirtute᷑q; inſtituti eẽnt, ut omnes quaſi unus eadem bona et uellent, & quẽadmodũ ipſe docuit, exercerẽt. uirtus enim & ſi non ſine difficultate, efficere tamen poteſt, ut plures homines idem ſentiant, idem uelint, idem nolint, ita deniq; uiuant, ut qui plures ſunt, quaſi unus ſecum uiuere, conſentiẽs, cõſtans, placidus uideatur. Contra hoc Ariſtoteles arguit, cuius argumentis, quaſi telis armatus aduerſarius, in aciem deſcẽdit. Negocia, inquit, publica, neceſſe erit, negligantur, charitas, & amor, extinguatur, tollatur officium, quod a᷑ filiis parẽtibus debetur. Sed quod cum bona uenia Ariſtotelis dictum ſit, nihil contra dicta Platonis ratio hæc momenti habet. Plato enim & cogitauit hoc, & diſſoluit prius, qua᷑ uſum mulierum cõmunem ſtatueret. Præcepit. n. ciues, uirtute, doctrina, literis, ita educari, inſtitui, erudiri, ornari oportere, ut q᷑ſi homo unus ſibi ꝓſtans, cõſentiẽs, aptus uirtutis beneficio eſſe uideret᷑, ſic᷑q; ciuitas uniuerſa ſibi ꝓſtaret, ſibi ꝓſentiret, idẽ uellet, idẽ nollet, iiſdem rebus gauderet, iiſdem mœreret, quo poſito, quid eſt, inquit, q᷑ negocia publica negligantur, quando plures ciues perinde, quaſi unus rem ſuam, hoc eſt cõmunem tuetur, & curat᷑ quod nõ ſecus eſſet, q᷑ ſiquis rem hominis unius negligi propterea exiſtimaret, quia plura ſunt membra, ex quibus cõſtat, ut caput, pectus, uenter, crura, cæteraq; huiuſmodi. at uideat, qui ita ſentit, ne contra prorſus contingat, & dum ſuam quiſq; rem agit, & curat, tanto proprii cõmodi deſyderio teneatur, ut contemnat publica, ac pro nihilo habeat. unde fit ſæpenumero, ut ampliſſimarum urbium ſtatus debilitetur, infringatur, euertat᷑, dum ciues ſingu li ſtudẽt uel ſibi, uel liberis ſuis, honores, opes, dignitates acquirere, augere, ſeruare, nõ patriæ ſaluti, non publico cõmodo, non communi felicitati conſulere. Sic præclarus Atheniẽſium ſtatus periit, ſic Lacedæmoniorum admiranda Reſp. euerſa eſt, ſic ſummũ illud, ſtupẽdum᷑q; Romanorum imperiũ ita paulatim corruit, ut qui olim uniuerſi orbis habenas tenebant, uix nunc exiguo Italiæ angulo uideant᷑ imperare. Florebat profecto᷑ Romana Reſp. cũ Iunius Brutus filios ſuos ſtudio publici commodi, nõ ſecus, q᷑ alienos, atq; hoſtes morte multauit, cum P. Decius ſe pro Rep. deuouit, cum alter Decius ad uoluntariam mortẽ, curſu equi pro eiuſdẽ Reip. ſalute prolapſus eſt. at cuerti iam cœpit, cum C. Cæſar rerum ſuarum auidus, regẽ ſe facere urbis Romæ, & Octauio nepoti Romanum imperium relinquere cogitauit. Omitto exẽpla noſtræ ætatis, necui forte moleſtus ſim. Equidẽ nullam ciuitatem uel priſcis illis temporibus, uel noſtra ætate euerſam alia cauſa fuiſſe arbitror, q᷑ quod ciues relicta publicarum rerum cura propriis negotiis nimis indulſerint. Verũ tamen uſum cõmunem rerũ omnium, ita nonnulli aſpernantur, ut Platonẽ audiendũ eſſe nõ putent, perituram᷑q; eam Rẽp. credant, ubi quotidianas controuerſias reꝫ priuatarum, furta, rapinas, mendacia, extorſiones, minas, uiolẽtiã, ſeditiões, cætera᷑q; huiuſmodi eſſe non ſenſerint. nã quæ alia cauſa horum oĩum malorum cenſenda eſt, niſi quod proprii cupiditate diſtractæ familiæ, tot ſibi urbes, oppida᷑q; cõſtituũt, quot ipſę numero ſunt? quæ quãdiu cum exteris pugnant, cogunt᷑ neceſſitate quadã, uitam agere ꝓcordem, ubi uero ab externis bellis requieuerint, fæuiunt ipſæ inter ſeſe, & tandiu conflictantur, donec cruentis ſeditionibus, & ad extremũ etiam ciuilib⁹ bellis patriam perdant. Quo enim modo filius Marci, fratrem ſibi Lucii filium, non hoſtem potius arbitret᷑, quãdo ſic ei ꝓſuaſum eſt, naturam in propriis potius, q᷑ in communibus eſſe conſyderandam, colendam, & obſeruandam? Quan᷑q᷑ non ſolus aduerſarius (fatendum eſt. n.) rem hanc aduerſus Platonẽ defendit. Iam. n. Ariſtotelem quoq; huc profectũ eſſe, cõfeſſus ſum. Sed quoniã Platonem ea, quæ ab Ariſtotele obiiciuntur, & animaduertiſſe, & diſſoluiſſe uideo, quæ eum ad hæc ratio mouerit, & intelligere me arbitror, & iam clare expoſui. Quid uero Ariſtotelem in contrariam ſententiam traxerit, deberet aduerſarius explicare. Ego uero cum mecum, quid uterq; philoſophus dicat, ꝓtemplor, non contrariũ mihi omnino dici ab Ariſtotele uideꝫ, ſed quod Plato intẽſius dicit, id remiſſius ab Ariſtotele decerni. uterq; enim unire ciuitatem uoluit, ſed alter magis, alter minus id facit. Verum quo minus fit, eo᷑ plura euenire incõmoda neceſſe eſt, principium nãq;, & cauſa commodi unio eſt, & ciuium cõmunitas, incommodi uero diuiſio, & proprietas. facilius tamen id eſt, & ſenſui noſtro propinqus, quod quidem ſectari Ariſtoteles ſolet, id᷑q; phyſici offi-

cium esse arbitratur. Plato contra cõmune respicit. partem enim hominis, quæ sensu nobilior est, mentem uidelicet, atq; intelligentiam sequitur, ob id'q; difficiliora semper aggreditur, sed quæ menti, & intelligentiæ magis conueniant, Aristotelis itaq; sententia sensui Platonis intelligentiæ propinquior est, hæc tanq; a' Platone dicta uelim. Curabunt igitur uniuersi ciues, tanq; unus, rem communem, & amabunt non minus ne dicam magis, q; singuli suam amare solent. plurimũ enim amoris & charitatis in iis est, qui optimis moribus copulati uitam agunt, & uirtutis necessitudine deuincti, unanimes idem amant, idem'q; oderũt. Brutum Romanum ciuẽ, quem supra memoraui, securi filios pcussisse legimus, nequid sui erga Remp. officii præteriret, sed pietatem, quam patrię debebat, pietati, qua liberos ꝓsequebatur, anteferret. Erat enim uirtute cum cæteris ciuibus ita deuinctus, ut suum id esse putaret, quod commune, non proprium haberetur, & rem communem magis, q; propriam diligeret, atq; curaret. Aliena. n. res sic propria fit, si quod propriũ dicimus, iunctum cum cæteris propriis uenerit in proprietatem uniuersi. ergo amabat ille suos filios, tanq; partem prolis communis suæ ciuitatis, quandiu commode cum reliquis partibus iuncti totum conficiebant, quod patris uniuersi proprium erat. At ubi in commode, propter eorum prauitatem coniungi perspexit, illico nõ suam rem, sed alienam esse duxit, & quasi putridum, & incurabile membrum ex toto corpore amputandum, abiiciendũ'q; putauit. Non igitur extinguitur amor, immo diligentius seruatur in uniuersum, quod uniuersorum ciuium obiectum est, reuerẽtia autem, & officium minor; erga natu maiores ita seruat', sicut unius filii optime instituti erga parẽtem, ut enim singuli filii, singulos patres nunc obseruant, sic tunc uniuersi uniuersos obseruarẽt, & colerẽt, & uniuersos singuli, quando ita ab ipsis incunabulis instituti essent, ut omnibus natu maioribus, tanq; patri obtemperarent, omnes colerẽt, oẽs omni officii, & uenerationis genere prosequerentur. Cõmodius itaq; futurũ Plato existimauit, si proprium, ex quo cõtentiones, crimina, controuersiæ, seditiões, ciuilia bella oriri solent, omnino tolleret & usus rei uxoriæ, qui propriæ possessionis præcipua causa est, cõmunis fieret. Ver; perdifficile id fore minime dubitauit, fieri tamen posse qnto, & sexto de Rep. libro exposuit. Initium etenim, & quasi fundamentum, quo talis Resp. constitui possit, uirtus perfecta, & absoluta est, quæ si desit, ne Plato quidem ipse constitui posse existimat. Eius uerba hæc
» sunt, Omnino nisi uel philosophi imperẽt, uel imperantes diligenter, perfectéq; philosophent',
» & ipsa ciuilis potestas cum philosophandi ratione coniungat', excludantur'q; uariæ uolũtates,
» quę seorsum in utranq; partem hominũ animos trahunt, fieri non potest, ut ciuitatibus ulla ma
» lorum requies adsit, immo, ut opinor, nec huius, quẽ modo exposui, Reip. status, consistere in
» genere humano, augeri'ue poterit, nec primo quidẽ ortu in lucem prodire. Quæ cũ ita dixisset, singulatim ꝓsequit', quales esse philosophos oporteat, ueritatis scilicet studiosos, uirtutis æmulos, contemplationis studio feruentes, per quã ex, iusta, honesta'q; re; humanarum ratione reduci ad illa diuina possint, quor; participatione hæc sunt, appellantur'q;, & non dubiam quandam opinationẽ, sed certam rerum scientiam possidere. Tales simul & philosophos, & principes, & tutores, custodes'q; ciuitatis esse, inquit, oportere, quos. n. legum, officiorũ'q; obseruatores statuit, eosdem custodes quoq; idoneos fore nõ dubitat. sic. n. sperat futur;, ut ipsi optimo philosophãdi studio nihil agant, nisi, quod ad exemplar illud ꝓfectum, absolutum'q; referatur, quod humana officia imitant', & quoadeius fieri potest, repræsentant, & exprimunt, rerum'q; usu, & uirtutis cultu, atq; exercitatione cogitent, & quæ facto opus sunt, egregie faciant, quę'ue seruanda instituta sunt, diligentissime seruent. Esse prẽterea philosophi, inquit, uoluptates corporis repudiare, animo studere, pecuniã quasi rẽ exiguam, & philosophi magnitudine animi minime dignam cõtemnere, mortẽ nõ formidare, iustitiam colere, cõstantem, fidelem, modestum, benignum, facilem, ingeniosum, memorẽ, iucundum, elegantem, tum natura, tum industria festiuum esse, cæter; perraro eius naturę hoiem reperiri fatetur, & siquis huiusmodi ortus fuerit, multa, grauia'q; pericula obire, nisi ingenue educetur, regatur'q;. Naturę. n. optimę hanc esse rationẽ, ut nisi recte instituat', uitiosior euadat, q; ea, quæ à natiuitate uilis, ignobilis'q; exiterit. Deniq; animos ingenio præstantissimos, si male instituti fuerint, pessimos reddi, quippe non uulgarẽ, & quálibet esse naturam, quæ summi uel boni, uel mali causam præbeat, sed eximiam quãdam, & singularẽ, quæ, ut summa bona, sic summa mala facere possit, si debita educandi ratio defuerit, labem autem, pernicię'q; naturæ tum maxime accidere, cum permulti, frequentes'q; scelerati uel in senatu, uel in foro, uel in theatro, uel in exercitu, uel in quouis hominum cœtu, res, quæ honeste, & cum laude aut aguntur, aut dicuntur, reprehendunt, atq; uituperant, contra, quæ turpiter agunt', dicuntur'ue, probant, & laudant, atq; utrunq; supra modũ

faciunt,

faciunt, & tumultuantes uociferantes, plaudentes, suum uitium augent. Sic. n. adolescentũ animos cogi, ut illis assentiantur, eadem'q; & probent, & agant, accedere ad hæc supplicia, uiror; bonorum ignominias multas, discrimina capitis, damna, iacturas, quibus optima quæq; indoles ab officio uirtutis ad facinus euocetur, cui paulatim assuescens, peior in dies, ac cæteris longe scelestior euadat, itaq; uerissime dici posse, diuino quodam auxilio contingere, siquis in statu huiuscemodi Reip. incorruptus seruari, & uirtutẽ colere possit. Cum igitur Plato principes ciuitatis philosophos instituat, ciues'q; omnes perfecta uirtute, & integerrimis moribus institutos, ac prẽditos, quasi unum hominem formet, non temere censet fieri posse, ut usus mulierum cõmunis seruetur, sine detrimento, atq; incommodo ciuitatis. Siquidem peculiaris ille, & proprius distrahit ciuium uoluntates, facitq; ut per discordiam mala oriantur, quibus tandem ciuitates intereunt, atqui perdifficile hoc esse, minime negat. Verum si fieri possit, ut homines plures cum natura, tum studio eum faciant perfectũ, ut omnes uno animi consensu uiuãt, usum'q; rei familiaris, atq; uxoriæ, non propria uoluptate, sed procreatione duntaxat liberorum, & patriæ tutela definiant, satis sibi rationis esse ad opinionem tuendam arbitratur. quod siquis plures hoc modo coniungi uinculo uirtutis non posse uel contra naturam id fieri existimat, ratione demonstret, & explicet, ut sublata Platonis positione, nihil præterea sit, quod consequi possit, etenim hac salua, frustra laborare uidetur, qui rem communem damnat, & reprobat. nã sicuti ostensum a' se putat, & cura negotiorum, & charitas liberorum, & reuerentia parentũ, nõ minus hoc modo seruatur, q; si uarie sua quisq; seorsum matrimonia procuret, mihi quidẽ non secus argumentari uideretur, qui ita obiiceret, q; si corpus humanum ex pluribus, uariis'q; membris a' natura constitutũ in cæteris qdẽ uitæ officiis, cõmuni opera oſum mẽbrorũ fungi cẽseat oportere, quod autem uniuersum corpus seruet, non ab eodem, pari modo procedere, sed singulatim id a' singulis partibus fieri, ut partim caput, partim manus, aut pedes dissimili id fine perficiant, nec uidet magis naturæ consentaneum esse, immo plane' necessarium, ut qẽ ad ꝓseruationem uniuersi attinet, id ab uniuerso agatur cõmuni partium opera, pariq; consensu, & ut ita dicam, magis unito. Quod enim ciuitatis speciem seruat, liberorũ procreatio est, quę ut diremit, atq; interimit, si priuatim secedit, sic si publice cõstituitur, unit, & seruat. sed enim falli plerig; consueuerunt, dum priuatis fauẽt, quia id melius esse iudicant, ad quod homines sentiunt esse propensiores. Natura quidem ad uoluptatem homo propensior est, quam usu propriæ potius, q; communis rei augeri constat. Verum cõmodum ciuitatis, dignitatem'q; uirtutis, nõ maioris uoluptatis cupiditate, sed melioris conditionis ratione definire fas est, etiam si labores, si pericula, si mortem ipsam subire oporteat. Ob nimiam tamen difficultatem, quæ in hoc Reip. statu constituendo esset, atq; seruando, ne Plato quidem ubiq; hanc matrimonii cõmunionem probat, sed in libris de re publica hoc cõsulit, de legibus uero, suum cuiq; matrimoniũ assignat, ut si quod optimum esse ei uisum est, effici nimia difficultate non potest, non desit consilio, & opera eius secundum reipublicę genus, & tertiũ, quo homines cõmode in unum locum coalescere possint, & uiuere. Cũ igitur plura sibi ipse, q; uel Aristoteles, uel quiuis alius obiecisset, de communi mulierum, cæterarum'q; rerũ usu, de uictus, & cultus tenuitate, de auri, & argẽti inopia, se'q; ex aliorum opinione damnasset, quasi ex cera finxisset ciuitatẽ, aut somnia narrasset,
» aut rem factu impossibilem suasisset. O' amici, inquit, nõ sum nescius, dici quodammodo uere
» istæc posse, nec me fugit, tantam esse rei difficultatem, ut quasi omnino effici nequeat, prætermittenda uideatur. Veruntamen in unaquaq; re agenda, exemplar proponendum optimum
» est, cuius imitatione enitendum pro uiribus sit, maiora attingere. Vbi uero contingit, ut uires
» nostræ deficiant, desistendum est, satisq; actum esse existimandum, si studio, opera, solertia, et
» diligentia nostra q̃maxime fieri potest, ad eius exemplaris dignitatẽ accesserimus, quod nobis
» imitandum, sequendum'q; proposueramus. Quamobrem in ea quoq; Reip. ratiõe, de qua agimus, hoc idem seruandum est. Et si enim ita uidetur eiusmodi Reip. statum effici minime posse, proponendum tamẽ exemplar fuit, omni ex parte perfectum, cuius specie, forma, & imago
» Reip. q̃maxime excellentissima constitueretur. Quemadmodum de iustitia quoq; qualis nam esset, quęrendo hucusq; egimus. Nam si qualis iustitia sit, comperimus, nõ iam uirum iustum nihil ab illa differre, omni'q; ex parte talem esse oportere, qualis ipsa est, censebimus, sed satis esse, si q̃proxime accesserit, & supra cæteros oẽs particeps eius factus sit, perinde, ac si pictor aliquis exemplaris gratia, pulcherrimũ hominem pinxerit, & uniuersa humani corporis ornamẽta, perfectissime expresserit, non propterea minus laudandus erit, si effici nõ poterit ut talis homo procreetur, qualem suo ingenio, artificio'q; confinxit. Sic nos cum ciuitatis optimæ statum

uerbis depingimus, & eximia quadam forma deſcribimus, nihil propterea erramus, q; nullam
ita cõſtitui ciuitatem, ut diſputat', demonſtrare poſſimus. Quid ad hęc dicet aduerſarius? An
Platonem affirmabit ignoraſſe difficultatem Reip. quam conſtituit, nec aliud quicq̃ de re uxo-
ria, niſi publicum, ac cõmunem uſum probaſſet? Cum enim hæc, & multo plura in eandem ſen
tentiam Plato ſcripſerit in libris, quos aduerſarius in latinam linguam conuertiſſe gloriatur. ta
men, q̃ſi nihil unq̃ ex his legerit, illud unum ſemper in ore habet, communem mulierum uſum
Platonem ſtatuiſſe, quæ res, utrum ne ideo acciderit, q; ea, quæ conuertiſſe in latinum ſe iactat,
parum intellexerit, an quia ueram rationem peruertens, fallere alios conatus ſit, haud facile di
xerim. Vtrunq; certe a` probi, & docti uiri officio alienũ eſt. Sed quid præterea Plato de re uxo
ria, ſtatu' q; Reip. optimo, in libro de legibus ſcripſerit, uideamus. Noſtrum, inquit, officiũ eſt,
ut ſtatum Reip. primæ, & ſecundæ, & tertiæ explicemus, tum poſitis omnibus, quẽ quiſq; ma
luerit, pro ſuo arbitrio ſibi colendum, ſeruandum' q; eliget. Ergo ita agendum, ut primum, qui
primus ſit, qui ſecundus, & tertius uirtute, dignitate' q; exponamus, mox eligendi poteſtatem
Cliniæ noſtro in præſentia demus, & ſiquis alius utcũq; libitum fuerit, patriam ſibi eligere, ciui
tas prima, & Reſp. & leges optimę illæ ſunt, ubi quod ueteri prouerbio dicitur, per omnem ci
uitatem diligentiſſime ſeruatur, ut ſcilicet res amicorum omnes cõmunes ſint. Hoc igitur, ſiue
terrarum uſpiam temporibus noſtris ſeruatur, ſiue aliquando ſeruabitur, ut uxores communes,
liberi communes, pecuniæ cõmunes, res deniq; omnes cõmunes habeãtur, & quod proprium,
peculiare' q; uocatur, ex omni uita tollatur, adhibeatur' q; opera, quanto magis fieri poteſt, ut ẽt
quæ natura unicuiq; noſtrum propria eſſe uoluit, noſtro ſtudio communia efficiantur, et iidem
ſint oculi, aures, manus, quo & uidere, & audire, & facere cõmuni ſenſu omnia poſſimus, idẽ
omnibus expetendum ſit, idem laudandum, idem uituperandum, idem iucundum, idem mole
ſtum, & iiſdem legibus uniuerſi ciues diligentiſſime copulentur, & quaſi in unum corpus coa-
luiſſe uideãtur, profecto` nihil ad huius ſtatus integritatem accedere poterit, nihil ad felicitatis
cumulum, uel cõmodius, uel iucundius, uel præſtabilius excogitari. Talem igitur urbem ſi ali-
cubi uel dii, uel deorum filii incolunt, & plures unius uitam degunt, quid ni feliciſſime uiuunt,
nihilq; experiri poſſunt hac ſua ſocietate iucundius. Quamobrem non aliud Reip. exemplum
proponendum eſt, ſed hoc uno propoſito enitendum, pro uiribus, ut ſtatum, quem intẽdimus,
Reip. huic q̃ ſimillimum faciamus. Poſthæc alium ſtatum ſecundo loco exponit, & hunc legi-
bus mandat, primo illo prætermiſſo, quaſi parum cõſentaneo moribus præſentis ætatis, ſic ne
Plato quidem rei difficultatem ignorauit, & ętati ſuæ moderatius cõſulens, alterum Reip. ſta-
tum inſtituit, ſic quo pacto primus ille effici poſſet, declarauit, diſſoluit' q; eorum ratiões, qui ci
uitatem in uaria, & multiplici quadam rerum partitione conſtituendã cenſebant, putabant' q;
eam ſolui, atq; perire ſi in unum redigeretur. Neq; n. unum ratione quantitatis accepit Plato,
quod deſtructio ciuitatis eſſet, ſed qualitatis, ut unum ſit concordia, conſenſu, unanimitate, de
niq; uirtutis unitate, quod unum ciuitatem egregie non modo conſtituit, ſed etiam conſeruat,
& auget, quapropter Ariſtoteles quoq; hominẽ ciuile, ac ſociale animal uocat, ciuilia uero ani-
malia primo libro de hiſtoria animalium ea eſſe dicit, quorum negotium unum, commune' q;
omnium eſt, id' q; non omnibus animantibus, quæ gregem conſtituunt accidere, ſed aliquibus
ut ſunt homo, apes, ueſpa, formica, grus, quod ſiquis exterarum nationum exempla petere ue
lit, quæ uſu rei uxoriæ cõmuni, non modo ſine diſcordia, uel publica, uel priuata uixerunt, ueꝝ
etiam hoſtes ſuperarunt, propagarunt fines imperii, & Remp. ſuam feliciſſime ſeruauerũt, per
multa ſane` comperiet. Verum nos paucis quibuſdam cõmemoratis, ne longiores ſimus, huic
parti finem imponemus, cum præſertim etiam pauciora ſatis, ſuperq; ſint ad refellẽdum eorum
errorem, qui Platonem ea, quæ ferre natura non poſſet, ſcripſiſſe de Rep. opinant', id tantũ na
turę concedendum rati, quod legibus, aut inſtitutis, aut moribus ſuæ uel gentis, uel ætatis ſen
tiunt comprobari. Maſſagetæ gens ampla, & ſtrenua, cõmunibus matrimoniis utuntur ut He-
rodotus Halicarnaſeus eximius hiſtoriarum ſcriptor refert. Atqui hi ſunt, qui contra Cyrũ ma-
ximum illum Perſarum regem, & uires, ac potentiam eius nationis, quæ ſibi cæteras nationes
ſubegerat, bellum geſſerunt, & pro cõmunibus liberis, & uxoribus pugnantes, non rem cõmu
nem neglexerunt, non amorem erga liberos cõmunes remiſſius exhibuerunt, ſed magno, for-
ti' q; animo dimicantes, uictis, triumphatis' q; hoſtibus, & occiſo Cyro, domum cum ingenti glo
ria remigrauere. Quem morem C. Iulius Cæſar a` Britanis ita coli, in cõmentarios ſuos retu-
lit, his uerbis. Omnes uero ſe Britani ultro Glaſto inficiunt, quod cœruleum efficit colorem,
atq; hoc horridiore ſunt in pugna aſpectu, capillo' q; ſunt promiſſo, atq; omni parte corporis ra-
ſa præter

ſa præter caput, & labrum ſuperius, uxores habent deni, duodeni' q; inter ſe cõmunes, & maxie
fratres, cum fratribus, parentes' q; cum liberis. Sed ſiqui ſunt ex his nati, eorum habẽtur liberi,
quorum primũ uirgo quæq; deducta eſt. Afros etiam Naſamones apud Herodotum legimus
communi uxorum uſu, eodem, quo Maſſagetæ, more uitam degere, horum Ariſtoteles quoq;
ſecundo politicorum libro mentionem facit, appellat' q; Afros ſuperiores, & procreatos liberos
inter ſe poſtea ex ſimilitudine partiri cõmemorat. Thraces uirgines ſuas cum quibuſcunq; libi
tum fuerit concumbere ex more permittunt. Brachmanes Perſarum ſapientes uxoribus utunt'
cõmunibus Philoſtrato, atq; Ariano authoribus. Diodorus etiã Siculus narrat pleraſq; natiões
eiſdem legibus, ac moribus uiuere. Aethiopes uxores nõ ducere, ſed cõmunes habere, natos' q;
pueros communi opera educare, atq; æque diligere. Sæpe etiam infantes permutare, ut ne ma-
tres quidem ſuos cognoſcere poſſint, quo fieri, ut nullo propriæ rei ſtudio inter ſe diſſidentes ui
tam felicem agant, ita nõ modo poſſe cõmuni rei uxoriæ uſu Remp. conſtitui, ſed etiam com-
modiſſime poſſe oſtendit. Tum uero incolas orarum arabici maris ad Indiam uſq; tendentes
complures tradit cõmuni uſu degere mulierũ, & liberos habere cõmunes. Troglodytas quoq;
& mulieres, & liberos communes habere, excepta una, quæ principis uxor eſt. Nec uero apud
exteras nationes duntaxat, ſed etiam apud Romanos, & Græcos, qui optimis legibus claruere,
nobiliſſimus hiſtoriæ ſcriptor Plutarchus Cheronienſis, hoc idem in uſu fuiſſe teſtatur, tempo
ribus Numæ Pompilii grauiſſimi legum cõditoris, & Lycurgi Lacedæmonii, qui eam Remp.
condidit, quæ hoĩum memoria maxime celebratur. Numa, ut ab eo, quem modo noĩaui, ſcri-
ptore traditum eſt, lege ſanxit, ut liceret omnibus, poſtq̃ ſatis liberorum procreaſſent, uxorem
ſuam, alteri prolem deſyderanti ad procreandum concedere, ſeu magis cõmodare, ſeu locare
libuiſſet, quod Catonem quoq; Vticẽſem uirum ſapientiſſimũ Hortenſio conceſſiſſe certũ eſt.
Lycurgus locare, aut ullo pacto emittere domo uxorem non permiſit, ſed cuicunq; domi apud
ſe uxorẽ habẽti ſaluis matrimonii iuribus, admittere aliũ conceſſit, quẽ exiſtimaret ex uxore ſua
digne poſſe ſobolem procreare, hoc idem Xenophon quoq; Socraticus, uir doctrina illuſtris,
non modo ad Lacedæmonios refert, ſed etiam probat, ita illi, quorum leges præ cæterismaxie
probari ſolent, inſtituerunt, & cum nullam gentem felicius uixiſſe, quã Romanos, & Lacedæ-
monios ſcriptorum omnium ſententia ſit, utrũq; tamẽ populum idẽ fere, quod a` Platone præ
cipitur, ſeruaſſe manifeſtum eſt. Verum quid melius ſit, nõ eſt noſtri conſilii in præſentia expli-
care, cum noſtra opinio cum ſacra religione conueniat. Satis eſt, quod obiecta aduerſarii diſſo-
luimus, & quod ille dixerat ſtatum huiuſmodi Reipublicę fieri non poſſe, & factum, noxium,
exitioſum' q; fore, maledici, & per ignorantiam, tum rationis naturæ, tum etiam rerũ geſtarum
& morũ, qui fuerunt, & ſunt, ita exiſtimari demonſtrauimus, plus' q; fere` cõſuetudinẽ, uſum' q;
præſentem rei, quàm naturæ rationem ualere. Quippe, ut Ariſtoteli etiã placet, tãta eſt in una-
quaq; re uis cõſuetudinis, ut fabulæ etiã, & figmẽta ſæpenumero pro ueris accipiantur, nedum
p̃cepta legũ, & inſtituta longo tpe cõprobata. Quid crudelius, q̃d ímanius, q̃d execrabili⁹ dici,
aut fingi põt, q̃ filios, ſenes parentes occidere, & eoꝝ carnibus ueſci? Et tñ Hiſtoricoꝝ p̃nceps
Herodotus de Maſſagetis, & Indis hoc refert. Darium quoq; regem perhibent interrogaſſe ali
quando Indos, quo pręmio induci poſſent, ut parentes ſuos non ederent, ſed Græcorum more
rogo imponerent, atq; cremarent, illos uero reſpondiſſe, dii meliora. tum ad Græcos ꝓuerſum,
ab illis quoq; quæſiuiſſe, qua ſpe permoti, defunctos patres non cremare, ut eorũ mos erat, ſed
inſtar Indorum edere paterent', eos uero ita dixiſſe, nullam rem eſſe, pro qua tantũ ſcelus pati,
aut committere poſſent. Atq apud Perſas nouercæ priuignis nubunt, ut idẽ ſcriptor refert, q̃d
apud alias nationes nefas haberet'. Diodorus hũc eſſe morẽ Æthiopũ narrat, ut rei capitis quæ
rendæ ſalutis gratia, e` patrio ſolo ſine dedecore migrare non poſſint. Itaq; cum quidam capite
damnatus, fuga aliquando ſalutem quærere cogitaſſet, mater eũ ne uniuerſa familia ſua ob id
factum ignominiæ nota afficeretur, iniecto ad collum cingulo ſtrangulauit, quæ res apud alias
gentes ípia, & crudelis fuiſſet iudicata. Nec ob aliã cauſam id euenire ipſe hiſtoricus exiſtimat,
quàm ob conſuetudinem inueteratam, quæ quamuis iuſta careat ratiõe, longo tamen tẽpore,
uſu' q; animis hominum hærẽs, neſcit rebus etiam abſurdis diſſentire, atq; obſiſtere. Tale etiam
eſt præceptum illud, quod lacænæ matres filiis, dum in expeditionem proficiſcerentur, ſcutum
porrigentes demandare ſolebant, ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τᾶν, ideſt, aut hoc ſcutũ reporta uictor, aut ſup
hoc mortuus reportare. Sicut enim temporibus illis fœdiſſimum habebatur, quoties aliquis de
relicto ordine, & armis per metũ abiectis, aufugeret, Sic nunc, (modo uita ſeruet') nihil eſt, q̃d
miles, uel propter iacturam armorum, uel propter fugam, dedecoris, aut ignominiæ uereatur.

Nam quæ tandem mulier ætate nostra id filio iuberet? At Lacędemonioꝝ matres facile id præ
cipiebant, & reportatis sicut fortuna aliquando ferebat, super scuto filiis, non eiulatu, & lachry
mis, sed gaudio, & lætitia celebrabant diem, quo filios intellexerunt pro patria fortiter pugnan
tes occubuisse, non secus, quã si uictores in patriam remigrassent. Taceo, qđ de Troglodytis,
qui postremã Ægypti oram incolunt, idem author refert, quanq̃ summo ardore solis adurant,
non modo tamen de solo natali discedere nolle, sed mortem etiam potius pati, quàm loca alia,
& diuersum uitæ genus uelint experiri. Præterea fuisse nationes quasdam, quæ coitum in pro
patulo instar pecudũ sine pudore exercuerunt, quas imitatus Diogenes ille philosophus cyni
cus idem Athenis egit, cũq; a` cæteris reprehẽderetur, si turpe est, inquit, ne occulte quidem agẽ
dũ est, si non turpe, cur omnibus spectantibus agi non debeat? quis nescit honestum, decensq;
apud christianos latinos haberi, si pater, & filius, uxores sibi matrem, & filiam ducãt, uel duob⁹
fratribus duæ sorores nuptui tradantur, quo & familiæ arctius colligentur, et patrimonia inte
griora seruentur? Apud græcos uero turpe id, irreligiosum q̃ cẽsetur, nec minus illicitũ est uxo
ris sororem, quam propriam, ducere uxorem. usqueadeo apud omnes consuetudo ualet, & q̃
in re suam quisq; ætatem cõsumpserit, hanc meliorem, honestiorem q̃ esse arbitratur. Hæc igit
pro suo quæq; arbitrio gentes constituunt, & utcũq; aliquid commodius esse uidetur, sic alii ra
tionibus aliis probant, atq; recipiũt. Nihil ergo mirum uideri debet, si alii aliter de re uxoria sta
tuerunt. Quod si non soli Platoni communem mulierum usum placuisse manifestum est, nec si
ne ratione ab eo ita esse cogitatum, profecto` non modo longa illa aduersarii disputatio de na
turæ rõne, de liberoꝝ amore, de cura negotioꝝ, frustra cogitata est, sed etiam, quod de uiro for
ti postea addidit, nullum habet locum reprehensionis. Nam si usum uenereũ duntaxat ad ne
cessariã sobolis procreationẽ determinandũ esse existimauit, quid uel sibi, uel naturę uel reipu.
aduersatur, qui uiro forti mulieris, quam desyderat, usum concedit? Absurdũ certe id esset, si no
stris legibus, ĩstitutis q̃ iudicaret, sed, si, qđ ille uoluit, priuata coniugia tollunt, si nulla uirgini
tatis ratio est, si cõmodius agi putat, ut nemo priuatis rebus studeat, sed rẽ cõmunem, & publi
cam oẽs procurent, quæ tandẽ iniuria, aut ĩuidia, aut obtrectatio sequi Platonem debeat, si tali
præmio ad strenue, fortiter q̃ agendum ciuium suorum animos inflammãdos esse putauit?

Iniuste obicii Platoni, q̃ ad uoluptatem, luxuriam q̃ iuuentutem hortetur.

Platonẽ, fortitudinem ponere non modo in rebus horrendis, sed etiã in uoluptatibus supandis.

Oportere uirum etiam in uoluptatibus exerceri.

De duplici genere timoris.

Malorum etiam notitiam haberi debere, ut uitari possint.

De liberis educandis.

Animos iuuenum facile quoscũq; mores imbibere, & pertinacius retinere. Caput. IIII.

Ed de his hactenus. Post hæc aliud crimen, quo reum facere Platonẽ aduersarius ni
titur, uideamus. Hunc, inquit, uoluptatem, atq; luxuriam iuuentuti suadere, cũ ita li
bro de legibus primo scribat. Quæ nã igitur officia ĩ utroq; uestræ reipublicæ statu
conseruentur, explicemus, quæ uoluptatem degustandam, non omnino deuitandã
censebant, quemadmodum, nec dolores euitabant, sed in mediis uoluptatibus, atq; doloribus
homines statuendo honoribus propositis hortabantur, eos illa superare. Hinc Platonem aduer
sarius reprehendit, quasi iuuentuti licentiam uoluptatum permittat. Ita omnia inique iudicat,
& Platonis uerba, arbitrio suo interpretatur, & damnat. Atqui Platonis sentẽtia longe alia ẽ,
uirtutem animi, quam fortitudinem appellamus, uir ille doctissimus, non modo in rebus, in q̃
bus metus, aut fiducia sit, uersari uoluit, sed etiam in uoluptatibus, & doloribus, & desyderiis,
fortis q̃ animi officium esse statuit, tam rebus formidolosis, quàm iucundis obsistere, ac timidũ
non modo eum, qui timore, uerum etiam qui uoluptate superatur, existimat. itaq; ut neminem
effici constãtem, fortem, impauidum putat, nisi se per uarios casus, & pericula, & res formidã
das exerceat, sic neminem censet, fieri posse continentem, temperantẽ, modestum, nisi inter me
dias collapsus uoluptates fortiter resistat, & cum his colluctatus tãquam fortis athleta eas supe
ret, atq; prosternat, & quemadmodũ, qui ab ineunte ætate, omnes labores, oẽs curas, omnẽ q̃
dolorem uitare consueuit, siquando laborare cogitur, & cum hominibus robustis, exercitatis q̃
contendere, facile superatur, & uincitur, sic qui inexercitatus est, & spernere uoluptates, ac resi
stere illecebris insuetus, ut ille a` timore, ipsum a` uoluptate superari, & qui dñs est, mãcipiũ fie
ri eius, qui

ri eius, qui temperans esse in rerum delectabilium copia potest. Quæ cum ita sint, iudicare iam
quilibet potest, an iure hoc aduersarius Platoni obiiciat, & utrum per ignorantiam potius Pla
tonicæ linguæ, quàm per malitiam peccet. Id enim aliorum iudicio liberũ relinquimus. Nunc
» quid latius Plato de duplici timoris genere disseruerit, consyderãdum est. Vnum esse ait, cum
» res aduersas expectamus, alterum, cum timemus, neqd a` nobis turpiter factũ, dictũue sit, qđma
» lam de nobis opinionem parere possit, hoc pudorem uocat, colendum q̃ a` nobis in primis exi
» stimat, & contrarium eius uocat impudentiam, summum q̃ esse malum, & publice, & priuatim
» existimat. Tali uidelicet timore, ciuium salutem conseruari, bona augeri, uictoria magis, quàm
» alia re acquiri. Etenim duo esse, quæ parere uictoriam possint, aĩum in hostes, pudorẽ erga ami
» cos. Itaq; ununquéq; nostrum pauidum, & impauidum esse oportere. & quemadmodum quo
» ties hominem intrepidum, audacem q̃ facere uolumus, in rebus trepidis, ac formidabilibus eũ
» constituimus, eoq; modo aduersus metum exercemus, Sic cum pauidum, & uerecũdũ reddere
» studemus, ad eas res eum ducentes, a` quibus impudentes minime temperant. Nam qui huius
» certaminis expers, atq; insuetus est, Plato, inquit, dimidio uirtutis carebit. nec perfecte tẽperans
» erit, qui non aduersus uoluptates, libidines, cupiditates q̃ multas ad impudentiã, iniuriam, con
» tumeliam trahentes, diu, multum q̃ pugnauerit, tandẽ q̃ uictor euaserit, ratione, officio, solertia,
» studio, siue ioco, siue serio quicq̃ aut agit, aut loquitur. Quinetiam libro tertio, eos, qui uariæ ra
» tionis rerum tum honestarum, tum inhonestarũ expertes sunt, perfectos uirtute esse non putat.
» Item septimo, ambo contraria cognosci ab homine pefectæ uirtutis affirmat, sed alterum dun
» taxat agere, quod bonum est, alterum uitare, quod malum. Eenimuero cognoscenda esse mala,
» non, ut agantur, sed, ut uitentur, siquidem, quæ ignoramus, uitare non possumus, Seriã, inquit,
» rem, sine ioco, & contrariam prorsus sine cõtrario percipere nequit, qui prudentẽ se facere stu
» det, Agere uero utrunq; nemo potest, siquod in se uirtutis specimen cupit habere, sed ipsius rei
» causa nosse contrarium conuenit, nequid, quod minus deceat, per ignorantiã uel faciamus, uel
» dicamus. Ad hæc cum in eodem libro de educatione liberorum scriberet, & quemadmodum
animi iuuenũ, sublato clamore, ploratu, & querelis, trãquilli, placidi, et lęti fieri posset, doceret,
quod Clinias adhibitis uoluptatibus effici posse dicebat. Equidem, inquit, minime id Cliniæ
» nostro dandum existimo. Nã si ita agere cœperimus, omnis liberalis educationis ratio peribit,
» mea quidẽ sententia, nec uoluptates recta uiuendi ratio sequitur, nec dolores prorsus uitandos
» ducit. sed mediocritatem quandam amat, qđ mitiori noĩe dictũ a` me uelim, quàm quidẽ ani
» mi dispositionem, dei etiam esse quadã celebris oraculi fama recte ab omnibus existimari po
» test. Hunc habitum sectari debet, qui uirtute diuinus est futurus. ergo elaborandum omnibus
» est, ut nec ipsi ad uoluptatem procliues sint, nec alios siue senes, siue iuuenes, siue mares, siue fœ
» minas, ita affici patiantur, minime autem omnium, qui nuper in lucem prodierint. Tunc enim
» tenera ætas facile mores imbibit, qui ita animo hærent, ut nulla deinde ratione possint aboleri.
» Sic Plato interitum iuuentutis uoluptatem & putat, & nominat, sic omnibus locis ei occurrat,
» aduersatur, exterminandam q̃ existimat. Siquidẽ tertio quoq; de republica libro, dignos reip.
» custodes, hanc sibi firmam tenere opinionẽ ait, ut quod reipublicæ prosit, id probẽt, & faciant,
» quod obsit, id nullo pacto probare, aut facere uelint. Quę opinio an seruari quacunq; ętate pos
» sit, experiendum est. Et quoniam his tribus rebus furto, ui, fraude amittere inuiti ueræ opiniõis
» possessionem solemus, animaduertendum, an ipsi non furtim, aut uerbis persuasi, aut tempore
» obliti, nõ per uim doloribus, & cruciatibus coacti, aut illecebris uoluptatum decepti, aut metu
» perculsi, decretũ illud animi, quod modo diximus, amiserint, & ueræ opinionis possessionem.
» Item animaduertendum, inquit, est ab ineunte ætate, & propositis quibusdam negotiis, in qui
» bus quis possit maxime decipi, obliuisci q̃ eius opinionis, quam seruare statuerit, & memorem,
» constantem, cautum probare, immemorem, incõstãtem, incautum reprobare oportere. Labo
» res etiam, & contentiones, & dolores, adhibẽdi, in quibus hæc eadem obseruentur. Necnon
» tertii generis, ideſt fraudis periculum faciendum. Velut, qui pullos equinos ad strepitũ, tumul
» tum q̃ ductos, an timidi, feroces ue sint, experiuntur. Sic homines teneræ ætatis ad metus, et pe
» ricula ducendi sunt, rursus q̃ ad uoluptatẽ transferendi, exquirendo etiam diligentius, quã de
» auro in igne fieri soleat, an honestus esse possit, omnibus q̃ in rebus inuictus, probus sui custos,
» & merito laudandus. Atq; eũ, q sine ulla culpa euaserit, cõstituere principẽ, custodem q̃ reipu
» blicę decet, & dignis eum honoribus, tum uiuum, tum etiam defunctum afficere. Contra uero,
» qui talis euaserit, hunc reprobãdum esse, ac pro nihilo habẽdum. Iam ergo sentire Platonem,
quis non uideat, quoniã officia, uirtutes q̃ omnes, quæ ad mores pertinent, cõsuetudine, actio

ne, exercitatione & oriuntur, & uires sumunt, idcirco præcipiendum esse, ut in oppugnandis, propulsandis q; uoluptatibus ciues exerceãtur, quo eas illecebras ualeant superare. At obiurgator, quę a Platone recte dicta sunt, pro sua consuetudine, uel malignitate, uel inuidia peruertit, & ad libidinem, ac uitiosam institutionem transfert.

Quomodo Plato mares, ac fœminas nudos exerceri uoluerit.
Minoem, & Lycurgum, non minus mulieres, q̃ uiros palæstra exercuisse.
Cur uirgines debeant nudæ exerceri.
Quid recta educatio iuuenum boni afferat.
Gorgonis uxoris Leonidæ perpulchrum responsum.
De saltatione multa, & q̃ saltatio ad matrimonia concilianda non parum conferat.
Rerum omnium ortum plurimum uelere ad frugem, ac finem commodum afferendum.
Qualis debeat esse iuuentutis custos. Cap. V.

a Ddit deinde, ut calumnię suæ argumẽta corroboret, Platonẽ nudos adolescẽtes, et puellas simul exerceri, choreas q; agere uoluisse, q̃propter exclamat pro nefas nec fieri posse existimat, quin iuuentus hunc in modũ se exercẽs, libidinis ardore inflammetur. Nos uero adolescentium puellarum q; nuditatem ueterem illam esse arbitramur, quæ sine uitii suspicione fieri solebat. Permultas enim nationes, ita olim exerceri consuetas, omnis historia testatur, nec solum exterę, incultę q; nationes id fecerunt, sed nostræ etiã moribus, & eruditione cultiores, ut Atheniẽses, Lacedęmonii, Macedones, alii q; complures. hi enĩ naturam ducem sequebãtur, quæ cum tam marem, quam fœminam nudos procreasset, uestem utriq; dedit, cõtra frigus, rõnem castitatis, & cõtinentiæ contra luxuriã, omnem q; libidinis cupiditatẽ. Itaq; exuti uestib⁹, illi se priscis tpibus exercebãt uirtute potius, q̃ lana opti. Nec uideo fœminas nostræ ætatis lacænis illis castiores esse, quæ nõ modo domi, sed etiã foris, femore, deducta tunica nudato solebant incedere. Nec tpibus nostris italicæ mulieres, q̃ facie, collo, pectore q; aperto ambulant, magis ad libidinẽ mouent hoiem ptinentẽ, quam turcæ, quæ mẽbris omnibus obnuptæ domo prodeunt. Sic igitur illæ, quanq̃ femur, aut quoduis membrum detegerent, nihilo tamen propterea magis prouocabant ad libidinem uiros, qui ab ineunte ætate continentiam fuerant, ac temperantiam secuti. Valet etiam in his plurimũ cõsuetudo. ita enĩ natura comparatum est, ut magis moueant, quæ raro uidentur. Quod si uiri illi crebro, immo uero quotidie, publico usu, ea membra perspiciebant, quæ hoc tempore detegi, obscœnũ uideretur, profecto credendum est, non magis tunc illos moueri solitos, cum uiderent, quam nos hac tempestate, qui nihil uidemus. Ergo nec ratione naturæ, quod ita statuerit, reprehẽdendus est Plato, nec primus hunc morẽ probasse dicendus est. Quippe ante eũ Minos, & Lycurgus, ta pientissimi legumlatores, nõ minus mulieres, quam uiros cursu, palæstra, iaculo, saxo exerceri uoluerunt, ut Plutarchus uir doctrina, uirtute q; ornatissimus testatur. nec solum recitat, sed etiã probat hunc morem, ea scilicet ratione, ut liberorum procreatio ualidum nacta initium in matre firma, atq; robusta, quasi solidis actis radicibus cõmodius prodeat, tum etiã matres ipsæ corpore exercitato, ac duro, facilius tolerare possint partũ dolorẽ, & siquãdo res ita exegerit, pro patria pugnare. Quod si tu reprehendis, inquit, & causam quæris, cur uirgines nudæ sese exercere debuerint, disce propterea sic agendum fuisse, ut, quæ uires corporis, & animi uirtutem, nõ minus, quam uiri capere possent, non secus etiam, quam uiri erudirentur. Opinionem autem exterorum, qui diuersa sentiunt, contemnunt, putantes eos sub nomine honestatis uoluptatem sibi parare, dum mulieres, ĩtra sepia domus inexercitatas continent, quo eas molliores, cãdidiores, delicatiores q; efficiant. Quid ptерea de legibus Lycurgi Plutarchus refert? Respublica, inquit, Lacedæmoniorum, quãdiu leges Lycurgi seruauit, ĩter omnes græcorum ciuitates prĩcipatum tenuit annis fere quingentis. Mox ubi eas negligere cœpit, & cupiditate luxu, priuatis q; studiis Reipu. curam omittere, eo decidit, ut quibus imperare solebat, seruiret. Quid igit aduersarius de Lycurgo dicet? qui uirgines nudis corporibus exerceri, certare q; inter se coram uiris præcepit, nec animaduertit tam grauem eius sententiam, quod præ libidine status reipublicę ĩterimeretur. At Lycurgum opinor laudabit, Platonem minime, ut semper sui similis, nullo ĩ loco sibi cõstet. Sed enim Plato, qui Lycurgum secutus est, eadẽ, qua Lycurgus eruditione, atq; etiam integriore fretus, non dubitauit corpora mulierum nudare, atq; ita publice exercere. Nã si recte, inquit, iuuenes educentur, atq; erudiantur, bene se res habebunt. Sin minus taceo in nostra republica,

» ua republica, ne tanq̃ in diuinatione superstitiosi mali, aliquid ominemur. Itaq; nõ modo adolescẽtes, ueꝝ etiam puellas armatas prosilire, choreas ĩstruere, saltitãdo exerceri, & qcquid ad bellum, ac pugnam pertinet, meditari, & Lycurgus, & Plato p̃cipiunt, nec rẽ aggrediunt, quã natura muliebris ferre non possit. Iam enim & Amazones rebus præclarissime gestis, satis docuerunt, muliebrẽ naturã id pati, & Lacænæ postea ita exercitatæ, quæ de Amazonibus dicta fuerant, cõfirmarunt. Vnde pulcherrimũ illud Gorgonis Leonidæ Lacedæmonii uxoris dictũ extat, aduersus eã, quæ ita dixerat, solæ uos Lacænæ uiris uestris imperatis, certe, inqt, solæ enĩ uiros parturimus. Apud Lacedæmonios, id genus saltationis Lycurgus instituit, quam Hormũ dici Lucianus in libro, quem de saltatione edidit, refert. Constituebatur id genus ex adolescentibus, & uirginibus alternatim ad choream dispositis. Ducebat adolescens militarem exercens peritiam, qua postea, cum hostem inuaderet, uteretur. Sequebatur uirgo modestia quadã insignis, & saltum fœminæ decenter agebat, ex qua re intelligebatur hormum constitui, ex duab⁹ illis uirtutibus tẽperantia, & fortitudine. quod saltandi genus id fortasse est, quod ueteres Romani Sicinum appellarunt, & in usu frequentissimo habuere. Virtutem igitur, & eruditionem non inutilem saltatio illa præseferebat, non uitium, ut dare probro aduersarius conatur. Communionem etiam quandam, & necessitudinem ad matrimonia obeunda commodissimã hinc fieri Plato dicebat, quod aduersarius irridet, quasi nihil omnino ad futuri matrimonii rõnẽ cõferat, conspectus mutuus maris, & fœminę & uerba, & gestus corporis, & reliqua, quæ experiri inuicem possunt prius, q̃ matrimonio copulentur. Atqui complures puellæ plus uirtutis, q̃ auri, aut argenti possidentes, cum pro dote uirtutem suam ita patefecissent, ut Plato consulit, facilius nupsere, quam quæ prægrandi pecunia sibi matrimonium quæsiuerunt. Laudandũ præterea illud est tam Lycurgi quam Platonis consilium, quod puellas, quas ita cõparere probabant, nequaq̃ sine custode esse uoluerunt, sed delegerunt uirum ætate prouectũ, ex eo ordine, unde summi magistratus creabantur, qui adolescentum, ac uirginum collegio pręesset, & inhonestum, aut turpe aliquid agentes puniret acerrime. Hunc pædonomum Lycurgus appellauit, quem Plato non minus quinquaginta annis natum esse uoluit, ciuemq; esse honestissimũ, & legitimorum filiorum parentem statuit, qui erudiendæ, gubernandæq; iuuentutis curam susciperet. Ac ne senectute quidẽ, & liberis, & honestate ptentus fuit, quanquã hæc præcipua sunt, uerum etiam addidit, ut qui huic prouinciæ præfuerit, omnium reipublicæ magistratuum summus habeat. Ortus, inquit, primus uniuscuiusq; rei bene depromptus pro suæ naturæ uirtute » plurimum ualet ad finem commodum afferendum tam in stirpibus, quam in omnium animã » tium, tum mãsuetorum, tum agrestium genere. Homo autem, quanq̃ mite animal est, atq; man » suetum, tamen si bene erudiatur, & felici quadam natura præditum sit, mitissimũ, & uere diui » nũ animal reddet, Sin minus, omniũ quæ natura ꝓduxit, maxime agreste euadat, necesse est. » Quamobrem, non secundo loco, nec pro re superuacua, educatio liberorũ habenda est, apud » legum authorem, Sed ante omnia, qui recte consulit, inde exordiri debet, ut ex ciuibus unus eligatur, qui omnibus in rebus uirtute præstantissimus sit, isq; summa diligentia constituatur iu» dex, procurator, tutor, magister iuuentutis, & quinquennio magistratum gerat. Mox alius eo» dem modo eligatur, qui q; officio suo recte functus esse censorum examine diligentissimo, qui » & ipsi ex summis debent esse magistratibus, decernetur, maximis donetur honoribus. Qui ue» ro cõtra fecerit, summis suppliciis plectatur. Quis igitur putet negligi posse iuuẽtutẽ ab homine prudẽti, honesto, annos quinquaginta nato, patrefamilias, summo magistratu duntaxat ad quinquennium fungente, subtili examini subiecto, & uel summum honorem, uel summã ignominiam recepturo, usu etiam rerum prudente, paterno amore, propinquo tẽpore magistratus breui, solicito, examinis expectatione cauto. Nemini profecto formidandũ est, ne talis uir summo studio, fide, diligentia q; procuret adolescẽtum, & puellarum pudicitiam, & eruditioni eorum liberali, quantum potest, inuigilet. Primum itaq; hoc statutum a Platone est, ad seruandã iuuentutis honestatem. Secundo, ut quod idem fere est, iuuenum animis persuaderet, nihil turpius, aut pernitiosius esse, quã obscœnis uoluptatibus, ac libidinibus indulgere. Sed prestat uerba ipsius Platonis audire. Vbi, inquit, ad iuuenum eruditionẽ ueni, animaduerti adolescentes, » & puellas inter se perquã familiariter congredientes, atq; ob eam rẽ, timui, ut fieri solet, ne parum frugi ea Resp. esset, in qua adolescentes, & puellæ robore corporis præstãtes, otiosi forẽt, » & uehementiorum, atq; illiberalium laborum expertes, quibus præcipue extingui uitiorum cupiditas solet, dediti etiã festis, & ludis, & choris. Quo igitur pacto in ea ipsa Rep. abstinere iu» uenes poterunt a uoluptatibus, quæ multos, multas q; impulerunt in mala postrema, cũ aliarũ

rerum, tum uel maxime amoris in puellas, aut quod deteſtabilius eſt, in pueros, et uel mulierum in uiros, uel uirorum in mulieres, unde innumera damna extitiſſe hominibus, & publice, & priuatim manifeſtum eſt? Quo inquam cõfilio uitare tantum hoc malum licebit? aut quam medicinam tanto diſcrimini adhiberet? Quæ cum dixiſſet, habeo, inquit, quo iuuentus, nõ quidẽ incuita, ſed ſponte ſua ſeſe contineat, quo etiam frater cum ſorore, pater cum filia caſtiſſime uiuãt, & caueant ſummopere, ne aut aperte, aut clàm, cũ ſimul cubant, aut quouis modo ſe inuicẽ tãgunt, libidinoſe quicquam agatur. Lex nimirum nõ ſcripta, ſed uehemens hoc agit, & exiguũ quoddam uerbum, omnem huiuſmodi uoluptatem poteſt extinguere, ſi uidelicet hæc turpiſſima eſſe, nefanda, impia deteſtanda dicũtur, nec id quidem raro, ſed crebro ſermone uſurpatur, ut omnes ab ipſa natiuitate ſentiant omni tempore, omni loco, hæc uituperari, expui, extermi nari, tum per ridicula quædã, tum per ſtudia tragica, quoties aut Thyeſtę, aut Oedipodes, aut Macarei concubuiſſe clàm cum ſororibus ſuis introducuntur, & peracta re, ſtatim ſibi mortem cõſciuiſſe, quaſi ſui erroris, ac peccati pœnam ſibi ipſis digne decreuerint. Famæ enim admirabilis quædam uis eſt, cum nemo contra legem dicere aliquid audet, & in unoquoq; tam ſeruo, quam libro, tam puero, quàm muliere, deniq; in uniuerſa ciuitate, famæ ipſius obſeruantia, & cura, conſecrata lex eſt, ita enim firmiſſima, certiſſima'q; efficitur. Sic Plato, de iuuentutis erudi tione præcepit, & ut honeſtas, & continentia ſeruaretur, ſummo ſtudio curauit. Verum aduerſarius neq; ueritatem cernere, neq; Platonis rationes intelligere uidetur.

Falsò obiectam eſſe Platoni abrogationem legis Laiæ.
Platonis ſententiam de amore cum Lycurgi lege conuenire.
Quibus mulieribus, & quomodo Plato commiſceri uelit.
Quibus remediis uenus coerceatur. Caput VI.

Oſthæc ſubiungit Platonem, legem laiam abrogaſſe, quæ igne cremãdos ſanxerat, qui nefariam ĩ mares libidinem exercuiſſent. Reuoluẽ ſemper iſte eodem, ſed nos quoq; quocunq; ſe uerterit, ſequi neceſſe eſt. Non modo autem reprobaſſe Platonẽ hanc legem aduerſari⁹ ſcribit ſed etiam turpem, atq; nefandam libidinem non pro hibuiſſe, immo, ut clàm patrari poſſet id ſcelus, conceſſiſſe, quod falſum eſſe, apertiſſimum eſt. Nuſquam enim à Platone lex iſta abrogatur, aut tollitur. Legem autẽ laiam recte afferri poſſe, Plato affirmat, ut quæ naturam ducem ſecuta mares maribus miſceri prohibeat, id'q; brutorũ exemplo confirmet, apud quæ inauditus eſt adeo turpis, nefarius'q; cõcubitus. Hanc igitur legem Plato nimirum approbat, & recta ratione conditã eſſe fatetur, Vtrunq; enim peccare, & dignum eſſe, qui uituperetur, exiſtimat, & eum, qui mare pro fœmina utitur, & eum, qui uſum huiuſmodi fœdiſſimum præſtat, alterum, q; nefariæ uoluptati cedat, alterum, q; mutare ſexũ, & ex uiro inſtar fœminæ fieri patiatur, non tamen amorem omnem reprehendendum, tollendum'q; eſſe dicit. Sed cum duplex amandi genus ſit, ut ſuperius declaratum eſt, alterum turpe, alterum honeſtum, turpe quidem eiiciendum, honeſtum uero tanq̃ uirtutis alumnum ſeruãdum cenſet. diſtinguit itaq; Plato amandi rationem, & bipartitum, quod dixi genus, aſſignat, ita tamen agit, ut ſimul & lex laia ſeruetur, & genus amoris honeſtum, turpis illius gratia, non temere improbetur. Quo in loco, triplici illa partitione, amoris pulcherrime uſus eſt. quam ſecutus Ariſtoteles, formam amari à materia ſcribit. Amorẽ enim, aut iter ſimiles uirtute ac pares eſſe, aut inter diſſimiles, atq; cõtrarios, cum alter alterius egeat, quomodo diuitem amari ab inope dicimus, aut ex utroq; iſtorum conſtare, quòties pars diuerſa ad res ſuaues, atq; iucũdas hortatur, ſimilis dehortatur, fit'q;, ut modo huc, modo illuc animus trahatur, & pẽdeat, quam diſſenſionem, imagine etiam illa equorũ, & ſpecie ſignificauit, cum alterum equorum pulchrum corpus aſpicere, ad id'q; potiundum hortari, & cogere diceret, alterũ recuſare, dehortari, obſiſtere, utpote non pulchritudinem corporis appetentem, ſed animi elegantiam, & liberalem uirtutis formam amãtem. quod ſi diuerſa amandi ratio eſt, non male Plato, inquit, legem illam diſtinguere amorem debuiſſe, & primum illum ex uirtute ortum concedere, reliquos duos prohibere, quẽadmodum à Lycurgo quoq; Reip. Lacedæmoniorũ authore grauiſſimo lege ante ſanctum fuerat, teſte Xenophonte Atheniẽſi uiro illuſtri. Hic enim, cum Lacedæmoniorum rẽp. deſcriberet, Lycurgi conſiliũ probat, quo rõnẽ amandi diſtinxerat, & quomodo amandi adoleſcẽtes forent ex cõmoda, laudata'q; morũ honeſtate deſcripſerat, cõmẽdauerat'q; amorem ex uirtute ꝓficiſcẽtẽ, alioquin nõ minus abſtinere, q̃ patrem à filio, aut fratrem à fratre uoluerat.

Verba ipſa

Verba ipſa Xenophontis hæc ſunt, λεκτέον δ' μοι δοκεῖ καὶ τοῦδε τῶν παιδικῶν ὁρώντων. ἔστι γάρ τι καὶ ἡδὺ πρὸς παιδείαν. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι ἕλληνες, ἢ ὥσπερ οἱ βάρβαροι, ἀπὸ καὶ παῖς συζυγέντες ὁμιλοῦσιν, ἢ ὥσπερ ἀλέκτορες δι' ἀκρέπων τὴν ὄρασιν χαίροντες. ἐσὶ δὲ καὶ οἱ παντάπασι τὸ διαλέγεσθαι τοὺς ὁρᾶσθαι ἐρῶντας ἐκ τῶν παίδων. ὁ δὲ λυκοῦργος σωφρονίσας καὶ τούτοις πᾶσι γνοὺς, εἰ μόνης αὐτὸς ὢν σὺ δὲ ἁλῶ, ἀγαθὸς ψυχὴν παιδὸς, πειρᾶσθαι ἄμεμπτον φίλον ἐκ τελέσθαι, καὶ σωφρονεῖν, ἐπήνει, καὶ ἡδὺ λίαν τοῦτον παιδείαν ὁμολογῶν εἰ δέ τις παιδὸς σώματος ὀρεγόμενος ἀμοχθὶ ἐκ θεῶν, ἐποίησεν ἂν λακεδαιμονίων μηδένα τοῦτον ὁρᾶσθαι παιδικῶν ἀπέχεσθαι, ἢ τοὺς παίδων, ἢ καὶ ἀδελφοὶ ἀδελφῶν ἐς ἄφορα ὅσα ἀπέχουσι. Ita lex laia à Platone emendatur, nõ tollitur, immo, quod ad turpe amoris genus pertinet, & probatur, & recipitur in Rep. & diligẽtiſſime ſeruatur, perficitur etiam addita illa parte perutili, qua ſiue negligẽtia, ſiue imperitia ſui authoris carebat, ut infamia rerum eiuſmodi ab ineunte ætate cognita, & teneris adhuc animis concepta faciat legibus poſitis obtemperare. Quas autem leges de rebus uenereis ſtatuerit, & quẽadmodum continẽtiæ, caſtitati'q; conſuluerit, iam uidetis. Qua in re, nequis forte plus iuberi exiſtimaret, q̃ natura humana uideretur poſſe tolerare, exemplo uſus eſt Icai Tarẽtini, Criſonis, Aſtyli, Diopompi, & aliorũ athletarum, qui tametſi robore, & bona habitudine corporis proniores eẽ ad libidinem uiſi ſunt, q̃ qui corpore imbecilliori fuerunt, tamen uictoriæ cupiditate, quam conſequi ex palæſtra cupiebant, continentiſſime uixerunt, nullam alioquin animi eruditionem habentes. quod ſi eiuſmodi homines, inquit, ita faciunt, longe profecto facilius id facere poſſunt, qui pulcherrimæ oĩum uictoriæ cauſa aduerſus uitia pugnãt, ſe'q; feliciſſimos ſperant futuros, ſi ſuperatis uoluptatibus continentiæ palmam obtinuerint. oportere ait homines, haud deteriores eſſe auibus, aut cæteris belluis, quæ inter greges ampliſſimos ortæ, ad iuſtam uſq; ætatẽ procreãdæ prolis, caſte, immaculatè'q; uiuunt, ubi uero ætatis iam ratio exigit, mas cum fœmina, & fœmina cũ mare ſuauiſſime iunguntur, atq; ita reliquum uitæ ſuæ tempus, iuſte, religioſe'q; uiuunt, ſumma fide, prima amoris ſui fœdera, & iura ſeruãtes, oportere igitur homines meliores belluis eſſe, non deteriores. Primam itaq; legem de rebus uenereis Plato ſuis hominibus tulit, ut à marium, omni'q; contra naturam libidine prorſus abſtineãt, & ab omni ſolo, in quo naſci nequeat, quod ſatum eſt. Secundam, ut ſi ſe nullo modo continere poſſunt, maris ſaltem nefandam, & plenam ſceleris, atq; abhominandam libidinem uitent, fœminas autem, ſiquas libuerit, præter coniuges, utpote ancillas, & pediſequas, aut alias contubernales, adeant quidem, uerè non temere, neq; imprudẽter, ſed ita, ut cæteros lateant, alioquin priuari laude ciuili, & notari ignominia debeant. Ita. n. ait. εἴ τις συσκευάσειε τόπον, ὅπου τοὺς μὲν θεοὺς, καὶ ἡ ὁρᾶσθαι γάμον ἐλθούσης εἰς τὴν οἰκείαν, ὧν παῖς, ἢ ἄλλῳ τῷ δόπῳ κτησαῖς, μὴ λανθάνων αὐτὸς τὲ, καὶ γυναῖκας πόσας, τέκνα ἂν ἄτιμον αὐτὸν ἐν τῇ πόλει ἐπαίνων νομοθετοῦντες, ὀρθῶς ἂν δόξαιμεν νομοθετεῖν. Sic Plato legitimæ uxorum uſum paſſim cõcedit, reliquarum prohibet, uel ſiquid plus ueneris naturalis permittit, non niſi cum pellicib⁹ domeſticis, & clàm, & ut omnes tam uiros, q̃ mulieres lateat, fieri iubet, ea. ſ. cauſa, ut pudore, atq; ignominiæ metu, homines raro auſint peccare. Sic enim libro ſexto de legibus ſcribit. Duplicem eſſe appetitum, in quo uirtus, uitium'ue cõſiſtat, prout quisq; bene, uel male inſtitutus eſt, alterum uentris, alterum ueneris, præcedit ille edẽdi, bibendi'q; appetitus, ſequitur ſummo cum ardore, quaſi furiis hominem agitans uenus. Itaq; conſilio opus eſt, quo animus à uoluptate ad uirtutem reuocet, quod tribus illis præcipue fit, metu, lege, uera monendi ratione. Hæc Plato, aduerſarius uero, quæ de fœminarum uſu ab illo dicta ſunt, trahit ad mares, & Platoni obiicit, q; maris uſum cõceſſerit, modo qui peccat, latere poſſit, homo magis calumniæ, q̃ ueritatis ſtudioſus. Quod enim Plato de fœminæ uſu illicito puniendum eſſe dixit, niſi omnes, tam uiros, q̃ mulieres lateat, hic ita accipit, ut ſiue mare, ſiue fœmina aliqs libidinoſe utatur, modo id clàm fiat, irreprehenſibilis ſit, quod certe fieri ſine ignorãtia, aut animi perueꝛſitate non poteſt.

De breuitate matrimoniorum, paucitate liberorum, & patrimoniorum tenuitate.
Qualem rempublicam Plato deſcribat.
Non minus, q̃ duos liberos procreandos eſſe.
An nouerca liberis ſaperducenda ſit.
Ante trigeſimum annum non eſſe ducendam uxorem, & ante decimumoctauũ annum minime nubendum.
Ex connubio iuuenum debilem, atq; imbecillam prolem creari.
Interpretatio ſententiæ Ariſtotelis de matrimonio.

Cur opes improbet Plato.
Bonam, non opulentam oportere esse ciuitatem.
Non posse eundem & ditissimum esse, & optimum.
Quantam deceat esse magnitudinem ciuitatis.
Aristotelis sententia de magnitudine ciuitatis in Rep. uitanda.
Nimium numerum ordinem seruare non posse.
Immensum oportere esse agrum, qui militum quinq; millia alat.
Non minus ab Aristotele, q̃ a Platone aduersarium dissentire. Cap. VII.

Ed quid præterea Platoni obiiciat, uideamus. Vetuisse hũc, inquit, nequis ultra de-
s cennium uxore uteretur, néue plures duobus liberos procrearet, tum etiã prohibuis-
se, ne patrimonia supra quatuor minas augerent, super qbus exclamat aduersari⁹,
& uerba inordinate de opulentia fundit. Tum mores Platonis hoc etiam loco uitu-
perat. Sed maledicentiam aduersarii nihil, quod Platonis moribus conueniat, exprimere, supra
demonstrauimus, in qua re necessariũ fuit pleraq; loca Platonis interpretari, ut latini græcam
ignorantes linguam, qd ex illius sententia legerent, haberent. Hoc uero loco, multorum inter-
pretatio minime necessaria erit, quippe ratio ipsa rerum satis superq; erit ad Platonis defensio
nem, quam quisq; uestrum approbare facile poterit, etiam si plura Platonis uerba non audiat.
Enimuero non uulgarem quandam lasciuam, & diuitiis affluentem Remp. condit. non collu-
uiem pastorum, aut profugorum hominũ, quasi in Asylum congregat, non mercatores, sarto-
res, tonsores, nutrices, uectores, histriones, saltatores, adulatores, parasitas, coqnæ, & popina
rũ ministros admittit, sed puram, synceram, sine ullo fuco, sine ulla labe uoluptatis, ciuitatem
constituit, quæ omnia ad humanam uitã necessaria abunde suppeditet, superuacua, & inutilia,
quæ appetere deprauata natura consueuit, nõ habeat, nihilo egeat, nihilo abundet. Itaq; modũ
& pecuniis, & liberis procreandis describit, ne alterutra re uoluptas, quæ exitiũ Reip. eẽ solet,
contrahatur, aut per inopiam proles numerosior ali digne, educariq; nõ possit, præsertim tem
poribus belli difficilibus, & iniquis, non tamen duobus filiis prolem ad summum determinat,
ut aduersarius fingit, sed, ut saltẽ duo sint liberi iubet, nec uetat, nequis ulterius procreet, sed ne
quis minus, q̃ marem, & fœminam habeat, edicit, quanq̃ nõ quot quisq; uoluerit, procreãdos
censet, sed hunc statuit terminum minoris numeri, quod aduersarius intelligere noluit & qua-
si duorum duntaxat numerum Plato præscripserit, reprehẽdit. Cæterũ sicui procreatis iam li-
beris mare, & fœmina uxor obierit, huic liceat nouercam suis liberis non ducere, si ita libuerit,
quem etiam locum male aduersarius intelligit. non enim ne omnino ducatur nouerca Pla. iu-
bet, sed, ut, si libuerit, non ducat, liceat tamen ducere, si uelit, cũ aduersarius intelligat, omnino
ne ducatur, Platonem prohibere. uoluit sanè Plato postq̃ & naturæ satisfactum, Reip. maris
& fœminæ procreatione, censebat nouercæ molestiam, quæ sæpenumero intolerabilis est, pri
uignis, si ita patres uellent, auferre, officium q; legũlatoris existimauit. Id parentis arbitrio inte
grum relinquere. illud uero uetuisse Platonem fateor, ducere quẽquam uxorem nisi annos tri-
ginta, uel quinq; & triginta natus esset, & nubere aliquã nisi uigesimum, uel saltẽ duodeuige-
simum annum excessisset, quod eo consilio fecit, ut florente ætate parentum, liberi robustiores
procrearentur. Aetate. n. adhuc imperfecta debiles, infirmos, parum uiuaces necesse est liberos
procreari, quapropter nec ingraescente iam ætate, procreandæ soboli indulgendũ arbitratur.
Vt enim iunioꝝ sic senioꝝ filii, parũ perfecti, ualidiq; gignunt. Quod Aristoteli quoq; placere
uidetur, cũ libro politicorum septimo, ita scribit. Iuuenum coniunctio uitiosa est ad sobolem
procreandam. Nam in omni animantium genere, proles adolescentũ imperfecta est magnaq;
ex parte fœminea, & perexigua oritur. Quamobrem hoc idẽ hominibus quoq; accidat, neces-
se est. Cuius rei argumentum est, quod in his ciuitatibus, in quibus mos est adolescentes cum
puellis nõ dum uiro maturis matrimonio copulari, homines imperfecti, & parua statura sunt.
Tum etiam in parturiendo uehementius laborant puellæ, magnaq; ex parte pereunt. Seniorũ
quoq; imperfecta est proles, tum animo, tum etiam corpore, & sicut iuniorum, ita etiam senum
lõge imbecillior, puenit. Aetas etiam ab Aristotele eadem fere, quę a Platone soboli procre-
andæ decernit, fœminæ enim quintus & uigesimus annus, mari quintus, & trigesimus statui-
tur. Cum igitur tam Plato, quam Aristoteles, annum qntum, & trigesimum initio procreandi
tribuant, neuterq; eorum seniorum procreationem probet, cur errare dicendus est Plato, si tẽ-
poris spatium, quo procreari commode possit, decem, aut quindecim annis descripsit, quod

ab aduersario reprehẽditur? Profecto si animo libero esset, si recte iudicaret obiurgator iste Pla
tonis, non tanta id cum asseueratione reprehenderet. Opes autẽ, & diuitias Plato de sua Rep.
eiicit, quia nouit hinc oriri seditiones, controuersias, odia, simultates, inimicitias, tum uero uo
luptates, luxum, libidinem, & reliqua malorũ genera, quæ Remp. pessundãt, & optimã quãq;
ciuitatem euertunt. Bonam enim non opulentam ciuitatẽ suam facere conatur, nec fieri posse
existimat, ut idem & prædiues sit, & uirtute præfectus, quemadmodũ in sacris libris nostræ re
ligionis legitur, facilius esse camelum per foramen acus transire, quàm diuitem ingredi regnũ
cœleste. Quàm multa in tertio de legibus libro? quàm multa in quinto, in octauo, in nono de
malis disseruit, quæ a diuitiis proficiscuntur? quæ, ut prolixitatem fugiam, hoc loco prætereo.
Quadraginta uero & quinis millibus locupletum constituẽs ciuitatem, non exiguam, ut aduer
sarius dicit, & contẽnendam facit, sed talem, quæ & ulcisci uicinos, si iniuriam fecerint, & iu-
uare, si acceperint, ualeat. Nam si de quinq; millibus familiarum decem millia strenuorũ mili-
tum proficiscuntur, qui tandẽ tot uiros, tam fortes animo, tam corpore robustos, tam diligen-
ter eruditos, atq; exercitatos, nec qdẽ mercenarios, aut peregrinos, sed ciues, pro patria, p uxo
ribus, pro liberis, p larib⁹, & sepulchris parentũ dimicãtes, uincere, supare, ac pternere possit?
Audiat aduersari⁹, si tamẽ assequi potest, quid Plato quarto de Rep. libro de hac re dicat. Nã
cum id de ciuiũ inopia sibi ipse obiecisset, quod aduersarius affert, ciues scilicet inopes, atq; egẽ
tes, impotentes esse ad bellum gerendum, præsertim si aduersus magnam gentem, atq; opulẽ-
» tam mouere arma coguntꝰ. Nulla, inqt, maior hac nostra ciuitate esse potest, nec ulla alia ciui
» tas appellanda est, sed potius ciuitates, quando ciues ipsi partim diuites, partim pauperes sunt,
» eosq; rursus distrahi in plures, ac uarias conditiones necesse est. Itaq; ciuitatem eiusmodi mini
» me formidare debemus. facile. n. nostri homines belli, pugnæq; peritissimi, diuites illos parum
» peritos superabũt, etiam si numero multo plures fuerint. Tum si nostri ciues oratoribus missis
» ad alteram ciuitatem hæc uere referant, Nos quidem auro, & argento non utimur, nec fas uti
» apud nos est, uobis fas uti, & licet. Quod si amici, & socii nobiscũ bellũ, aduersus alios geritis,
» uos soli illorum diuitiis potiri facile poteritis, putasne aliquos fore, qui cum hæc audierint, ma
» lint aduersus robustos canes, ac macilẽtos pugnare, quàm præsidio horum canum aduersus pe
» cudes pingues, & teneras? Sic Plato sacra illa sententia fretus, omne regnum in se diuisum de-
» solabitur, non dubitat, quin sui homines tam unanimes, atq; cõcordes, facile debellare possint
» diuisos inter se hostes, atq; discordes, & animo, officio, rebus fere omnibus distractos, quam ci
» uium concordiam, communitatemq; perfectam, quoniam in quocũq; populi numero seruari
» posse non arbitratur, idcirco Remp. non amplius augendam censet, quàm dum una esse, ser
» uariq; possit, & si magis crescat, amissura sit uires, qbus & se tueri queat, & alios supare. Quã
» sententiam Platonis, Aristoteles quoq; secutus septimo politicorum libro, magnitudinem ciui
» tatis, non magno ciuium numero, sed uirtute describit. De qua, inquit, urbe artifices multi, mi-
» lites pauci proficiscuntur, hæc magna esse non potest. Neq; enim numero populi maiore, ma-
» gnitudo ciuitatis iudicãda est, sed uirtute, ac morib⁹. Quod si quãtalibet ciuitas, fungi ciuitatis
» officio potest, hanc magnam esse arbitrandum est. Frequẽs admodum illa, ne recte quidem le
» gibus regi fortasse poterit. Itaq; nullam ex iis, quæ regi bene existimantur, Remp. uidemus ex-
» cedere numero. Quin etiam ratione hoc idem constat. Lex enim ordo quidam est, & legis uir-
» tutem, ordinis esse uirtutem necesse est. Numerus autem admodum excedens, seruare ordinẽ
» non potest. Terræ etiam amplitudo quanta satis sit iusto ciuium numero, modusq; ipsius nu-
» meri statui debet, & quidem tam a Pla. quàm ab Aristotele recte statuitur. Nam Plato, qnto
» de legibus libro author, inqt, Reip. sapiens amplissimam constituere ciuitatem, cui iura datu-
» rus est, non debet, neq; uero opulentissimam, argentiq;, & auri prædiuitem, & plurimarũ na-
» tionũ terra, ac mari dominam. Sed, ut q̃ optimam, felicissimamq; constituat, dare operam de-
» bet, qui recte consulit. Partim enim ex iis, quæ optamus, effici possunt, partim nequeunt. Itaq;
» ea, quæ effici possunt, qui consulit, uelit, at ea, quæ fieri nequeũt, nec uelit frustra, nec tẽtet. Ho
» mines igitur simul probos, felicesq; effici posse, manifestũ est. At uero prædiuites fieri, simulq;
» optimos, impossibile est. Sed ditissimum quẽq; pessimum esse, necesse est. Author autem legũ,
» & Reip. eo spectat, ut sua opa ciues, q̃ felicissimos faciat. Aristoteles uero in eo libro, quẽ mo-
» do nominaui, Officium, inquit, ciuilis institutionis est, quot, quales q; ex ratione naturæ opor-
» teat esse ciues, decernere, eodemq; modo, & ẽlis terra esse debeat. Quin etiam, secundo libro
» de numero militum agẽs, quos Plato quinq; millibus constituerat, Tot, inquit, militibus terra
» Babylonia, aut aliquo agro summæ amplitudinis opus erit, ex quo qnq; millia hominũ otioso

rum uictum quærant, & cũ his etiam numerus alter mulierum, famulorũq; multo amplior ali possit. Sic Aristoteles pro terræ amplitudine, modum numero hominum instituit, & quidem parcius, q̃ Plato facit. At obiurgator noster Platonem reprehẽdit, frustráq; eum metuere dicit, ne propter ciuium multitudinem uictus desit, rem minime formidandam, quippe lõge plures facillime ali posse, nec solum uictu necessario, sed etiam delicato, & quib⁹ Aristoteles uix a' terra Babylonia suppeditari uictum posse existimat, eos, immo uero longe plures ex eius exigua regione uiuere delicate posse affirmat, ita, qui cum Aristotele sentire se iactat, non minus Aristoteli, quàm Platoni diuersa, & plane' contraria loquitur.

De Milciade, Cimone, Themistocle, & Pericle Athenienſium oratoribus.

Non modo bona agenda pro patria, sed etiam bene agenda.

Qualem secundum Platonem esse oporteat gubernatorem ciuitatis.

De duplici opera animo adhibenda.

Quibus uitiis Athenienses periere.

Milciadem, Cimonem, Themistoclem, & Periclem nauali tantum industria Atheniẽses exercuisse, terrestres pugnas contempsisse. Caput VIII.

Vnc quid de quatuor illis siue oratoribus, siue imperatoribus Athenienſium Milciade, Cimone, Themistocle, Pericle scripserit, Platonem ingratitudinis arguens, uidendum est. Facinus ingratissimi, atq; iniquissimi hominis esse dicit, eos uiros assentatores appellare, & turpes ministros, & uoluptatum authores, qui ea tempestate, qua Resp. Atheniẽsium in summo discrimine erat, adiuuerunt, seruarunt'q; nõ modo Athenas, sed etiam Græciam uniuersam. Hoc aliud Platonis crimen est, si aduersario credimus. Atqui Platonem, homines bene de Rep. meritos laudare, summis'q; extollere præconiis, nemo, qui eius libros legit, ignorat. Eos tamen bene de Rep. meritos putat, qui non modo bona pro patria, sed etiam bene egerint. Itaq; hominum salutem, non summum bonum, secundum uulgi opinionem statuit, sed salutẽ cum uirtutis cultu, & officio summum bonum appellat.

» Quippe in libro de Rep. quarto ita scribit. Seruat sæpenumero nauem gubernator, magno'q;
» periculo eximit eos, qui nauigant, uerum meliores non reddit. Sic qui Remp. regunt, uincunt
» quidem interdum hostes, & populum seruant, sed quoniam eius, quẽ seruant, praua explent
» desyderia, & quæ iucunda, non quæ commoda sunt, studeant administrare, nequaq̃ benemere
» ri eos de Rep. dixerim, immo uero malefacere, ac uehemẽter errare. Equidem nõ inficior esse,
» qui hostẽ superarunt, Remp. fecerunt opulẽtioré, urbẽ muris auxerunt, ædificiis'q; tũ publicis,
» tũ priuatis ornarunt, Veꝝ nõ hos de ciuitate benemeritos dixerim, sed eos, q ciues suos bonis
» moribus instituerunt, ingenue erudierũt, uirtutẽ docuerunt, probum deniq; unũquẽq;, & fru
» gi, quantum in eis fuit, reddiderunt. Nã qui hæc fecerint, illud etiam non minus, immo longe
» plenius consequentur, ut hostem uincere, uitam'q; omnẽ cum summa felicitate agere possint.
» Etenim si aliter seruari patria, ornari'q; ciuiũ beneficiis non posset, quàm si gratificari unusq;q;
» semper, & iucunda agere studeret, profecto hac uia eundum eẽt, & ita regẽda, gubernanda'q;
» Resp. q uero ita gubernarẽt, sũmis laudibus efferendi forent. At si potius probitate morum &
» uirtute contingit populis, ut hostium copias prosternant, id'q; ꝑsæpe euenit, rationé'q; fieri so
» let, contra uero perraro uictoria, fortunáq; excipitur, cur eos, qui utrunq; simul, uirtutẽ scilicet,
» & potentiam suis ciuibus pepererunt, iis non longe anteponẽdos existimem, qui alterum dun
» taxat, & quidẽ deterius Reip. præstiterẽ? Hac igitur lege, & optima regula exquirit Plato, re
censet'q; uiros, quos modo nominaui, in eo sermone, qui Gorgias inscribitur, de quibus uiris
testatur, profecto', quod clari imperatores fuerint, quod uictoria potiti triumphum meruerint,
quod Remp. summo discrimine liberarint, quod uero uirtute non minus cum suis hominibus,
quàm pro his cum hostibus dimicauerint, quod'q; uincere, ac refrenare suos potius appetitus,
quàm hostium impetũ docuerint, testari non potest. Cum'q; eos animaduertat in administran
da Rep. multa temeritati plebis concessisse, multa, ne displicerẽt, prætermisisse, pleraq; etiam,
ut populo gratificarentur, iucunda, q̃q̃ noxia essent, adhibuisse, recto philosophiæ studio ad ea
reprehendenda duci uidetur. Itaq; a' Callicle, cum quo Socrates disputabat, ueram illam repre
hendendi rationem accipit, quæ duplicem operam animo adhibendam statuit, alteram à' con
silio, & solertia proficiscentem, quæ, ut probus efficiatur animus suscipi solet, alterã, quæ quid
animo prosit, minime curat, sed quemadmodum uoluptate affici possit, studet, operatur'q;, hãc
assentationem,

assentationem, siue adulationem, tum corpori, tũ animo, inquit, adhiberi, & oratores magna ex parte, in administrãda Rep. hanc operam nauare, omissá'q; communi utilitate, cõmodis suis dũtaxat cõsulere. Qua culpa, ne eos quidem, de quibus sermo habetur, quatuor uiros caruisse. non enim uera dicendi facultate usos fuisse, sed ea, qua oblectare potius populum, quàm emẽdare uiderentur, quæ a' Demosthene quoq; oratore grauissimo damnatur, cum eos oratores reprehendendos putat, qui id fere' scisciantur apud populum, quid scribam? quid placeat? quid gratificer? Quod siquis uiros istos tueri uolens, uictoriam narret, & trophæa, & triũphos, imperatorum officia hæc esse, aut tẽporum, & præsentis necessitatis munera Plato respondebit, quæ a' se quoq; laudẽtur. Sed quoniam, qui exercitum feliciter duxerunt, uiros se bonos ꝑfitentur, & bello iam peracto sese ad Reip. gubernacula cõtulere, functuros'q; bonorum uirorũ officio in ea quiete, ac tranqlle administranda polliciti sunt, dicat nunc, qui patrociniũ eorum suscepit, quid egerint, demonstret nihil eos feciſſe reprehendendum, etenim Plato minime curasse uiros istos, quod in primis curãdum erat, arbitratur, ut ciues moribus meliores, uirtute'q; animi præstantiores euaderent. Sed late populo concessisse otia, luxum, cupiditatem, dicacitatem, superbiam, permulta'q; alia uitia, quibus Athenienses infensi sociis, seditiosi'q; iuicem facti, tandẽ perituri essent. An uiri isti (loquar enim Platonis uerbis) statum Reip. emẽdare stu
» duerunt, ut melioribus legibus iustitia, & uirtutes reliquæ colerentur? An honestiore unq̃, siue
» commodiore pugnæ genere, quàm nauali ciues suos exercuerunt, ut siquando arma, uel Mace
» donum, uel Romanorum, aut aliorum mortalium terra inualuissent, non deessent, qui fortiter
» possent obsistere? Iam pugna terrestris apud Marathonem, & apud Plateas acta potius, q̃ naua
» lis apud Salaminem, aut Artemisium rem seruauit, & tamen nihilo diligẽtius terræ, q̃ mari na
» uare operam quatuor illi uiri consulere, immo uero nauium numerum longe amplius auxerũt,
» & duntaxat rem naualem maiorem in modum amplexi sunt, quasi duplex hoc cõsilium esset,
» aut nauali pugna semp decernere, aut siquis a' terra inuaderet, classe per mare fugere, & in ali
» um locum migrare. Hæc Plato q̃tuor illis uiris obiicit, quæ si ita se habent, haud iniuria id fa
cit, Sin minus, exponere ea primũ aduersarius deberet, quibus mentiri Platonem ostẽderet, tũ eum reprehendere. Verum dicere iste permulta potest, non periisse autẽ Remp. Atheniẽsium, consilio prauo, & eorum uitio, qui ciuitatis gubernacula tenebant, nunq̃ poterit ostendere. Sũma igitur criminis, quod a' Platone obiicitur, hæc est, quatuor illos uiros populum, cuius curã gerebãt, non reddidisse uel moribus meliorem, uel solertia cautiorem, uel industria ualidiorẽ, id'q; permultis rationibus explicat in eo sermone, quem Gorgiam inscribi supradiximus. Nec propterea ingratitudinis, aut inuidiæ damnandus est Plato, sed potius laudandus, quod & morum probitatem exigat, & consilii cõmoditatem. quæ res cum apud omnes proculdubio probentur, frustra aduersarius conatur ostendere Athenienses culpa eorum, qui remp. regebãt, mĩnime periisse, cum se bonorum morum authores, & commodissimarum rerum magistros profiterentur. Verum ne solum quidem Platonem de iis, qui Reip. Athenienſium præerãt, ita sensisse animaduertimus, cum Aristoteles quoq; secundo Politicorum libro idem præseferat.

» Tribunos, inquit, rectores'q; plebis in præsentem popularem statum Remp. detulisse, cum
» populo tanq̃ tyranno gratificarent'. Quoniam Solon forum iudicibus sorte sumẽdis ex omni
» bus constituendum cẽsuisset, id'q; ualeret. Senatum enim Areopagitarum, inquit, Ephialtes di
» minuit, & Pericles, iudices uero mercenarios Pericles instituit. Atq; in hunc modũ unusquisq;
» tribunus, & rector ad præsentem popularem magistratum rem auxit, quod quidem minime ex
» Solonis sententia uidetur accidisse, sed casu potius, atq; euentu. Populus enim, q; causa fuerat,
» ut pugna nauali Medorum copiæ superarentur, elatus animo exercere superbiam cœpit, & suo
» arbitratu tribunos sibi, rectores'q; constituit, improbos aduersus probos, qui bene remp. admi
» nistrarent. Quarto etiam libro, populum non legibus obtemperantem, sed ipsum principem
» rerum omnium constitutum improbat, & tribunos, rectores'q; ab eo declarari dicit, qui idem
» apud populum faciant, quod assentatores apud tyrannos facere consueuerunt. Etenim plebisci
» ta omnia neglectis legibus ad populi potestatem deferri, ꝑpterea'q; usu uenire, ut rectores ipsi
» magni efficiantur, cũ populus rerum omnium dominus sit, populi autem uoluntati ipsi domi
» nentur, qui remp. gubernant, & regunt. Sic Aristoteles, eos, quos Plato, oratores reprehendit,
quem si nemo propterea uel inuidum, uel ingratum appellat, cur aduersarius Platonẽ ea causa inuidiæ, atq; ingratitudinis tanquam deterrimum hominem arguit, & quantum potest insequi? Nec intelligit ea, quæ in Platonem dicit, Aristoteli quoq; obiici posse. Quippe Aristoteles non minus, quàm Plato officium tribunorum plebis, & Reip. rectorũ esse dicit, ne multitu

dini adulentur, ne assententur, ne gratificentur, ne res iucundas, sed commodas consulant, atq; suppeditent, ne propriis, sed publicis commodis summo studio, uigilantia'q; incumbant. Tum quatuor illos oratores crimine nequaquam caruisse arbitratur. Verum, neq; Plato, neq; Aristoteles accusandi sunt, sed ambo laudandi, quod ueritatē dūtaxat, cuius indagatores erant, respicientes philosophorum officium persoluerunt.

De ebrietate, quam concessisse Plato uidetur, & quod nihil dignum effici posse existimauerit sine mathematicis disciplinis.
Falso calumniari aduersarium, quod Plato se deum fecerit.
Lycurgum de conuiuiis legem tulisse.
Sodalitates Catone quæstore Romæ institutas.
Platonem Eudemi testimonio primum distinguendi rationem comperisse.
Non statim laudandum, aut carpendum esse quemlibet morem.
De eruditione liberali, atq; illiberali.
De duobus malis comitibus hominum.
Duo esse, ex quibus uictoria comparetur.
Vini auxilio facile animos perspici.
Primum sensum puerorum esse uoluptatem, & dolorem.
Prudentiam uix in senectute percipi.
Quid prosint feriæ, & dies solennes.
Iuuentutem non posse corpore, & lingua quiescere.
Cætera animantia sensu ordinis, inordinationis'q; carere.
Cur Apollo, & Liber pater, comites sint celebritatum.
Chorus unde dicatur.
De cantus, & saltationis utilitate.
Plurimum interesse inter bona, beneq; agētem, & eum, qui bona amet, exercere tamē nesciat.
Non esse permittendum poetis omnibus modulis uti.
Quid senibus conferant certaminum exercitia.
Diuersos ludos, diuersis ætatibus magis placere.
Quales ludorum iudices esse debeant.
Quare ludi, & modulæ sint iuuenibus adhibendi.
Non licere poetis, ipsorum arbitrio docere, sed iudicum.
Quæ uulgo appellantur bona, non esse bona, nisi coniuncta cum iustitia.
Felicitatem cum iniquitate, & contumelia esse non posse.
Bonum omne iucundum esse, Malum anxium.
Hominem solum inter animantes ordinis sensum habere.
Iuuenes usq; ad xviii. annum abstemios esse oportere.
A decimo octauo anno, ad trigesimum modico uino utendum.
Aetati seniori plusculum uini concedendum.
Quæ musa sit pulcherrima.
Rei naturam, in omnibus perdiscendam ei, qui recte uelit iudicare.
Cur seniores musicæ peritos esse oporteat.
Nihil bonum uideri posse, absq; bono gubernatore.
Qualem esse conuiuii magistrum oporteat.
Quibus deneganda sint uina.
Quomodo ueteres in musica, iuuenes exercere sint soliti.
Medicos, aliquando uinum, usq; ad ebrietatem commendare.
Vsum uini militibus omnibus a Platone interdictum fuisse.
In procreatione liberorum uino abstinendum.
Platonem uinum deum furentem appellare.
Apud ueteres, ineruditos habitos esse, qui musicam ignorarent.
Cerimonias olim cum saltatione institutas esse.
Indos saltando solem salutare.
Aethiopes cum saltatione præliari.
Pythagoram plurimum musicæ indulsisse.

Alexandrum

Alexandrum Macedonem ex Timothei tibia uarie incitatum. Caput IX.

POst hæc alia quoq; crimina aduersarius adducit, quod Plato ciuibus suis abuti uino, & ebrietati indulgere concesserit, longum'q; ac prolixum de ea re sermonē habuerit, quod deum se appellari quæsierit, homo alioqn stultus, & leuis, qđ nullis aliis literis, q̄ legibus suis institui iuuentutem iusserit, quod deniq; tantū mathematicis disciplinis tribuerit, ut nullā alicuius rei curā suscipi ab ullo cōmode posse existimet, nisi sit mathematicis disciplinis recte institutus. Hæc obiicit, & suo more uituperat, partim peruertens uerba Platonis, partim addens aliquid, aut minuens, dū insatiabilem illā maledicēdi sitim possit explere. Primo autem, quo modo deū se appellasse Platonē uelit, et unde id acceperit, audite. Plato a Clinia interrogatus, an effici posset, ut conuiuia, & edēdi, bibēdi'q; societas ad usum
» ciuilem, rectam'q; erudiendi rationem publice conferrent, respondit, certum quicquā de his re
» bus asserere non suum esse, sed dei immortalis. Tū ita esse, ut tempestiua cōuiuia iuuent suo iudicio ostendit, hinc aduersarius arguit, quod Deū se fecerit, & cum iudæis clamat, crucifigat. Vsqueadeo uerborum rimator, & consequentiarum acutus artifex est, ut sequi illud solus ipse aīaduertat, quod nemo alius unq̄ uidit. Deo, inquit, Plato tribuit eius rei cognitionem, quam ipse exponere uoluit, ergo Deum se ipse fecit. O nouum argumentandi genus, o dignam demonstrationem, atq; præclaram. quis tam firmam, ac solidam argumenti uim infringere, & tā inexplicabilem probandi rationem dissoluere possit? At non sequitur bone uir, ut se Deum faciat, qui cū Deum dixerit ueritatem rei nosse, nihilo minus eam, quantū humano ingenio assequi potest, inuestigare, atq; aperire conatur. Cognitio enim, quā Deo tribuimus, ea certior est, quam sibi homines uendicant. Itaq; ut certissima illa dei scientia carere se Plato fatetur, sic humanā, quam attingere potest, exponit, & pro uiribus, ut homo, non, ut Deus, docet. Cū enim de uini usu disputaretur, qui si mediocris, & modicus est, prodest, si uero immodicus, detrimētum affert, nō facile pro sua modestia suscipere uini, haud satis honestis nominis patrociniū uoluit. Sed paulatim ipsa differendi ratione ducitur, ut modici uini usum cōprobet, quod prius, q̄ faciat, ad eum, q interrogauerat, an uini usus ad mores, ad peritiā, ad ualetudinem, ad ciuilem
» usum adiumenti aliqd afferret, ita respondet. Quid ueri, certi'q; ea de re dici possit, Deus scit.
» Varia enim hominū sententia est, quid ego quidem probē, pace omniū explicare, ut opinor, po
» tero. Hanc partem, qd ego quidem probē, aduersarius tacuit, ut suam calūniam faceret ueri
» similiorem, etenim quod causam aperit, cur ipse quod ad Deum refert, exponat, hoc ipsum est.
» Si certam, inquit, ueritatem quæris amice Clinia, non paruam rem, non uile negotium, nō sa
» tis homini cognitū scire cupis, Deus enim unus id nouit, cuius id nosse interest, q unus ueritas
» ipsa & est, & appellatur. At siquid mihi ex hoc humano ingeniolo uideatur, dicendum est, di
» cam, ut opinor, si placet, absq; hominū molestia. Quid quæso his uerbis Platonis modestius dici potest? quid moderatius? quid ab insolētia magis alienum? Veruntamen aduersarius, ut arroganter dictū uituperat, & Platonē ob hanc rem, fecisse se Deum exclamat. Nec minus mentitur, cū Platonem magnam operis partem consumpsisse differendo de usu uini, & temulentiā concessisse hominibus dicit. Pars, quā ipse reprehendit, & sextam esse asseuerat, uix decima totius operis pars est, eius'q; partis exigua quędam particula est, in qua de uini usu tractatur. Reliqua de erudiendi ratione, & musica institutione scribuntur. Cum enim pars liberalis institutionis, sit ipsa uiuendi sobrietas, & cibi potus'q; moderatio, non immerito addi uidetur in ipsa erudiendi ratione. Quod tamen in primis cōsyderatur, & agitur, ipsa eruditio publica est, quā si in toto etiam opere tractari aduersarius uere diceret, nihil tamen esset, quod posset iure reprehendi, siquidem totum opus eo spectat, ut ciues bene instituantur, erudiant, ornētur. Vereor, inquit, Plato, ne de uinolentia parua re, multa dicere, ac prolixius, q̄ debeam, progredi uidear, quanq̄ usus ipsius temperari, emendari'q; satis debita naturæ ratione non potest, nisi musicę rationis integra præceptione quasi cōcinnior efficiatur, quæ musicæ ratio absq; uniuerso erudiendi negotio tradi non pōt, unde fit, ut permulta dici necesse sit. De musicæ igitur, erudiendi'q; rōne sermo habetur, in ea parte, quā aduersarius dūtaxat uino tribuit. Nec indecens est Platonem de conuiuiis, & uini usu eo loco differere, quandoquidem legumlatoris officiū est conuiuioꝝ quoq;, & uini usum legibus p̄scribere, quod & Lycurgus apud Lacedęmonios fecit, et Romæ sodalitates, Catone quæstore constitutæ sunt, quanq̄ semper in usu maiorum fuere tempestiua conuiuia, & solatia quædam ad publicam eruditionem accōmodata. Quāmulta hoc loco Plato de disciplina ciuiū docet, q̄ bene iuuenes suauissimis moribus instituit, musicæ ratio-

nem cõmendat, usum uini honestissimũ, & tum ad ualetudinem corporis, tum ad animi facilitatem, & mores accõmodatissimũ tradit? Nemo profecto est, qui eius ingenium non admiret, & summa cũ laude cõmendet, solo aduersario excepto, qui ebrietatis, & temulentiæ nomine uocat tẽpestiua cõuiuia, & sodalitates, quas more Lacedæmonioꝝ, Romanoꝝ, reliquarum'q; honestissimaꝝ nationum cõmodissime constitutas ad publicæ disciplinæ usum, & mutuã ciuium gratiam, & charitatẽ accepimus, de quibus Cato, quẽ modo nominaui, apud M. Tullium in eo libro, q de senectute inscriptus est, plura cũ summa approbatione, & laude disseruit. Plusc̃ula etiam ex Platonis sermone hoc loco interpretemur, oportet, ut clarissime, quid ille de ingenua ciuiũ institutione, de conuiuiis publicis, de uini usu scripserit, uideatur, & iniqua aduersarii calumnia deprehendatur ab omnibus. Quem locũ non ita a me positũ uelim, quasi eodẽ, quo a me profertur, sermone, Plato scripserit. Nã quæ de hac re pluribus ille locis disseruit, nos simul texentes ab illo dici ostendimus, ne uel plures libros enumerare cogeremur, uel, inquit, sæpius interponeremus. Cũ Lacedæmonius ille hospes, qui apud Platonem disputat, haudq̃q̃ licere suis hominibus diceret per temulentiã debacchari, quomodo Atheniẽses festis diebus liberi patris agere consueuerunt, Plato ita respondet, ut siquid prima minus honeste faceret, nõ ilico stulte insultando reprehenderet, sed modeste, prudenter'q; corrigeret, & distinguẽdi ratione, quãprimus ipse teste Eudemo doctissimo uiro, in disputãdo cõpererat, explicaret, & qd
» ex ea re ad uirtutis officiũ capi cõmode posset, ostenderet. Ita enim, inquit. Nec uinolẽtia, nec
» quiuis ex more usus laudãdus omnibus in rebus, aut uituperandus mox est. Sed ante animad-
» uertendum est, qua tandẽ causa, seu ratione id agatur, & quo modo, quibus personis, cum qui
» bus, quo animo, affectu, studio, tempore, loco. Vt.n. si alius cultũ caprarum, & possessionem
» eius gregis probat, usui'q; esse, & cõmodo arbitratur, alius cũ capras sine pastore depascẽtes p
» segetem, fruges uastare uiderit, improbat, & omnẽ pecudem damnat, quod aliquas errare, atq;
» obesse, uel sine pastore, uel prauo cũ pastore aliquãdo perspexit, sniam non eius, qui damnat,
» pro recta accipimus, sed illius potius, qui probat, & quemadmodũ grex colendus sit, præcipit,
» sic siquis ciuilẽ aliquem cœtum, qui regi suo magistratu cõmode potest, quia peccantẽ uidet,
» quod aut magistratu careat, aut prauo gubernetur, idcirco uituperat, non iudiciũ eius proban-
» dum censemus, sed expectamus consilium illius, qui & rem seruet, & usum corrigat. Cõuiuio-
» rum itaq;, & sodalitatũ cœtus, si quoadeius fieri potest, probe ꝓstitutus, magistro præfecto ser-
» mone adhibito, reliquis officiis conseruatis, iure adhuc improbari potest, recte uituperes. At si
» male institutũ, & temere sine magistro congestum, tumultuantem'q; cõspiciẽs aspernaris, neq;
» rem, sed modũ consyderas, haud recte facis, ita.n. unaquæq; res mala iudicaretur, quoties bo-
» nus princeps, ac dñs deesset. Et poculis igitur magister, ac princeps cõstituendus est sobrius, sa
» piens, eruditus non temulẽtus, & stultus. Nã si, qui præest hominibus liberalius per cõuiuii li-
» centiam potantibus, non ipse sobrius, ac sapiens fuerit, sed uel temulentus, uel imperitus iuue-
» nis, ac temerarius, nimirũ fortunatus hic erit, nisi tetrum aliquid, sceleſtum'q; cõmiserit. Cogi-
» tandũ est igitur, an ex conuiuio recte instructo boni aliquid uel publice, uel priuatim possit ac-
» cidere. Nã si unus qlibet ex ciuium numero recte institutus profecerit, aut etiã si cœtus aliquis
» ad choreã agẽdam bene compositus, probatus fuerit, parũ utilitatis hinc Reip. fore manifestũ
» est. At si uniuersam erudiendi rationem, & publicã disciplinã tractamus, facile magni aliquid
» ciuitati ita afferri posse dixerimus ut. s. ingenue instituti, uiri boni efficiantur. Tales autem facti
» cum cæteras res præclare agere, tum hostes superare facile poterũt. Quod si hæc ita se habẽt,
» quid uerũ, certum'q; sit, Deus nouit, quid ego sentiam, si dicẽdũ sit, pace omniũ dicam, Sed ue
» reor, ne de uinolẽtia parua re plura dicere, prolixú'q; admodũ sermonem producere uidear, q̃q̃
» uini usus temperari, emẽdari'q; satis debita naturæ ratione non potest, nisi integra musicæ præ
» ceptione concinnior efficiatur, quæ absq; uniuerso erudiendi negotio tradi non potest. Vnde
» fit, ut permulta dici necesse sit. Dicendũ tamen est, & primũ quid eruditio sit, & quam uim, sa
» cultatem'q; habeat, definiendum. Ea igitur instituendi unica ratio, quæ per uirtutem, educatio-
» nem'q; liberalem cupiditatem in animis iuuenũ parit, ut ciues optimi efficiantur, & iuste tum
» imperare, tum imperari consuescant, eruditio appellanda est, quæ autem ad rem pecuniariam
» pertinet, aut ad corporis uires, aut ad ullam solertiã, iustitiæ, mẽtis'q; expertem, hanc illiberalẽ
» esse, ac sordidam, nec eruditionis nomine appellandam existimo. Ergo nullo in loco erudiẽdi
» ratio contemnẽda est. Quandoquidẽ omnium rerum pulcherrima contingere homini potest.
» Præterea memoria repetẽdum est, quod ante concessimus, uiros esse bonos, qui continere se
» se, sibiq; dominari possunt, malos, qui id nequeunt facere. Sed quoniã unusquisq; nostrum, q̃q̃
unus est,

» unus est, habet tamen secum duos comites, quasi consultores, sibiq; inuicem aduersos, quorũ
» alterum uoluptatem, alterum dolorem uocamus, tum etiam metum habet, & fiduciam. Ad
» hæc rationem cogitandi, quid nam ex iis melius, quid'ue deterius sit, quæ quidem ratio reda-
» cta in decretum ciuitatis publicum, lex dicta est. Ergo hi affectus, quasi nerui, & funes quidam
» tendentes in nobis cõuellunt, cõtra'q; uicissim ad res agendas contrarias retrahunt. Quo fit, ut
» rei ratio, cuius uirtutẽ præscriptam habemus, in retrahẽdo eniti debeat, & nunq̃, quin aduersus
» alteros neruos contendat, desistere, eadem'q; ipsa cogitandi, & renitendi ratio aurea, sancta, et
» augusta nomen legis communis Reip. accepit. In hac enim uel illud apertius intelligi potest,
» quid significetur, cũ quempiã seipso superiorẽ, aut inferiorẽ dicimus. Enimuero singuli quiq;
» homines ueram rationem, quã ex hoc nexu statuerunt sequentes uiuunt, & ciuitas lege, quã
» recepit uirtutem probat, uitiũ reprobat, recte'q; cũ cæteras res, tum uini usum, de quo dicere in
» cepimus, quomodo bonus, malus'ue sit, potest iudicare. Cõfessum itaq; id accipimus, liberio-
» rem uini usum, uoluptates, dolores, iras, amores, reliquas animi affectiones intẽdere, atq; auge-
» re, quasi habitus eorum hominum, qui hauserint eo uigoris redeat? in quo erat tempore iuue-
» nilis ætatis, propterea'q; homines continere se nequeãt. Quod tam graue malũ, an aliquid no
» bis cõmoditatis afferre possit, animaduertendũ est. Quomodo exercitatio corporis licet homi-
» nem fessum, debilem, imbecillum reddat, & quomodo epotum medicamẽtũ, q̃q̃ extenuat cor
» poris uires, atq; debilitat, nihilo minus futuri commodi gratia in usum recipiuntur. Nam si parĩ
» ratione ex uino utilitatis aliquid percipi potest, satius istud fieri dixerim, quandoquidem exerci
» tatio corporis, non sine labore, molestia'q; contingit, uini aũt usus maiori facilitate suscipitur.
» Cum itaq; duplex sit timoris genus, unũ, quod expectatio mali est, alterũ, quo ne dicẽdo aliqd
» aut agendo tanq̃ mali reprehendi possimus, formidamus, simul atq; cauemus, quod genus pu
» dor, seu uerecundia dicitur, contrariam'q; sibi habet impudentiam, & cum alia summa bona
» tum uictoriæ, salutis'q; munus præclarum adhibet, hinc porro fit, ut uini usus, ad hoc bonũ cõ
» parandũ, dignoscendam'q; animi naturam, utrum idonea, nec ne sit, non parũ mea sentẽtia cõ
» ferat. Ita enĩ uelim consyderes. Quæ pariunt uictoriam, duo sunt, animus fidens, aduersus ho-
» stes, timor, seu pudor erga amicos, ita ut unusq̃sq; nostrũ, & impauidus, pauidus'q;, & fidẽs, ac
» uerecundus esse debeat. Quapropter quemadmodũ cum iampauidũ aliquẽ reddere uolumus,
» in rebus formidabilibus, atq; horrendis eum constituimus, sic'q; salubri lege eum exercentes,
» talẽ reddimus. Eodem mõ quẽ pauidum, seu uerecũdũ facere statuimus, ad res minus pudicas
» ducimus, & in medio earum, illos probantes, ac uoluptatibus opponentes superare eas assuefa
» cimus. Neq; enim, qui uim plurimarum uoluptatum, cupiditatum'q; ad impudẽtiam prouocã-
» tiũ, cũ ratione, atq; solertia aduersus eas pugnãdo non superarint, esse perfecte temperans põt.
» Neq; ad uiri fortis officiũ accedere quisquã integer potest, nisi animi timiditatẽ pugnando p-
» uicerit. Etenim, qui expers, inexercitatus'q; huiusmodi certaminis est, ne dimidiã quidẽ uirtu-
» tis partẽ attingere potest. Officium autẽ legũlatoris est, posse, uelle'q; experiri ciuium animos,
» quomodo se ad fortitudinem, ac timiditatem habeant, id'q; facere loco, & tẽpore cõmodo, &
» tuto, potius, q̃ suspecto, & periculoso, ut fortitudinem conciliet animis, timiditatẽ exterminet.
» Quẽadmodum igitur siquis deorum immortaliũ medicamentũ aliquod, quod haustũ timorẽ
» pelleret, ciuibus dedisset, hoc tractando, hortãdo'q; impauidos illos effici oportere diceremus,
» sic cũ uini usus medicina quædã, sic ad audaciã, & nimiam, importunam'q; ꝓfidentiã, fit enim,
» ut qui id hauserit, hilarior sit, & quo liberalius hauserit, eo spe maiore, meliore'q; impleatur, et
» audacia plenus, quasi præcipua sapientia præditus, animosior fiat, & libere, atq; impauide au-
» deat, profecto hoc modo pauidos, uerecũdos, & ingenuo quodã pudore præditos hoies fieri
» posse dicendum est. Cum enim duo illa, animis nostris perfecte concilianda sint, fiducia, & ti-
» mor, ut fiduciã, & fortitudinem in bello meditari debemus, sic timorem, & uerecũdiam in his
» rebus exercere, per quas audere, & fidentes esse possimus. Talẽ autẽ rem, uini usum esse intelli-
» go. Nulla enim leuior, aut securior uoluptas, uel ad experiendũ, uel ad exercendum esse, aut di-
» ci põt, quàm hęc iocandi, atq; solandi ratio, quã exhibere uinũ uidemus. Nihil sane moderati?
» adhiberi potest, præsertim si caute agatur, Nec enim animum difficilem, agrestẽ, iniquũ expe-
» riri potius per cõmercia, nõ sine tuo periculo debes, q̃ per conuiuium liberi patris, nec examen
» animi ueneri succumbentis, per fallacem uxoris, & liberoꝝ cõmendationem faciẽdũ est, & ca-
» rissimaꝝ periculo reꝝ potius, quã per iocum, usu uini sine discrimine iacturæ mores animi pspi
» ciendi sunt. Hoc igitur unum non mediocre cõmodum ex uini usu ad examẽ ciuium capitur,
perutile certe homini ciuili, ne habitus, naturas'q; animoꝝ ignoret, fit'q; etiam per eius impu-

nitatem, ut pauidi, uerecundi'q; efficiantur, qui caute, & moderate sub optimo magistro tempe
stiuis conuiuiis utũtur. Alterũ longe amplius, & maiori studio dignius sequitur, quod planius,
» perfectius'q; explicabitur, si rectã erudiendi rationẽ repetierimus. Dicimus itaq; puerorũ primũ
» sensum esse dolorem, ac uoluptatẽ, quibus primus efficitur, ut uirtus, aut uitiũ animo primũ cõ
» cipiatur. Nam prudentiã, ueram'q; opinionem uix nõnulli prouecta etiam ætate capessunt, eru-
» ditionẽ uero eam esse uirtutẽ, quæ a` pueris prima recipiatur. Voluptatis igitur amoris, & odii,
» ante q̃ ratio recipiat', usus rectus, postq̃ recepta ratio est, & cõuenientia, recta'q; consuetudo, uir
» tus integra est. Sed eruditio proprie eius uirtutis pars est, quæ in uoluptatib⁹ ac doloribus adhi
» bito temperamento consistit ut mox ab initio ad finem odio habeant, quæ habenda odio sunt,
» Verum cũ omnis erudiendi ratio in uoluptatibus, ac doloribus re
» amentq;, quæ amanda sunt, Verum cũ omnis erudiendi ratio in uoluptatibus, ac doloribus re
» cto adhibito temperamento uersetur, sed accidat, ut pleraq; in uita langueant, atq; iterimãtur,
» dii immortales, labores mortaliũ miserati requiem his laborũ, ferias, & solẽnes numinũ dies
» statui uoluerunt, musas'q;, & musarũ principem Apollinẽ, ac Libeꝛ patrem, celebritatũ socios
» adhibuerunt, qui deprauatam institutionẽ emendarent, Quod idẽ naturæ quoq; consentaneũ
» esse uidemus, siquidem iuuentus fere` omnis corpore, aut lingua quiescere nõ potest, sed semp
» moueri, loquiq; appetit. partim saliens, & exultans, quasi numerosum quendam motũ ac ludũ
» cum uoluptate exercens, partim etiam uocem emittens crebram, & uerã. Cæterũ reliquæ ani-
» mantes sensu ordinis, inordinationis'q; suorũ motuum uacant, quibus bene compositis nomẽ
» inditum est numeri, & concentus. Nos deos, quos modo nominaui, celebritatũ nostrarũ comi
» tes habuimus, qui sensum numerosum, concinnũ, suauẽ, periucundũ nobis dedere, modulos,
» saltandi'q; genera docuere, choros ἀχὸ τῆς χαρᾶς, hoc est gaudio aptissime nominarunt. Itaq;
» primam erudiendi rationem effici musarũ, & Apollinis opera perspicuũ est, ineruditũ'q; homi
» nẽ esse, qui choreæ musarũ expers est, eruditũ uero, qui compos eius est, totũ'q; id genus in cho
» ream, saltationem, & cantũ distribui declaratur. Quo fit, ut qui bene eruditus est bene cantãdi,
» saltandi'q; peritiam habeat, quã cum bene exerceat, bona etiã suo cantu, & suo saltu præstet ne-
» cesse est. Plurimũ enim inter eum interest, qui bene, & bona agit, atq; eum, qui uel bona quidẽ
» exercet, sed minus bonis delectatur, malaq; aspernatur, uel qui bona amat, mala odit, sed uoce,
» aut corpore nequit exercere. Quæ cum ita sint, quid boni in cantu aut saltatione sit, nosce eos
» oportet, qui scire cupiunt, quo modo eruditio conseruetur. Indagandus est igitur honestus cor
» poris gestus, modulus, cantus, saltus, siquando uenturi eo` sumus, ut recte, nec'ne institutũ sit, &
» quæ nam recta erudiendi ratio, siue græca, siue barbara sit, nosse possimus. Sed quoniam uaria
» studia fortitudinis, timiditatis'q;, & omnino uirtutis, ac uitii habentur, uarii sunt gestus, saltus,
» soni, uoces, & partim honesti, partim inhonesti. Verum homines per errorẽ non omnes æque
» eisdem modis chorearũ utuntur, sed aliis alii, ut suo quisq; ingenio, aut more decreuerit, non
» paruum'q; hinc detrimentũ iis euenit qui prauis, aut modulis, aut gestibus delectẽtur, contra
» summũ iis cõmodum, qui uoluptatem capiant ex honestis. Similem enim his quẽq; effici, qui-
» bus oblectatur, necesse est. Idcirco, ubicunq; leges, aut nunc bene constitutæ seruantur, aut in
» posterũ constituentur, maxima cura adhibenda est, ne poetis liberum sit, omnia suo numero,
» modulo, & uocabulo mandare, & pro arbitrio suo, liberos optimorũ ciuiũ, quibuslibet modis
» instruere. Licentia enim huiusmodi poetarũ, quibus licere uideo in omnibus fere` ciuitatibus
» ita agere, causa est, ut summa cũ improbitate usus rerũ ciuilis habeatur. Quod si moduli, nume
» ri, uocabuli recta ratio capienda est, lege, atq; ordine cõstituendũ. quemadmodũ hæc agi debe
» ant, atq; ita iuuenes educandi, institituendi'q; sunt, ut præter hæc nihil omnino cantare, aut noui
» facere ausint, sicut apud Ægyptios lege sancitũ est, apud quos ea, quæ ante decẽ millia annoꝛ
» picta, sculpta'ue habentur, iis, quę modo facta sunt proxima cernimus. Et quoniam rectus musi
» cæ, ac lodorũ usus non sine chorea habetur, chorus autẽ ipse ἀχὸ τῆς χαρᾶς, ideſt gaudio, ut su
» pradiximus, nomen accepit, gaudemus autẽ, cũ nos felices sentimus, gaudentes'q; felices nos
» esse arbitramur, nec quiescere possumus, sed iuuenes in choreã uertuntur, seniores, quia ingra-
» uescente iam ætate nequeunt saltitare, assident, ludos iuuenum cũ delectatione, & amœna cele
» britatũ solatia spectantes, statuunt etiã certandi genera, quæ nos memoria, q̃ maxime possint
» ad florentis ætatis officia reuocare. Cũ inquã hæc ita sint, illũ ex omniũ celebrantium numero
» sapientissimũ iudicari præstantiorem'q; cæteris haberi, fortasse dixeris oportere, qui nos maio
» rem in modũ gaudere, atq; oblectari faciat. Attamen nõ recte ita iudicaueris. Cũ enim uariũ
» iudicium a` uaria ætate de hominibus uarie certantibus proficiscatur, quo modo & oblectatio
» euenit, Alii enim circulatores, putant præstantiores, quoniam his uehementius delectantur,
ut qui

ut qui pueri adhuc sunt, Alii comœdos, ut qui florescente iam adolescentia comœdiis delectã-
tur, & eius generis authores obseruant. Alii tragœdos, ut mulieres, quas tragici actus tenent,
» alii rhapsodos, ut seniores fortasse, quos ex Homeri, aut Hesiodi carmine series quædã decan-
» tata oblectat. Hinc illos potissimum præstare iudicandum est, qui præstantiorum spectato-
» rum iudicio, nostrorum'q; æqualium sententia decernantur esse præstantiores, & optimorum,
» atque eruditorum uirorum non uulgi delectatione statuendum, quæ musa iucũdior, aut quod
» modulandi genus pulchrius sit. Etenim dignos iudices, cum sapientes, tum fortes esse oportet,
» alterum ne uulgi tumultu arrepti, sui consilii inopes a` temerario theatro quid sentire debeant,
» admoneantur, alterum, ne, quod ipsi recte norunt, per pusillanimitatem in iudicando mentiã-
» tur, & ut magistri, quod esse debent, qui iudices adsunt, non discipuli spectantis multitudinis
» sedeant, & his contradicant, qui uoluptatem non digna ratione describunt. Quæ cum ita sint,
» eadem illa ratio sequitur, ut eruditio sit educatio, & institutio iuuenũ ex recta legum ratiõe de-
» ducta, & peritia optimorum uirorum approbata. Ergo, ut animus iuuenis legi obtemperet,
» eisdem'q;, qbus senex rebus delectet', aut mereat, elaborandũ est, ut iuuenes cantu, & modulo,
» quo eoꝛ animus, q̃si carmine quodã adhibito duci solet, erudiant'. Cum enĩ, eorum natura stu
» dia grauiora suscipere nequeat, ludi, & moduli genera adhibenda sunt honesta, qbus oblecta-
» ri assuescant in rebus honestis, & his acquiescere, quemadmodũ in curãdis ægrotis agitur, qb⁹
» salubres cibos suauiter conditos p̃bere solemus, ut libenter accipiãt, insalubres contra aliq̃ spar
» sos amaritudine, ut aspernent', atq; reiiciant. Hac igitur causa sapiẽs legumlator minime poetę
» concedet, ut quoscũq; numeros, modulos'q; iucundiores existimauerit, docere possit, sed ut per
» suadeat, uiroꝛ fortium continentiã, optimoꝛ uiroꝛ nõ uitiosorum res gestas canat, easdem'q;
» uerbis honestis decoret, & gestibus, numeris, cõcẽtibus moderatis, ut nostri iuuenes ab ineun-
» te ætate, honesta erudiendi rõne imbuti, & liberali musica instituti ingenue educent', & in prę
» claros uiros euadant, amantes semp, atq; amplectentes res honestas, inhonestas aũt aspernãtes
» atq; uitantes. Ergo cogendus est poeta, ut eum felicẽ, beatum'q; appellet, qui iustus, ac tẽperãs
» est, etiãsi pauper, infortunatus'q; sit, miserum aũt, & uitæ acerbitate semp anxium eũ uocet, q
» iniustus, incontinens, improbus est, etiãsi Cimyra, aut Mida fuerit opulẽtior. Quę enim uulgo
» bona appellantur, ualetudinẽ dico, pulchritudinẽ, uires, diuitias, ingenium etiam, imperiũ, im-
» mortalitatẽ, non recte prorsus ita appellari censeo, sed si iuncta cũ iustitia fuerint, optima erũt,
» si cũ iniuria, pessima. Neq; enim homo, qui bene ualet, aut diues, potens'q; est, felix esse cũ iniq
» tate, & contumelia põt, sed plane` miser est, licet pulcher, & uiribus corpis p̃stans, sed iniustus,
» sed contumeliosus molestę, anxie, turbide uitã agit. Quod siquis e` ciuibus nostris aliter dixerit,
» putans esse aliquos, q quãuis praui, tñ læti uiuant, aut alia cõmodiora, utiliora'q; esse, alia iustio
» ra, atq; honestiora, hunc summa propemodum pœna condemnandũ arbitraretur, uita enĩ ea-
» dẽ, & iustissima, & iucũdissima est, nulla'q; res bona esse potest, quin eadem sit iucunda. Sicuti
» nec mala, quæ eadem anxia nõ sit. Laus nãq;, & honor, & gloria apud oẽs, siue homines, siue
» deos, ut bona, honesta'q; sunt, sic iucũda etiam sunt. Vituperatio, ĩfamia, ignominia, dedecus,
» ut mala, & turpia sunt, sic etiam anxia. Iuuat ergo ne bonum a` iucundo separet', ad uitæ usum
» iustæ, piq; agendæ. Nemo enim id agere ultro uelit, ex quo non plus uoluptatis capiat, q̃ dolo
» ris. Hæc igitur & legumlatoribus oĩbus, & poetis dicẽda sunt, tum choris omnibus, quos tres
» numero instituendos diximus. Musarum, Apollinis, Liberi patris. Hæc, & reliqua eiusdem ge
» neris semper cantanda sunt, quorum summa, & caput illud est, ut idem uiuendi genus, & iucũ
» dissimũ, & optimum esse putetur. Hæc primus adolescentulorum chorus rite carmine poeta-
» rum suorum corãm omnibus canet. Secundus eorum, qui ad trigesimum usq; ętatis suæ annũ
» peruenerit pæana referet, cõscium ueritatis suorum uerborum, optabit'q; iuuenibus benigno
» numine inspirari. Tertius eorum, qui a` trigesimo anno, ad sexagesimum sunt prouecti, hæc ea
» dem, & omnino quicquid ad uirtutis officium spectat, modulabitur, Totidem enim choris,
» Lacedæmonium illum legumlatorem, tribusq; his ætatibus apte disposuisse, manifestum est,
» Senes exordiri choream uoluit, cantantes.
» Nos fuimus iuuenes robusto pectore quondam, Mox iuuenes florẽtis ætatis respondere.
» Nos sumus, & siquis dubitat, ualet ille probare, Postremo adolescentes subdere,
» Nos probitate alios quidni superare necesse est.
» Cum enim iuuentus oĩs, ut dictum iam est, non uoce, nõ corpore quiescere possit, sed concitet
» semper, & saliat, uocem'q; inordinate emittat, ordinis aũt sensum homo solus ex oĩbus aĩanti-
bus suapte natura habeat, hunc ordinem in mouendo numeꝛ uocauit, temperamentum autẽ

» nocis concentum, compositum uero ex utroq; choream. Sic'q; & choreæ cõstitutę sunt, & dii
» præsides chorearum, socii'q; accesserũt, Musę, Apollo, Liber pater, eorum'q; singulis, chori sin
» guli delegati sunt, ut primus musarum sit, secũdus Apollinis, tertius Liberi patris, cui ordinem
» senectutis nostræ commendamus, & cantare, choream'q; agere homines annum sexagesimum
» excedentes censemus. Quam rem profecto non temere ita probari a nobis animaduerto, siqui
» dem omnes tam uiros, q̃ pueros, tam seruos, q̃ liberos, tã mares, q̃ fœminas, honestissime mo
» dulari, id'q; sedulo exercere par est, In primis autem ciuitatis præstantissimi uiri, & tum ætate,
» tum prudentia insignes, quæ maxime honesta sunt, ea de sua Rep. optime merentes, modulari
» debẽt. Hoc itaq; & cõueniens, & cõmodum, & honestũ esse aperte iã declaratũ est. Verũ haud
» satis facile esse uidetur, quippe senior quisq; tardior iam ad canẽdum, & pigrior factus, minꝰ ea
» re delectari uideť, & quo senior est, eo magis pudore retrahiť. Quod cũ ita sit, agendũ ne aliqd
» est, quo senes aĩo recreati, & hilariores facti, modulos, & musaꝝ gratiã recipiãt? An Liberi pa
» tris festiuam illã iucunditatẽ minutis poculis prælibantes p tẽpestiua conuiuia inuitabimus ad
» officiũ? Iuuenibus enim usq; ad octauũ supra decimũ ætatis annum, oĩno ne uinũ gustent præ
» cipiendũ, efficiendum'q; est, ne ignẽ supra ignem corpori, atq; aĩo hauriant. Ab hoc ad trigesi
» mum usq; annum cõcedendũ aliqd uini est, modice tũ, pro ætatis iam cõstantis rõne, sed uetã
» dum oĩno, ne liberalius hauriãt. At senili ætati iã tardæ, ac frigidæ dãdum plus aliqd est. Iuuat
» enĩ, ut hęc ætas Liberi patris benignitatẽ in suæ necessitatis auxiliũ imploret. Pater ipse demul
» cendo repubescere faciet, & ex molliusculis duriores, quasi ferrũ igne demissum reddet, animi
» mores obliuioni anxietatis cõciliabit, unde fiet, ut tandẽ socios se in cantãdo exhibeãt. Nec uul
» gari, & theatrali modo id faciẽt, sed sua musa hoc est illa uenustissima, quæ suã ætatem deceat,
» & laudatissime senectuti cõueniat, quæ facile p̃stabit, ut præclara bona publice usu ueniãt. Prę
» centione enĩ, & succentione huiusmodi mores iuuenũ, & oĩno uniuersæ ciuitatis nostræ infor
» mati, iustissimi, honestissimi'q; euadent, & qd optamus, beata uita p̃tinget. Quemadmodũ cõ
» trarii mores ex p̃trariis uerbis sententiis modulis ꝓcedere consueuerunt. Pulcherrima autem
» musa illa sit, quæ non modo uoluptatẽ parit, & iucunditatẽ, uerum etiã cõmoditatem, opemq;
» ad uitã recte agẽdam. Nullius enĩm officii ratio intẽdit, ut dũtaxat uoluptatẽ suppeditet, sed ut
» utilitatẽ cum honesta uoluptate, qd in singulis perquirẽdis perspicuum erit. Ergo pulcherrima
» musa, quã petimus non uoluptate, iucunditate'q; tantũmodo, sed uera quoq; utilitate determi
» nãda ẽ. At qa rei naturã nosse oportet, siqs de quauis re iudicare uere, recte'q; uoluerit, idcirco
» musicæ natura consyderanda est iis, qui scire cupiũt, qd in ea rectĩ, bonĩq; sit, & eo magis, quo
» ipsa mores uel deprauat, uel instruit, ut male, bene'ue adhibita fuerit, cũ p̃sertim uideamus in
» terdũ poetas gestibus, & modulis mulierculaꝝ uerba uirorũ tribuere, & modulis, ac gestibus
» hoĩum liberoꝝ, honestissimorũ'q; numeros seruorum, atq; illiberaliũ hoĩum accõmodare, aut
» ingenuis numeris, & gestibus reddere modulos, uerba'q; ꝓtraria, ac rursus numerũ, & gestus si
» ne modulo uerbis solis in uersu collocare, aut modulũ, atq; numeꝝ sine uerbis, solo fidium pul
» su, aut tibiæ flatu exprimere. Quo fit, ut perdifficile cognitu sit, qd sibi numerus, aut concentus
» uelit, & quã dignã simulationẽ sequať. Ergo seniores nostros institutos esse oportet numero
» rũ, & concentuũ ratione, ex qbus musica constat, & in quibus maxime uersatur, pollere'q; iudi
» cio, quo uirtutẽ modulandi discernãt, & finiãt. Cũ enim genus omne modulandi, si ea, quæ cõ
» ueniant, habet, recte cõpositum est, si quæ minus cõueniant, praue, & qui norit qd habeat, idẽ
» dignoscere, an recte sit compositum, põt eatenus seniores nostros ĩstitui, & musicę rõne erudi
» ri decet, q̃tenus numeroꝝ gradus, & moduloꝝ, fidiculas assequi ualeant, quo peritia, & longo
» usu concentus, & numeri, qd tãtæ, taliq; ætati conueniat, quibus'ue ipsi sese uoluptatibus tute
» ant, deliberare possint, præbere'q; exẽpla iuuenibus morũ bonoꝝ, ac sese exhibere dignos
» uirtutis authores, atq; magistros. Tãtũ nobis afferet bonũ chorꝰ Liberi patris, si recte exerceať,
» tãtum'q; ad cõparandã uirtutem iuuabit. Bene aũt exerceri poterit, si qd euenire in cõuiuiis so
» let, ut pleraq; per tumultũ cõmittanť, id ne fiat, ꝓcurabiť, adhibito magistro sobrio, atq; erudi
» to, q lege optima alacrioris animi contumaces motus cõtineat. Nulla enĩ res, ut supradictũ est,
» tam bona haberi põt, quin, si bono careat rectore, praua esse uideat. Ergo cõuiuiis quoq; magi
» ster præficiendus est sobrius, constans, & integer, qui aĩos cõiuuaꝝ seniorum, leuiores qdẽ, agi
» liores, audaciores'q; faciat fomento poculi liberalioris, sed nihilo minus molliores, pinde, ut fer
» rum igne remittitur, atq; obedientiores magistro, qui informare, erudire'q; possit, quẽadmodũ
» olim cum ætatẽ adolescentis habebãt, corrigat etiã audaciam, & quod pudoris, ordinis, filẽtii
» impatiens est, emender, & fiduciæ minus honestæ occurrat, honestissimo illo metu perterrens,

quem uerecũdiam,

» quem uerecundiã, pudorem, & formidinẽ quandã diuinam supra appellauimus. eos præterea,
» qui obtẽperãt, honore, quĩ nõ obtẽperant, ignominia afficiat. Ita enĩ effici poterit, ut conuiuæ
» amiciores discedãt, nõ, ut nunc accidit, inimici. Ergo munera Liberi patris, unde nĩa oĩs oratio
» fluxit, non oĩno uituperanda, abiiciẽda'q; ex usu Reip. uidenť, nã si recte, digne'q; adhibeãtur,
» gignere ea possunt, quę modo exposui, hoc est aĩo pudorẽ, uires, ac ualetudinẽ corpori. Quod
» siqua ciuitas hoc munere modeste utetur, cõparans sibi cõtinentiã uoluptatis, & tẽperãtiæ ha
» bitum, felicẽ, tranqllam'q; uitam aget. Sed si ioco, et uoluptate cõuiuia, & uini usum describet,
» ut cuiq; cũ qbus, & quoties, & quẽadmodũ uelit, epulari, ac bibere liceat, equidẽ nunq̃ aut hãc
» ciuitatẽ, aut hũc uirũ uti uino statuerim. Hæc Plato de uino differuit, fuoꝝ tempoꝝ usum cor
rigens, quẽ reprehendere uideť, dum cõuiuas ita affirmat sæpe discedere, ut q amici uenerant,
abeant inimici. Sic ille uix senibus uini usum relinqt, quẽ adolescentiæ prorsus tollit, iuuentuti
parcissime cõcedit, id'q; p cõuiuia tẽpestiua, & publice charitatis, ciuilis'q; solatii gratiã more
Lacedæmonioꝝ. Sic ille ad pudoris, & uerecũdiæ tẽperamentũ, habitũ'q; exercendũ uini usum
accõmodat, qd aduersarius ebrietatẽ, uinolentiam, temulentiã uocat, ꝓclamat'q;, & uociferať,
sextã partẽ totius libri de legibus, nihil aliud cõtinere, q̃ quo modo ciues debeant ebriari. Mos
certe priscis illis tpibus fuit, ut iuuenes musicæ usu instituerenť, id'q; pars publicæ eruditiõis ha
bebať, quem morẽ, quoniã minus recte exerceri uidebať, emendare conatus est Plato, & quẽ
admodũ agi modeste ex lege deberet, instituit. Quo loco senili ętati tũ remedii, tum solatii gra
tia uinũ indulsit, illoꝝ sententiã reprobans, q ita de rebus differunt, ut distinguẽdi rõnem igno
rent, qd oĩbus fere locis facere solet, iureq; diuidẽdi artificiũ sibi tribuit. Primus enĩ distinguẽ
di rõnem excogitauit, permultas'q; ueterũ dubitatiões ita dissoluit teste, (quẽadmodũ supradi
ximus) Eudemo. Vsum itaq; uini, quẽ illi penitus reprobabãt, distinguẽdũ ipse censuit, & par
tim honestum, cõmodum'q;, partim inhonestũ, & noxiũ eẽ ostẽdit. Sed an sexta totius operis
pars in his cõsumatur, facile ex iis, quæ dicta sunt, põt iudicari. Nullũ enim de hac re uerbũ ali
bi fecit, & hic pauca, ut uidetis, de uino, multa de musica rõne, de educatione, & institutiõe ui
tæ, de morũ ꝓsuetudine grauissimo, ornatissimo'q; sermone differuit, quæ simul, & qd de ipso
Platone sentiẽdũ sit, admonẽt, & qd de aduersario, qui sextã operis partẽ in cõmendãda ebrie
tate consumptã esse calũniať. Medici etiã uini usum ꝓbant, non modo quotidianum, & modi
cum, sed etiã, quod interdũ ebrietatẽ faciat, qlis illa Auicennæ sentẽtia est. Sũt qbus placeat fe
mel, aut bis in mense uino ingurgitari, ꝓpterea q̃ ita & uirtutes aĩales corroborant, & urina
mouet, et sudores excitant, & excremẽta resoluunť. Quod si Plato etiam cõmodi alicuius gra
tia uini usum liberaliorẽ aliquãdo probauerit, qs ei iure succenseat, aut quis, nisi mentis inops, p
multa de uino frustra a Platone disputata existimet? quãdo oẽm ille sermonẽ, de recta erudiẽ
di rõne ꝓfecit, nec nisi minimã partẽ in usu uini cõsumpsit? Postrema etiã parte libri secũdi mi
litibus oĩbus uini usum prohibuit, & seruis, & magistratibꝰ, quo tpe gubernacula Reip. tenẽt,
& iudicibus, & senatoribus, & nauiũ gubernatoribꝰ, & interdiu oĩbus, nisi aut exercitii, aut ua
» letudinis gratia necesse sit, & nocte cũ procreatiõi liberoꝝ indulserit. Permulta, inqt, dici pos
» sunt, quæ uino minime utendũ esse ostẽdant. Itaq; ne uino qdem utendũ esse facile aliquis di
» xerit. De custodibus aũt, tertio de Rep. libro, hæc scribit. Abstinendũ his esse ab ebrietate iã di
» ctum est. nemini enĩ tam turpe, atq; indecens uideri debet ebrietatis uitiũ, q̃ custodi, q uinoꝰ de
» tẽtus, ubi nã sit ignoret, & q custos alioꝝ designatus est, ipse custode egere uideatur. Quinetiã
alibi uinũ Deum furentẽ appellat, sibiq; exposcentẽ beneficium aquæ, dei sobrii, ac modesti, q
moderet, & tẽperet. Sũma certe animi prauitate is peccat, q Platonẽ de publico uini usu rep
hendit, quæ enĩ ille palã uetat, & uel tollit prorsus, uel moderať, quis sine magno scelere ascri
bere ei uitio potest? Veꝝ hoc sane facit aduersarius exemplo ebrii, ac nebulonis illius, de quo
A. Gellius mentionẽ facit. hic enim hortabať oẽs ad bibẽdũ, id'q; facere se ex Platonis sentẽtia
p̃dicabat. Sed quẽadmodũ uir doctissimus Gellius eũ reprehẽdat, attendite, facile enim ex uer
» bis eius, qd Plato senserit, ĩtelligetis. Plato, inqt, in primo & secũdo de legibus, nõ, ut ille ne
» bulo opinabať ebrietatẽ istã turpissimã, quæ labefacere, & imminuere hoĩum mẽtes solet, lau
» dauit, Sed hanc largiorẽ paulo, iucundiorem'q; uini inuitationẽ, quæ fieret sub qbusdã q̃si arbi
» tris, & magistris conuiuioꝝ sobriis, nõ improbauit. nã & modicis, honestis'q; inter bibẽdũ re
» missionibus, refici, integrari'q; aĩos ad instauranda, sobrietatis officia existimauit, reddit'q; eos
» sensim lætiores, atq; ad intentiones rursum capiendas fieri habiliores, & simul siqui penitus in
» his affectionum, cupiditatum'q; errores inessent, quos aliquis pudor irreuerens concælaret, ea
» omnia sine graui periculo, libertate per uinum data, detegi, & ad corrigendum, medendum'q;

» fieri opportuniora. Atq; hoc etiam Plato ibidem dicit, nō diffugiendas esse, neq; respuendas
» huiusmodi exercitationes aduersus propulsandam uini uiolentiam. Neq; ullum unquam conti
» nentem prorsus, ac temperantem satis fideliter uisum esse, cuius uita nō inter ipsa errorum peri
» cula, & in mediis uoluptatum illecebris explorata sit. Nam cui libentiæ, gratiæ'q; omnes con
» uiuiorum incognitæ sunt, qui'q; illarum omnino expers sit, si eum forte ad participandas huius
» modi uoluptates, aut uolūtas tulerit, aut casus induxerit, aut necessitas coegerit, deliniri plerūq;,
» & capi, neq; mentem, aīum'q; eius cōsistere, sed ui quadam noua ictū labi, atq; pessundari. Cō/
» grediendū igit', & quasi in acie pugnandū censet cū uoluptatibus, & cū ista uini licentia com/
» minus decertandū, ut aduersum eas non fuga, aut disiunctione tuti simus, sed uigore animi, &
» ꝓstanti p̄sentia, moderato'q; usu cōtinentiā, ac tēperantiā tueamur, calefacto'q; simul, ac redin
» tegrato aīo, siqd in eo uel frigidæ tristitiæ, uel torpētis uerecūdiæ fuerit, diluamus. Ita illustris
author A. Gellius aptissima, uerissima'q; sentētiæ Platonis expositione, ebriosum, ac nebulonē
illum auertit, quē aduersarius sequēs eandē repetere controuersiā uidet', nisi qđ ille Platonicā
disciplinā simulabat, ut uino operā daret authoritatē, hic uinū dissimulat, ut Platoni pperā de/
mat authoritatē. Porro ad hāc eandē sentētiā, illa accōmodata esse uident', quæ Macrobius uir
» præstantissimus in saturnalibus suis scripta reliquit his uerbis. Et Euāgelus agite ante q̄ surgen
» dū nobis sit, uino indulgeamus, quod decreti Platonici authoritate faciemus, q exīstimauit fo/
» mitē esse quēdam, ignitabulū ingenii, uirtutis'q;, si mens, & corpus hoīs uino flagret. Tum Eu
» stachius, qđ agis, inqt, Euangele? An Platonē existimas haurienda passim uina suasisse? Et nō
» magis inter minuta pocula iucūdiorē, liberiorē'q; inuitationē, quę fieret sub qbusdā q̄si arbitris,
» & magistris cōuiuiorū sobriis nō improbasse? Et hoc est, qđ in primo, & secūdo de legib⁹, nō
» inutile uiris esse decernit. Nā & modicis, honestis'q; inter bibēdū remissionibus refici, integra/
» ri'q; aīos ad instauranda sobrietatis officia existimauit, redditos'q; sensim lætiores, ad intentio/
» nes rursus capessendas fieri habiliores. Hęc, & plura alia ab eo authore egregio in hūc sensum
conscripta sunt, quæ siqs latius haurire cupit, repetat secundū de saturnalibus librū, ex quo son
te hæc pauca deduximus. Sed qm̄ quæ a Platone de musica rōnedicunt', min⁹ ꝓsuetudini no
strę ætatis ꝓsentanea esse uident', repetere parūper uetustæ illius ætatis memoriā debemus, &
hoīum illoꝝ eruditionē cogitare, quæ talis sane usu fuit, ut ineruditior haberet', qui musicę di
sciplinæ operā nō dedisset. Plurimū itaq; studii īpendere illi solebāt fidibus, choris, numeris, &
cōcētu, usu'q; musicę īstruebāt se morib⁹ moderatis, tranqllis, & placidis, & saltādi exercitio ui
res curabāt, corpa agiliora, robustiora, aptiora'q; reddebāt, tū uero ꝓstātē, fortem'q; aīum, quo
uti in hostē, qn̄ usus exigeret, possent, eadē musicæ rōne sibi parabant, & tum tranqlli, tū citati
» nitebant'. Nēpe Lacedæmonii authore Plutarcho tibia utebant' ꝓcitatoria, & modulis, q aīos
» augerent, ac īpetus facerent uehemētiores. Quippe res gestæ uiroꝝ illustriū, qui pro Sparta, &
» patriæ suæ salute mortē obiuerant, eorū'q; laudes canebant', aut cōtra conuitia eoꝝ, qui ꝓpter ti
» miditatē uitam agere uoluissent, infelicē, & miserā. Vsum itaq; musicæ ad rem militarē accō/
modabant, & ut aīum modo incēderent, modo sedarēt tibiis, ac fidiculis operā impendebant.
» Eodē etiam spectat Cariatas, de quo Lucian⁹ Syrius scribit. Genus id saltatiōis erat ex Cariis
» Laconicæ terræ oppido a Castore, & Polluce delatū. Alteꝝ item genus, qđ supradiximus hor
» mum, apud eosdē Lacedæmonios usui fuisse, idē Lucianus narrat. Homerus etiā pheaces saltā
tes, & planipedes facit. Thessali uero strenuos uiros, & in dimicando principes planipedes pri
mos appellabāt, ita apud illos genus hoc exercitatōis honestū, atq; in primis cōmodū habebat'.
Ad hæc cęrimoniæ cū modulis, & saltatione, Orpheo, Museo'q; authorib⁹ ꝓstitutæ sunt. Adde
sacrificia, quæ Apollini nō sine musicæ, & saltationis amœnitate in Delo insula fieri solebant.
Indos quoq; prima luce, cū primum surrexissent, saltādo solē salutare solitos legimus, et Æthio
pes præliū ex saltatione cōficere. Romanos quoq; haudquaq̄ genus hoc eruditionis cōtempsis
se, memoriæ ꝓditū est. Salios enī sacerdotes Martis, q bello ꝑat, ex nobilissimis familiis cōsti/
tuebant, q sacris choris, & saltatione, a qua nomē sumpserūt, Deo Marti sacrificia facerēt. Per/
multa ex usu diuersaꝝ gentiū accipi possunt, qbus musicā, in publica educatione, ciuili'q; eruditione usui fuisse, manifestū est. Pythagoras uero Samius, uir admirandæ sapientiæ, & uirtutis
cultor eximius, quantū musicæ indulserit qs ignoret? Hic enī & inflāmare, & rursus sedare, nō
modo iuuenū, uerū etiā seniorum aīos musico artificio, & excogitauit, & docuit. Alexandrum
etiā Macedonū regē, uario modo ex Timothei tibia moueri solitū legimus, & tum impelli, pro
uocari'q; ad arma, tum ad otium, quietem'q; reuocari. Quæ cum ita se habeant, non temere ue
teres illi ad usum ciuilem adhibēdum hoc disciplinæ genus summa cū diligētia censuere.

Platonem

Platonem nequaq̄ tyrannidem probasse, ut aduersarius calumniatur.
Regis imperium a Platone probari.
Optimates labi in factiosos, quorum imperium ὀλιγαρχία dicitur.
Imperium in tyrannum lapsum, ad regem artificio reuocari.
Qualis esse debeat bonus artifex ciuitatis.
Quid tyranni nomen significet.
Quanto odio apud ueteres fuerit unius imperium.
Cur Plato unum principem uelit.
Summū imperiū cum prudentia, modestia'q; coniunctū optimū reipublicæ statū constituere.
Qualem tyrannum expetat Plato.
Platonem recusasse Cyrenensibus leges ferre. Caput X

Enio nunc ad tyrannidis crimen, qđ Platoni aduersarius obiicit. Ex eo sane ꝓbatā
u a Platone tyrannidē conatur ostēdere, ꝙ eam ciuitatē idoneā eē ad mutationē in
optimū statū suscipiendā esse existimat, quæ sub tyrāno degere cōsueuit. Sed nul/
lum hoc eē Platonis crimen optima ratione demōstratur, q̄q̄ aduersarius pro sua
ꝓsuetudine, & uerba, & snīas oēs in malā accipit partem, culpat'q; ea, quæ quo modo a Plato/
ne dicta sint, nescit. Plato qdem imperiū unius, atq; optimi uiri maxime ꝓbat, id'q; regnum uo
cat, qđ simulac deprauatū, uitiosum'q; extiterit, tyrannidē esse arbitrat', hoc Aristoteli etiā pla/
cet, nā, ut optimatū imperiū deprauatum in paucoꝝ imperiū degenerat, qđ græci ὀλιγαρχίαν
uocant, & ut Reip. status in populārē statū mutat', sic regia potestas, cū ab officio suo discedit,
in tyrannidē labitur. Quod si repetēdū, instituendū'ue est laudatissimum illud genus imperan
di, quod regi tribuimus, nō ex populari statu, aut paucoꝝ, aut optimatum repetēdū, siue insti/
tuendum est, sed potius ex īperio tyranni, ad hoc enim per errorē, optimum illud imperiū col/
lapsum erat, & quēadmodū medici lapsum corporis temperamentum in calidiorem, frigidio/
rem'ue habitū, inde ad pristinā temperiem reuocāt, nō ex paruitate, aut magnitudine, aut nu/
mero, aut situ, Sic author, qui ad bonā, ut ita dicam, ualetudinē ciuitatis respicit, non ex quoli/
bet statu, quēlibet ꝓstituere, aut ꝓsentaneū, aut facile arbitrat', sed, si optio detur, id accipere de
bet, qđ propinquius est. Vt si optimatū imperium cōstituere uelimus, ex paucis, penes quos re
rum potestas est, id faciēdū sit, si regem ex tyranno. Quod qa Plato ita agendū statuit, uitupe/
ratur, ex quo facile ītelligi pōt, quantā aduersarius eaꝝ rerum, de qbus logtur, peritiam habeat.
Nihil enim interesse existimat undecunq; corruptā, ac deprauatā ciuitatem corrigere, atq; emē
dare quis cœperit. Præterea tyranni nomē nō modo eum significat, q iniustū, atq; iniquum im
periū in subditos exercet, sed etiā eum, q etsi optime īperat, sibi tñ omnia tribuit, & in sua uni⁹
potestate reꝝ oīum arbitrium constituit, quē hoīes priscorum temporū uehemēter detestaban
tur, uel iniquitate tyranni alterius territi, uel cupidi libertatis, quā natura oēs expetūt, licet ple
rūq; temere, & cōtra ꝓpriam salutē eam aliq quærant. Itaq; magna ex parte populari imperio,
qđ græci δημοκρατίαν uocāt, ciuitates illis tpibus regebant', rara optimatū potestas erat, nulla
unius. Quod siqs se unū constituere principē nitebat', q̄uis bonus esset, tyrannus appellabatur,
& odiū hoīum uitare non poterat. Insolentia itaq; rei, ea tēpestate non minus q̄ uitio, infensum
erat unius uiri imperiū, qđ quia tyrannidis noīe uocabat', Plato tyrannū reqrit ueteri usu uni/
cum principē ita appellans, quēadmodum apud latinos quoq; hoc nomen in bonā partem fre
quentissime usurpat', ut apud Maronē de optimo rege dictū est, dextram tetigisse tyranni. Nā
si nō plures, sed unus principatū obtinet, facile ei fuerit addere, quæ optimo regi adhibēda cen
set. iam. n. bonā desyderii sui partē habet, si unū assecutus est principē, qui nō plures, sed unū in
tendit cōstituere. Quin etiā Plato cum suū instituendæ ciuitatis genus, asperius esse ītelligeret,
q̄ ut facile ab hoībus otio, uoluptati'q; deditis recipi posset unū desyderat, q cæteris oībus uim
etiā, si ita res exigat, possit inferre. Vnius. n. iussu, atq; authoritate cogi, emendari'q; plures &
» cōmodius, & facilius possunt. Legumlatorē itaq; dicit interrogatū, qd nā aliunde nactus ope
» ra sua adhibita recte ciuitatē constituere posset, ita respondisse. Detur mihi ciuitas sub tyrāno,
» sit'q; tyrannus ipse iuuenis, īgeniosus, memoria ualens, fortis, sua natura magnificus. Talem. n.
» nō longo tpis interuallo egere ad morū publicoꝝ, quā decreuerit, institutionē. Sed ipsum pri/
» mum quo libuerit iter posse facere, siue ad uirtutis officia, seu ꝓtra hortari ciues statuerit, tū sua
» ipsum authoritate, qd cæteris agendū sit, decernere, partim laudando, quę ꝓbet, partim uitupe
» rādo, quæ īprobet, & siqs minus obtēperauerit, puniēdo, quēadmodū ipse iudicauerit, oporte

re. Sic. n. ex tēplo fieri posse, ut cæteri ciues eū sequant', qui simul & suadendi rationē, & cogendi uim habeat. Nec uero existimandū posse cōtingere, ut ciuitas illa alioqn mores, leges'q; suas facilius mutet, q̄ si apud huiusmodi tyrannū summus aliqs legūlator, & laude dignus extiterit, aut si ipse simul & tyrānus sit, prudentia, ac modestia p̄stet. Nō enī mala ciuitatis extingui posse iā dixit, nisi uel philosophus īperet, uel rex ingenue philosopheť, in idē'q; incidāt facultas ciuilis, & sciētia philosophādi. Quod cū usu uenerit, tum bona oībus supra, q̄ dici fas sit, posse cōtingere in libro de legib⁹ affirmat. Cū'q; diuinus qdam amor uirtutis, potentium aīs insulserit, uel principatu unico, uel diuitiarum excellētia, uel familiæ nobilitate, uel Nestoris, quem oēs suæ ætatis homines eloquentia superasse legimus, mira quadā facultate dicendi, tunc nimirum felices fore ciuitates. At Nestorem illum belli troiani tēporibus uixisse, inqt, nostris nihil tale extitisse, quod equidē sciam, affirmare possum. Siquis tamen aut futurus est, aut nunc ex nostro numero est, felix ipse, felices, qui orationē ex eius ore fluentem audiūt. Eadem'q; de reliquis oībus uirtutibus ratio est, ut cum summa potestas, cū prudētia, & modestia coniuncta fuerit, tūc optimæ reipu. status, & huiusmodi legum ortus existat, alioquin id fieri nequeat. Tum ueterem quādam rempu. sub forma, & specie fabulæ optimā narrat, cuius simulatione præsens fieri optimatum imperium dicit. In qua non hoīes hominibus præerant, iinquit, sed dii, quomodo nos hoc tempore, non boues præficimus bobus, aut capras caprarum principes cōstituimus, sed curam armenti, & gregis damus hoībus, quod genus animalis est longe præstantius. Sic temporibus illis dii, nullam esse hoīum naturam rati, quæ res humanas ita gubernare, ac regere posset, ut nulla iniuria, aut uitio deprauaretur, non hoīes, sed dæmones, genus certe magis diuinum, q̄ humanū, præficere ciuitatibus uoluerunt, qui & pro sua natura possent, & pro nostro commodo uellent rerum gubernacula tenere, & humanum genus felix tueri. Quib⁹ itaq; ciuitatibus nō deus, sed mortalis aliquis dominatur, iis nulla contingere potest laboꝝ, aut malorum requies. Verum nos sequi uitam illam antiquā oportet, & huic, quod in nobis immortale est, obtemperando, ciuitatē publice, ac priuatim gubernare, legem'q; appellare nostri consilii accomodatam distributionem. Quinto etiam de legib⁹ libro, cum de ciuitatū lustratione dissereret, quā, ut percommodam, sic uariam putat, aliam, inquit, facilioꝝ, & mitiorem esse, aliā difficilioꝝ, asperiorem'q;, secundā hanc meliorem, ac commodiorem statuit, qualis ea est, quæ grauiora delicta supplicio capitis, aut exilio plectit, & istam posse tyrannum inferre ait, qui idē & dominus est, & legumlator, legumlatorem aūt sine tyrannide, in cōstituenda noua repu. & sanciendis legū præceptis uix miti lustratione, qualis est in coloniam mitere, ad exterminandos malos mores agere posse, quid hoc loco, tyranni nomen significet, apertum iam est, nam & uirtute p̄ditum esse decernit, & secum doctissimum aliquem uirum habere, cuius consilio, præceptis'q; utatur, quæ res manifeste declarat, non tyrannum illum a` Platone probari, qui iniquā in subditos potestatem exercet, sed eum, qui se principē unum omnium moderatorem fecerit, qui bonis disciplinis incumbat, memoria, ingenio, studio p̄ditus singulari, sit præterea philosophiæ alumnus, bonoꝝ morum studiosus, fortis, liberalis, magnificus, cōtinens, prudens. Itaq; tot, tātis'q; uirtutibus huic nomini adiunctis, profecto`, optimus ille princeps describiť, quem regē dicimus, non is, quē aduersarius intelligit, uerboꝝ uim, & uariū linguæ usum ignorans. Hunc sibi tyrannum Plato exigit, q̄ eū existimat optima rōne posse facilius iura dare populis, & deprauatos p libertatē, atq; opulentiam ciuiū mores corrigere. Neq;. n. fieri pōt, ut hōīes, qui uel suo consilio non eligunt, aguntq;, quæ meliora sunt, uel recte cōsulentibus nō parent, aliter, q̄ui, & summa q̈dā necessitate a` prauis moribus discedere possint, quā melius, lōge'q; facilius unus princeps, q̄ plures pōt inferre. Nec uero si unus ille iuuenis aliqd uitii in se habeat, idcirco Plato errare dicendus est, quandoquidē unum potius, q̄ plures uitiosos desyderat. facilius. n. unus, q̄ plures emendari pōt, & iam præceptorē ei adhibet summū aliquem uiꝝ, q eum erudiat, atq; instruat bonis moribus, & literis, & dignū reddat regē, quem uerā felicitatem allatuꝝ ciuitatibus polliceť. Sic Plato de tyrāno locutus est, quē aduersarius cupidū iniquæ tyrannidis dicit, & leges, quas scripsit huc tādē spectare. Atqui si cupidus tyrānidis Plato fuisset, nō recusasset leges ferre` Cyrenēsibus tātopere ab eis rogatus, atq; īpulsus, quod pdifficile esse diceret illis iura dare, q tanta regiæ copia affluerent, & tam diuturna in uiuēdo licentia usi fuissent. Permulta sane` adduci possent, qbus palā fieret, Platonē non tyranno, qualē aduersarius ītelligit, sed regi hoc est optimo, & iustissimo principi, omni opera, cura, & diligentia semp fauisse. Sed obiurgator īstitutū suum sequitur diligēter, & quæ male iudicat, uituperat, puertit, atq; cōtaminat. Equidē mirari satis nō possum, q̄ hoc etiā loco non dixerit Platonē sese Deum appellasse, q̄ ille Deū ciuitatibus dominari

minari oportere, & leges ferre tradiderat, aut regnum sibi popposciſſe, cū malorum exitum non contingere ciuitatibus, nō aliter posse scripserat, q̄ si philosophus, qualis ipse erat, Reip. gubernacula teneret. Iam quoq; eum, qui regiam potestatē dixerit tū armis, tum iustitia munitam esse oportere, prauitatis arguere, crudelitatis'q; potest, q̄ armis dixerit, non facultate dicēdi, qua sci licet p̄suadere melius esset, siue exteri aduēnarent, siue domestici res nouas molirentur, aut aliquid prorsus contra leges auderent, facile quisq; puertere quælibet, & mētiri potest. Sed hoc, ut nefandum optimus quisq; existimat, & nunq̄ ad id faciēdum inducitur, ita pessimus quisq;, quasi pulcherrimum officium, & semper, & perlibenter exercet.

Iniuste criminari Platonem, q̄ suas tantum leges iuuentutem doceri uoluerit.
Quomodo Plato uoluerit iuuenes literis erudiri.
Tardos ingenio ad eloquentiam aptos non esse.
Lyræ triennio uacandum esse.
Quo spectent Platonis leges.
Omnia bona legenda esse siue carmine scripta sint, siue soluta oratione, siue etiam illiterata uoce tradita.

Caput XI.

Ergit deinde aduersarius, ac Platoni detrahit, q̄ leges dūtaxat suas doceri iuuētutē cæteris omnibus literis neglectis uoluerit. Sed utrum id recte, atq; ex usu Reip. dictū sit, uideamus, qui ius ciuile, quasi animū ciuitatis esse optima ratione cēsemus. Nā cum Plato septimo de legibus libro, quemadmodum literis erudiēdi sint pueri tradat, ita præcipit, ut tantum literarum pueri discant, tantum'q; scientiæ, lyræ, aut solis, lunæ, reliquorum'q; syderum hauriant, quantum necesse sit ad rem militarem exercendam, ad rem familiarem tractandam, ad Remp. administrandā, literis itaq; triennio dandam opam censet, quousq; uidelicet legere, ac scribere possint. Aptam uero, aut celerem ad scribendum manum, eos, qui ingenio tardiores sunt, habere minime curat. Lyræ etiam triēnio altero studere. Poetarum scripta lyra uacua quouis in genere uersuum, quoniā partim honeste, partim inhoneste fœdis fabularum figmentis, nec deoꝝ natura, de qua sępe loquuntur, dignis, composita sunt, iudiciū censoris exquirere, qui quantum utilitatis aliquid afferre possit, legi permittat, quantum uero obesse posset, prohibeat, ne teneræ iuuenum mētes fœda fabulaꝝ lectione deprauentur. Cōcedit igitur, immo uero suadet ea lectitare, quæ recte ad cōparandam uirtutem scripta sunt, & legum suarum exemplar proponit, quod spectare debeant, qui alia sibi legenda eligāt, alia omittant. Legum aūt eius iudicium illud est, quo de religione, de moribus, de eruditione ad usum ciuilem præcepit, quæ si recte præcepta sunt, recte etiam suas leges in primis doceri iuuenes uoluit, nec est ullo pacto reprehendēdus, q̄ sibi tantū tribuerit, dum quæ præcepit, & commoda, & iure laudanda iudicant'. Nā, quod aduersarius addit, ut, cæteris literis neglectis, legibus dūtaxat opera daretur, aperta calumnia est. Enimuero Plato simul cum suis legibus cætera quoq; bonarum literarum genera præceptoribus cōmendat, quæ a` norma, ac ratione legum non dissonēt, siue poctarum carmina sint, siue soluta oratione scribantur, siue etiā illiterata uoce profe
» rantur. Cēsori, inqt, & custodi, & præceptori nullum exēplum, meo quidem iudicio, commo
» dius dare possum ad doctrinam iuuētutis, q̄ quæ legibus modo expositis continentur, & his si
» milia sunt. En Plato, non sua sola, sed etiam his similia tradenda iuuentuti existimat. Quod si surdis auribus aduersarius est, ipse potius non Plato reprehēdēdus est. Audiat iterum, & intel
» ligat si potest, uerba Platonis rectius, q̄ sua sint a` nobis latine interp̄tata. Siqua, inquit, poetaꝝ
» carmina compiuntur, aut alioꝝ authorum soluta oratione scripta, aut etiam illiterata uoce tra
» dita, germana scilicet sermonum, rationum'q; nostraꝝ, officium censoris sit prouidere, ne quo
» pacto ea omittantur, sed excribi iubeat, & præceptores bonaꝝ literarum hortetur, cogat'q; hęc
» cōmendare, & iuuenes, quos erudiēdos acceperint, doctrina eorum cōmoda atq; honesta insti
» tuere. Plato`ne igitur, an aduersarius peccat, qui Platonis uerba nequaq̄ intelligit, & quē intelligere non pōt, reprehēdere conatur, & audet. Ille quidē non modo hortandos, uerum etiam cogendos præceptores existimat, ad cæterarum literaꝝ præcepta tradenda, hic non nisi sua legenda dixisse eum calumniatur, nec cum tam aperte ementitur, erubescit.

Inepte reprehendi ab aduersario Platonem, quod scripserit mathematicis eruditos esse, qui diuini esse uoluerint.

Naturam ducem sequentibus nihil magis opitulari ad cognitionem diuinorum, q̃ mathematicas disciplinas.

A' contrario ad contrarium uiam sine medio difficillimam esse.

Quales oporteat esse legum custodes.

De Arithmetice necessitate. Caput XII.

Imile etiã illud obiicit, q̃ Plato diuinos fore ait, qui mathematicis disciplinis recte instituti fuerint, iisq̃ summo studio, ac diligentia incubuerint. Deridet hæc aduersarius, & negasse Platonẽ dicit, attingere quẽq̃ diuinitatẽ posse, nisi unum, duo, tria, paremq̃, atq̃ imparem numer̃ nouerit, his dũtaxat omnẽ mathematicã rationem obiurgator describit, & proinde irridendũ censet Platonẽ, q̃ neminem inter mortales sine his dignum nomine Dei, uel genii, uel herois euadere posse arbitratus est. Sed quid Plato dixerit, uideamus. Cum oĩs mathematicarum disciplinar̃ ratio quadrifariam diuidatur, in musicã uidelicet arithmeticam, geometriam, astrologiã, Postq̃ de musica satis quatenus ad ciuilẽ usum ptinere uidebatur, disseruit. Tres, inquit, disciplinę adhuc restant dignę homine libero, in quibus elaborandũ usq̃ ad summũ, multitudini quidẽ non arbitror, sed paucis qbusdã, de quibus postea dicam. Multitudini enim licet ex his quantũ necessariũ sit, ignorare turpe est, tamen, ut diligẽter cuncta inuestiget, ne fieri quidẽ potest. Primum igitur quampaucissimos ad earum disciplinarum pfectissimam sciẽtiam hortatur, reliquos necessaria tantum, & quæ ad ciuilem usum accõmodata sint, capere iubet. Tum quanta sit in eius disciplinæ pfecta, absoluta q̃ cognitione utilitas, q̃q̃ ad diuinũ cultũ, & summam felicitatẽ hoĩbus prosit, differẽs, paucis qbusdã explicatis, Pleniorem expositionẽ in finem operis differt. Quippe in Epinomide, quem librum legibus additum supradiximus, latius disputat de his rebus, & nullam esse uiam cõmodiorem ad diuinarum rerum cognitionẽ fatetur, quàm mathematicarum disciplinarum rationẽ, siquidem nulla adhuc ætati suæ concessa diuinitus reuelatio erat, quod postea diuina pietas mortalibus indulsit. Ducitur ipse dũtaxat naturalis lucis ratione, diuinam q̃ naturam pro uiribus explorans, nihil compire commodius potest ad illustrationem humani ingenii, quàm mathematicas disciplinas, quæ a' materia abstrahẽtes diuinam præseferre conditionẽ uidentur, & quasi gradus præbẽt, quibus animus ad res diuinas possit ascẽdere. Cum enim res diuinæ immateriales sint, & sola mente percipi possint, naturales autem materiæ prorsus cohæreant, & triplici dimẽsione constent, ac loco, tempori, mutationibus omnibus subditæ sensu cognoscantur, hinc rerum naturalium adminiculis diuina intelligi posse, non modo Plato, sed etiam omnes uetustiores, iuniores q̃ philosophi negare non dubitarunt, sensis enim uisis, imaginatis q̃ indagando mentem, atq̃ intelligentiam hominis occupari existimant, fieri q̃ ne syncerius possit ad res immateriales aspirare. Mathematicis autẽ, quæ in media natura constitutæ, partim materiales, partim immateriales sunt, confidunt effici posse, ut mens quo tendit peruenire facilius possit. Quippe triangularẽ figuram, aut lineam, aut punctum contineri in materia necesse ẽ, constat autem, mente abstrahi posse ad usum mathematicæ rationis, sine ulla materiæ præscriptione. Nec ad pedalem lineam Aristoteles, inquit, quæ descripta est, sed ad eam, quam animo concepta habemus, respiciẽtes, pedalem dicimus, quanq̃ fortassis tanta non sit. Sic discedere a' materia per abstractionem assuescimus, & ad formam per se sine ulla materiali conditione consyderandam ingenium exercemus, atq̃ ita facilius ad res diuinas aptissimo medio, quasi uehiculo quodam penetrantes reducimur. Via enim de contrario in contrarium sine medio, non modo facilis, aut tuta non est, sed ne perfici quidem potest, seu diuinarum rerum cognitionem petamus, seu quoduis officium alicuius artis, aut ingenii pertractemus. Enimuero mathematicæ res quasi imagines quædam rerum uere intelligibilium esse uidentur, eo fere' modo, quo naturalium rerum imagines umbris, aut aquis, aut speculis repræsentari uidemus. Qui autem earũ studiis incumbunt, non semp in huiusmodi imaginibus consyderandis immorantur, sed tandem ad ea, quorum sunt imagines, eriguntur. Itaq̃ geometræ, & arithmetici positis figuris, & paribus, imparibus'ue numeris, reliquis q̃ materia contẽtis incipiunt agere, demũ q̃ ad id, quò tendunt consyderandum deueniunt, nec insuper iis utuntur, quæ uisus percipit, sed illa, quorũ hæc similitudinem gerunt, contemplantur, ipsam scilicet quadrangularem figuram, aut ipsam diametrum, non eam, quam pauloante descripserant. Sensum quippe paulatim sequestrant, & solo animi iudicio de iis rebus agunt, quas intelligibiles mathematicas dicimus, quarum consuetudine iam dispositi ad res illas ueniunt uere substantes, propriéq̃ intelligibiles, hoc est substantiam

stantiam illam omnino immaterialẽ, atq̃ æternam, cuius cognitio pietatẽ affert, religionem, uirtutem, felicitatem pfectam, qua una, homo uere diuinus, ac Deus appellari potest. Quapropter perutilem Plato, & admodum necessariam libero homini mathematicarum disciplinarũ cognitionem arbitratur, hortatur'q̃ ad earum studia iuuenes, ut felices, & quantum natura humana patitur, diuini possint euadere. Verum paucis quibusdam ad hæc studia uehemẽtius incumbẽdum præcepit. Hi autem sunt custodes ciuitatis, & tutores, & præceptores bene uiuẽdi. Reliquis necessaria tantũ statuit discenda, seruandáq̃ esse. Etenim præcipuos legum custodes oportere, inquit, perfecte ueritatem cognoscere cum omnium rerum, tum uel maxime diuinarum, ut deos immortales esse, & quanta eorum potestas sit, quantum humano ingenio percipi potest, accommodatissimis uerbis, & honesta dicendi facultate possint explicare. Reliquis omnibus satis superq̃ esse si credant, ac legum authoritatẽ, & famam sequant'. His enim necessaria tantum discẽda esse, septimo libro præcipit, & illa necessaria esse dicit, unde tritum illud,
» prouerbium sumptum est, necessitati ne Deum quidẽ posse resistere. Atqui diuinas quasdam
» esse necessitates arbitratur, quas siquis, inqt, nec intellexerit prorsus, nec exercuerit, nunq̃ inter
» homines, uel Deus, uel genius, uel heros haberi poterit, quo suscipere curã, & negotium mor-
» talium cõmode ualeat. Lõge igit' abest, ut homo diuinus effici possit, qui non unum, non duo,
» non tria, nec oĩno parẽ, aut imparẽ numer̃ norit, aut sciat enumerare, nec dies, ac noctes cõple
» cti numero possit, nullã habẽs lunæ, & solis, & reliquor̃ syder̃ necessariã cognitionẽ. Sic Plato cognitionẽ, & usum numeri uulgarẽ, ad uitam ciuilẽ cõmodũ, ac necessariũ, leuiore quadã appellatione unius, duor̃, trium, paris, atq̃ imparis numeri significauit, quæ ratio mercibus, et negotiationibus, & oĩno rei familiari tam accõmodata est, ut sine ea negotiũ omne familiare necessario pereat. Norũt hoc prudẽtes oẽs patresfamilias, norũt piti mercatores, norũt deniq̃ uiri ciuiles, usu, & experientia rer̃ callidi, & ingenio ad agendũ idonei. Quã cõmoda, necessariáq̃ sit in uita hoĩum cognitio eius rõnis numeror̃, qua uulgares utunt', nemo ambigit, hãc uero designat Plato, cũ sine peritia arithmeticæ effici ullum posse diuinũ negat, consilio scilicet & prudentia rei familiaris gubernatrice, quã ciuilẽ partem diuinitatis licuit appellari. Quo.n. qsq̃ eruditior, ac peritior est, eo plus diuinitatis attingit, & sicut q in rebus contẽplandis excellit, tanq̃ deus qdã inter hoĩes ciuiles uersari putat' ita ciuilis ipse peritus, & prudens, si cũ rustico impito q̃ conferat' diuinus non iniuria dici põt. Hoc inq̃ genus arithmeticæ Plato tradit, quod si aduersarius teneret, non tam turpiter in exponẽdis legibus Platonis erraret, ut nonaginta ho
» minum partem duodecimã accipiẽdam esse affirmaret, ita.n. inepte, ut assolet, scribit. Centũ
» octuaginta de oĩbus censibus deligantur, quorum dimidia pars suffragio comprobet', duodeci
» ma uero pars eius in mẽses distributa, alia post aliã custodiat. En q̃recte diuidere, & multiplicare numer̃ scit aduersarius noster, q duodecimam partẽ ex nonaginta accipi posse existimat, & Platonẽ reprehẽdit, q̃ pitiam numeri ptinere ad hoĩs diuinitatẽ, hoc est felicitatẽ uoluerit. Hanc igit' tantã numeror̃ impitiam Plato detestatur, hanc iacturã, calamitatẽ, & pniciem rei familiaris tum publice, tum priuate deuitans, opam uulgari numero impendi iubet, longe'q̃ a' diuinitate abesse eum hoĩem dicit, qui ignoret rationem numeri ad usum ciuilem, summa cum necessitate accõmodari. Potest etiã ea Platonis sn̄ia hoc modo intelligi, non, ut q numerorum peritus est, continuo sit diuinus, sed cũ is diuinus sit, q mathematicis disciplinis excellet, longe ille a' diuinitate remotus sit, q ne partem qdem necessariã, quę uitæ usum continet, nouit, qua, q caret, ne homo qdẽ appellari meret', sed bellua potius, q̃ homo dicẽdus est, q oĩno nescit numerare, cũ ipsa numerandi facultas p̃ cæteris aĩantibus in primis homini tribui possit. Quippe solus homo præterita repetit, futura prospicit, unũ ex pluribus colligit, unũ in plura distinguit, partes dinumerat, respectus inuicẽ notat. Cæteræ aĩantes dũtaxat sensu mouent'. Quapropter
» ita apud eundẽ authorẽ in Epinomide legimus. Nunq̃ aĩa eius aĩantis uirtutẽ capere integre
» põt, cui ratio deest. Animal aũt, quod duo, & tria ignorat, nec numer̃ parem, aut imparem no
» uit, & oĩno numerandi rõne uacat, nunq̃ reddere poterit rationẽ earum rerum, quas sensu dũtaxat, & memoria p̃cipit. Ad hæc artes oẽs perire affirmat sublata numeri rõne, quam arithmeticam dicimus. Vbi enim hæc ratio deest, ibi nec rõnem ullam, nec uniuersationẽ esse posse existimat, qbus sublatis, nullam posse uirtutẽ consistere, & subinde abesse felicitatẽ, diuinitatẽ q̃ illam, quã beatis hoĩbus uirtutis merito tribuimus. Ita siue partẽ diuinitatis in usu rei familiaris, ciuili q̃ negotio consumẽdam dicas, siue in rer̃ contẽplatione oẽm diuinitatis rõnem p̃sistere arbitreris, haud perperã dixisse Plato uidet', neminẽ impitum, atq̃ ignar̃ numeri, posse esse diuinũ. An hæc exprobranda Platoni, & maledictis insectãda sunt, qd' aduersarius facit? An po-

tius digna laude, & prudentiũ oĩum iudicio cõmendanda, legat, qui latius hæc ĩtelligere cupit septimũ de legibus librum, & decimũ, & Epinomidem totam, & qntum, sextum, ac septimum de Rep. plurimáq; in his comperiet, de hac re pulcherrime scripta, & facile cũ Platone sentiet, nullam esse uiam ad cognitionem reꝝ diuinarum certiorẽ. Hic modus est, inqt, hæ disciplinæ, quæ siue faciles, siue difficiles sunt, hac uia gradiendum est, & rursus. Animi oculus cæteris negotiis obcæcatus, atq; obrutus his tantum reluceſcit, & exercetur, eum oculum dico, quem seruare accuratius, quam mille corporis oculos debemus. hoc enim uno rerum omniũ ueritas cernitur. Hęc qui eo modo, quo a` me dicuntur, acceperit, hunc ego sapientissimum appello, & siue ioco, siue serio agam, semper id affirmabo, sed de his hactenus.

Confutatio aduersarii Platonem damnantis, quia peregrinos e` ciuitate pellẽdos censuerit. Quo temperamento utatur Plato circa peregrinos.
Concedit Plato peregrinis. xx. annorum habitationem in ciuitate, quam cõstituit.
Peregrinos omni immunitate donandos Plato existimat.
Talem uoluit Plato ciuitatem, qualem Romani Senatum. Caput XIII.

Vnc reliqua uideamus. Peregrinos è ciuitate pelli reprehẽdit, eamq; legem incõmodam esse ciuibus arbitrat'. Laudat Asyla, in quæ nocẽtes recepti numeꝝ, & uires ciuium augent. Platoni detrahit, quod hac lege de expellẽdis inqlinis, ciuitatem longe melius conseruari posse crediderit. Sed uetusta lex ista fuit, & apud Lacedæmonios, q rõne legum præstitisse putantur, Lycurgo authore probata. Ita. n. primus ille præcepit pegrinos hospitio prohibendos esse, ne ciues externis moribus inficerent, & per contagionem quorũlibet hoĩum suã integritatẽ amitterent. Quãquã Plato non prorsus secutus est Lycurgũ, sed mitius hoc præcepit. Enimuero neminem pegrinum in ciuitatem recipi, neminem ciuem peregrinari, alterum ut inhumanũ, atq; ĩhonestum, alterũ, ut difficile repudiat, mediam autem quandam uiã constituit, ut ciues alio` peragrare interdum honestis de causis possint, & peregrini in urbem modo conuenienti recipi, ut duodecimo de legibus libro latius exponit. Frequẽtia autem illa peregrinorum commercia, & liberos congressus non temere suspectos habet. Nam cum Remp. suam, quẽadmodum Lycurgus fecerat, nõ magnitudine populi, & copia pecuniarum potẽtem, sed uirtute præstantẽ instituat, & auꝝ, argẽtum, reliquaq; huiusmodi uel artibꝰ, uel pecudibus, uel fœnore quæri uetet, cultum & animi, & bonoꝝ morum curam præcipue iubeat, non sine iusta ratione externos mores, & ignotorum hominum diuturniorem in ciuitate
» morã prohibuit. Solet. n. inqt, peregrinorum mora parere in ciuibus mores uarios, perfidos,
» inconstantes, prauos peruersos, & alienigenæ societatis contagionibus inficere, quod hominibus optimarũ legum alumnis, maximam solet afferre iacturam. Quemadmodum nos quoq; in sacris literis habemus, corrumpere bonos mores colloquia mala. Idcirco ex duobus summis legumlatoribus, alter peregrinorum contubernium omnino uetat, alter parce admodũ, & caute concedit, incolas siquidem recipiendos censet opifices, q ciuitati utiles sint, sed ne ætatẽ illic consumẽtes peregrina prole urbem contaminent, familiasq; suas propagare latius possint, certis pactionibus recipi eos iubet, hoc est, ut non diuturniorẽ, quàm uiginti annorũ moram in ciuitate liceat facere, quo tempore & ipsi rebus suis consulere commode possint, & ciues fructũ ex peregrinis capere, quem desyderant. Sed enim donat eos omni immunitate, nec a` uectigalibus duntaxat, quæ aut asportantur, aut importantur, eos absoluit, a` quo apud alias gẽtes ne ciues quidem immunes esse consueuerunt, uerum etiã a` solutione annui census, quo incolæ oẽs tenentur, quæ res profecto` causam præbet, ut peregrini libentius sese ad ciuitatem conferant. Ad hæc peracto iam habitandi tempore, permittit abeuntibus res omneis suas secum ferre, et si qui inter eos de Rep. benemeriti sunt, uelintq; aut differre commigrationẽ, aut ius habitandi perpetuum impetrare, concedit id fieri posse, si ciuibus persuasum fuerit. Ex quo facile intelligi potest Platonem non peregrinos, aut incolas uiros bonos ciuitate expellere, sed potius ad beneficia in Rẽp. conferenda prouocare. Siquidem ius perpetuo habitandi concessum iis est, qui bene de Rep. meriti fuerint. Cum cæteris uero satis humane actum uidet', si terminus abeundi ad uigesimum annũ concessus sit, Interea enim quo` se conferre debeant mature consulere, & quod statuerint, cõmodius agere possunt. Ita Plato & peregrinos humanissime fouet, & suos pariter tuetur, nequid labis extrinsecus cõtrahere possint. Atqui aduersarius neminem ad eam urbem uenturum existimat, ex qua post uigesimum annum migrare oporteat, nec attendit immunitatem

munitatem, qua donantur, qui ueniunt, atq; usum artium, & quæstum ex quibuscunq; honestis operibus. Sic præterea licere peregrinis, quemadmodum ciuibus, aut posse quenq; quantum sibi acquisierit, secum portare, cum abit, aut si bene egerit, posse quẽq; manere, quæ res profecto inuitare omnes, atq; allicere ad colendam Platonis urbem uidetur. Nihil ergo a` Platone iniquum præcipitur, nihil incõmodum, nihil turpe, ut aduersarius opponit, & detrahit. Immo uero honestissime, commodissimeq; ab eo agi uidetur, quando nihil a` peregrinis exigit, præter uirtutem, quam si præstiterint, licebit eodem iure perfrui, quo ciues utuntur, Sin minus, opera pro iis, quas ceperunt, pecuniis, ad usum ciuium reliquentes abibunt. Sicq; ciues non paruam utilitatem a` peregrinis capient, peregrini uero nihil, de quo curandum sit, incommodi afferent. Solent enim magna ex parte homines, qui uirtutem simulant, primo quoq; tẽpore modestius, & cautius uitam agere, postea uero audere aliquid. quod tempus ne tutum prauitati hominũ foret, prudentissime Plato prospexit, dum post uigesimum annum iussit incolas recenseri, remoueriq; eos, qui uirtutem minime exercuisse uiderentur. Ergo non Asyla turbæ hominum sceleratorum paranda sunt, non quælibet multitudo in ciuitatem recipienda, non peregrinorum colluuies admittenda est, ut aduersarius censet, & Romanorum exemplo opinionem suã nititur confirmare, quasi id Romani, ut melius elegerint, non, ut postremum necessitatis remedium passi fuerint, nec intelligere potest eodem delectu ciuitatem a` Platone constitui, quo a` Romanis Senatum. Itaq; ut illi non quem libet in senatorio ordine, recipiendum iudicarunt, ita hunc peregrinos quoscúq; suæ ciuitati inserere noluisse, ac miscere iis ciuibus, quos optimo eruditionis genere institutos satis complere numerum posse ciuitatis existimabat. Addit hoc loco aduersarius descriptionem factam tempore Octauii Cæsaris Augusti, cunctorum ciuium romanorum descriptionem fuisse, quippe, qui oẽs romani imperii dicto audientes ciues romanos factos, & ob eam causam descriptos cõmemorat. Quod q̃ inepte dicatur, quis non uideat? Nemo certe ignorat descriptionem illam nõ ciuium romanoꝝ, sed subditorum oĩum Romani ĩperii fuisse. Quid uero diuus Paulꝰ noster se ciuẽ romanũ dicebat, cũ a` iudæis, & Felice illo uirgis cædebatur, si omnes, qui romano imperio subsunt, ciues romani dicuntur? Quid M. Tullius Archiam poetam romanum esse ciuem tot rationibus demonstrare nitebatur, si græci omnes ciues erant romani? Legimus apud Suetonium Trãquillum Octauiũ uix tandem eos ciuitate donasse, qui summa in remp. beneficia cõtulerant, multisq; aliis petẽtibus oĩo id muneris negasse. Ex quo quanta sit huius historici nostri peritia, facile percipi potest.

¶ Perperam damnari ab aduersario Platonem super censuum existimatione.
Quid sit iustum inæquale secundum Aristotelem.
De duplici æquali eiusdem Aristotelis sententia.
Aequum in rerum inæqualium proportione consistere.
Quæ inæqualitas sit causa discordiæ.
De pecuniis, quid Plato sentiat.
Quod sit optimum patrimonium.
Disciplinas, & honesta certamina diuitiarum cupiditate destitui.
Cupiditatem errorum omnium causam esse.
Pecunias tertium in bonis locum tenere.
Lacedæmonios tum defeciſſe, cum spernere Lycurgi leges cœperunt.
Continentiam esse fontem fortitudinis.
Solonis uersus contra diuitias.
Cur Numa Pompilius fictilibus sacrificauerit.
M. Curii præclara sententia de diuitiis.
Aristotelis sententia de diuitiis. Caput XIIII.

Post hæc census inæquales, quos Plato decernit, seditionis causam esse existimat, & authorẽ eius cõsilii maledictis ĩcessit. quod si æquales probat, laudare profecto` Platonem debuit. genus enim reipublicæ, quod optimum ille arbitrat', nõ modo in æquali censu consistit, uerũ etiam in omnium rerum usu comuni, ac pari. etenim Plato parem omnium esse rationem, & arithmetica quadam mediocritate cuncta æquari uehemẽter optabat. Verum hoc maius esse, quàm ut a` præsente hominum more, atq; institutione recipi posset existimans, geometricam ipse quoq; illam mediocritatem probauit, qua uetustiores

» omnes, iuniores'q; usi authores fuerunt. Nam Aristoteles quoq; tertio politicorum libro iu-
» stum, inquit, esse uidetur, quod inæquale est, etenim ita est, sed non oibus, sed inæqualib⁹ tan
» tum. Quinto etiã uolumine eiusdẽ libri, cũ eos reprehenderet, qui iustũ, & quod ꝑ proportio
» nem æquale esset, probarẽt, nec idipsum assequerentur, aberrare eos dicit ex ea re, quã sibi sta-
» tuerunt, & in aliud Reip. genus incidere. Dissident enim, inquit, omnino de æquali. Duplex
» autem æquale est, alterum numero, alterum dignitate. Numero æquale dico, quod multitudi-
» ne, aut magnitudine idem, æqualeq; est. dignitate autẽ, quod ratiõe. Verbi gratia, duo a` trib⁹,
» & unum a` duobus, æquali numero exuperãtur. dignitate autem æque excedunt quatuor duo,
» & hæc unum. Partes. n. æquales hæ inter se sunt, cũ utraq; dimidiũ sit, altera quaternarii, altera
» binarii numeri. Eos igitur, qui iustum simpliciter confitentur, & de distribuendis pro dignita
te facultatibus dissentiunt, perperam agere dicit, id'q; exitu rei palã fieri. Nullam enim ex his
rebus publicis, quæ ita agunt, firmam, constantem'q; permanere posse affirmat. Quod idem a`
» Platone quoq; iam dictum fuisse, manifestũ est. Sexto nanq; de legibus libro. Aequalia, inquit,
» inæqualibus distributa, nisi modum obtineant suum, inæqualia erunt, hinc Reip. seditiones re
» dundant. Vetusq;, & uerum illud prouerbium, ęqualitatem amicos facere, recte admodũ atq;
» eleganter dictum est. Quæ uero sit ea æqualitas, quæ id facere possit, non satis constat. Ideo'q;
» usu uenit, ut sæpe fluctuantes erremus. Tum de duplici genere ęqualitatis, quod supra dictum
fuit, pulcherrime, atq; commodissime docet, & iustum ciuile id esse cõfirmat, quod pro digni-
tate ęquale, iustum'q; distribuitur, & eius exemplo condere ciuitatẽ, quã instituit oportere. Ob
hanc causam quinto etiam libro eiusdem operis cum de diuidũdis prædiis, & distribuendis pe
cuniis dixisset, & q̃ quisq; sibi sortitus esset partem agri, eam putare cõmunem iuberet, cũ uni-
uersa ciuitate habere, ac pro uirili colere, & unũ ex libris, quẽ uellet, hæredẽ relinquere, nec prę
dia aliquo modo uenũdare, atq; ẽt fieri nõ posse disseruisset, ut idẽ & ditissimus sit, & optim⁹,
oẽm'q; pecuniaꝝ curam tertio loco post animi, & corporis curam iis habẽdam addidisset, qui
uitã feliciter agere uellẽt, & aurũ, atq; argẽtum nemini licere priuatim possidere subiunxisset.
» Postremo optimum, inqt, esset. reliqua ẽt omnia pari modo oẽs habẽtes in coloniã proficisci,
» sed quoniã ita fieri nequit, uerum, ut alii plura, alii pauciora possidẽtes, migrent, oportet. Ideo
» æqualitatis gratia, necesse est census fieri inæquales, ut magistratus, munera, distributiones, sin
» guli quiq; non solũ pro uirtute sua, maiorum'q; suoꝝ, aut pro uiribus, & forma corporis digne
» assequant', sed etiã copiarum, aut pauptatis ratione, quã æqssime inæquali qdem, sed modico
» certe iudicio ius recipientes acquiescant. Nec uero ratione tãtum Plato, & Aristoteles freti de
» hac iuris inæquali distributione ita scripsere, sed etiam exemplo, cũ cæterarũ ciuitatũ, tum ma-
» xime Atheniẽsium, q quadripartito distincti, munera pro facultate cuiusq; partis uario modo
obire solebant, maiora locupletes dicti, leuiora iugarii, tum eqtum ordo, postremo artiũ uulga
rium professores. Nec seditio unq̃ Athenis ea causa fuit, immo concordia, & congruentis ordi
nis ratio semp seruata est. Aequũ. n. quod seruari conuenit, non minus in proportione rerum
inæqualiũ, quam in q̃titate æquali, sicut supradictũ est, consistit. His itaq; causis, quæ non pa-
rum quieti, & tranquillitati Reip. conducere posse uident', inæquales qdem census Plato in-
stituit, sed non sine termino, quatenus plus, minus'ue decernatur, & quo maxime aduersarius
decipitur, ut inæqualem censum simpliciter incõmodum putet, id ne accidat, euitandum arbi-
» trat'. Neq; n. inæquale simpliciter est, quod discordiarũ, ac seditionum causam præbet, sed qd'
» pluris, aut paucioris modũ excedit. In ciuitate, inquit, quæ morbo illo grauissimo uacat, quem
» discordiam, & seditionẽ nuncupamus, neq; summã inopiam, neq; summas opes, & copias esse
» oportet, utraq; enim discordiam pariunt. Itaq; Plato extrema uitat, & nequid uel per negligẽ
tiam rei familiaris, uel per iniquã æstimationem fiat, quod in ciuitatem discordiã inducere pos
sit, procurat, unde fit, ut ĩæqualitatis, & æqualitatis rõne commode habita, cõsulat. Quanquã
aduersarius oẽs auri, atq; argenti diuites magnificiẽdos exclamet, & Platonẽ dicat humanaꝝ
rerum ignarũ, diuitias prohibuisse. Atq; Plato, quantũ boni insit in pecuniæ mediocritate, quã
» probat, tertio de legibus libro ostendit. In quacũq;, inqt, hominũ societate, nec summa copia,
» nec summa inopia comes est, in ea ferme` mores æqssimi effici possunt. Neq; enim contumelia
» illic erit, neq; iniuria, neq; æmulatio, neq; inuidia. Quinto etiam libro ita ait. In possidendis pe
» cuniis, copia inimicitias, seditiones'q; publice, ac priuatim parit, inopia magna ex parte seruitu
» tem. Liberorum autem gr̃a, nemo studere debet pecuniis acqrendis, ut. s. hæredes quamditis-
» simos relinquat. hoc enim neq; illis, neq; patriæ cõmodum est. Iuuenũ enim patrimonia, si lu-
» xu uacant, dũmodo non careant necessariis, oĩum patrimoniorũ accõmodatissima, laudatissi-

» ma'q; habẽda sunt. Et rursus mediocritatẽ ciues amare debent, paupertatẽ'q; existimare, nõ cũ
» patrimonia minuerint, sed cũ auxerint cupiditatẽ. Salutis Reip. optimũ initiũ est, ipsa rex me-
» diocritas, super eaq; quasi super fundamento firmissimo ædificandũ est, curandũ'q; non tam, ut
» maxima, opulentissima'q; ciuitas sit auri, atq; argenti possessione, q̃ ut felicissima, & uirtutũ or
» namentis celeberrima. Octauo etiam libro causam, quare exercitationes, & reliquæ rationes
certandi negligantur, in primis diuitiaꝝ assiduũ studiũ esse scribit, quod hoiem occupat, facitq;
ne prædioꝝ suoꝝ cultum procuret. Qui enim toto animo a` diuitiis pendent, nullam rem nisi
afferat quæstum, exercent, omne'q; studium suum, oẽm diligentiam, atq; industriam eo` cõuer
tunt, cętera negligunt, cõtẽnunt, ac pro nihilo habent, nullum'q; est tam sordidũ opus, & tur-
pe, quod inexplebili auri, atq; argenti cupiditate, non libẽs aggrediatur, quo tandẽ diues fieri,
» facultatẽ'q; assequi possit, oĩa tam bona, quã mala pro animi sui libidine agendi. Nono item li-
» bro omniũ, inquit, per iniuriam errorum, quos ultro quispiã cõmiserit, causa est cupiditas, quæ
» animũ exuperat, & uariis agitat desyderiis, quod tunc fieri maxime solet, cũ homines pecunia-
» rum desyderio tenentur, & copiarũ libidine inflãmati, explere auiditatem nequeunt, quadam
» naturæ, atq; institutionis suæ prauitate. Causam autem prauæ institutionis diuitiarũ laudes de-
» derũt, quæ publica existimatione, & authoritate tam apud græcos, quã apud barbaros celebrã
» tur. Cũ enim id primum in bonoꝝ enumeratione constituant, quod tertio loco ponẽdum eẽt,
» rem tã sibi, qua'm posteris pernitiosam instituunt. Permulta Plato de hac re non modo in li-
bris de legib⁹, sed etiã de rep. & reliquis suis sermonibus, diuinitus ꝑpe` disseruit, grata hoĩbus,
qui uirtutis studiosi sunt, illis inuisa, qui uirtuti diuitias anteponunt. Nec Plato duntaxat, uerũ
etiam Xenophon lumen alterum Socraticæ scholæ, & Lycurgus ille grauissimus legũlator id
senserũt simul, ac præceperunt. Quippe Lycurgus lege sanxit, necui liceret aurum, aut argen-
tum, aut aliquid tale possidere, Xenophon uero Remp. Lacedæmoniorum exponens, hanc le-
» gem commendat his uerbis. Quinetiã hæc a` Lycurgo diuerso, q̃ a` cæteris græcis modo, con-
» stituta iura sunt. Cũ enim in cæteris ciuitatibus, oẽs pecuniis comparandis pro uiribus studeãt,
» ipse spartanis liberis omnino ꝑhibuit nequis sibi pecuniã acquireret. Quæ autem ad liberalem
» usum pertinent, ea tantum in officio habenda decreuit. Post hæc, causam maloꝝ, quæ Spartæ
» acciderant, eam reddidit, quod leges Lycurgi minime seruarentur. Noui, inquit, Lacedæmo-
» nios prius domestica tenuitate cõtentos uiuere uoluisse potius, q̃ peregrinis delitiis deprauari.
» Mox uero, qui ante formidare solebant, nequid auri possidere uiderentur, eos gloriari opibus,
» atq; diuitiis uideo. Post hæc fructũ, quem contra leges, ex auro ceperint, adiungit. Ergo, inqt,
» græci oẽs, priscis temporibus Lacedęmonẽ confugientes obsecrare cõsueuerant, ut se ducerẽt
» in eos, a` quibus iniuriam recepissent. Nunc uero pleriq; potius mouẽtur ad prohibendum, ne
» iterum imperiũ Lacedæmonii obtineant. Plutarchus quoq; insignis historicus, Lycurgi uitam
» scribens, ita inquit, Resp. Lacedæmonioꝝ uniuersæ Græciæ pręstitit bonis legibus, & authori
» tate annis fere` qngentis, q̃diu s. Lycurgi leges seruatę sunt. has nullus e` regibus, quos quatuor
» decim a` Lycurgo ad Agim Archidami filiũ fuisse constat, negligi passus est. Regnãte aũt Agi
» de lapsus primũ in ciuitatem est numus, & cũ eo cupiditas, & opulentię æmulatio urbẽ introie
» runt authore Lysandro, qui tametsi pecunia ipse capi nõ potuit, tamẽ patriã uertit, in studia di
» uitiarum, & luxum, atq; illecebras. Hęc Plutarchus refert, & in quantã pernitiẽ auri, atq; argẽ
ti gratia Spartani inciderint, subiungit. Lycurgũ etiam scribit a` ciuibus suis interrogatũ, quo-
» modo obsistere hostibus possent, respondisse, si pauperes sitis, nec inter uos uicissim, ut alius
» alio ditior euadat, decertetis, facile omnem hostilẽ impetũ propellere, ac propulsare poteritis.
Sic ille fortitudinis fontẽ esse inopiam, & cõtinentiã existimauit, quã usqueadeo aduersarius
detestatur, ut lasciuiam, & luxum, quæ ex opulẽtia oriri solent, plane` probare uideat'. Qui enĩ
mediocritatẽ, qua Plato opes definit, ne uia uitiis aperiatur, sequendam non censet, is certe di-
uitias probare uidetur, quæ ea uitia pariunt, quæ Plato prohibere conatur. Solon quoq; Athe-
niensium legũlator, diuitiaꝝ uitium lepidissimis uersibus declarauit.
» Nullus opum finis miseris mortalibus extat. Et rursus.
» Sæpe malus diues, sæpe est pauperrima uirtus,
» Ast ego uirtutem præfero diuitiis.
» Illa uiget semper, florens'q;, & uiuida durat,
» Has fortuna suo dat'q;, capitq; modo.
Quid Numã Pompilium memorẽ, quo nemo pręstantior uir, nemo disciplinæ ciuilis peritior
fuit? Hic usqueadeo diuitias ꝑtempsit, ut omnẽ sumptũ, magnificentiam, omnẽ'q; lasciuiã ciui-

tate exterminās a' diis primum incepit, nec argēteis, aut aureis uasis, sed fictilibus res sacras fieri iusserit. Merito igit' talis princeps quādiu regnauit, annos scilicet tres, & q̄draginta, pacē, tranquillitat'q; oīum rerum populo Ro. seruauit. Quo tēpore urbs Roma, non opibus, sed uirtute amplificata, totius orbis principatū obtinuit. Mox uero eo defuncto, diuitiæ simul, & bella urbē inuasere. Atq; aduersarius, nōne propter diuitias, inquit, Roma amplificata est, & omnibus nationibus imperauit? Cui non ego, sed Plutarchus respondeat in ultima parte eius libri, quē
» de uita; & moribus Numæ Pompilii edidit. Longius, inquit, sermonē producat oportet, qui
» respondere uelit hoībus, qui bonū diuitiis, lasciuiis, & imperio determinat potius, quā salute,
» pace, uiribus, & usu reꝝ, quē uirtus necessario suppeditat. Quid uir doctissimus Plutarchus senserit, manifeste indicat, & prauam eoꝝ sentētiam refellit, qui Platonē damnant, quod suos hoīes ditari, lasciuire, & studio quæstus inuicem contēdere noluerit. An satis ab eo responsum aduersario sit, uestrum sit iudicium. Ego uero illam M. Curii sniam, summi apud Romanos ciuis, omni hoīum memoria dignam existimo, qui, cum Samnites magnū ei auri pondus attulissent, repudiauit, nec habere aurum, præclarum sibi uideri dixit, sed iis, qui aurū haberēt, imperare. Sed quid ais o' M. Curi? Quo modo impare aurum habētibus potest, qui auro caret? Diuitē esse oportet, qui cæteris studet impare. Ita sane' stultorum, & auarorum iudicio, sed snīa hominis mētem sanam habētis non ita est, neq; enim diuitiis hostes uincuntur, sed uirtute, quæ debilitari potius, q̄ augeri diuitiis solet. Non aureo, argenteo'ue mucrone opus est, sed ferreo, non mercenarium quærere militē debemus, quē grandi pecunia conductum nobis dominum constituamus, eiq; turpius, q̄ hosti seruiamus, sed nos ipsi ciues, & principes esse, & milites. Nō cō meatus magno emi pretio oportet, nam si in gerēdo bello uirtute præstantiores sumus, cōmeatus nobis illi abūde suppeditabūt, quoꝝ agrum inuaserimus, nec solū cōmeatus, sed etiam pecunias eorum nostras facere poterimus, cauēdū tn̄, neqd supra necessitatē capiamus. Copia. n. diuitiarum facit, ut hi mancipia ducantur, quoꝝ diuitias aduersarius magnificat, & admirat' hęc certe M. Curius ad obiecta respōderet, Aduersarius uero illinc traxisse hūc errorē uidet', q; epulas instrui lautius, domos ædificari magnificētius, uestes parari decentius ex ampliori pecunia perspexerit. Vnde hoc idē arbitratur in re militari effici posse, ut qui ditiores sunt, hi uictoriam adipisci facilius ualeant, pinde quasi existimare uideatur, non peritiores medicos posse ægrotum piculo eximere, sed ditiores, nec philosophum oportere esse, qui de rerum natura egregie differat, sed locupletē. At non ita esse Aristoteles quoq; ostēdit, cum primo politicorum libro,
» ita de diuitiis, & re familiari loquitur. Genus, inquit, possidēdi unum naturale est rei familia-
» ris pars, quod aut præesse oportet, aut adhiberi studio curæ ipsius rei familiaris, ut pecuniæ tan
» tum adsit, quantum ad usum necessarium, & commodum sit pro ciuitatis, aut familiæ societa
» te, & in hoc consistere ueræ diuitiæ uidentur. Etenim eius possessionis necessitas ad bonorum
» hominum uitam immēsa non est, pecuniæ uero illius exitum nullum esse fatetur, nec naturalē
» quidē eam esse, cnm altera, quæ desyderiis satisfaciat necessariis, & naturalis, & laudabilis sit.
» Quippe nihil a natura uel impfectum, uel frustra fit. Sic Aristoteles, Plato, Lycurgus, Xenophon, Solon, Plutarchus, & reliqui sapiētissimi uiri de hac re in eandē sentētiam locuti sunt, q; bus aduersari, & contradicere obiurgator noster conatur.

Falsum esse, quod aduersarius scribit ideo græcos periisse, quia Platonis usi sint legibus. Circulum quendam esse rerum humanarum.
Vt singulorum hominum, ita etiam nationum certam ætatem esse. Caput XV.

h Hæc ubi de uita, & moribus, & legib⁹ Platonis blaterator effudit, addit græcos Platonis legib⁹ usos fuisse, ideóq; miseros periisse. Ac proinde latinos admonet, ne his legibus utantur, quod si secus faciant, pituros testatur, & peccato nefario homines pios, & sanctissimā dei ecclesiam fœdat, quod profanum mariū congressum usurpauerint. At. n. græcos amisisse impium, quod multis annorum curriculis tenuerant, fateor, sed non ideo qdē, quod Platonis legibus usi eēnt. eadē. n. illi iura, quæ cæteri christianæ Reip. homines coluere. Veꝝ qa natura reꝝ ita fert, ut nihil ortū sit, qd' nō aliquando occidat. Quapropter non temere dici solet, circulū esse usum reꝝ humanaꝝ seſe uoluētem, & quos modo habebat supiores, inferius deducētem, & ꝓtra, q inferiores erant, tollētem supius. Tenuerunt quidē aliquādo græci principatū, nec exiguo tpis spatio dñi fuerunt. Sed fieri non poterat, quin ipsi quoq; legi naturę obsequerent', & fortunę uicissitudini subiecti forēt, ne semp felices, fortunati'q; durarent.

Quod si aliqñ euenire necesse erat, miserandi sunt, postquā perierūt, nō uituperādi. Sic Assyrioꝝ imperiū periit, sic Medoꝝ, Persaꝝ, Macedonū, Atheniēsiū, Lacedæmoniorū, Romanoꝝ, quos Platonis legib⁹ usos eē ne aduersarius qdē dicere auderet. Enīuero, ut singuloꝝ hoīum, ita nationū quoq; certa ætas est, qua ꝓsumpta, uniuersa gēs perit, eo mō, quo Plato, aut Theophrastus, aut quis mortaliū senectute extinguit', sic illi perierūt, qbus hic obiicit nefandū coitum pueroꝝ, & latinos hoc ipso scelere Turcoꝝ mancipia futuros uociferat, nō ob leges Platonis. Nā qd' ad eas qdē attinet, si quæ in illis præcipiunt', uel græci, uel qcunq; antehac perierūt, seruassent, ut ciues iugi ꝓcordia uixissent, ut suos amassent, ut hostes odissent, ut oē studiū, laborē, atq; industriā ad unā patriæ salutē, & libertatē, & gloriā ꝓuertissent, nec mercenariis, peregrinis'q; militib⁹ usi fuissent, sed ipsi rē militarē exercuissent, postremo studia literaꝝ, et liberales artes, qb⁹ olī græci excelluerūt, coluissent, neglexissent diuitias, et tenuiorē uictū secuti essent, si hæc inq̄, quæ & Plato præcepit, & oēs, q unq̄ claruere, seruarūt, græci hoīes, & alii obseruassent, nequaq̄ perire potuissent. Ita non modo ꝓpter Platonis leges græci nō perierunt, sed seruari ēt potuissent, si eaꝝ legū ꝓsilio, q̄ten⁹ diuinis legib⁹ nr̄is ꝓueniūt, rēp. admīstrassent.

¶ Aduersarii magnam esse inconstantiam, quod Platonem uituperet, quē aliquādo summis laudibus extulerit. Caput XVI.

c Æteꝝ hæc pro Platone exposuisse satis sit, longe quidē pauciora q̄ eius uiri diuina sapiētia, & uirtus, & ingeniū exigere uideant'. Supereſt, ut aduersariū ipsum parūper audiamus, laudantem Platonis doctrinā, & mores, & ingeniū, præferentē'q; eum cæteris oībus clarissimis uiris, quos unq̄ anteacta secula tulerūt, ut ipsius etiā uerbis deprehendat', q̄ iniquus, prauus, peruersus'q; sit, cū uirtutes Platonis, quas alias prędicauit, & quanto potuit studio, atq; ingenio extollere conatus est, nunc neget, & scelera fingēs uituperet, maledictis'q;, & contumeliis infectetur. Hic iussu Nicolai Quinti, pontificis maximi, uirī doctrina, & sanctitate uitæ singularis, Platonis leges interpretatus, & ad eum, ut moris est, præfationem scribens, quot Platonem laudibus extulerit, quo studio eruditionem eius, summam'q; doctrinam, cognitionem omnium rerum, sanctitatem morum, uitæ integritatem, diuinam pene' legum inuentionē, ac inauditā sapientiam prosecutus sit, ipsius uerbis, quamuis in-
» epta sunt, quæso parumper uideamus. Iussisti, inquit, beatissime pater, ut libros Platonis de
» legibus de græca lingua in latinam uerterem, tum quia res ipsa uel a' maioribus nostris digna
» semper principe iudicata est, tum quia sanctitas tua Platoni tanquam philosophorum patri, ac
» principi, unde philosophia recte propagata est, plurimū, atq; plurimum afficitur, Parui manda
» tis tuis, rem'q; arduam, ac nemini priscoꝝ attentatā suscepi. Qua quidem in traductione, adeo
» sum admiratus uel ingenium, uel doctrinam, uel potius diuinitatem illius hoīs, ut rem præ stu-
» pore uerbis exprimere nequeam. Nam quod a' sanctitate tua memini audisse a' pręclaris qbus-
» dam theologiæ magistris, cum in comparationem disciplinæ ciuilis Aristotelicæ, atq; Platonicæ incidissent, scriptum esse, huic quidē uitæ hoīum Aristotelicam, innocētię uero, si homo lapsus peccando nō esset, Platonicam magis conuenire, id certe in his libris, quasi per integmenta quædā, & ænigmata cernitur, ænigmata dixi'immo uero sic aperte nonnulla quadrāt, ut liberari a' pturbationibus totū humanū genus posse legibus suis sperare uideatur. Nō enim male facta magis punit, quā motus ipsos. nulla ira, nulla cupiditate moueri oportere sancit, si qs pecu
» nia motus hoīem in iudicio sua oratione defenderit, morte plectit, quod'q; mirabilius est, decē-
» nio solum dare oportere liberis operam censet. Id aūt uel hac luce clarius eidē illi est, quod in
» nonnullis ecclesię doctoribus legitur, si homo lapsus non esset, cum inferior ratio nullo modo
» superiori repugnaret, conuenirent quidem masculus, & fœmina, ut procrearent, sed nō ita lon
» gis temporibus conuenirent, quippe cum ita multos nasci opus non esset, sed electos tantūmo
» do, qui cœlos adimplerent, quod ipse quoq; somniasse uidetur. Nam quamuis decennio, ut dī
» ximus, statuat, dandam liberis operam esse, magistratibus tamen permittit, siqui forte non pro
» creauerint, aut si procreati obierint, ut ad longius tempus conuenire, cōiugatis indulgeāt, pro-
» creatorum'q; numerū sufficere ait, cum masculus, & fœmina unus, & una e' cōiugio nati sunt,
» Ita non tam multos, quā bonos, & quasi ab hac uiuēdi colluuie separatos ciues habere studet,
» quæ oīa nō magis crediderim, quod uulgo fertur, a' iudæis illum institutum fuisse, quam diui-
» nitus illi ad futurorum hoīum utilitatem donata. Et paulo post. Sic ergo duos præstātes hoīes
» diuerso tramite profectos, Platonem, atque Aristotelem ex diuina prouidentia hoībus eodem

» pene tempore missos cõtenderim, quorum alteri naturæ secreta, & quæcũq; huic hoium statui
» conueniunt, infudisse uidetur, alteri spem iniecit posse ciuitatem legibus suis ad sublimiorem
» uitam, quã hæc sit, reduci, atq; ab aliis separari, mẽtes certe gentiũ diuinitãs, & quasi p somnia
» uaticinando ad suscipiendam euangelicam doctrinam prẽparasse Plato uidetur, quippe, qui sic
» ad separatam illam uitam, atq; diuinam oẽs leges accommodat, ut si hoium illius temporis mo
» res, atq; uitam traducere præcepta penitus urbis, multo minus cõsequenter dici certe uideant.
» Nam, quæ de cœlo, stellis q; tanq; de diis dicit cõsuetudini tẽpor, moribus q; illius seculi seruis
» se ipsum crediderim, uel forsan, quia Deus nihil perfectum ab humano ingenio posse gigni
» tam per multos, q; maxime per hunc ostendere uoluit, cum nemo sit, qui nihil errauerit, præter
» eos, qui spiritu diuino compulsi diuina scripserunt, unde scripta quoq; sua, non suam, sed diui
» nam scripturam appellamus, quod q; tanta ei authoritas apud oẽs, quod q; ad oẽs gentes, quę li
» teris utãtur, adeo late Platonis nomen diffusum est, ut nulla uis hoiem præsertim priuatũ, atq;
» pauperem, cuius scripta linguam adhuc alienam ignorant, præter diuinam, ad tãtam nominis
» gloriam perducere potuisse uideatur. Huius ergo tanti uiri, tam q; diuini libros de legibus, qui
» bus nihil melius edidit, iussibus tuis magis parentes, q; nobis confidentes traducere aggressi,
» orationibus tuis, atq; felicitate adiuti absoluimus, tibiq; afferimus. Post hæc Platonẽ Deum
appellat & grauissimarũ sententiarũ authorẽ primariũ esse iudicat, nec digne rem tantam con
» uertere se posse in latinũ sermonẽ fatetur, atq; hæc addit. Plato autem sic grauitatẽ in his ma
» xime libris, suauitatem q; in unum conduxit, ut arduũ sit iudicare, utrum grauior, an iucundior
» oratio sit. Quin etiam in altera præfatiõe, quam ad uirũ doctissimũ Nicolaum Cardinalem
Cusensem misit in iterpretationẽ sermonis Platonici, qui Parmenides inscribit, hæc de Plato
» ne testatur. Est autem liber sic & altitudine rerũ profundus, & argumentorũ crebritate refert⁹,
» ut facile hinc Platonis ingeniũ, & naturæ acumen, & differendi in utranq; partẽ mirabilis facul
» tas illuceat, breuitas q; dicendi tanta, ut nil breuius dici possit. Sic Platonẽ homo iste, quem
» pauloante doctissimum, quẽ eloquentissimũ, quẽ uita, & moribus præstantissimũ, quem inge
» nio, & prudentia singularem, quẽ legũlatorem egregiũ, quẽ deniq; uere diuinũ dixerat, & sum
» mis laudibus extulerat, admiratus q; fuerat, nunc indoctũ, iprobũ, ineptũ, dementẽ fuisse dicit,
» & iurgiis, ꝓtumeliis q; iseq; . Nũ igit iterea mutat⁹ ẽ Plato, & ex laudato uiro, factus illaudat⁹,
» An poti⁹ aduersarius ubiq; sui similis, hoc est iconstãs, uan⁹ q; est? Et Platonẽ mõ laudat, modo
» uituperat, nec unquam sibi uel re, uel uerbo cõsentit? Nam & librum, quẽ ut supradiximus, Ni
» colao quinto pontifici maximo nuper dicauerat, non longe post Frãcisco Barbaro patritio Ve
» neto misit, & Venetorum nomini dedicaturũ se pollicitus est. Atqui uir doctissimus Frãciscus
» Barbarus his uerbis illi respondet. Tibi gratias ago, qui docuisti patres nostros nõ solum usu
» rerum humanarum, sed Platonis quoq; consilio usos esse secundum deum ad iaciendum fun
» damenta, quæ tantam laudem, atq; amplitudinẽ cũ belli, & pacis artibus essent habitura, & pau
» lo post. Vnde cum ciuitas nostra nullum fere magistratũ habere potuerit, aut gloria clariorẽ,
» aut authoritate grauiorem, aut humanitate politiorem, quam Platonem, mihi gaudeo ex me
» moria uetustatis, te interprete tandem erutam esse antiquam nobilitatem quarundam legum
» nostrarũ, quarum utilitas, & si satis ex diuturnitate, concordia, & tranquillitate status per se lau
» datur, tamen ex hoc etiam authore tantam dignitatẽ, & authoritatẽ habent, ut non minus, quã
» Cretenses Minoe, q; Athenienses Solone, quam Lacedæmonii Lycurgo conditoribus legũ
» suarum, sic nos, si deo placet, Platone uestro gloriemur. Cæterum te hortor, si tibi licet, & inte
» grũ est, cũ præfatiuncula, quæ digna sit authore, & magnitudine rei, inscribas nobis leges istas
» Platonis uestri, & ego illas ita disseminabo apud ciues nostros, ut aliquãdo nõ mediocrem fru
» ctum sis consecuturus laborum tuorum. Hæc Barbarus. Aduersarius uero rursus hunc librum
altera præfatione Venetis dicat, rursus leges Platonis cõmendat, & admiratur, & laudat, tãto q;
libros istos cæteris eiusdem authoris operibus præstare fatetur, quãto Venetorum resp. cæteris,
quæ unquã fuerunt, rebus publicis antecellit, & siquis Platonis leges consyderat, quibus remp.
suam liberam, ac perpetuam fore confidit, facile intelligi posse Venetorũ leges, perinde ac scin
tillas, aut riuulos quosdam inde prouenire. Etenim quod ille optimum Reip. statum esse disse
ruit, qui ex hac triplici regis, & optimatum, & populi potestate constaret, hoc plane Venetiis
actum intelligi posse, illum præterea custodes legum statuisse, Venetos aduocatos feciſſe, illũ
suffragiis agi comitia iussisse, Venetos hoc idem seruasse. Permulta q; alia eodem modo, quo
Platonis iura decernũt apud Venetos in usu esse. Tum his uerbis, easdem Platonis leges defen
dit, & laudat. Nã ea, quæ de perpetuitate ciuitatis Plato scripserit, quis multis etiã ante remp.

Venetam

» Venetam seculis, & posteaquam initium cœpit, parumper doctus non intellexit? Quis autẽ in
» tellexit, qui non probauit? Fabulæ tamen, figmenta q; ac omnino impossibilia hæc uidebãtur.
» Curita? Quia cum cupiditates nostræ alium alio rapiant, dum imperare gliscimus, parẽre ne
» quimus. Vnde nec periculum quidem huiusmodi statuendæ ciuitatis factum unquam antea
» fuit. Recte præter cæteras laudes, quas Platoni aduersarius tribuit, hanc addit, neminem esse
etiam mediocriter eruditum, qui Platonis præcepta non intellexerit, nec intellexisse quẽq; qui
non idem probarit, Quod si nemo intellexit, quin probarit, etiam ipsius iudicio reprehensoris,
profecto, qui non intellexit, probare non potest. At ipse nunc probare non potest, ergo mini
me ipsum intelligere manifestum est. Ita fit, ut nõ minus sibi ipsi, quam Platoni aduersarius re
pugnet, & quod nos ei opponimus, idem sibi ipse deducat ignorantiæ argumentum. Quid ue
ro præterea ad Ducem Venetum scribit? Ciuem se Venetum facit, & permultis se beneficiis a
Venetoꝝ Senatu honestatum dicit. Quapropter nihil cõmodius, nihil aptius, nihil dignius ha
buisse, quod reip. redderet bene de se merenti, quam Platonis leges e græco in latinum conuer
» sas. Ita fit, inquit, ut reip. in qua natus sum, educatus q; , & tibi, per quem, ipso uiuo, nũc feliciter
» gubernatur, hoc opere gratias referã, & me si Platonis diuinã eloquentiã aslecutus i traducẽdo
» non sum, sub authoritatis tuæ defensione delitescere patiaris. Ergo perbelle tu qdem gratias
habes, & refers gratiam Venetis, a quibus permulta te bñficio fateris accepisse. Leges enĩ Pla
tonis pro eorũ erga te meritis reddis. In qbus quicqd unq; flagitii fuit, quicqd libidinis, quicqd
luxuriæ, quicqd iniuriæ, impietatis, demẽtiæ, prauitatis, cõtineri lõgo sermone conatus es ostẽ
dere. Tali ne munere homines bene de te meritos donandos esse censuisti? tales ne gratias ha
bendas esse amicis? aut tali præmio eos, qui in te benefici fuerãt, remunerãdos, aut talibus præ
ceptis cohortãdos ad uirtutem homines existimasti? An talis est resp. Venetorum, quã tu Pla
tonis reipu. simillimam esse confirmas? Probãt ne leges Venetæ dirum, atq; nefandum mariũ
concubitũ, quẽ tu ꝓbari a Platone uociferaris? Tu ne in ea repu. natus, educatus, eruditus q; es,
ubi ea scelera exercẽtur, quæ Platonis legibus sanciri affirmas? Donas Venetis leges, qbus græ
cos periisse commemoras? Proponis liberis eorum ad uitæ, ac morum eruditionem instituta
Platonis, quæ tua quidem sententia nihil aliud docent, quam uino ingurgitari, & profanare se
xum, naturam q; peruertere. Quin potius si huiusmodi leges apud eos uidisses, tollere e rerum
natura, & uel igni absumere, uel digitis lacerare, uel in profundum deiicere, uel alio quouis mo
do absumere, ac labefactare debebas, ut nec audiri possent, nec uideri, nec in hominum conspe
ctum proferri, ne ciues sanctissimi, & de te optime meriti, earum præceptis aios cõtaminarent.
Tu uero cõtra, illas literis abditas græcis summo studio latinis referasti, & icognitas Venetis,
reuocandas in usum, colendas q; ab his, atq; obseruandas tradidisti. Scilicet hoc illud erat, quo
te nihil cõmodius, nihil aptius, nihil dignins reddere posse ei reipu. fatebaris, in qua natus, edu
catus, istitutus q; esses. Quid quæso aliud dici de hoc hoie potest, nisi summum illum interpre
tandi laborem ea causa suscepisse, ut scelera iuuentutem doceret? bonos mores peruerteret? uir
tutem exterminaret? si modo credendũ iis, quæ obiicere Platoni conatur. q; si uel tum, quæ pra
ua iudicabat, pro bonis dedisset, ut Venetorum remp. cõtaminaret, uel nũc quæ optima, atq;
sanctissima esse cognoscit, dãnat, & ut pro pessimis habeantur conatur efficere, quid ad tãtam
hominis improbitatem potest accedere? Talis hic Platonis aduersarius est, quẽ laudauit, uitu
perat, quem probauit, improbat, quẽ sequendum, imitandum, amandum q; proposuit, enndẽ
detestandum, eiiciendum, exterminandũ scribit, tanta est eius inconstantia, tãta peruersitas. Ad
hæc, Platonem non satis sibi constare, sed repugnantia loqui audet dicere, qui tam aperte incõ
stans est, & sibi ubiq; contrarius. Indignatur etiam siquando homines assentatores, incõstãtes,
dictis, factis q; instabiles Plato reprehendit, quasi ad officium pertineat, nunq; in eadem sentẽtia
permanere. Sed cum satis iam et rationibus, & doctissimorum uirorum authoritate crimina ab
aduersario in Platonem obiecta diluta sint, quarto quoq; uolumini finem imponamus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

BESSARIONIS CARDINALIS NICENI, ET PATRIARCHAE CONSTANTINOPOLITANI TRANSLATIONIS LEGVM PLATONIS EXAMINATIO, ET ERRORVM EIVS DECLARATIO, LIBER QVINTVS.

¶ Proœmium, in quo pollicet' author se ex infinitis pene` erroribus, quos aduersarius in libris legum Platonis interpretandis commisit, se quosdam magis insignes notaturꝫ. Caput. I.

POST HAEC, VT MANIFESTIVS ELVCESCAT, QVANta sit peritia huius hominis, qui se Platonis, atq; Aristotelis summorum philosophorum iudicẽ facere, & uter eorũ in philosophia, atq; altioribus disciplinis magis excelluerit, statuere nõ ueretur, interpretationem legum Platonis, quã eum semel, atq; iterum edidisse supra memorauimus, perscrutemur, in qua eo diligentiorem fuisse aduersarium existimandũ est, quo opus suum primo. Ro. ponit. rursus senatui Veneto dedicauit, cum prẽsertim multum ĩterfuit, recte'ne, an perperam conuersæ leges edãtur, Ex quarum fonte, & uita, & mores hominum, & oĩno felicitas omnis emanat. Sed quanto summo studio, & diligẽtia fuerit assecutus, operæpretiũ est uidere. Quo, sicut pauloante dixi, apertius fiat, quanta sit in eo homine peritia earum rerꝫ, quarũ iudicium suscepit, & reprehendere eas dãnare, uituperare, temere disquiredo præsumpsit. Exponam aũt non omnes eius errores. Longũ enim id admodum esset, cũ nullus sit locus, qui uacet errore sed carptim ea duntaxat colligam quæ uel quilibet interpres intelligere facile potuisset, et sine tanta labe conscribere. Ex his percipi facillime poterit, q̃ in grauiori uel sententiæ, uel elocutionis genere deficere huius interpretis ingenium oportuerit quandoquidẽ in locis adeo facilibus labitur, errat, iacet, & turpiter ab eo, quem ĩterpretatur, authore recedit. Sed nemini queso molestum sit, si pluribus ĩterdum uerbis explicauero, quod Plato breui oratione complexus est. Ita enĩ me facere oportet, quo error interpretis conspici facilius possit, tum re, qua de agitur, cognita, tũ ui uerborum, & forma orationis, ac authoris dignitate perspecta. Initium uero a` primo capiemus libro, & secundum uolumĩnum ordinẽ procedemus, aperientes, quæ maxime interpretis peritiã demonstrẽt. Quanq̃ difficilius futurum est iudicare, quid omittendum, q̃ quid accipiẽdum nobis sit, ita nihil sine iusta reprehensione potest præteriri.

¶ Reprehensio, & emendatio unius, & quadraginta errorum aduersarii, quos ĩ primi libri interpretatione maximos commisit.

Præclara Platonis sententia, q̃ in repu. bonis legibus potius reconciliandi sint mali, q̃ securi feriendi.

Bellum pacis gratia fieri, pacem per se ipsam expeti, atq; optari.

Fortitudinem non modo aduersis, sed etiam secundis rebus resistere.

Cum maiori dedecore uinci, qui a` uoluptate superatur, q̃ qui a` dolore. Caput. II.

QVæritur apud Platonem in ipso fere` initio primi libri de legibus, belli'ne, an pacis respectu scribere leges legumlatores debeant. Et quoniam id agebatur inter homines disputantes, quorum alter Cretẽsis, nomine Clinias, alter Lacẽdemonius erat, & Megillus uocabatur, ĩterrogatum est, quid nã apud eorum homines potius probaretur. Clinias itaq; Minoem legum latorem suum existimat, eo animo leges tulisse, ut bellũ potius, q̃ pacem spectare uideretur. Itaq; de armis eum præcepisse diligẽtissime, cuius generis esse deberent, quo & naturæ locorum, & hominũ disciplinæ magis accõmodarentur, conuiuia etiam instituisse, quorum usus ad rem militarẽ aptissime cõueniret, cuius rei rationem cũ Clinias redderet. Quæ enim, inquit, tẽpore belli, eadem pacis etiam tempore exercenda sunt, propterea q̃ omnes inter se ciuitates bellum natura nõ caduceatore indictũ gerunt improuisum. Itaq; nihil utilitatis in cæteris officiis est, nisi quis bello, armis'q; superior sit. Cuncta enim eorum, qui uicti sunt, bona ad eos trãseunt, qui victoriam fuerint adepti. Hæc ille. Interpres uero bellum, quod natura nasci improuisum, & πόλεμον ἀκήρυκτον. i. sine caduceo dicitur, ĩterpretatus est bellum, quod nullo fecialium officio tolli possit. His enim uerbis usus est, quod si ita esset, & nullo fecialium officio id bellum tolli posset, sequeretur unãquanq; ciuitatem belligerando tempus omne consumere, nullam'q; ab armis uacationem habere. hoc uero falsum est, & plane` ridiculum. Hæc eadem sententia, cum ab altero quoq; differendi socio Megillo Lacedæmonio diceretur, Plato fateri eos ratiõibus coegit, nõ modo ciuitatem cum ciuitate, sed etiam uillam cum uilla, & uirum cum uiro singillatim bellum gerere, & ad postremum singulos quosq; homines dissentire secum, atq; pugnare. In qua pugna pulcherrimũ esse, cum quis seipsum uincit, turpissimũ uero cum a` seipso superatur. Ita bellum singulos quosq; aduersus seipsos gerere. Et sicut in quouis nostrum usu euenit, ut aut superet, aut superetur, ita in quauis familia, & uilla, & urbe contingere, q̃ si, qui meliores sunt, uicerint, recte succedere, si uero, qui deteriores, nõ recte.

» Tum affert τὸ μεῖον νῦν εἴ ποτ' ὄφελ' ἄμεινον, τὸ χεῖρον κρεῖττον τ' ἀμείνονος, ἐάσω μέν. Verum, q̃ aliquando ita accidat, ut pars deterior superet meliorem, missum hoc loco faciamus. Quem locũ Interpres ita conuertit. Sed utrum, quod peius est, meliore aliquando sit melius, mõ prætermittamus. Quid nam hoc peius sit, quod esse possit melius meliore, equidem nõ intelligo, dicat ipse, qui Platonis clara, & dilucida uerba, in obscura quædam ænigmata, & monstrosa conuertit κρεῖττον, quod quandoq; melius, qñq; fortius significat, pro meliori accepit interpres, pæquiuocationem deceptus, cum hoc in loco fortius significet. Item Plato ἀπολίτας ξυμφορεῖς, ἢ τῆς αὐτῆς πόλεως γεγονότες ἄδικοι, ἢ πολλοὶ ξυμπεληθόντες, δικαίους ἐλαττόνας ὄντας βιάζονται δεδεμένους. Si ciues, inquit, gentiles, sodales'q; iniqui, & plures in pauciores uiros bonos cõspirabunt, atq; in seruitutem eos redigent. Interpres. Si multi, inquit, conspirauerint aduersus iustos, quasi multorum conuentu, non iniuria uiri boni opprimantur, eam partem tanquam supuacaneam omisit. Nec uero tam proborum aduersus improbos uictoriam prodesse Reip. Plato existimat, q̃ si quispiam inter eos arbiter constitutus, non improbos interimat, probos autem imperare sibiipsis decernat, nec probos ĩperare, improbos uero subesse imperio faciat, sed alteros alteris reconciliet, amicos'q; inuicem reddat legibus commode institutis. Nam etsi superiora quoq; illa iuuare possunt, hoc tamen longe præstantius esse, atq; commodius, & qui ita egerit legumlatorem, ac iudicem esse multo excellentiorem. Cui sententiæ cum omnes assentirẽt, tandem ipse concludit non bellum, sed pacem potius spectando, leges scribi oportere, q̃ his uerbis exp̃sit καὶ μὴν ὅσῳγε ἢ πρὸς πόλεμον αὖ βλέπων αὐτοῖς τοὺς νόμους διανομοθετοῖ. At uero contra, atq; respectu belli leges eis ferre uoluerit. Interpres, atq inquit, contra, q̃ si bellum respiceret, huiusmodi leges sibi conscribet, q̃si sibi legumlatores non aliis leges conscriberent. & de quibusdam huiusmodi legibus, non simpliciter de legibus ageretur. Tum Plato pacẽ esse in primis a` legumlatoribus spectandam probare nititur, exitu rei dignioris, quod enim præstãtius est, inquit, id spectari in primis oportere, pacem autem bello esse prẽstantiorem. Quippe bellum siue ciuile sit, siue externum, comparandæ pacis gratia, necessarium esse, pacem uero per seipsam expeti, atq; optari. Sed cum defensores illi opinionis alterius, leges tum Lacedęmoniorum, tum Cretẽsium eo` spectare contenderent, ut dũtaxat res bellica excolatur, atq; seruet'. Plato ad Cliniam conuersus. Fortasse, inquit, ita sit, uerũ tamen non contẽtiose altercari. ἀλλ' ἡ ῥέμα αὖ ἐρωτᾶν, ὡς μάλιστα τοῦδε τοῦτο, ἡμῶν τε, κἀκείνων ὡσαύτως ἐόντων. sed modeste percuncta ri debemus, studio q̃maxime tam a` uobis, q̃ ab illis huiusmodi rebus adhibito. Interpres. Sed tamen, inquit, non oportet cõtẽtiose, sed quiete inquirere, quasi maxime rebus bellicis & nos, & illi studeamus. Hic particulam illã Platonis, fortasse ita sit omisit. Et quod ille ad Cretenses, & Lacedæmonios refert, dicens tam a` uobis, q̃ ab illis, hic prima persona interpretat', nos, & illi studeamus, quasi Plato, & ii, cum quibus disputat cum aliis agant, nõ cum Clinia, & Megillo sermo sit. quorum alter Cretensium iura, alter Lacedæmoniorꝫ tueatur. Ad hæc Plato uersus cuiusdam Tyrtæi poetæ attulit patria Athenienſis, sed in Lacedęmoniorum ciuitatem asciti, & Cliniã Cretensem rogauit, num id carmen aliquando legisset. Ab altero enim, hoc est Megillo Lacedęmonio sæpius lectitatum esse nõ dubitabat. Cretensis igitur ita respondit. οὐ μὲν, οὐδὲ πω̃ ἡμᾶς ἐλήλυθε κομιδῇ τοι ἐκ λακεδαίμονος. Nempe ad nos quoq; Lacedæmone delatum fuit. Interpres, ad nos quoq;, inquit, ueniſſe ipſum Tyrtæum Lacedæmone ρstat. Tyrtæũ præterea Plato, inqt, ſummopere laudaſſe uiros, qui ſtrenue aduerſus exteras nationes pugnaſſent. Cui Theognin opponit Siculum poetam. Hic enim homines, qui ſe conſtantes, fidos, & ſtrenuos tempore ſeditionis exhibuerint, magnis effert laudibus, quos Plato quoque præſtantiores eſſe arbitratur, tum quia genus id belli grauius eſt, tum q̃ iuſtitia, temperantia, & prudẽtia cum fortitudine iunctæ αὐτῆς μόνον ἀνδρείας. ipſa una fortitudine præſtantiores habentur. Interpres. ipſa una fortitudine reliquit, & ita expoſuit, ut uirtutes ipſæ plures conglutinatę, cui

tandem comparentur intelligi minime possit. Cum itaq; Plato, inquit, nemo sine oĩbus uirtutĩ
bus integer possit esse seditione urgente, multi autem mercenarii peregre profecti strenue pu
gnent, & mori potius, q̃ uinci patiantur, q̃q̃ magna ex parte iniurii, contumelioſi, dementesq;
» sunt, ut Tyrtæus etiam fatetur, ὅτι ἄλλον ὡς παντὸς μᾶλλον καὶ ὁ τῆδε παρὰ διὸς νομοθέτης, πᾶς τε,
» οὗ καὶ σμικρὸν ὄφελος. Constat, q; tam hic a` Ioue profectus author, q̃ quiuis alius, a` quo uel parũ
» fructus habeatur, nisi in primis uirtutis potius respiciat amplitudinem, leges ferte non sustine
» bit. Interpres conclusionem hanc Platonis, cõstat, & reliqua, quæ sequuntur, quemadmodum
» exponat audite. Quia si utilis futurus sit, q̃ eum, qui huc a` Ioue missus sit, ac legũlatorẽ oẽm.
re Plato ait, ex ea ipsa Tyrtæi ratiõe, ut fortitudo, quã ille anteposuerat, locum obtineat quartũ
in rerum nobilium, atq; honestissimarum numero, & Iouis author Minos, si ad bellũ respiciens
leges tulit, ad uirtutis membrum, id'q; minimum, non ad uirtutem uniuersam, ac summã, men
tem aduertat. Quamobrem Cretensis ille, quasi iniuria quadam afficeret, cum id esse minimũ
» audiret, subdidit. ὦ ξεῖνε, τὸν νομοθέτην ἡμῶν ἀποβάλλομεν εἰς τοὺς πόρρω νομοθέτας; ergo legum
» latorem nostrum abiici inter scriptores imperitos patiemur? Quam indignationem Interpres
» ita reddidit. Legum latorem nostrum lõge ad alienigenas legum scriptores eiicimus. Mox
Plato genera bonorum enumerat de matrimoniis, de procreandis, educandis'q; liberis, de pręs
diis, de sumptibus, de funeribus, & sepulturis, de obseruatione legum plenius differens, quibus
» hæc subdit. οὕτως ὦ ξεῖνοι ἤδιστον ἂν ὑμᾶς διεξελθεῖν, πῶς ἐν τοῖς τῆδε διὸς λεγομένοις νόμοις, τοῖς τε τῶ
» πυθίου ἀπόλλωνος. οὓς μέντοι τε, καὶ λυκοῦργος ἐθέτην, σχεδόν τι παῦται πάντα, καὶ ὅπη τέξιν τινὰ ἐλλη
» φότα, διάδηλά ἐστι τῷ τοῦδε νόμων ἐμπείρῳ τέχνη, ἢ καὶ πισὶν ἔθεσι. τοῖς δὲ ἄλλοις ἡμῶν, οὐδὲ μῶς ἔστι καὶ
» τὰ φανῆ. ita hospites audire a` uobis uellem, Quo modo in iis legib⁹, quæ ad Iouem, aut
» Apollinem Pythium referuntur, quas Minos, aut Lycurgus tulit, cuncta hæc cõtineãtur, & quo
» ordine posita conspicua sint homini, qui legum siue arte, siue more quodã, usu'q; peritus sit, no
» bis autem aliis minime pateant. Interpres ut eam sententiam seruauerit, quæso attẽdite. Sic
» o amici, inquit, ego uos uoluissem dicere. Nã, hæc omnia in legibus Iouis, & Apollinis Pythii,
» quas Minos, & Lycurgus conscripserint, inesse uidebitis, quæ omnia patent illis, qui artificio,
» & exercitatione legũ peritiam habent, cæteris uero nullo pacto. Sic quod Plato requirit, &
» propterea leges illas minus integras esse arbitratur, quia id non habent, hoc interpres inesse af
firmat, cum'q; Plato, quo ordine posita pateant, roget, hic patere omnia asserit. Quod, ut latius
» declaretur, Plato subiungit. Officia fortitudinis repetamus. Non'ne exercitationum, & conui
» uiorum rationem constitutam a` legumlatore ad belli negotium tuendum censemus? Ita est.
» καὶ τεῖον; ἢ πάπαῤῥον. ἴσως γὰρ αὖ οὔτω χρεὼν διαριθμήσασθαι, καὶ τοῦδε τῶν τῆς ἄλλης ἀρετῆς, εἴτε
» μορῶν, εἴτε ἀπ' αὐτὰ καλεῖν χρεών ἐστι. Tum tertium, & quartum aliquid reddi potest. Sic enim
» fortasse enumerandum sit, tum in hoc uirtutis genere, tum in cæteris siue partibus uirtutis, seu
» quo tandẽ libet nomine appellari. Ita Plato. Interpres, tertium uero, inquit, aut quartũ adhuc
» non diximus. Sed forsan enumeranda, & de aliis uirtutibus siue partibus. Item ubi Lacedęmo
» nius dixit. Equidem quartum dixerim, quod consyderandum est. in doloribus perferẽdis, q̃d
» plene seruari apud meos homines perspicuum est. Interpres partem hanc, Quod plene seruari
apud meos homines perspicuum est, omisit q̃q̃ necessariam, siquidem usus rei Lacedęmonios
authoritate confirmandus erat. τὴν αὐθρείαν δὲ φόβε πιθώμεν, πότερον ἀπλῶς οὕτω πρὸς φόβους,
» καὶ λύπας ὀρθὴ μόνον διαμάχη, ἢ καὶ πρὸς πόνους τε, καὶ ἡδονὰς, καί τινας ἀφνὰς ἀπειλὰς κολαστικὰς, αἳ καὶ
» τῶν σμικρῶν ὀλομένων ἢ. σὺν θυμοὺς μαλάττουσαι, κηρίνους ποιοῦσι. Tum Plato de fortitudine quæ
» rit, num etiam aduersus timores, uoluptates'q; pugnet, quod genus uitii assentationis, & blan
» ditiarum nomine appellat, eosq; animos, inquit, grauiorum etiam moribus hominum molliri,
» & quasi cereos effici. Interpres. Quæ faciũt, inquit, ut ira de honestorum numero esse uideat'.
O' rem plane` ridiculã, ita, ne seipsum quidem quid dicat intelligit, nedum Platonẽ. Quis. n.
mentis compos uoluptate effici putet, ut ira honestetur, quæ longe turpior cum libidine, q̃ sine
libidine habenda est? Plato fortitudinem aduersus uoluptates quoq;, & dolores obsistere cer
tum esse confirmat, & tum uiros singulos, tum ciuitatem uniuersam a` se ipsa uinci, atq;, ut q do
lore, ita q uoluptate succumbit, esse ignauum, magisq; eum, qui uoluptate superatur cum de
» core uinci, q̃ qui dolore opprimitur, quanto scilicet fœdius, ac detestabilius uitium est, uolu
» ptas quam dolor. οὐ δή που ὁ διὸς, καὶ ὁ πυθικὸς νομοθέτης, χωλὴν τὴν ἀνδρείαν νενομοθετήκασιν,
» πρὸς τὸ ἀριστον μόνον αὐτὴν καίνουσαν. πρὸς δὲ τὰ δεξιὰ, μὴ κομψὰ, καὶ θωπευτικὰ, ἀδυωπτοῦσαν. Quã
obrem nequa q̃, inquit, ita existimãdum est, ut Iouis ille, et alter Apollinis author fortitudinem
claudicare

» claudicare in legibus suis uoluerint, ut rebus sinistris, hoc est tristibus occurreret. Dextris autẽ,
» & blandis, ac lætis deficeret. Quibus uerbis apertissime declaratur, fortitudinem impfectã,
& quasi claudam, tradi a` Minoe, atq; Lycurgo, si eius officium in metu tantũ, dolore'q; consti
tuant, nec uoluptati quoq; eiusdem uirtutis studio resistendum existiment, cum optima ratiõe
constet, ad fortitudinis officium pertinere, non modo timori, ac dolori, uerum etiam uolupta
ti obsistere. Interpres uero, quo modo rem tam facilem, claram'q; intellexerit, uos, qui legitis ex
» illius uerbis iudicate. Iouialis ergo, inquit, Pythius'q; legumlatores bilẽ nequa solũ aduersis
» resistat. Secundis uero, atq; iucũdis, ac assentatiunculis nullo pacto fortitudinem esse sanxerũt,
» an qua utrisq;? Ita hic bilioſum ex claudo fecit, qui non modo interpretari Platonem, sed etiã
reprehendere audet. Sed unde tãdem persuasus, claudicationem in bilem cõuerterit, operæpre
tium est audire. Bilem, quã medicorum nostræ ætatis scholæ choleram uocant, græci appellãt
χολήν, atq; o breui primam syllabam scribunt, ut cuiuis etiam imperito, palam sit eã literã bre
uem esse, non longam, eodem nomine etiam claudam adiectiuo uocabulo nominant, sed o pro
ducta, ea scilicet litera, quæ ultima alphabeti est, longe'q; a` breui diuersa, cum breui ipsa gemi
nata figuretur, hoc modo ω. Cum itaq; Plato uirtutem χωλὼ, hoc est læsam, & claudicantẽ
nominarit, & scripserit, Interpres noster pro clauda bilem dixit, & postea reprehendere, ac ui
tuperare audet Platonẽ. Tum illis Platoni assentientibus, idem'q; a` suis authoribus actum dicẽ
» tibus, ut fortitudo utroq; spectans tradita eorum legibus haberetur, Plato λέπτομεν δ' ἴσως φησὶν
» ἐπιτηδεύματα ποία ἔσθ' ὑμῖν ἀμφοτέροις τοῖς πόλεσιν. ἃ χρύσοντα τῶν ἡδονῶν, μὴ οὐ φθίνοντα αὐτὰς,
» καθάπερ τὰς λύπας οὐκ ἐφθύγγου, ἀλλ' ἄγοντα εἰς μέσα, ἰδάγμαζε, καὶ ἐπειθετιμαῖς, ὥς τε κρατεῖν
» αὐ τῶν. Exponantur, inquit, officia, quæ in uestra repu. degustandum aliquid uoluptatis, non
» omnino uitandum aperiant. Sicut ne dolores quidem uitari, sed in medias eas duci iubẽtur, ut
» homines partim ui impellantur, partim præmiis inuitentur ad superandum laboris incommo
» dum. Quę Platonis uerba eo` tendunt, ut consuetudo ea exercitandi ratione capi debeat, qua
rem uitandam nisi degustando experiaris, spernere, ac superare nõ possis. Fit enim, ut quam ra
tione cõtempseris, eandem impulsu propensioris naturæ nequeas uincere, cum primum cœpe
ris experiri. Re itaq; uoluptatem experiri, sed caute iubet, atq; ita assuescere eam contẽnere, &
facile desyderium eius tolerare, q̃q̃ ne desyderium quidem adesse dicendum est, ubi cupiditas
deest. Plato igitur hæc scribens, quo modo spernendis uoluptatibus assuescẽdum sit, docet. In
terpres autem modum ipsum assuescendi, in quo uis tota, ratio'q; consistit, omisit, & exponat',
inquit, quæ nam studia, exercitationes'q; uestris ciuitatibus sunt, quibus non, ut fugiant, sed, ut
superent uoluptates compelluntur. Sic plura illa Platonis, & necessaria ratiõe dicta in hæc pau
ca peruertens hic scribit, & quasi compelli tantum, non etiam persuasus ratione agere quispiã
possit, relinquit eam partem, qua Plato præmiis persuaderi, inuitari'q; ad laboris incõmoda to
leranda existimat. Post hæc dicatur, inquit, Plato, quid est, qd' uos tum ad dolores, tũ ad uo
» luptates fortes faciat. οὐδὰ μῶς ἡδωμένους τῶν ἐχθίστων αὖ τε καὶ ἐγγύτατα ἑαυτῶν, καὶ χαλεπωτάτων πολεμίων.
» idest proximorum, & atrocissimorum hostium uictores. Interpres dolores, & uoluptates, de
quibus agitur, & quos hostes propinquos Plato appellat, omisit. Graues autẽ, & proximos ho
stes duntaxat in quæstione constituit, quasi id quæreretur, quid esset, quod hostem uicinum su
peraret, non quid uoluptatem, aut dolorem. Tum Cretensis ille, & Lacedæmonius nõ æque
» abundare sese exemplis de uoluptate, & de dolore fatentur. Mox Plato se excusans ἀλλ' εἰ τις φησὶ
» τοὺς αὐτῶν ἐγκίστους οἴκοι νόμους ψέξειν, βουλόμενος βύρειν τὸ ἀληθὲς ἅμα, καὶ βέλτιστον, μὴ χαλεπαί
» νειν πως, ἀλλὰ πράως ἀποδεχώμεθα. Siquis, inquit, nostrum domesticas reliquorum leges repre
» hendit, cum quid ueri, atq; optimi sit, reperire uelit, non molestẽ, sed æquo animo alter alteri⁹
» pati debet reprehensionem. Interpres ultimam partem, qua sic fieri oportere affirmat', quasi
dubiam affert, & ueluti problema quoddã a` Platone propositum. Molesteˊne, inquit, an æquo
» animo feretis? Id'q; ita ingenioſe facit, ut ne suæ quidem interrogationi reddat conueniens
responsum, sed quod apud Platonem apte ad assertionẽ illam affertur, recte ais, inepte hic suæ
coniungat interrogationi, instar ceretanorum illorum, qui cum de nomine urbis suæ interro
garentur, χαῖρε responderunt, hoc est salue. Ita hic cũ interrogarit, molesteˊne, an æquo ani
» mo feretis. Subdit. Probe tu dicis Atheniẽsis amice. Ad hæc Plato. εἰ μὲν τοίνυν ὀρθῶς, ἦ μήν, ὦς
» ἑταῖμᾶς τῆς τε λακώνων, καὶ τῆς κρητικῆς πολιτείας, λόγος αὖ ἐστὸρος ἔσιν. Recteˊne igitur an non, quis
» piam reprehendat Laconum, aut Cretẽsium remp. alia inquirendi ratio est. Interpres. Sed ui
» rum Laconum, quis, aut Cretensiũ leges reprehẽdere posset? alia quæstio est, omisit, recteˊne,
an non? quod uim omnem continet rationis, non enim utrũ reprehendere aliquis possit, quæ

ritur, cum clarum sit, quẽlibet reprehendere posse etiam imperitũ, sicut Interpres ipse Platonẽ reprehendit. Sed recte ne id facere possit, quærere consentaneum est, quod Interpres omisit.

Hinc Plato sententiam illam probat legum Cretensis, & Laconicæ, reipu. q nemini liceat coram iuuenibus ea reprehendere, quæ cuncta recte se habere ab ea ætate existimari oportet. Senibus autem permissum sit, de huiusmodi rebus cum æqualibus agere, non liuore aliquo, sed studio, & beneuolentia erga remp. Vobis igitur, inquit, a` legumlatore sancitum est, solis omniũ mortalium, tam græcorum, q barbarorum, quorum notitiam habemus, summis abstinere uoluptatibus, atq solatiis, nec degustare quidem rem tantam permissum est, τὸ δὲ τῶν λυπῶν, καὶ φόβων, ὅπερ ἄρτι διελελύθαμεν, ἡγήσατο, εἴ τις ἐκ παίδων φθέξεται δικὴ τέλεος, ὁπόταν εἰς ἀνάγκας ἔλθῃ πόνους, καὶ φόβους, μὴ λύπας, φθέξεσθαι τοὺς ὠνεκείνοις γεγυμνασμένους, καὶ δουλεύσειν αὐτοῖς. Doloris autem, timoris q rationem, quod modo exposuimus, huiusmodi esse ille quoq existimauit, ut si quis eam a` pueritia omnino euitauerit, cum aliquando uel in necessariis laboribus, uel in metu, aut dolore constitutus fuerit, fugiat homines, qui in his exercitati sunt, & seruire illis patiatur. Interpres, ad dolores autem, atq timores, ut modo tetigim⁹, dux est, putauit enim exercitatos in istis ita effugere posse, ut eis non seruiant. Ducem dicit fuisse, legumlatorem ad dolores, & dux sit, q̃q̃ Plato non ducem dixit, sed duxisse, hoc est existimasse, quẽadmodum enim apud latinos, ita etiam apud græcos uerbum hoc ambiguum est, & ut sæpe aliàs, ita hoc loco interpres, uerbi æquiuocatione labitur in eorrorem, & ducem interpretatur, pro eo, q existimauit. Illud uero desydero, & cur omissum sit, quæro. Siquis eam a` pueritia omnino euitauerit, cum aliquando uel in necessariis laboribus, uel in metu, & dolore constitutus fuerit, Id enim totum præteriit interpres, quod tamen necessarium est. Quibus uero seruiant tandem, q dolores nequeant tolerare, Plato hostibus exercitatis in labore, ac dolore tolerando dicit. Interpres exercitatos in istis, uti enim uerbis eius necesse est, effugere posse, ut eis non seruiãt, scribit. Plato inexercitatos præ ignauia fugere exercitatos homines asserit. Interpres exercitatos in doloribus effugere posse, ut eis non seruiant. Quàm recte itaq Platonem intellexerit, Platonis reprehẽsor, facile est iudicare. Item Plato ὦ λακεδαιμόνιε ξένε, ἐπαινετὰ μὲν πάντ' ὄντα τὰ τοιαῦτα, ὅπου τινὲς ἐνδύσι ἡμερτερήσεις, ὅθεν δ' ἀνέντα, ζλακικώτερα. Hosspes lacedæmonie, inquit, hæc quidem omnia laudanda sunt, ubi aliquis tolerandi animus inest. At uero ubi laxatus est animus, nimirum molliorem reddunt, atq effœminãt. Interpres laudabilia hæc omnia sunt o amice lacedæmonie, ubi abstinentia quædam est, ubi autem omnino permittuntur, mollificant. Item Plato explicare uolens uictoriam belli, non esse uirtutis documentum, cum pleriq etiam improbi uincere aliquãdo potuerint ὦ ἄριστε φησὶ μὴ λέγε ταῦτα. πολλαὶ γοῦν δὴ φυταὶ καὶ δι' ὠφελίας, ἀτέκμαρ δι γεγόνασί τε, καὶ ἔσονται. διὸ φανερῶς ὅρον τόδε οὐκ ἂν ποτε λέγοιμεν ἀναμφισβητήσιμον τοῦτο καλὸν ἐπὶ τῇ νίκῃ τῶν πολεμίων, καὶ μὴ, νίκῃ τε καὶ ἥττᾳ λέγοντες μάχης. Noli, inquit, uir egregie ita dicere, permulti enim fugarũt, aut fugati sunt, nõ iustis de causis, id' q sæpe usu eueniet.

Quamobrem nihil certi hinc statui potest de uita, & moribus, quando uictoriæ cõflictus'ue nulla ratio certa est. Interpres. Noli hæc dicere o amice. nam cum multi iam fugauerint, fugatiq sint, de quibus hæc causa nec cogitari poterit, fiat' q id sæpius ambiguum profecto`, non certum id argumentum de uita sumemus, si uictoriam, offensionem' q belli accidere hinc putauerimus. Item cum Plato iudicium cunctarum nationum pluris fieri debere, q̃ duarum, cum quibus agebat, explicare uellet, præsertim, inquit, cum infinitæ pene` nationes in ꝓtrouersiam, cum uestris duabus ueniant ciuitatibus, & contradicendo pertinacius pugnẽt. Interpres uestris omisit, quod ciuitates, siue nationes, cum quibus agitur, declarat. Alter enim eorum, qui cũ Platone disputabant, Cretẽsis fuerit, ut supra dictũ est, Gnoso ciuitate. Alter Lacedæmonius Sparta oriundus, quas Plato proculdubio signat, cum dicit, uestris. Et tamen interpres, quasi nihil id ad rem pertineret, omisit. Præsertĩ, inquit, cum mille gentes de hac ipsa re dubitantes, duabus cũ ciuitatibus cõtendant, ex quo sequi manifestum est, ut cum quibus ciuitatibus cęterę nationes contendat, itelligi minime possit. Post hæc Plato εἴ τις αὐτῶν ζοφὴν, καὶ τὸ ζῷον αὐτὸ κτῆμα ὡς ἔστι καλὸν, ἐπαινοῖ. Siquis caprarum cultum, & genus id animantis habendũ, ac possidendum probet. Interpres, siquis caprarum lac, animal' q ipsum, quasi bonum lauder. Notari hinc facile potest, quanta sit eruditio interpretis, cultum, & curã in alendo, ac possidendo gregе, lac iterpretatur, & animal, quod in possidendo cõmodum esse probet`, laudari, quasi bonũ dicit, inepte sane`, ut non minus offendere aures, q̃ percipi intelligentia nõ posse uideat`, ζοφὴν, quæ & alimentum, & educationem in hominibus significat, in aliis uero animantibus cultum hic pro alimento accepit, & lac pro cultu dixit. Rursus Plato constituendum aliquem censet νήφοντα, καὶ

νήφοντα, καὶ σοφὸν ἀρχέτω. Sapientem, & sobrium, qui temulentis hominibus præsit, & imperet. Interpres pro sobrio uigilantẽ dixit, quasi melius, aptius q ebrietati opponeret uigilantia, q̃ sobrietas. Item Plato necessariam esse iuuenum ingenuã educationẽ idcirco existimãs, quia effici boni ciues non possint, nisi liberi, ex qbus sunt ciues, bene instituantur, εἰ δ' ὅλως ὀρθὰς φησι παιδείας τῶν παιδευθέντων τί μέγα τὴν πόλιν ἐνίκησεν. Sin rogas, inquit, quid omnino magni eruditio iuuenum bene institutorum afferat. Interpres uero, si uniuersaliter de disciplina quid magni ciuitatibus afferat, interrogati fuerimus, plurali numero protulit, interrogati, emendans scilicet Platonem, qui se respondere, Cliniam autem, siue Megillum interrogare statuerat, ut præteream omisisse eum mentionem facere iuuenum, de quibus tota ratio consistit.

Item Plato uini usum moderari musica ratione optime posse existimans ἡκιστα φύσιν αὐτῷ διόρθωσις, οὐκ ἂν διαίαν αὐθυ μουσικῆς ὀρθότητος. Temulentiæ, inquit, castigatio, nunq̃ apte sine musica norma afferri poterit. Interpres, compotationis autem naturalis gubernatio, nunquam sine musica regula recte fiet. Item Plato de uinolentia uerba facturus, quoniam pleraq ex musica ratione, ad eum locum accommodari posse animaduerterat, ueniam precatur, si forte plixiori oratione usus fuerit, cum præsertim alter eorum, cum qbus loquebatur, Cretẽsis, Lacedæmonius alter foret, uterq breuitati sermonis, more patrio studẽs. Quibus uerbis subdit Megillus agere eum debere, quo magis libeat modo, & causam huius rei affert, q familia sua hospes sit Reip. Atheniẽsium, & ipse Atheniẽsium sit amicus, & defensor eorũ, aduersus oẽs, q Athenienſium nomen carpere uellent ὦ ξένε φησὶν ἀθηναῖε, οὐκ οἶσθ' ἴσως ὅτι τυγχάνει ἡμῶν ἡ ἑστία τῆς πόλεως οὖσα ὑμῶν πρόξενος. Hospes, inqt, Atheniẽsis tu fortasse nescius es, familiã nostram hospitem esse Reip. uestræ. Interpres. ignoras, inquit, Atheniẽsis amice, quia Vesta nostra ciuitatis uestræ causa fuit. Quàm recte hic & græcam, & latinã linguam callet? Familiaritatẽ enim qua quispiam publice deuinctus sit, causam Reip. nominat. Proximis, enim quo nomine Plato usus est, familiaritatem quãdam, atq hospitium significat alieni ciuis cum populo. Nam, ut φιλίαν græci amicitiam inter ciues eiusdem patriæ uocant, hospitium uero ξενίαν, hoc est amicitiam inter ciues diuersa ortos patria, sic πρόξενον eum nominant, q ciuis cuiuscunq urbis consuetudine deuinctus est honestis de causis cũ Rep. aliena. At uero Interpres noster cãm Atheniarum fuisse dicit, Vestam Lacedæmonii illius. Quænam obsecro te, Vesta hæc est? Nam eam, quam religiose olim Romani coluerunt, accipi hoc loco posse non uideo, quicquid tamen sit, certe, ut Atheniẽsium ciuitas sit, causa esse non põt. Nihil. n. tale Lacedæmonii præseferunt.

Paulopost in eundem etiã incidit errorem, cum enim Plato diceret, ἴσως μὲν δὴ καὶ πᾶσι τοῖς παισὶν, ἐπειδὰν ἀκούσωσιν ὅτι τινὸς εἰσι πόλεως πρόξενοι. Forsitan omnibus adolescẽtibus idem accidit, cum audiant se hospites alicuius ciuitatis esse. Interpres, quod forsan oĩbus adolescentibus accidit, cum audiant patriam suam ciuitatis cuiusdam causam fuisse, addidit ipse patriam, ut Platonem corrigeret, & πρόξενον, ideſt hospitẽ in causam traduxit. Tum Megillus idem apud Platonem. Audiebam, inquit, a` pueritia Lacedæmonios, quoties aliquid uel succenserẽt Atheniẽsibus, uel laudi darẽt, ita dicere, ἡ πόλις ὑμῶν ὦ μέγιλλε ἔφασαν οὐ καλῶς, ἡ καλῶς ἐδρᾶσε. Vestra Megille urbs nobis hoc mali, aut boni fecit. Interpres. nam cũ audirem æquales accusari Atheniẽses a` Lacedæmoniis, q nõ recte ciuitatẽ nostrã tractassent. Clinias etiã ille Cretẽsis Atheniẽsem hortat` ad dicendũ fidẽter, quæ uelit, & amicitiã, ipse quoq suoꝝ ciuiũ cũ Athenienſibus cõmemorat, atq Epimenidẽ Cretẽsem, aliquando Atheniẽsibus utilem fuisse dicit, ἐπιμενίδης φησὶ, γόγονεν αὐτὴρ θεῖος, ὃς ἡμῶν οἰκεῖος. ἐλθὼν δὲ πρὸ τῶν πδρσικῶν δέκα ἔτεσι πρότερον παρὰ ὑμᾶς κατὰ τὸν τοῦ θεοῦ μαντεῖον, θυσάμενός τε ἐθύσατό τινα, ἃς ὁ θεὸς ἀνεῖλε. καὶ δὴ καὶ φοβουμένων τὸν πδρσικὸν ἀθλωδίων στόλον ἔφασεν ὅτι δέκα μὲν ἐτῶν οὐχ ἥξουσιν. ὅταν δ' ἔλθωσιν, ἅπαντα μαχήσονται, πράξαντες οὐδὲν, ὧν ἤλπιζον. Epimenides, inquit, ciuis noster, atq ex familia nostra uir fuit diuinus, annis decem ante Persicum bellum ad uos Dei oraculo profectus, sacrificia quædã, divino iussu peregit. Quo tempore cum metu Persicæ classis, perculsi Atheniẽses forent, prædixit Persas non nisi decẽnio post uenturos, & postq̃ uenissent, reb⁹, quas speraſſent, infectis, discessuros. Interpres. prędixit decennio illos nequaq̃ cessuros. Quod plane` cõtrarium est uerbis illius. ille ante decennium non uẽturos Persas prædixit, hic nequaq̃ cessuros interpretatus est. Cuius erroris causam hanc fuisse existimo, quod græcum uocabulum ἥκω si p. ι. literam scribitur, uenire significat. Si uero per ει diphthongum, cedere, Itaq uir doctus, & reprehensor Platonis uerbi similitudine lapsus est in errorem. Item Clinias Cretẽsis maiores nostri, inqt, facti uobis sunt hospites, Ideoq mihi, & parentibus meis beneuolẽtia uobiscum interceſſit. Interpres tunc maiores nostri Athenas reliquerũt. Nõ parum sane` hoc erroris est, ut Clinias ho-

mo cretensis maiores suos Athenas reliquisse dicat. Ille qdem Epimenidem, & alios Cretẽses hospitatos aliquando Athenis narrat. Hic quoniã Athenienses aduentante Persarum exercitu, deserta urbe, sese in naues receperunt, Cretẽses dicit urbem reliquisse, & uerbum illud grẽcum ξενοῦσθαι existimat esse alienari, cum hospitari, & deuinci cõsuetudine hoc loco aperte significet. Item Plato definiẽdam primum esse eruditionẽ censet, & quænam eius facultas sit, quærendum. Cui sententiæ hæc subdit, per eam enim eundum huic nostræ, quã instituimus, disputationi censemus. Interpres per eam nanq; illi eundum est, de quo modo diximus. Item Plato, cum oporteret unũquenq; id à pueritia exercere perciperet, in quo præstare cæteris studeat. Statim, inquit, hoc idem exercere oportet, siue agriculturæ, seu fabrili, aut cuiuis arti studendũ est, & ferramẽta, atq; instrumẽta parua effigies quasdam ueræ, atq; integræ speciei teneris adhuc annis adhibenda sunt, ab eo, qui instruendi curam susceperit. Interpres, aut quædam agriculturæ instrumenta fabricare, quæ q̃uis inutilia sunt, ad imitationem tamẽ utilium, uerorum'q; instrumentorum, non parum conferunt, hoc q̃uis non ineleganter dictum latine uideatur, multum tamen a sensu recedit authoris. Rursus Plato de eruditione iuuenum κεφάλαιον δὴ παιδείας λέγω μοὶ φησι, πιὼ ὀρθῶ ξοφῶ, ἢ τῶ παίζοντος τὴν ψυχὴν, εἰς ὄρεξιν ὅπι μάλιστα ἄξει τοῦτου, ὁ δικαίου γενόμενον, ἄνδρ' αὐ τον τέλειον εἶναι τῆς τῶ πράγματος ἀρετῆς. Caput, inquit, eruditionis statuimus, rectam educandi rationem, quæ pueri adhuc, & ludẽtis animum, ad eius rei amorẽ præcipue trahat, quæ uirilem ætatem adeptũ sua uirtute perfectũ facere possit. Interpres, caput autem doctrinæ infantium alimentum est, quod ludentium animum ad expetẽdum illud adducet, quo in uirili ætate ipsos uti decreuimus. Quid istud alimenti sit, quod uim tantam habeat, ut hominem uirtute præstantem efficiat, non uideo, præsertim infantium, ut interpres dicit, alimentum, quod lac est. Nam quid addiderit hoc loco, quid dempserit non est opus quęrere. Merito reprehendere uidetur Platonem Interpres, quando omnia mutans, sapientius, ornatius'q; cuncta exponit, & quoniam ξοφὴ apud græcos, & eruditionẽ animi, & alimẽtum significat corporis, alimẽtum maluit, q̃ eruditionẽ dicere, ignorauit. n. alterã significationẽ ita huic loco cõuenire, ut altera sit penitus absurda. Ad hęc Plato de affectibus, rõnẽq; animi differẽs, διεῖδὴ τὴν καλλίστην ἀτωγὴν τῆ τῶ νόμου ξυλλαμβάνὸν. ἅτε ἢ τῶ λογισμοῦ κρείττου μὲν ὄντος, πρὸς δὲ τὴν οὐ δικαίου, διέσθαι ὑπηρετῶν αὐτῶ τὴν ἀπωγήν. Pulcherrimo igitur, inquit, legis instituto opitulandum est rationi, ut affectus uidelicet uincere ualeat. Cum enim ratio ipsa bona quidẽ, sed mitis, ac minime uiolenta sit, subministrantis officium desyderat. Interpres, oportet igitur optimam legis ductionem sequi. Nam cum ratiocinatio bona sit, miti etiam, & non uiolenta, ductione sibi opus est, quasi ministra. Itẽ Plato δύο φόβων εἴδη, φωδὸν εἰπεῖν δυναίμεθα κατανοῆσαι, duo, inquit, metuendi genera ferè inter se cõtraria animaduertere possumus. Interpres. ρtraria omi sit, in quo uerbo tota uis sententiæ est. Metuimus enim, aut de rebus horrendis, aut de turpibus, & an duo timoris genera intelligi possint, interrogat. Item Plato, quo pacto quis timidus efficiatur, ac rerum omniũ, quæ iure timẽda sunt, metu detineri perquirit, atq; ita rogat Πῶ δ' ὃς τὸν ἐπιχειρῶ μὴν τινα φοβερὸν ποιεῖν μᾶλλον; Quid cum timidum quẽpiam facere aptissime tentamus. Interpres. Quid porro` cum pertimescẽdum iure facere aliquem cupimus, quæ sententia plane` contraria est sententiæ Platonis. Iterum Plato modum exponens, quo quispiam timidus fieri aptissime possit. ἆρ οὐ καὶ αἰσχύλλοντας αὐτὸν, καὶ προσαγωνίζοντας, ὡς ἔστιν δεῖ ποιεῖν, διαμαχόμενον αὐτῶ τοῖς ἡδοναῖς. Non'ne, inquit, rebus parum pudicis admouendo eum, tentare, atq; exercere instituemus, atq; ita assuefaciemus, pugnando uoluptates superare? Interpres non'ne ipsum in impudẽtiam iniiciẽtes aut uoluptates suas, aut fortitudinem uincere pugna hortamur? Equidẽ hominem, quem interpres in impudẽtiam, ut uerbis eius utar, iniecit, fortitudinem suam uincere pugna non debere, exploratum habeo. seruanda est enĩ fortitudo animi, uoluptatem, aut hostem uincere uolenti. Cur autẽ contrarium aduersarius dixerit, aut quid sibi tandem uelit, non satis intelligo. Deinde Plato, duos, inquit, timores aiebã, quorum alter quidem contrarius doloribus, contrarius etiam plurimis, atq; maximis uoluptatibus est, utrũq; uidelicet horum de eo timore, qui ex pudore oritur dicens his uerbis, δύο ἔλεγον φόβους. ὧν ὁ ἕτερος, ἐναντίος μὲν τοῖς ἀλγηδόσιν, ἢ πρὸς ἄλλοις φόβοις. ἐναντίος δ' ὅδὶ ταῖς πολέσταις, καὶ μεγίσταις ἡδοναῖς. Interpres corrigẽs Platonem, quorum ait alter doloribus, alter plurimis, atq; maximis uoluptatibus contrarius est. Ad hæc Plato interrogat. Num effici qspiam perfecte temperans possit, nisi uoluptatibus longe aduersatus, uictor tandem euaserit. Respondet socius, οὔκουν τόν γ' εἰκότα λόγον αὖ ἔχει. Non, quoad probabili quidem ratione fieri possit. Interpres hoc socii responsum cum Platonis interrogatione coniungit, & additis quibusdam ρtinentem

dam continentem reddit orationem, hoc modo. Nam qui nihil harum rerum perpessus est, is rationem modestiæ ueram non possidebit. Itẽ Plato uini usum existimans adhiberi cõmode posse ad tẽtandos hoĩum animos, explorãdũ'q;, timore'ne moueant, an nõ? & ad alacritatẽ, ac ρfidentiã excitandã, interrogat socium, an uino uti uelit? ad huiusmodi rei desyderiũ his uerbis. Χρῶ δ' αὖ εἰς ὺς φόβους τοὺς ἄπων, καὶ ἐλέγχων ἐν τοῖς παθήμασιν, ὥστε αἰσχύνεσθαι ἄφοβον γίγνεσθαι· παρακελεύῖ μέλος, καὶ νουθετῶν, καὶ τιμῶν· ἐν δὲ ἀλαζόνων, ὅς τὶς ἐμὴ πείθοι τὸ ἐνὸν τοιοῦτος, δίκην σὺ τὰ πάσι καὶ μὴ γυμνασάμενον μὲν ὃν καὶ ἀσθενέστερος, ἀζήμιον ἀπαλλάττοις αὖ. ἡκιστ' ἂν, ζημίαν ἐπιτιθεὶς, ἢ τὸ παράπαν οὐκ αὖ χρῶο μηδὲν ἄλλο ἐγκαλῶν τῶ πόματι. Vis'ne, inquit, uti uinocũ homines in metu constituis, & disquiris per animi affectus, ut impellendo intrepidũ facias, & partim hortando, admonendo, honorando, partim notãdo, siquis demandatũ sibi officium negligendo non pareat, atq; exercitio strenue functum, impunem dimites. Qui uero contrafecerit, perages reum? An oĩno hoc potiõis genere abstinẽdum censes, quanq̃ nihil habeas in eo aliud, quod accuses. Interpres hæc omnia ita confundit, atq; peruertit, addendo, minuendo, mutando quæ libet, ut dubitẽ non tam si Platonem, quã si seipsum quid dicere uelit intelligat. Vtaris igitur, inquit, ad terrores istos compellens, ac in ipsis affectibus arguens, ut imperterritos monitu tuo, ac iussu homines facias, alios honorans, alios uituperans, siqui tibi non pareant. Ita eos, qui probe, atq; uiriliter seipsos exerceant indẽnes. Improbe uero, atq; ignaue, aut damno afficias, aut nulla in re postea utaris. adhibebis'ne hanc potionem? Hic cum nihil sine errore dictum sit, tum in primis quod Plato de uino dixit, an omnino hoc potionis genere abstinẽdum cẽses, bonus interpres ad homines transtulit puertẽs ad partem suæ illius disiunctionis, aut dãno afficias, aut nulla in re postea utaris. Mox Plato uinũ, eam habere uim dicit, ut homines, q liberalius hauserint, uaria impleat spe, & summoq; bonorum opinione, his uerbis. Ὁ πόσῳ ἂν πλείον αὐτῶ γένηται, τοσούτῳ πλεόνων ἐλπίδων ἀγαθῶν πλήρης τοι; καὶ δυνάμεως, εἰς δὲ ἕκαστος. Quo amplius hauserit, eo spe ampliore, & facultate secundum suam opinionem impletur. Interpres, quanto plus biberit, tanto maiore spe, meliore'q; cum uirtute ad gloriam refertur uirtutis, & gloriæ nomine ea uerba interpretatur, quæ apud Platonem facultatem, & opinionem significãt. Nimirum ea de causa, quia & δόξα tam opinionem, quam gloriã significat, & uirtus apud latinos tam δύναμιν. idest facultatẽ, quam ἀρετὴν. idest uirtutẽ. sectator igitur uerborum potius, quam sẽnarum, quas non percipit, accommodare rebus propria nomina nequit. Hæc ex primo libro interpretationis legum, omissis aliis permultis, notanda existimauimus, ad ostẽdendã pitiam eius interpretis, qui doctrinam Platonis ita aperte reprehẽdit, & damnat.

EX LIBRO SECVNDO. Caput III.

Ecũdus quoq; liber totus ferè erroribꝰ scatet, ut si comparare singula cum authoris uerbis uelimus, necesse sit totum ferè Platonis librũ rursus interpretari. Sed nos hic etiam passim quædam adnotanda cẽsuimus, quo doctrina interpretis nostri fiat illustrior. Plato igitur cũ in secundo libro, de publica eruditiõe differeret, Ἰέτω μὲν ἡμῖν εἶναι τὶ ὀρθῶ παιδείαν. τοῦτου γοῦν ὡς ἐγὼ τοπάζω, παντὶ δῆλον ἐν τῶ ἐπιτηδεύματι τούτῳ καλῶς κατορθουμένῳ σωτηρία. Dicamus, inquit, quid recta eruditi ratio sit, eius nãq; incolumitas mihi uidetur hoc officio contineri. Interpres. Quid recte disciplinam esse fatemur, id enim, ut ego arbitror in recta uini potione inest, salus'ne? Item Plato deus, inquit, cõstituisse hominibus uarietatem dierum festorum, requiem laborum. Interpres. multas, inqt, quietes laborum statuerunt, diesq; festos in retributionem sibi ipsis præbuerunt. Cum enim ἀμοιβὴ apud græcos, & retributionem, & uarietatem, siue permutationem significet, pro retributione hic accepit, addidit & sibi ipsis, quasi dii ipsi laborum requie indigeant. Item Plato ἀπόλλωνα, καὶ μούσας ξωιεορτασὰς ἔδοσαν, ἵν' ἐπανορθῶντας τὰς γενομένας ἀφοφὰς ἐν τοῖς ἑορταῖς, μετὰ θεῶν. ὁρᾶ οἶω χρὴ πότερον ἀληθὴς ἡμῖν κατὰ φύσιν ὁ λόγος ὑμνεῖται τανῦν, ἢ πῶς; Apollo, & Musæ socii celebrandi adhibiti sunt, qui deorum consilio mores publicos emẽdarent ipso tempore celebritatum. Quocirca diligentius consyderandum est. utrum nostra hæc ratio disputandi uera ex genio proficiscens in præsentia agatur, an non. Interpres concelebratores ad emendationem concesserunt, alimenta quoq; in diebus festis una` cum ipsis diis, ut, quę decẽt, oculis uideant. Vtrum modo uerus hic sermo uideatur, an non, satis hinc habent homines latini quid de præclaro hoc Platonis interprete iudicent. Hæc sunt præclara illa interpretationis munera, quæ primo Põtifici romano, mox R eipublicę Venetorum dicata sunt. Hic certe, neq;

Platonis uerba seruantur, nec ordo, nec sensus, nec est ulla cũ his prorsus similitudo. Huius rei causam reddet Interpres. Plato, cum inter rectam, prauamq; eruditionem plurimum interesse diceret, his usus est uerbis, πολὺ δ' διάφορον ὦ ξένε λέγεις τῆς παιδείας. Dicis tu quidem hospes discrimen eruditionis non mediocre. Interpres magnam huius disciplinæ præstantiam esse amice dicis. Item Plato, cum de musica ratione dissereret, quatenus ad erudiendi rationem liberis accommodandam pertinet, genera modulandi distinguit, & alia permittit, alia uetat, qualia sunt quædam poetarum minus honesta, & Phœbo indigna. Vbi ita rogat ὅπου δὴ νόμοι καλῶς εἰσκείμενοι, ἢ καὶ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ἔσονται, τἀμὲ τοῦδε τοὺς μούσας παιδείαν τε, καὶ παιδειὰν, ἐξέσεσθαι τοῖς ποιητικοῖς, ὅ, ὑπὲρ αὖ αὐτὸν νῦν ἐλέγομεν ἐν τῇ διανομῇ τάξεως, ἐυθυμουμένου ἢ μέλους, ἢ ῥήματος ἐχόμενον, ἆρ' ἔστιν διδάσκοντα, ἢ μὴ τοὺς τῶν βουλομένων παῖδας, καὶ νέους ἐν τοῖς χοροῖς, ὅ, τι ἂν τύχῃ ἀποδεχόμενα παιδεύειν πρὸς ἀρετὴν, ἢ μοχθηρίαν; σύνοιδ' ἔστιν λόγον ἔχει. πῶς γὰρ οὔ; Quid apud homines, qui uel hac ætate uiuunt, uel aliquando uicturi sunt, legibus bene ratione erudiendi, musica, & solatio conditis, licebit'ne poetis, in quo genere numeri, moduli, uocabuli ipsi delectantur, id docere? liberos'q; ciuium bene instituonere numeri, moduli, uocabuli ipsi delectantur, id docere? liberos'q ciuium bene instituorum, atque adolescentes in scenis, quouis modo afficere ad uirtutes, & uitia? Equidem nullam in hoc uideo esse rationem. Respondet, qui ita interrogatus est, nec ego quidem. Sic Plato aperte uetat, nequid poetæ minus graue, minus'ue honestum fingant, Id'q; socius cum quo disputat consentit. Interpres uero, quid pro hac sententia reddiderit, operæpretium est uidere. Vbi ergo, inquit, bene se habent, ibi musarum disciplina, & actum poeticis connexum fore putamus. Poeta quippe uel rhythmico, uel cantu, uel uerbo innixus delectabit pueros, adolescentes'q docens in chorea, quid uirtutem, quid prauitatem efficiat, non'ne rationabiliter dicitur? quo modo non? Hæc quidem sententia, ut cætera taceam, planè contraria est sententiæ Platonis. Nam quod ille uetat, hic tanquam liceat, permittit. Deinde Plato φ δ' οὖν πᾶσι μουσικὴν φησὶν, ἀληθές τε, καὶ ἄξιον ἐννοίας, ὅτι δύνατον ἄρ' ἦν τοῦδε τῶν τοιούτων νομοθετεῖσθαι βεβαίως θαρρεῖν τὰ μέλη τὰ τὴν ὀρθότητα φύσει παρεχόμενα. Musicæ tum uera ratio est, tum digna, quæ docet, quàm licuerit fidenter decerni legibus de huiusmodi rebus modulos, qui recta naturæ ratione ad usum accommodentur. Interpres. Sed de musica diximus, & uerum, & memoratu dignum est. Est ergo possibile legem de talibus condere, fretum concentu, qui rectitudinem natura præstare solet. O' bone Deus, quod hoc portentum est, diuidit orationem, commiscet uerba, nec quid intelligat, nec quid intelligi possit, animaduertit. Mox Plato iudicia ætatis suæ de huiusmodi poetarum carminibus reprehendit, & pruam consuetudinem, qua homines indocti, id esse melius, atque præstantius iudicant, quod iucundius, suauius'q est. ἐξελῶ, φησὶ, τῷ παλαιῷ τε, καὶ ἑλληνικῷ νόμῳ, καθάπερ ὁ σικελικός τε, καὶ ἰταλικὸς νόμος, νικᾷ τῷ τοὺ θέτι τῶν θεατῶν ἐπικρέπων, καὶ ἢν νικῶντα διακείνων χειροτονίαις, διέφθαρκε μὲν τοὺς ποιητὰς αὐτούς· πρὸς γὰρ τὴν τῶν κακῶν ἡδονὴν ποιοῦσιν, οὖσαν φαύλην· ὥστε αὐτοὶ αὐτοῦ οἱ θεαταὶ παιδεύουσιν. Licebat, inquit, lege ueteri, & græca, ut nunc lege sicula, & italica, plebi enim demandatur iudicium, & suffragiis populi, quis præstantius egerit, declarandum censetur. Itaq; ipsi poetæ huiusmodi lege deprauantur, quandoquidem tale edere carmen student, quod iudicibus suis pariat uoluptatem, quam illi prauam anteponunt. ita, ut spectatores poetarum sint magistri. Interpres. Quod prisca, græca'q lege fiebat, non quèadmodum sicula lex, & italica modo se habet, quæ multitudini spectatorum rem permittens, & manibus tensis uictorem declarans poetas ipsos deprauauit. Ad uoluptatem enim iudicum prauam, omnia componunt. Ita, ut ipsi spectatores seipsos doceant. Tollit hic, quod Plato ponit de lege, cum dicat, quemadmodum sicula lex, & italica modo se habet. Et quos Plato iudices esse poetarum dicit, hic sui ipsorum iudices interpretatur. Item Plato. ἵν' οὖν, φησὶν, ἡ ψυχὴ τῶ παιδὸς, μὴ ἐναντία χαίρειν, καὶ λυπεῖσθαι ἐθίζηται τῷ νόμῳ, καὶ τοῖς ὑπὸ τοῦ νόμου πεπεισμένοις, ἀλλὰ ξυνέπηται χαίρουσά τε, καὶ λυπουμένη τοῖς αὐτοῖς, ὅις τοῦδε ἐγχώριον, τούτων ἕνεκα, ἃς ᾠδὰς καλοῦμεν, ἔντιμος μὲν ἐπῳδαὶ τοῖς ψυχαῖς αὗται νῦν γεγένηται, πρὸς τὴν ὁμαλότητα, ἣν λέγομεν συμφωνίαν ἐπωνυδαμίαν· δεῖ δὲ τὸ πανδύνην μὴ πλώσθαι φθέγγεσθαι τοῖς τῶν νέων ψυχὰς, παιδιά τε, καὶ ᾠδαὶ καλεῖσθαι, καὶ πράττεσθαι. Ne igitur pueri lætitiam, mœrorem'ue cõcipere animo discant, secus, q̃ lex, & qui legem sequuntur, iubeant, sed obtemperantes eodẽ, quo senes uoluptatis, seu doloris genere afficiantur, Idcirco moduli, quos uulgo cantiunculas uocamus, sin quidem accentus quidam carminis adhibendi ad animos salutaris commode compacti, scilicet ad eum, quem tractamus, concẽtum. Sed quoniam iuuenũ animi adhuc

adhuc teneriores pati studia nequeunt, nomine, consilio'q solatii, & cantilenæ uocentur, atque agantur. Interpres. Vt igitur puerorum animus legem ita sequatur, q; una' doleat, atq; gaudeat, odas perdiscat, crebro'q cantet, quibus laudes, uituperationes'q earum rerum cõtineantur, quas lex laudat. Quoniam enim teneriores animi rationem uirtutis non suscipiunt, ludo, cantu'q præparentur. Quid quæso ineptius dici potest, quàm, ut pueri odas perdiscant, quibus una doleant, & gaudeant? Quid enim hoc commodi, aut honesti est, una' dolere, & gaudere, nisi recte id, atq; ex officio agatur? Quod Plato addit, cum dicit, eo modo, quo lex, & boni uiri præcipiunt. Interpres autem eam partem relinquit, quasi satis sit dixisse, neminem una' gaudere, & dolore, quod ita esse, cum natura comparatum est, tum ne pueri quidem, atq; infantes ignorant. Item Plato, lege etiam cogendum esse poetam existimans ad carmen honestum, & clarorum uirorum commendationem. Hoc idem, inquit, ταύτη δὴ καὶ τὸν ποιητικὸν ὁ ὀρθὸς νομοθέτης ἐν τοῖς καλοῖς ῥήμασι, καὶ ἐπαινετοῖς, πείσει τε, καὶ ἀναγκάσει μὴ πείθω, τοὺς τῶν σοφρόνων τε καὶ ἀνδρείων καὶ πάντως ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ἐν τε ῥυθμοῖς ἁρμόττοντα, καὶ ἁρμονίαν μέλος ποιοῦντα, ὀρθῶς ποιεῖν. Sapiens legumlator poetam admonebit, & nisi dicto audiens fuerit, coget honeste loqui, & recte suo numero, concentu, & gestu uti, quoties de uiris continẽtibus, strenuis, & uirtute præstantibus aget. Interpres, ita probus legum conditor suadebit, immo uero coget poetam laudabilibus uerbis, laudabilibus'q figuris in rhythmis, & cantu, & harmonia, recte facere. Equidem non reprehendo interpretem, quod poetam cogendum ad recte agendum dixerit, quippe recte agendum est, & poetis, & ægrotis, sed quid sit, quod recte agatur, requiro. Nam ut medicus ille imperitus est, qui uictum quidem salubrem probat, & iubet, sed qui cibus salubris sit, qui contra insalubris, ignorat, utputa gallinam quidem salubrem esse, anserem uero insalubrem. Ideo'q non tam insalubre uitandum esse præcipere medicus debet, quàm quid insalubre sit, ostendere. Sic Interpres quid esset, quod recte facere oporteret, poetam debuit exprimere. Nam Plato ipse satis quid a' poeta recte agatur exponit, cum dicat, quoties de uiris continentibus, strenuis, & uirtute præstantibus agit. Sed ubiq; sui similis Interpres est, nec quid Plato dicat, nec quid ipse loquatur, intelligit. Item Plato, cum consuetudinem musicæ deprauatæ, & nouæ saltationis suorum temporum argueret, οὐχ νόμων μεταβαλλόμενα φησὶν, ἀλλ' ἔστιν ἀτάκτων ἡδονῶν ἀμουσοτέρων τῶν αὐτῶν εἶναι, μὴ κατὰ τὰ αὐτὰ· ὡς οὐ κατ' αἴγυπτον ἀφθρμιωθῆς. Non legibus, inqt, mutatio huiusmodi fit, sed uoluptate quadã enormi, quæ multũ uariat nec in eodẽ cõtẽta persistit, quemadmodũ tu in Aegypto cõstare omnia existimas. Interpres. nõ a' legibus mutata, sed a' uoluptatib⁹ qbusdã, quę nec eorũdẽ sunt, nec eodẽ pacto, ut tu núc ĩ Ægypto dicebas. Itẽ Plato, ταῦτα μὲν λέγων οἶμαι τοὺς παρ' ἡμῖν ποιητὰς, πείσει τέ, καὶ ἀναγκάσει τε μὴ ἔτι τοῦτοις ἐρμοσίους ῥυθμούς τε καὶ ἁρμονίας ἀσῴδὴν ἄδοντας, παιδιὰν οὔτω τοὺς νέους ἡμῶν. Hæc, ut opinor, dicere uestros poetas, & hortari, & cogere statuetis, uestros'q adolescẽtes numeri debiti, & concentus usu erudire. Interpres. Hæc igitur uestros cogetis poetas dicere, & sic numero, ac rhythmo adolescẽtes erudietis. Breuior in his esse uoluit Interpres, ideo cogendos tantum dixit poetas esse, non etiam hortandos, taceo, q; nescius quid rhythmus significet, numero, ac rhythmo dixit, cum inter numerum, ac rhythmum nihil intersit, nisi, q; hoc nomen græcum est, illud latinum. Deinde Plato, multa de uirtute refert, ac uitæ felicitate, in quo loco, ostendit neminem sine iustitia posse ad beatitudinem peruenire, etiam si cætera omnia possideat, quæ bona existimari ab hominibus solent, eandem præterea uitam esse iustam, & iucundam, non aliam iustam esse, aliam iucundam, ut illis, cum quibus disputatio erat, uidebatur. ἐμοὶ γὰρ δὴ φαίνεται φησὶ ταῦτα οὕτως ἀναγκαῖα, ὡς οὐ δὲ ὦ φίλε κλεινία κρήτην νῆσος σαφῶς καὶ νομοθέτης ὢν ταύτῃ πειρώμην αὖ, τούς τε ποιητὰς ἀναγκάζειν φθέγγεσθαι, καὶ πάντας ὅσους ἐν τῇ πόλει· ζημίαν τε ὀλίγου μείζην ἐπιθείην, ἀνδρὶ τις ἐν τῇ χώρᾳ φθέγξαιτο. Nam mihi, inquit, hæc ita necessaria esse uidentur amice Clinia, ut Creta insula est. Quod si legumlator essem, profecto poetas, & reliquos ciues ita dicere compellerem, pœnam'q in eos grauissimam statuerem, siquis apud suos dicere auderet, aliter uidelicet. Interpres. Nam mihi quidem o' Clinia ita hæc necessaria uidentur, ut si leges ipse Cretensibus conderem, tam poetas, quàm cæteros omnes ciues sic dicere compellerem, maxima'q damna intentarem, siquis in tota iusula diceret. Profecto' bonus Interpres, ut nomen patriæ suæ præteriret, uim ademit orationi, subticuit'q particulam illam, ut Creta insula est. In cæteris uero quid somniet, aut quo modo cum Platonis sententia conueniat, ipse uiderit. Tum Plato, hoc idem latius explicans interrogat eos, qui aliam esse iustam uitam aliam iucundam exi

ſtimant, utram feliciorem ſtatuant, iuſtam'ne, an iucundam, Nam ſi iucundam reſpondeant,
» conſtare ſibiipſis non poterunt. Sic enim, inquit, filium aduerſus patrem argumentari, ὦ πόν-
» τος, οὐχ ὡς δίδαι μονέστατά με ἐθέλου ζῆν, ἀλλ' ἀεὶ διακελευόμενος οὐδὲν ἐπαύου ζῆν με ὡς δικαιότατα.
» Non'ne mi pater, uitam mihi feliciſſimã comparans, iubebas ſemper, ut q̃iuſtiſſime uiuerem?
» Interpres. O' pater non'ne q̃feliciſſime uolebas me uiuere? Cur ergo nunq̃ ceſſabas iubere, ut q̃
» iuſtiſſime uiuerem? Diuiſit hic unicam Platonis propoſitionẽ in duas, & primam eius partem
» ſine ullo medio reprehendit, quaſi iuſtiſſime uiuere contrariũ ſit uitæ felicitati, & ſimul iſta cõ-
» ſiſtere nequeant. Prorſus mutatum eſſe Platonis ſermonẽ, & in aliam formam redactum, quis
» non uidet? Tum Plato, εἰ δ' αὖ τὸν δικαιότατον, δίδαι μονέστατον ἀποφαίνοιτο βίον εἶναι, ζημίου-
» τος ἂν ὁ ἀκούων οἶμαι, ὥστ' ἐν αὐτῷ τὸ τῆς ἡδονῆς κρεῖττον ἀγαθόν τε, καὶ καλὸν ὁ νόμος ἐνὸν ἐπαινεῖ.
» Εἰ γὰρ δὴ δικαίῳ χωριζόμενον ἥδιον ἀγαθὸν αὖ γίγνοιτο; Φθονερὲ κλέος τὸ, καὶ ἐπαινος πρὸς ἀνθρώπων
» τε καὶ θεῶν; ἆρ' ἔστιν ἀγαθὸν μὲν, οὐ καλὸν, ἀεισὶς δέ; δύσκλεια δὲ πάλαι ἦν; At uero ſi uitã iuſtiſſimã
» eſſe feliciſſimam dicet, quæret aliquis quid tandẽ in ea uita boni, aut honeſti ſit, quod tanq̃ a'
» uoluptate ſeparatum laudari poſſit? Quid enim boni contingere iuſto poteſt ſine uoluptate?
» Dic obſecro. Gloria, & laus ab hominibus, ac diis immortalibus proficiſcens num res honeſta,
» bonaq̃ eſt, at uero iniucunda? contra autẽ ignominia, & infamia inhoneſta, & tamẽ iucunda?

Hæc ita a' Platone dicuntur, ut uita, quæ iuſta eſt, eadẽ iucũdiſſima, & feliciſſima eſſe exiſti-
metur, ſcilicet ex patris reſponſo, qui uitam iuſtam, felicẽ eſſe conceſſit. Aſſumitur uero, ut etiã
ſuauiſſima ſit, ea ratione, q̃ nullum bonum poteſt eſſe iniucundum, ut gloria, & laus, nec malũ
iucũdum, ut ignominia, & uituperatio. Interpres, qđ Plato per interrogationem dicit. Quid
boni, aut honeſti eſſe poteſt in iuſto ſine uoluptate, quaſi dicat, nihil eſſe huiuſmodi, ſed idem
» eſſe bonum, atq̃ iucũdum, ipſe inq̃ Interpres ita cõuertit. Et cur nam, inquit, uoluptatis bonũ
» lex laudat, quaſi reperiatur, inſit'q̃ in uita? Quid enim a' uoluptate ſeparatũ iuſto bonũ adeſſe
» poteſt? An laus, & gloria apud homines, & apud deos? Num reperitur aliquid bonum quidẽ,
» atq̃ honeſtũ, iniucũdũ autem? Ornatum hic, & acrimoniam facit diſertus Platõis Interpres,
» ſed quid dicat, neſcio ſi rediens ab inferis Oedipus diuinare facile poſſit. Item Plato eos etiã,
» qui trigeſimũ annum exceſſerint, & ad ſexageſimũ uſq̃ puenerint, cantare iſtituit. τοὺς ἀπὸ
» διακόντα μέχρις ἑπτὼν ἐξήκοντα γεγονότας ᾄδειν. Interpres & ad ſexageſimum uſq̃ peruenerint
omiſit, cum hic terminus ſit ætatis, cui cantandi officium demandatur. Eos enim, qui ſexage
ſimum annum exceſſerint, à cantandi munere immunes eſſe Platonis leges uolũt. Quod ita In
» terpres exponit. Non minus eos compellere, qui ſexageſimum exceſſerint, q̃ qui trigeſimum,
» planè contra ſenſum eius, quem interpretatur, authoris. Item Plato, λέγεις δὲ ὦ ξένε, τίνας τοὺς
χοροὺς τοὺς φίλους; Sed quoſnam hoſpes tertios choros conſtituis? Interpres quoſnam o' ami
» ce tres tu hos choros appellas? Itẽ Plato. μάλα γὰρ ἄτοπος γίνοιτ' ἂν ὡς γ' ἐξαίφνης ἀκούσαντι. Διονύ-
» σου προσβυτῶν χορὸς, εἰ ἄρα οἱ ὑπὲρ διακόντα, καὶ πεντήκοντα δὴ γεγονότες ἔτη μέχρις ἑξήκοντα αὐτῷ
» χορεύσουσιν. Nimirum primo aſpectu, abſurdus quidam ſenilis chorus hic Liberi patris uideri
» poteſt, quando homines, qui trigeſimum annum exceſſerunt, & qnquaginta iam annos nati,
» ac etiam ad ſexageſimum uſq̃ prouecti choream agere conantur. Interpres. Turpe nanq̃ erit,
» ſi ſeniorum chor⁹ ultra trigeſimum, & quinquageſimum, & uſq̃ ad ſexageſimum, cum ſubito
» Dionyſum audierint, tripudio ſaliant. Quàm recta, & pulchra interp̃tatio iſta ſit, facile a' quo
» uis iudicari poteſt. Tũ Plato eos, q̃ ſexageſimum annũ exceſſerint à cantãdi munere eximẽs.
» οὐκοῦν ἐν δικάτῳ γε, καὶ πανυδίοις ἀνθρώποις ἆδειν ἐστὼς ὀρθὸς, ἔλθ μᾶλλον αἰσχύνοιτ' ἄν, καὶ ταῦτά γε ἀν-
» θαπερ οἱ τοῦδε νέκης χορεὶ ἀτονιζόμενοι, πεφωνασκηκότες, ἰσχνοί τε, καὶ ἄσαρκοι. ἀναγκάζοιντο ἆδειν οἱ θε-
» ῶροι παντάπασί που ἀηδῶς τε, καὶ αἰσχυντηλῶς ἄδοντες, ἀπροθύμως αὖ τῶτ' ὀκνοῦντες. Et quidem
» in theatro, inquit, inter uarios homines ſtare cantando longe turpius ſibi putabit, præſertim, ſi
» quemadmodum chori de uictoria certantes ſtudio clarificandæ uocis, extenuati, ieiuni'q̃ can-
» tare cogentur. Tales enim moleſte prorſus, nec ſine pudore cantabunt. Itaq̃ ſegni, & pigro ani
» mo id facient. Interpres. Sed multo magis in theatro coràm multitudine rectus cantare non
» poterit, præſertim ſi chori quemadmodum, qui de uictoria contendunt, tenues, atque ieiu-
» ni cantent, propter meliorem habitudinem uocis. Sic enim omnino alieni ab hac re ſenio-
» res erunt. Poſthæc Plato adoleſcentibus uinum omnino uetat, uſque ad duodeuigeſimum
» annum. μὴ χρῆναι, φησὶ, πῦρ ἐπὶ πῦρ ὀχετεύειν εἰς τὸ τὸ σῶμα, καὶ τλῳ ψυχλῳ, πρὶν ἂν τοὺς πό-
» νους ἐγχειρεῖν προβάλλεσθαι, τὴν ἐμμανῆ βλαβουμένους ἕξιν τῶν νέων. ignem igni ſuggerere in cor
» pus, atque animam adoleſcentis, nequaquã, inquit, oportere prius, q̃ aditus detur ad labores,
» ſcilicet ne furibundi iuuentæ impetus uſu uini effrenatiores reddantur. Interpres, non oporte-
re ignem

re ignem ad ignem ſiue animæ, ſiue corporis effundere, ante, quàm labores furioſus iuuenum
habitus ſubire incipiat. Confundit ſententiam Platonis, & cauſam, quam ille poſuerat dicẽs.
Ne furibundi iuuentæ impetus effrenatiores reddantur, omittit. Item Plato quadraginta an
nos natis aliquando meracius uinum haurire permittit, cum aliorum plurium commodorum
gratia, quæ ipſe enumerat, tum etiam, ut hilariori animo fungantur officio cantandi diebus fe-
» ſtis, & publicis patriæ ſolatiis εἰς μέγα τὸ προάγειν τοίνυν αὐτοῦ μετέχειν ἡμᾶν ᾠδῆς, ὅπως ὁ Διόνυ-
» σος καὶ παντάπασιν ἀχρήμων γίγνοιτο. Non omnino, inquit, hic modus indecens fuerit ad maiores
» natu in moduli noſtri conſortium inuitandos. Interpres, hic igitur modus erit, quo nos quoq̃
» ſine pudore cãtu participabimus. Vertit in primam perſonam, quod a' Platone in tertia dictũ
fuit, quaſi illi de ſeſe agerent, non de ſenioribus ciuitatis conderent legem. Itẽ Plato Cretẽſes
& Lacedæmonios dicit rẽpublicam habere, quaſi caſtrenſem potius, q̃ ciuilẽ. Itaq̃ fieri, ut ado
leſcentes ſuos, ueluti pullos eqnos gregatim paſcentes, ſtulte, atq̃ ĩprudenter poſſideãt, & ĩfert,
» λαβὼν δὲ οὐδεὶς ὑμῶν τὸν αὐτοῦ παῖδα τῶν ξυνόμων στάσεως σφόδρα ἀγριαίνοντα, καὶ ἀναγκαζοῦν-
» τα, ἱππικόμων τε ἐπέσθειν ἰδίᾳ καὶ παυσάμενον τε, καὶ ἡμέρων, καὶ πάντα τρόπον ἀποδεί-
» λους τῇ παιδοφοβίᾳ. ὅθεν ὁ μόνον ἀγαθὸς στρατιώτης ἔσῃ, πόλιν δὲ, καὶ ἀγρὸν δυνάμενος οἰκεῖν.
Et nemo ueſtrum eſt, inquit, qui capiat ſuum, & ex ſociorũ cõſortio euellat, ut ferocẽ admo
» dum, ac ad uehendum difficilem domari ſeorſum iubeat, erudiatq̃ pertractando manſueſaciẽ
» do, & conuenientem cultũ oĩbus in rebus adhibendo. Quo non modo in re militari præſtet,
» ſed etiam rempublicã adminiſtrare egregie poſſit. Hanc Platonis elegantiſſimam ſimilitudi-
» nem Interpres in aliam ſermonis ſpeciem ineptiſſime peruertit. Nec ſententiam Platonis, nec
» ſplendorem orationis reddens. Vnde, inquit, quiſq̃ ueſtrum arripiẽs ſuum priuatim domat,
» & cætera, quæ conueniunt, facit quare miles quidem probus erit, ciuitates autem, atq̃ urbes gu
» bernare neſcio ſi poterit, ſicut ille, de quo iam diximus. Ex hoc in primis coniecturam facere la
tini homines poſſunt, quanta ſit huic interpreti cæteris in rebus fides adhibenda. præſertim cũ
de Platone, de Ariſtotele, ac de cæteris philoſophis iudicat. Poſt hæc Plato, quænam mu-
ſa ſenectuti accommodatior ſit, quærit, cum'q̃ hanc iudicet optimam eſſe debere, decernit eã
eſſe, quæ non modo uoluptatem, ſed etiam fructum commodiſſime pariat his uerbis.
» οὐκοῦν πρῶτον μὲν δὴ τόδε γε ὑπάρχειν ἅπασιν, ὅσοις συμπαίρεπταί τις χάρις. ἢ δῆλον αὖ τῶ μόνον
» τὸ ὡτυδιαίοτατον εἶναι, ἢ τινὰ ὀρθότητα, ἢ τὸ ὠφέλιμον. Itaq̃ hoc primũ, inqt, ineſſe opor-
» tet oĩbus rebus, quas uoluptas cõſequitur, ut aut uoluptas ipſa ſola alliciat, eaq̃ præcipuum ſit,
» ut aliqua recti ratio, aut tertium commoditas teneat. Sic Plato. Interpres. Quid uel, inquit, ut
» id ipſum, quod ſit cauſa ſolũmodo ſui ametur. Reuiuiſcat iterum, atq̃ exurgat Oedipus, & qd
hoc loco Interpres dicere uoluerit, diuinet. Item Plato demonſtrare exemplis conatur, quid
in ſingulis officiis, ſtudiis'q̃ uoluptatem afferat, quid recti ratiõem, quid cõmoditatem, aut in
educando, erudiendo'q̃, aut in coniectandis, imitãdis'q̃ artium exemplaribus. Quo in loco uo
luptate determinandum cenſet, quid ſine detrimento oblectet, nec recti, aut commodi ratione
expetatur, id'q̃ iocum, ſolatium'ue appellat. Recti autẽ rationem in rerum imitatione cõſtituit,
& iudicio, quid tandem recte animo conceptum noſtra opera expreſſerimus, deſcribit, quo per
tinere, inqt, diligentem rei cognitionẽ. Neq̃ enim fieri poſſe, ut recte'ne an cõtra imago quæ-
libet repreſentetur, intelligas, niſi exemplaris naturam fueris ſummo ſtudio perſcrutatus. Ita q̃
peritum iudicem tria illa noſſe oportere, quid ipſa res ſit, quid in ea recte a' natura tributum fue
rit, quid bene, male'ue in exprimenda eius effigie ab ingenio factum extiterit. Quod ut aperti⁹
» declaret, exemplum affert huiuſmodi. Εἰ δ' ἐγνώσκοι μὲν ὅτι δ' γεγραμμένον, ἢ τὸ πεπλασμένον
» ὄτιν' ἄνθρωπος, καὶ τοὶ μὴ πάντα τοὶ ἑαυτῷ, καὶ χρώματα ἅμα, καὶ σχήματα ἀπειλήφοι τοῦ τῆς τέ-
» χνης; ἀράγε ἀναγκαῖον ἢ μὴ τῷ τοῦτο γιγνῶσκοντι, καὶ ἐκεῖνο ἐτοίμως γινώσκειν, εἴτε καλὸν, εἴτε ὅπη ποτὲ
» ἐλλιπὲς αὖ εἴη καλούς; Quid ſi forte, quod pictum, fictum'ue eſt hoĩem eſſe, ac ſua mẽbra oĩa,
» ſuas figuras, ſuos colores, ab arte recepiſſe cognoſcimus? Num quoniã hæc ita ſentimus, illud
» etiam continuo agnoſcamus oportet, dignitatem hominis aut integre apparere, aut ex aliqua
» parte deficere? quaſi dicat minime id continuo cogniturum, qui hominem eſſe norit, quod pi-
» ctum eſt, & membra, colorem figuram'q̃ hominis uiderit. Nam ſi hominem cernis, & caput,
aut manũ, ſiue pedẽ eius intueris, quid aũt recti in unoquoq̃ mẽbro requiri debeat, quã conue
nientiã, ac moderationẽ ſeruari deceat, ignoras, nequaq̃ tu qdem aut officiũ noſſe poteris, aut
uenuſtatis, dignitatis'q̃ rationẽ. Quippe nõ cuiuſuis hoc iudiciũ eſt, ſed exploratoris naturæ, et
architecti opifici aĩantiũ contẽplandi authoris. Quapropter idẽ hęc uerba addit, πάντες μέν τ'
ἂν ὡς ἔπος εἰπεῖν ὦ ξένε, τὰ καλὰ τῶν ζώων ἐγνώσκομεν. Nẽpe mi hoſpes, ſi hoc ita eſſet, oẽ. fere

quænam animalia pulchra forent, nosse facile possemus. Sic Plato. Interpres autē nec quid interrogetur, nec quid respondeatur, intelligit. Et quod Plato, interrogando, ac reprehēdēdo refutat, ponit ipse, atq; admittit. Siquis, inquit, depictum cognoscet hominē, qui partes, colores, figuras omnes artificiosissime habeat, nōne statim cognoscet, sicubi defectus aliquis sit? omnes o' amice hoc pacto picturam animalium cognoscimus. O' præclarum iterpretis ingenium, merito scilicet Plato reprehendi a' tali homine meruit. Quid hoc loco musicam disciplinā commemorem, de qua Plato latissime tractat publicæ eruditiōis gratia? hanc noster Interpres amplissimam operis partem usqueadeo peruertit, ut tota unus error sit prorsus intolerabilis. Quapropter hac parte, ne prolixiores simus, omissa, ad reliqua pergemus. Constituit deinde Plato uiros seniores, uirtute præstantes, q conuiuiis præsint, & errores, qui per uini usum fieri plerūq; solent, moderentur. Quocirca lege decernit, nequid turpiter agatur, sed sobrii magistratus consilio uinolentorum uitia compescant his uerbis ὧν δὴ χωρὶς, μέθη διαμάχεσθαι δεινότερον, ἢ πολεμίοις εἶναι, μὴ μετὰ ἀρχόντων ἀθορύβων. Difficilius esse dicit ebrietati resistere sine magistro, atq; authoritate legis, q̄ hostibus sine duce constante, atq; tranquillo. Quem locum Interpres ita exposuit. Vinolentos duces, quibus cum pugnare non ebriū difficilius est, quā cum hostibus perturbatis. Tum Plato καὶ τὸν αὖ μὴ διαιωκόμενον ἐθέλειν πείθεσθαι τούτοις, καὶ τοῖς ἄχυμόσι τοῖς τῆ δίψει νύξουσι, τοῖς ὑπὸ ἐξήκοντ' ἔτη γιγνόσιν, ἴσον, καὶ μείζω πλὴν αἰχμώλου φόβου, ἢ τὸν τοῖς τῆ ἄρεος ἀπειθοῦσι τὰ ἀρχεῖα. Qui, inqt, his obtemperare nolit præceptis, & liberi patris ducibus, ætate iam ultra sexagesimum annum prouectis non minus, immo grauius notetur, quam, q Martis principibus non obtemperat. Interpres. Siquis autem ultra sexagesimum annum natus legibus, ac ducibus Dionysii non obtemperet, æquale uel etiā maius dedecus ferat, quā qui ducibus Martis non paret. Parū ne hoc loco errat Interpres Platonis, cum in eos pœnam statuat, quib° tanq̄ integerrimis uiris gubernandi munus à Platone demandatur, & non secus his parendum censetur, q̄ ducibus exercituum? Supplicium uinolentis præscriptum bonus Interpres transfert in uiros sobrios, & probos magistratus, qui sexagesimū iam ætatis annum excesserint. Itē Plato, τόδε τοσόνδε δίδαξ, φησὶν, ὅτι πᾶν ζῷον, ὅσον αὐτῷ προσήκει νοῦ ἔχειν τελεωθέντι, θᾶττον, καὶ θᾶσσον οὐδὲν ἔχον ποτὲ φύεται. Noui equidem, inqt, ita esse, ut nullū animal quantū ingenii sibi conuenit iam perfecto, tantū a' primo naturæ ortu habeat. Interpres. Illud tamen scio, q̄ aīal cum tanto nascitur ingenio, quantū pfecta ætate habet. Peruersor sanè potius, q̄ conuersor legum Platonis dici aduersarius merito potest, cum plane' per contrarium pleraq; interpretetur. Item Plato cum de musica ratione satis disseruisset, uellet'q; iam de corporis exercitationibus agere, interrogauit socios, an audire de ea re aliquid uellent. Cui Clinias hoc modo respondet.

ὦ ἄριστε, κρησὶ, καὶ λακεδαιμονίοις διαλεγόμενος μουσικῆς πρὶ, διελθόντων ἡμῶν, ἐλλιπόντων δὲ γυμναστικῆς, ἆ ποτε οἴᾳ σοι πότερον ἡμῶν ἐρρηθεῖναι πρὸς ταύτην τὴν ὄρθωσιν, πρὸς ἃ ὁ πλάτων ἀφῆκε λείπεσθαι; ἐτωγ' ἂν τι φαίην ἔχειν, ταῦτ' ὀρθόμενον σαφῶς, καὶ μανθάνων ὡς ὀρθῶσις οὖσα αὐτὴ, τανῦν ἀπόκεισός τε ὄθιν, ὡς εἶπον. καὶ ἔτι πρόσαξις διαπεράνασθαι τὰ τοῦδε γυμναστικῆς. O' uir egregie, q cum Cretensibus, & Lacedæmoniis disseris, postq̄ de musica disciplina satis disputatum est, & desyderio exercitationum adhuc tenemur, quid tandem nos potius, ad istam tuam interrogationē responsuros arbitraris? Tum Plato equidē satis tam abs te responsum arbitror, post, q̄ ita interrogas, plane' q; intelligo te sic rogando respondere qd maius, & quæ ad exercitatiōis rōnem ptinēt, iubere explicari. Interpres, qd o' uir optime, tu cū Lacedæmōios, & Cretēses alloquaris, ac tractatū de musica sit, sed de gymnastice nihil, qd inq̄ siqs interroget rñdebis? Interrogantē te affirmabo ipse apte rñdisse. Nā hæc interrogatio respōsio est. quā pclara interpretatio uiri in utraq; lingua eruditi? Sed hæc pauca ex multis satis sit ex secundo lib. collegisse.

EX LIBRO TERTIO. Caput IIII.

Vnc tertiū quoq; librū q̄ scite cōuerterit, uideamus. Narrat Plato uitā, & mores hominū, q post diluuiū illud generale primi fuerūt, rudes scilicet, atq; exptes uirtutū, ac uitioꝝ ei° ætatis, qua ipse uiuebat, atq; ita iterrogat. ἆρ' οἰόμεθα ὦ θαυμάσιε, τοὺς τότε ἀπείρους ὄντας, πολλῶν μὲν καλῶν τῶν κατὰ τὰς ἄσκησιν, πολλῶν δὲ καὶ ἐναντίων τελείους πρὸς ἀρετὴν, ἢ καὶ πρὸς κακίαν γεγονέναι. Nū priscos illos hoīes exptes reꝝ, usu ciuili, tū honestaꝝ, tum inhonestaꝝ uirtute aut etiā uitio calluisse arbitremur? Interpres. Nū intelligis uir eximie multoꝝ bonoꝝ, multorū'q; contrarioꝝ, quæ in urbibus sunt exptes tūc illos, uel ad uirtutē, uel ad uitia pfecti° postea pfectos fuisse? Negat ætatem pfecisse uirtute, aut uitio, & curriculo annorum annoꝝ uersutiorē fuisse, qd̄ apte a' Platone scriptū uidem°. Tum q̄m priscis illis tpib° non dū usus ferri, aut æris, & cæteroꝝ metalloꝝ erat, affert Plato, οὐκοῦν μὴ τέχναι, ὅσαι πρὸ σιδήρου δέον τοι, μὴ χαλκοῦ, μὴ τῶν τοιούτων ἀπόντων, ἦν αὐτὸν χρόνον, μὴ ἔτι πλέονα ἢ φανισμέναι αὖ εἶεν. Igit' artes etiā oēs, quæ ferrū, aut æs, aut quod uis huiusce modi metallum sibi requirunt, iisdem illis tē poribus, ac longe post haberi non poterat. Interpres, Erant igit' ferri, æris, omniū'q; huiusmodi artes eo tpe, imo maiore ignorantiæ tenebris obsitę. Quod Plato superius dixerat, repetit frustra, & qd̄ a' Platone affertur, cernere nō pōt. Non enim artē excusoriam defuisse affert hic Plato, hoc. n. dictū superius est. Sed cęteras etiā oīs artes, quæ ferri usum reqrunt. Nam si usus ferri, aut alterius huiusmodi materiæ nō dū erat, ne artes quidē haberi poterāt, quæ sine ferro, aut alia huiusce modi re exerceri nō possunt. Quis. n. esse faber lignarius possit, sine serra, ascia, dolabro, cultro, ac cæteris ferramentis ad hāc artē necessariis? At uero Interpres unā ferri, atq; æris artē affert, q̄si cæteræ esse eo tpe possent, quo ferrum nō habebat. Item Plato. ὅτι δέφημι δύχῃ χαθαι σφαλερὸν εἶναι, νοῦν μὴ κεκτημένον, ἀλλὰ τάναντία τοῖς βουλήσεσι γίγνεσθαι. Optare quicq̄, inquit, aut p̄cibus a' Deo petere, haud tutū eē, nisi q optat prudēti, & recto cōsilio ea expetat, quæ tribui sibi a' Deo desyderat. Nisi. n. ita agatur, satius esse his cōtraria petere, quæ optant. Interpres hanc Platonis sententiā ita exponit. Dico. n. non esse tutū cupiditatē seq, si mētē nō habeas. ptra. n. q̄ uelles oīa fiunt. Itē Plato uiros, q magistratib° pesse debeāt enumerans θεοφιλῆ δέ φησι, καὶ δύτυχῆ τινα λέγοντες ἐσεσθόμιλω ἀρχὴν, εἰς κλῆρόν τινα προάγομεν. Septimum, inqt, magistratū felicē, diis'q; carissimū constituētes ad sortē aliquam euocemus. Interpres. Deo aūt, amicis, atq; felicibus septimā in principando sortē attribuimus. Post hæc Plato Remp. Lacedæmonioꝝ cōmendat, ut ex rege, senatu, & cōsulibus, quos illi ephoros uocant, ad ciuitatis salutē commode constitutā, & nisi talis, inqt, Resp. eoꝝ esset, nequaq̄ superioribus tpibus a' Temeno, & Cresphonte, & legūlatoribus ætatis illius, factio Aristodemi seruari potuisset. ἐπὶγε τημένῳ, μὴ κρεσφόντῃ, μὴ τοῖς τότε νομοθέτοις, οἵ τινος ἀρχὴν νομοθετοῦντες, οὐ δ' ἡ ἀριστοδήμου μερὶς ἐσώθη πότ' αὖ. Aristodemus aūt iste Lacedęmoniorū rex fuit, cuius nomē quoniā ab optimo, & populo est cōpositum, quemadmodum sæpe accidit, ut noīa propria ab appellatiuis reperiant esse cōposita, Doctus Interpres putauit, non unū proprium nomē esse, sed duo appellatiua, & non regē Lacedęmonioꝝ, sed partē populi optimā significari. Itaq; hūc in modū conuertit. Nec optima quidem pars populi seruata esset. Itē Plato uitā priscorū hominum q̄q̄ ferro caruit, artibus tū, quæ sine ferro exerceri possunt, nō caruisse fatetur ἀι πολλαὶ καὶ φησι, μὴ ὅσαι πολεκτικαὶ τῶν τεχνῶν, ἀλλ' εἰ προσθέον ὃ σιδήρᾳ. Quippe figuli, inquit, & textorum ars ferro non eget. Interpres ne longior esset, cōtextorum omisit, quanq̄ ea particula ad artium diuisionem necessaria adhibita a' Platone fuerat. Item Plato, causas interitus rerū publicarū quærit, quaꝝ unā dicit esse cupiditatem, atq; auaritiā, unde sæpenumero bella oriūtur, hoc exemplo græcoꝝ confirmat, repetens bellum persicū, quo græcos parum honeste pro se dicit pugnasse, non quia uictoriam adepti nō fuerint ἀλλὰ τῶν ζώων τότε ὄντων ἐν ἑλλάδι πόλεων τῶν μεγίστων, ἀργους, λακεδαίμονος, καὶ τῆς ἀθηναίων πόλεως, μίαν μὲν τὰδε τῆς ἑλλάδος ἀμῦναι, τῷ δὲ δύο κακῶς οὔτως εἶναι διεφθαρμένω, ὥς τε μὴ μὲν, καὶ λακεδαίμονα διεκώλυεν ἐπαμύνειν αὐτῇ, πολεμοῦσα κατακράτος. Sed, q̄ cum tres essent Græciæ præcipuæ ciuitates, Lacedæmon, Argus, Athenæ, una tantum earum pro Græcia decertarit, reliquæ non modo nō fuerint utiles, sed etiam altera alteram bello impedierit, ne communi saluti succurrere posset. Interpres, ut altera Lacedę monem quoq; ne se defenderet prohibuerit. Officium, quod Plato in communem omnium græcorum statū requirit, hic dūtaxat ad Lacedæmonios refert. Item Plato genus omne græcorum dicit facile dirimi potuisse, & facile per barbaras nationes dispergi, nisi Atheniēses, & Ladæmonii strenue pugnantes cōmunem statum seruassent. Et καθάπερ ὧν τάδεσι τυραννῆσι τανῦν, διαπεφορημένα, καὶ ξυμπεφορημένα, κακῶς ἐπαυρμένα κατοικέπαι. Quemadmodum, inquit, graii, quibus Persæ hoc tēpore dominantur, passim dispersi, male diducti, ac dissipati incolunt, Sic tum genti græcoꝝ uniuersæ accidere potuisset. Interpres. Sicuti modo Persæ male dissipata omnia tyrannice regunt. Item Plato, cū ostendere uellet idem Persis, atq; Athenienſib° accidisse, sed alteris ob summam seruitutē, alteris ob summam libertatē πῶς δή, καὶ τί λέγω μεν' φησὶ θωτεῦθεν, οἱ προγεγονότες ἡμῖν ἔμπροσθεν λόγοι, ὅπου τινὰ καλῶς ἐσιν ἐρημένοι. Quid, & quemadmodum, inquit, deinceps dicendum est. Sermo, quem adhuc habuimus, recte quodāmodo est habitus. Interpres. quomodo uero, & cur habita iam uerba quodāmodo dicta ostenderunt. Ita, qd̄ Plato dicturus est, hoc dictum iam esse Interpres putat. Tum Plato, ubi ordinem, & modestiam ueterum Atheniēsium exposuit, poetis potissimum culpam deprauatę mu

» ſicæ tribuit. ποιητικὴ φησιν ἐγένοντο φύσει μὲν ποιητικοὶ, ἀγνῶς μοῦσθε δὲ πρὸς τὸ δίκαιον τῆς μούσης,
» καὶ ἁρμονίας μὲν βακχεύοντες, καὶ μᾶλλον τοῦ δέοντος ἡττημένοι ὑφ' ἡδονῆς. Poetæ, inquit, inge-
» nio quidem ualuerunt, ſed in officio, ac iure muſicæ diſciplinæ fuerunt iniquiores, cum debac-
» chari, & uoluptati, ultra, quam oporteret, indulgere ſtatuerunt. Interpres. natura quidem
» poetici, ſed erga iuſtam muſicam ingrati, legem cauponantes, & a' uoluptate magis, q̃ oporte-
» ret uicti. Egregie certe, ut reliqua. Item Plato deprauatæ muſicæ errorem primum fuiſ-
» ſe dicens, hæc ſcribit. νῦν δὲ, ἦρξε μὲν ἡμῖν ἐκ μουσικῆς, ἡ πάντων εἰς πάντα θράσος δόξα, καὶ παρ-
» ρανομία. Incepit quidem a' muſica omnium in omnibus ſapiẽtiæ uulgaris opinio, & depra-
» uatio. Interpres. Nunc uero cum a' muſica reciderimus, iniquitas ſapientiæ, quæ opinio, quã
» omnes in omnibus habebant, principiata eſt. Sed hæc ex tertio libro ſatis.

EX LIBRO QVARTO. Caput V.

Ranſeo nunc ad quartum librum, in quo Plato interrogat. Num ciuitas, quę condi
t tur, portum habeat. Reſpondet Clinias, portum habere, et quidem cõmodiſſimum.
» tum Plato, παπαῖ φησιν, οἷον λέγεις; Heu inquit, quid ais? improbans uidelicet ma
re, ac portum uicinum, ob deprauationem morum, quæ ex cõgreſſu, & cõmerciis ho
minum peregrinorũ ſolet accidere. Interpres dictũ hoc Platonis omiſit. Heu qd ais, quanq̃ ne
ceſſarium erat, ad eam, quã modo dixi, ſententiã Platonis, uerba enim hæc aſpernantis ſunt, &
rem, de qua agitur, repudiantis. Deinde Plato, cauſam cur maris uicinitas incõmoda ſit, expo
nit. Ita, ut eius etiã rationem tangat, q aliter ſentit, & cõparatione maioris damni poſtponat le
» ue delectationis cõpendium. πρόσοικος γοὺν φησι θάλαττα χώρᾳ, τὸ μὲν παρ' ἑκάστην ἡμέραν ἡδύ,
» μάλα γε μικρὸν ὄντως ἁλμυρὸν, καὶ πικρὸν γειτόνημα. Mare, inquit, ciuitati uicinũ affert quidẽ in ui
» ta delectationẽ, ſed certe ſalſum admodum, & amarum conſortium eſt. Interpres, q prærogati
» ua quædã, eſt maris uicini, & ut id probetur efficiat, hoc eſſe cauſæ dicit, ut uitia cõſequãtur, ſic
» enim ſcribit. Mare nãq̃ ciuitati proximũ ſalſam nimium, atq̃ amarã ex quotidiana iucundi-
» tate ſolet uicinitatem afferre. Non ex quotidiana iucunditate praua affertur uicinitas, bone in
terpres. Non enĩ iucundus aſpectus, aut cõmodus uſus maris ciues deprauat, ſed inhoneſti, ac
uitioſi peregrinorũ mores, quos Plato deuitat. Nã quod ad eam quidẽ uicinitatis iucũditatem
attinet, profecto mare Platonis quoq̃ ſententia probãdũ eſt. Deinde Plato. Etſi ciuitas, inquit,
» uicina mari ſit, portum'q̃ cõmodiſſimum habeat, παραμύθιον πρὸς ταῦτα τὸ καὶ πάμφορος εἶν
» κέκτηται. Remedium tamen contra hæc habet, q oĩum eſt maxime fertilis, quæ uidelicet ad ui
» tam hoĩum neceſſaria ſunt, abunde ſuppeditat, nec eget peregrinarũ rerum commerciis. Inter-
pres, aduerſus, quæ oĩa fœcũditatem, inquit, etiã poſſidet. Omnia eſſe putat, qd unũ ad mariti-
mum ſitũ Plato refert, fœcunditatẽ etiã male pamphoriæ, quo uerbo Plato utit', reddit, nõ enĩ
copiã, ſed uarietatẽ rerũ hoc uerbũ ſignificat, quã ipſe quærere uidet', cũ agrũ ſuum tantũ uniuſ
cuiuſq̃ rei afferre deſyderet, quantũ modeſtæ ſufficiat ciuitati. Copiã enim, & fœcunditatẽ illã
interpretis, nõ modo non optat, ſed etiã recuſat, ne in aſportandis rebus, quę ſuperãt, ciues nõ
minus deprauẽtur, q̃ in importãdis, quæ deſunt. Quãobrem ita ſubdit, ἧττον δὲ οὕτω, σμικρὸν ὡς
» οὐκ ἂν πολύφορός τε εἴη, καὶ πάμφορος ἅμα. Aſper aũt ſi ſit ager, fieri nõ põt, ut ſimul, & fertilis
» ſit, & oĩum ferax. Quẽ etiam locũ puertit Interpres, cũ inqt, Verũ cum terra ſit, atq̃ aſpera, nõ
oĩum erit fœcunda, omiſit enĩ fertilis, qd' copiã indicat diuerſam, a' uaria rerũ, et, ut uerbũ Plato
» nis latino exprimere uerbo conemur, omnifaria facultate. Itẽ Plato τὸ μὲν πονηρότατόν μοῦν ἑκάστοις
» κόσ φησι μύνος ἀνθρώποις σμικρὸν, ἵνα μὴ δι' ὀλιγωθέαν, ζητοῦν ἔτι χρῆσθαι τοῖς αὐτοῖς ἔθεσι, δι' ἃ μὴ πρότερον
» ἐφθάρη. Quod uitio legũ ſuarũ, inqt, diffidere iã pridẽ cœpit, genus uidelicet hoĩum, & ꝓpter
» ꝓſuetudinẽ quæritat iiſdẽ moribus uti, qbus ante deprauatũ eſt. Interpres. Quod uero ſeditiõe
» cõcitatur cũ primos, qbus corruptũ eſt, mores deſyderat. Itẽ Plato, θεὸν φησι πρὸς τὸν τῆς πό
» λεως κατασκευὴν ἐπικαλώμεθα. ὁ δὲ, ἀκηδέστερόν τε, ἢ μὴ ὑπακούσας, ἴ' λεως, οὐ μεμνῆς τε ἡμῖν ἔλθοι ξωσθαι
» κοσμήσων τὴν πόλιν. Deũ, inqt, ad ciuitatẽ a' nobis condendã inuocemus, qui annuat optatis,
» uotiſ'q̃ noſtris benignus, ac propitius accedat exornaturus ciuitatem, cui operã dare ſtatuim⁹.
» Interpres, deum igitur ad ciuitatis conſtitutionẽ inuocemus, qui cum audiat, exaudiat'q̃, felix,
» propitius'q̃ una' nobiſcum ciuitatẽ, & leges exornaturus ueniat opto. Item Plato de æquo, &
» iniquo diſſerẽs, primũ opinionẽ illorũ exponit δίκαιον εἶναί φασι τὸ τοῖς κρείττοσιν ξυμφέρον.
» Qui æquũ id eſſe exiſtimarũt, quod potentioris cõmodum ſit, & hoc q̃qui rõnem deſcripſe
rũt, quẽadmodum etiã Thraſimachus ille primo reipublicæ libro cõtendit, quo in loco poten-
tioris nomen principẽ indicat, & fortuna ſuperiorẽ. Nam uulgo ita fieri uidet'. ut ſuperior q̃q̃

ita & leges

ſita & leges conſtituat, & cætera omnia agat, ut non tam ſubditorum commodũ, q̃ ſuum ſpecta
» re uideatur. Interpres melioris utilitatẽ dixit, quod eſt a' Platonis propoſito prorſus alienum.
Adducit enim ille hanc opinionem refellendam, ut prauam, cum ſæpenumero ita accidat, ut
potentiores, hoc eſt principes ſua abutantur poteſtate, & tyrannica authoritate faciant, quod
ſibi, non quod ſubditis proſit, hic melioris utilitatem dicens, nihil inconueniens iuſtitiæ affert,
iuſtam enim actionem uiro bono, & meliori eſſe commodam poſſe, nemini dubium eſt, quo
fit, ut Plato deſipere uideatur, cum per interpretem dicat, melioris utilitatem eſſe iniuriam, &
quod uiro uirtute prædito commoditatem affert, id eſſe iniquum. Sed certe non Platonis, ſed
Interpretis error eſt, qui potentiorem nomine melioris appellat. Item Plato, ἆρ' οὖν οἰόμε-
» θα ποτέ φησὶ δῆμον νικήσαντα, ἢ τύραννον ἄλλο τι, ἢ καὶ τυραννίδα, θήσεσθαι ἑκόντα πρὸς ἄλλο τι νό
» μους, ἢ τὸ συμφέρον ἑαυτῷ τῆς ἀρχῆς τοῦ μένειν; Num inquiunt, ſiquando tyrannus, aut popu-
» lus, aut Reſp. ulla uicerit, putas eos ultro legem laturos aliter, quam ut commodum ſuum in
» primis ſeruetur, & ſtatus permaneat? Interpres. Num igitur putas inquiunt, populum, ſi ty-
» rannum, aut alium quempiam ciuitatis modum euerterit, leges'q̃ ſponte ferat ad aliud prius.
Quod Plato commune dixit ſiue populus, ſiue tyrannus, ſiue aliquis uicerit, hic ad populum
unum refert. Etſi populus, inquit, tyrannum, aut alium quempiam euerterit, quaſi de populo
ſolum a' Platone quæratur, non de quouis domino, aut principe. Item Plato ſententiam reiicit
Protagorę, qui hominem eſſe dicebat modum, ſiue mẽſuram, aut metam rerum omniũ quam
ſententiam in ſermone quoq̃, qui Theætetus inſcribitur, pluribus, atq̃ optimis rõnibus ꝓfutat.
» ὁ δὴ θεὸς ἡμῖν φησὶ πάντων χρημάτων μέτρον αὖ εἶη μάλιστα, καὶ πολὺ μᾶλλον, ἢ που τις, ὥς φασιν αὖτοι.
» Deus, inquit, ſit nobis meta omnium rerum in primis, longe'q̃ magis, quam homo, ut aliqui
» uolunt. Interpres. Deus igitur omnium menſura maxime rerum eſt, multo'q̃ magis, ſiquis ut
» fertur homo eſt. Ergo Deum hominem eſſe fertur, Platonis ſententia, ſi credendum eſt inter-
preti. Et quoniam homo eſt, meta eſt omnium rerũ, quod Plato naturæ humanæ tribui nefas
arbitratur. Ita hic opiniones nouit philoſophorũ, Ita Platonẽ, quẽ reprehẽdit, intelligit. Itẽ Pla
to poſtq̃ de parẽtibus tũ uiuis, tum mortuis docuit, cõtinuo de prole, & cõſanguineis præcipit.
» ἃ δὴ πρὸς ἐκγόνους, καὶ ξυγγενεῖς, ἢ φίλους, καὶ ξένια φησὶν, ὅσα τε ξυνηθῆ πρὸς θεῶν θεραπεύματα,
» καὶ ὁμιλίας, συμπάντων τούτων ἀφροντιστοῦντα ἂν ἑαυτοῦ βίου φαυλοτέρως ἔχειν, κατὰ νόμον κοσμεῖ
» δεῖ τῶν νόμων αὐτῶν ἡ διέξοδος. τὰ μὲν, πειθουσα· τὰ δὲ μὴ ὑπείκοντα πειθοῖ τῶν ἀθῶν, δίκῃ καὶ δίκῃ κο
» λάζουσα τὴν πόλιν ἡμῶν, ξυμβουλευθέντων θεῶν μακαρίαν τε καὶ εὐδαίμονα ἀφροντιστεῖ. Quibus, in
» quit, erga prolem, cõſanguineos, amicos, ciues, atq̃ etiam erga hoſpites propter deos, & in cõ-
» greſſum horum omnium ſeruandis officiis, uitam quiſq̃ ſuam illuſtrare ornare'q̃ optima lege
» debet, ordo legum ipſarum, partim ſuaſione, partim ui, & ſupplicio, moribus conſulens effi-
» cit, ut diis bene iuuantibus Respublica noſtra felix, beata'q̃ habeatur. Interpres. oportet etiã
» filiis, atq̃ nepotib⁹, conſanguineis, amicis, ciuibus'q̃ noſtris, & deniq̃ aduenis, honorem ſuum
» tribuere, atq̃ ita ornatu, ſecundum'q̃ leges uiuere, legum uero ipſarum tractatio aliis quidem
» perſuadendo, duritiæ aũt morum inobedientes uia iuſtitiæ puniendo, ciuitatem nobis diis uo-
» lentibus felicem reddet, atq̃ beatam. Quid pro quo ĩterpretetur, ut ſententiam omnem puer
tat, & quemadmodũ loquatur, ipſa interpretatio oſtendit, nec eſt, cur id apertius explicare de-
beamus. Tũ Plato ſingulis rebus prædictis legẽ dicit debita forma accõmodari nõ poſſe, ſed
» aliter tractare de his oportere. ἔστι δὲ δὴ τὰ τοιαῦτα οὐ τινὶ μάλιστα σχήματι κείμενα, ἀ πάνυ ῥᾴδιον οὐ
» δαμᾶ λαβόντα, ὅπῃ τύπῳ ἐπεῖν. ἀλλ' οὔτω σί πως λόγου λάβωμεν. Quo, inquit, in genere ſint hæc,
» haud facile una quaſi forma complecti poſſunt, ſed hoc modo ferme' accipi debet. Interpres
» plane' contrarium uertit. Alia, inquit, etſi maxime figuram habeant ſuam, non facile tamen for
» ma una connectuntur, ſed modum quendam capiamus. Item Plato interrogat ſimplices'ne
leges ſcribi oporteat, an duplices? hoc eſt additis exordiis quibuſdam, & cauſis, cur unũquodq̃
ita præcipiatur, reſpondet Megillus, duplicem approbans legum expoſitionem. Plato nõ ſatis
ait eſſe Megilli approbationem. Sed præterea Cliniæ uoluntatem requiri, cui ciuitas conde-
» batur. Non ſatis hoc eſt, inquit, ἀ μὲν ἀλλάπου μὴ κλῄνία τοῦτο ἀρέσκειν δεῖ τὰ νεῶ νομοθετοῦ-
» μενα. Οὕτω γὰρ ἡ πόλις ἡ νεῶ τοιούτοις νόμοις χρῆσθαι διανοουμένη. Sed Cliniæ quoq̃ placere ea,
» quæ legibus ſancimus, oportet. huius enim ciuitas eſt, quæ huiuſmodi legibus uti debet. Itaq̃
» interrogatus Clinias reſpondet, ſimili modo, duplicem legum approbans expoſitionem. In-
» terpres quod interrogandum erat, pro certo, & iam explorato ponit his uerbis. Quod huic
» etiam Cliniæ probari exiſtimo. Item Plato cauſam, cur ita in legibus additã eo' pertinere exi-
» ſtimans, ut auditor beneuolus, docilis, attentus reddatur, διὸ δὴ κατά γε τὸν ἐμὸν λόγον τοῦτ' αὐτὸ

προοίμιον, ἀλλ' οὐ λόγος αὖ ὀρθῶς προσαγορεύοιτο τῆ νόμου. Mea, inquit, ſententia hoc exordiũ
» rectius, quàm ratio legis appellari poteſt. Interpres. Quare non legis pars, ſed exordium recte,
» ut ego arbitror, appellabitur.

EX QVINTO LIBRO. Caput VI

Ed iam quintum librum aggredior, in quo Plato ſuum cuiq; animũ poſt deos co/
» s lendum dicit, & quiſnã animi cultus, quæ obſeruãtia ſit, docet, quo in loco, οὐδ' ὁ
» πότερον φησὶν ἡγητέ τις τὸ ζῆν πάντως ἀγαθὸν εἶναι, τιμᾶ τὼ αὐτοῦ ψυχήν. Nec uero
inquit, cũ uitam quiſpiã ſummũ eſſe bonum arbitratur, animum colit. Interpres,
nec quando uitam bonum animo arbitratur, honorat. Omiſit ſummum, quod uim totam ſen
tentiæ continet, uitam non malum eſſe, ſed ſummum bonum non eſſe a` Platone decernitur.
» Hic autem quaſi malum decerneretur, interpretatus eſt dicens, nec cum uitam bonũ arbitrat'.
Deinde Plato eum, qui pecuniis, & muneribus animum ſuũ proſequitur, nequaq̃ eum co/
» lere dicit, ſed παντὸς μὲν δὴ λείπειν, ideſt tota uia aberrare, ſeu longe abeſſe, utroq; enim modo
» dici latine poteſt. Interpres eam particulam, tota uia aberrare, ſic exponit. Sed dolore penitus
» exagitat, ſcilicet ipſe quoq; tota uia a` recta ſterpretatione aberrans. Idcirco autem in hunc erro
rem delapſus eſt, q̃ per imperitiam literarum græcarũ exiſtimauit λείπω uerbũ, quo uſus eſt
Plato λύπην, hoc eſt dolorẽ ſignificare, quanq̃ locus iſte nullam doloris ſuſpicionem affert.
» Mox Plato corporis ualetudinem, dignitatem, robur, celeritatem, & reliqua huiuſmodi χεύ
» νας φησὶ τὰς ψυχὰς, καὶ θρασείας ποιεῖ. animum uel audacem, uel quodammodo mollẽ dicit, red/
» dere, niſi moderationis ratio adhibeatur, hic mollem illum prodigum interpretatur, prodigos
» inquit, aĩos, audaces q; reddunt. Deinde Plato amicitias, & ſodalitates ita potiſſimum conſti
tui gratas, firmas q; exiſtimat, ſi ſua quiſq; beneficia in amicum collata minora, q̃ ille arbitret',
» ꝙtra uero, qui acceperit, maiora, q̃ qui dederit, putet. Quo loco his utitur uerbis ἐλάττους δ' αὖ
» τὰς αὐτοῦ διανοούμενος εἰς τοὺς φίλους χάριτας, αὐτῶν τῶν φίλων τε, καὶ ἐπαίρων. Minoris autem
» ſua in amicos beneficia facit, q̃ ipſi amici, ſodales q; faciãt. Interpres. Suam uero in eos gratiã
» minorem. Item Plato, cum eum reprehenderet, qui nihil fortunarum ſuarum impertiat aliis
» αὐτὸν μέν φησι λέγειν, ἃ δὲ κτῆμα, μηδὲν μᾶλλον δεῖ τὸ κεκτημένου ἀμείνω εἶναι. Ipſe, inquit, uituperan/
» dus eſt. Res autem, quam poſſidet, nihilo magis damnãda eſt, uitio poſſeſſoris. Interpres. Nec
» propter hominem, qui male poſſideat, res uituperanda ulla, nullam rem eſſe uituperandã di/
cit propter hominem, qui male poſſidet. Hoc uero nec Plato dicit, nec ullo pacto congruit ue/
ritati. Nam ſi res bona eſt, uitium poſſeſſoris rei bonitatem non adimit. Itaq; res nequaquam
damnanda eſt uitio poſſeſſoris, ut Plato ait. Sed ſi mala res eſt, eo` magis uituperanda eſt, quo
» uſu poſſeſſoris ſui reddi deteriorem oportet. Item Plato, Ἥν μοι δῆτα μέν φησι χρὴ πάντα ἄνδρα
» εἶναι, πρᾶον δὲ ὡς ὅτι μάλιστα. Omnes, inqt, bonos uiros, & animoſos ſimul, & mites eſſe opor
tere, ut animoſitate uidelicet, iniuriam uincant, atq; propulſent, eam ſcilicet iniuriam, quæ cor
rigi alioquin non poteſt, facilitate autem non miſerentur eos, quos in tolerabilem aliquem er/
rorẽ prolapſos uiderint, & pro ſua mãſuetudine, atq; humanitate, neqd præterea peccent, ad/
moneant. Tales autem & in Rep. dicit eſſe debere cuſtodes ciuitatis, canibus eos comparans,
» animoſos ſcilicet erga inimicos, erga ciues uero mites, atq; humanos. Interpres. Oportet, inqt,
» unũquenq; maximi quidẽ animi eſſe, ſed mitem ſũmopere. quid inter animoſum, & magnani
mum interſit, notum eſt omnibus, ſolo aduerſario excepto. Tum Plato de iis, qui tolerabi/
» lius peccant, πρὸς δὲ αὖ, τῶν, ὅσοι μὲν ἀδικοῦσί φησιν. ἰατὰ δέ. Errorem, inquit, eorũ, qui iniuriam
» quidem fecerint, ſed quæ corrigi poſſit. Interpres. Qui autẽ ſua iniuriis ita uexant, ut ſanabi
les ſint. Quod coniunctio, & quod articulus eſt græci ſermonis, hæc, pronomine, ſua, Inter/
pres accipit, exprimi hoc latinis literis difficile poteſt, tamen ita eſt, ut per ignorantiam erret.
neſciens quid αὖ, quid τῶν græce dictiones ſignificent, quarum altera coniunctio eſt, interdum
exornans potius ſermonem, q̃ aliquid deſignans, interdum aduerbium ſignificans rurſus, alte
ra articulus eſt, qui in lingua græca cum noſe iunctus profertur. Apud latinos uero, dum gram
matice loquuntur, in uſu nõ eſt, quanq̃ uernacula lingua loquentes eo utantur, & more græco
rum cum nominibus iungant. Ex his nanq; Interpres noſter unum conſtituit illud pronomen
ſua, frangens uerba, & Platonis ſententiam nõ intelligens. Agit enim Plato de iniuria, quæ in
alios infertur. Hic ſanabilem eum dicit, qui ſua iniuriis uexet, uti enim eius uerbis, qualiacũq;
» ſunt, neceſſe eſt. Item Plato πάντα ἄνθρωπον φησὶ χρὴ φεύγειν τὸ σφόδρα φιλεῖν ἑαυτόν. ἥν δὲ αὖ
τοῦ βελτίω,

» τῆ βελτίω, δι' ὀλίγου λεῖ. Neminem, inquit, diligere ſe nimium oportere, ſed unũquenque ſequi
» eum, quem ſe præſtantiorem eſſe cognouerit. Interpres. Meliores ſe uehementer amare, inqt,
Inepte ſane` amare pro ſequi poſuit. Platonis enim ſenſus eſt, neminem debere ſibi turpe exiſti
mare, quando id agat. turpitudo autem non eum, qui amat, comitatur, ſed eum, qui ſequitur
meliorem, quaſi meliorem ſectando, deteriorem ſe eſſe fateatur. Nullo igitur modo amare di/
» cendum eſt, ſed ſequi. Item Plato de dolore, ac uoluptate diſſerens λύπην ἐλάττω μετὰ μείζω/
» νος ἡδονῆς βουλόμεθα φησὶν. ἡδονὴν δὲ ἐλάττω μὴ μείζονος λύπης, οὐ βουλόμεθα. ὅστε δὲ, αὖ τὶ ἴσων ἑκά/
» τερα τούτων. οὐχ ὡς βουλόμεθα ἑλέσθαι ἂν δύναισθε φέρειν. Dolorem, inquit, leuiorem nos uelle cum
» uoluptate maiore. Voluptatẽ autem minorem cum dolore maiore nequaquã uelle. Subdit q;.
» Pari autem modo, utrunq; horum habere nos nolle, fateri poſſumus. Interpres. Æqualia ue
» ro ſi uolumus, non poſſumus declarare. Cur declarare non poſſimus, ſiqd uolumus, aut cur uo
lumus pro nolumus, poſuerit, Interpretem interrogate. Itẽ Plato decernẽdos eſſe cenſet ma/
giſtratus eo modo, quo in texendis telis fila firmiora pro ſtamine, infirmiora uero pro ſub/
» tegmine capimus. ὅθεν δεῖ φησὶ τοὺς ἀρχὰς αὖ ταῖς πόλεσιν ἀρξαντας, δεῖ διακρίνεσθαί τινα,
» ζόφον τοῦτο. καὶ τοὺς σμικρᾶ πεδίᾳ βασιλιαθέντας, ἐνίοτε καὶ τὸν λόγον. Ita uiros, inquit, q ma/
» giſtratum gerant, decerni, eodem fere` modo ſemper oportet, & eos, qui in leuiori eruditione
» comprobentur. Interpres, Ita homines magiſtratus habituros in ciuitate oportet diſcernere
» in diſciplina ciuili comprobatos. Item Plato de luſtrandis ciuitatibus agens, genera luſtrãdi,
partim grauiora eſſe, inquit, partim leuiora, meliora q; eſſe ea, quę grauiora ſunt, inſtar medica
» mentorũ, quæ eo amplius purgant, quo moleſtiora ſunt. ἔστι δ' ὁ μὲν ἀρίστος φησὶν, ἀλγεινὸς, καθά
» περ ὅσα τῶν φαρμάκων τοιαυτόπορα. Idcirco genus, inquit, luſtrandi optimum cum dolore eſt,
» ſicut ea medicamẽta, quæ ualidiora corporibus adhibemus. Interpres. Nam optima purgatio,
» quemadmodũ medicina ueneni particeps, ita doloris plena. Quoniam pharmaca apud græ
cos, & ſalubria dicuntur, ut ſunt medicinæ, quæ exhibentur ægrotis, et mortifera, ut eſt cicuta,
quæ data fuit Socrati, quo modo etiam uenena apud latinos capiuntur, ideo dicta, quod per
uenas eant, exiſtimauit doctus Interpres, quod a` Platone de ſalubribus dictum fuerat, intelligi
de mortiferis debere. Item Plato genus luſtrandi alterum explicat, quod ratione coloniæ
» deſcribit, ciues enim non probos remoueri, mitti q; per colonias cenſet his uerbis. ὅσοι δὲ τὼ
» τῆς ζοφῆς ἀρρεία. ὅσοι ἡγεμόσιν ὧδε τὰ τῶν ἐχόντων μὴ ἔχοντες, ἑτοίμους αὐτοὺς οἱ δείκνυσι παρ/
» ρησιαζομένους, ἐπεσθαι τούτοις, ὡς νοσήματι πόλεως ἐμπεφυκότι. δὴ δύφημίαν ἀπαλλαγῆς. ὄνομα ἀποι/
» κίαν τιθέμενος δημοσίως, ὅτι μάλιστα δύνεπίμφατο. Qui per uictus inopiam duces quærunt, his q;
» ſponte ſe offerunt ſecuturi inopes aduerſus eos, qui non egent, hos tanquam morbum ciuita/
» tem labefactantem, honeſto coloniæ nomine, benigne expellendos cenſuit. Interpres. Ut
» quotquot alimentorum indigentia premuntur, ſi paratos ſe principibus offerunt, ad habẽtiũ
» loca migrare laudabili coloniæ nomine mittantur, iſto q; pacto ciuitatem ægrota parte libere/
» mus. An nos interpretem iſtum iniuria exiſtimamus iudicem ſe, ac reprehẽſorem Platonis
conſtituiſſe? dignus certe eſt, qui ſumma petat, & palmam deferat, quando tã excellenter Pla
tonem interpretari poteſt. Eiiciendos ille de ciuitate cenſet homines ſeditioſos, & ſibi ducem
quærentes, qui cum improbitatem ſuam exerceant, & fortunas bonorum ciuium ſuorum diri/
piant, Quibus eiectis, luſtrari ciuitatem arbitratur, hos Interpres facit ſeſe principi offerentes,
cupidos migrare longius, ad loca neſcio quorum habentium. Qui enim ſint habentes illi, niſi
ipſe explicet, neceſſe eſt uaticinari. Ad hæc colonia, quam mittit Interpres, eo animo mitti ui
detur, ut antiquis poſſeſſoribus ſua ſede expulſis, alienam occupet ciuitatem. Et occiſis per ſce
lus habitatoribus, eorum bona diripiat, & neſandiſſimæ partis gaudeat. At hoc Plato maxime
deteſtatur, & nequid tale ciues ſui committant, ſummo ſtudio iubet. Prauos itaq; homines tã
quam peſtem, ac perniciem ciuitatis, urbe expellendos cenſet, honeſto coloniæ nomine, quod
Interpres laudabile dicit, & hominibus tribuit, quos mittit in excidiũ alicuius iuſtæ, piæq; na/
tionis. Item Plato plura diſſerens de ſeditione ciuitatum, ac ciuium diſſenſiõe, unde nouæ ta
bulæ, & æris alieni deciſiones, & agrorum diſtributiones ſolent prouenire, & quemadmodũ
» ea diſcordia uitari poſſit, præcipiẽs, ἀνεγκλήτους δεῖ φησι τοὺς οὐσίαν πρὸς ἀλλήλους κεκτησθαί
» ζεσθαι ἀμωσγέπως. ἢ μὴ πρεῖναι πρότερον εἰς τοῦμπροσθεν ἐκόντας εἶναι τῆς ἄλλης κεκτησθαι, ὅτι
» ἢ παλαιὰ ἐγκλήματα πρὸς ἀλλήλους, καὶ ὅσοις νοῦ καὶ σμικρὸν μετῆ. Cenſus, inquit, quos ſibi ci/
» ues pararint, careant quodammodo crimine oportet, uel ulterius in acquirendo progredi ultro
» deſiſtant, quibus inuicem uetera crimina habẽtur, quibus q; uel parumper mens impartita eſt.
» Interpres, ut niſi cenſus ipſos inculpabiles inter ſe ciues quodammodo parauerint, ad maiora

» non progrediantur. Reliquam partem ſermonis hic ſeparat, & inferiori coniungit, multis, quæ
intelligere nequit, omiſſis. Item Plato numerum locupletum, quem quinq; millibus, & qua-
» draginta conſumpſit, digerens primũ in duas partes. δύο μὲν δὴ μόρια φησὶ τὸν παντὸς ἀριθμοῦ τὸ
» πρῶτον νεμηθῆτω Primum, inquit, duæ partes totius eius numeri diſtribuantur. Interpres.
» Duæ igitur partes numerum primum diſtribuant. Tum Plato quiſnam ſit in ciuitatibus con
» modior numerus pquirens, λέγωμεν δὴ τὸν πολίτας, καὶ ἐφεξῆς μάλιστα διανομὰς εἰ αὐτῷ κεκτη
» μένον. Dicamus, inquit, eum numerum commodiorem eſſe, qui plurimas, & præſertim σωμε
» χεῖς, οὐ διεχεῖς ordine diſpoſitas in ſe diſtributiones continet. Quibus uerbis aperte numerus
» ille ſignificatur, qui continuo ordine in plures partes ſecari poteſt. Interpres. Dico autem quiſ-
» nam deinceps maxime plurimas in ſe ipſo diuiſiones recipiat. Item Plato, cum pleraq; de re-
pub. ſuæ ciuitatis, minus uulgo, & hominibus ætatis ſuæ conſueta expoſuiſſet, expoſiturus'q;
» eſſet, Mirari, inquit, fortaſſis eum, qui audierit primo aſpectu hæc cogent, ueruntamen ſiquis
» diligentius cogitet, rem'q; experiatur, uidebit ciuitatem condi loco ſecundo, reſpectu optimæ,
quaſi dicat, iſta reſpu. quæ minus conſueta, & factu difficilis eſſe uidetur, non optima illa eſt, &
primo loco conſtituenda, ſed, quæ ſecundo loco optima cenſetur. Nam & ſi alia longe perfe-
ctior explicari poteſt, tamen fragilitati hominum parcens illam omiſi, hanc tractans, quæ poſt
» illam ſecundo loco tanquam optima ſit collocanda. Vnde hæc ſubdit. Recte ſane agetur, ſi
» optimum reipu. genus, & ſecundum, & tertium explicabimus, tum eligendum proponemus,
» ut arbitratu ſuo ſtatuat ſibi quiſq;, quod condere malit. quod idem etiam paulopoſt exprimit,
» cum dicit, exemplar, ad cuius ſimilitudinem fieri aliquid oportet, perfectum, abſolutum'q; omni
ex parte poni debere, at ſiquis id aſſequi non poteſt, agere quod illi proximum eſt. His itaq; po
ſitis optimum, ac primũ reipub. genus eſſe dicit, in quo res omnes communes ſunt, etiam quas
nobis natura peculiares fecit, ſi fieri poteſt, quod quidem genus a diis, ſeu deorum filiis incoli
ſumma cum felicitate cõmemorat, id'q; eſſe exemplar optimæ reipub. quod reſpiciens, & quan
tum natura patitur, atingens, proximum ei per ſimilitudinem conſtituas. Tale autem uult eſſe
» quod ipſe in præſentia condit, etenim ita ait. ὡὐ δὴ νῦν ἡμεῖς ἐπῳκείσαμεν, εἰὴ τὸ αὖ γενόμενον
» πως ἀθανασίας ἐγγύτατα. καὶ ἡ μὲν, διὰ τάχους. τὸ δὲ μεταπεῖται, ἐὰν θεὸς ἐθέλῃ, διαπράνουν
» μεθα. Quam nos rempu. condendam ſuſcepimus, proxime quodammodo ad immortalitatẽ
» accedet. Hæc autem ſecundo ſit loco, tertiã poſthac, Deo propitio, explicare curabimus. Ita pri
mum illud Reip. genus exemplar conſtituit, ſecundum autem, quod ipſe iam cœpit condere,
ſecundum eſſe dicit a primo, quanquam non tam immortalitatis compos, quaſi primum, ter
tium autem pollicetur, quod ſecundo leuius ſit, quæ prorſus eodem tendunt, quo illa ſupradi
cta genus reipu. primum, ſecundum, & tertium explicari oportere, tum deligendum propone
re conditori, quod eorum malit accipere. Nunc quemadmodum hæc Interpres reddat, ani-
» maduertite. Quam uero, inquit, modo nos ingreſſi ſumus, utinam proxime ad immortalita-
» tem perueniat. & una ſecundo, ſed de tertia poſtea, ſi Deus uoluerit, determinabimus, Pro De
um atq; hominum Ieſum, interpretatur'ne hic Platonem? hoccine eſt conuertere leges e græco
in latinum ſermonem? An potius peruertere eas deprauare, atq; corrumpere? ponit Plato ſecũ
do loco rẽpu. quam condere incepit, & proximam immortalitati conſtituit, hic uero optat, ut
proxime ad immortalitatem perueniat, & una ſecundo. Quid autem una ſecundo ſibi uelit, in
margine libri declarat, ſignificare enim, inquit, utinam una, ſola'q; ſecundo poſt illam primam
ad immortalitatem perueniat. Ita hic primum, ſecundum, & tertium genus reipu. Platonis in-
terpretatus eſt, qui philoſophos iudicat, & quis eorum doctior ſit, doctrina ſua fretus, exponit.
Deinde Plato patriam coli, uenerari'q; non modo tanquam matrem, ſed etiam tanquam domi
» nam, utpote deam cenſet oportere. πατρίδος δὲ ἄσης τῆς χώρας, θεραπεύειν αὐτὴν δεῖ φησι μει
» ζόνως, ἢ μητέρα καὶ θεὸν αὐτὴν ὄντων ὄντως γεγονέναι. Patriam, inquit,
» quam ſibi quiſq; ſortitus eſt, colere, ac uenerari debet magis, quam filius matrem, ſiquidem pa
» tria, cum dea ſit immortalis, domina mortalium habetur. Interpres. Nam cum tota regio una
» patria ſit, magis eam, colere debent, quam filii matrem. Hæc enim diuorũ etiam, qui mortales
» ſunt, domina eſt. Tum Plato, quoniam ex quinq; & quadraginta millibus ciuium conſtitui
ciuitatem decernit, nec ampliorem patitur populi multitudinem, coloniam mitti præcipit,
ubi aut ſobolis fœcunditate, aut alia cauſa auctus populus eum numerum exceſſerit, his uerbis.
» ὡς ἐὰν ἐπίχυσις ἡμῖν πολιτῶν γένηται βάλλουσα, διὰ φιλοφρονίαν τὴν τῶν ξυνοικούντων ἀλλήλοις ξυμ
» βαίνῃ. καὶ ἀπορῶμεν τὸ παλαιὸν που ὑπάρχει μηχάνημα, ὃ πολλάκις εἴπομεν, ἐκπομπὴ ἀποικιῶν
» φίλη γιγνομένη παρὰ φίλων, οἵαν ἐπιτηδειοτάτην εἶναι δοκεῖ. Quod ſi, inquit, ob nimium in procrean

dis liberis

» dis liberis ſtudium, ita aucta ſit ciuitas, ut numeri modum excedat, itaq; inopia, & caritate rei
» prematur, uetus illud repetatur conſilium, quod ſæpe iam dictum eſt, ut colonia mittatur cara
» a caris, quo commodius agi poſſe uidebitur. Interpres. In magna uero ciuium abundantia ſi
» timetur inopia, colonia emittatur beneuole a beneuolis facta quibuſcunq; id commodum eſſe
» uideatur, quod Plato dicit, quo commodius agi poſſe uidebitur. hic interpretatur quibuſcunq;
id, commodum eſſe uideatur. Item Plato, dum conſulit, ne locupletum ille numerus quinq; &
» quadraginta millibus præſcriptus unquam deficiat. καὶ δὴ καὶ νῦν φησι, τὸν ἀριθμὸν πρῶτον ὃς
» ἕξ παντὸς φυλάξατε τὸν εἰρημένον. Primum, inquit, numerum ſupradictum tota uita ſeruate.
» Interpres. numerum primum per totam uitam conſeruate. reliquit ſupradictum, ſine quo uer
bo, qui ſit ſeruandus numerus non poteſt intelligi. Item Plato. μηδὲ νόμισμα φησὶ παρακα-
» ταθέσθαι, ὅτῳ μὴ πίστις πίστιν. Neq; pecunia, inquit, deponenda eſt apud hominem, cui non
» adhibes fidem. Interpres, nec pecuniam deponere, inquit, reliquum prætermiſit, hoc eſt apud
hominem, cui fidem non adhibes, quanquam id ſuo cum detrimẽto didicerat, quod Plato mo
net nemini credendam eſſe pecuniam ſine fide, ſine conſilio aſtuto, & callido. Item Plato.
» τοῦτ' οὖν δὴ τὸ μάκις ἐπισημαίνεσθαι φησὶ χρὴ τὸν νομοθέτην τί τε βούλεται, καὶ εἴμοι ξυμβαίνῃ τοῦτο,
» ἢ καὶ ἀτυχήσῃ τοῦ σκοποῦ. καὶ οὕτω τάχ' αὖ ἐκ τῆς νομοθεσίας αὐτός τ' ἐκβαίνοι, καὶ τοὺς ἄλλους
» ἀπαλλάττοι. Hoc igitur ſæpius proteſtetur legumlator oportet, quid uelit, quid ſi contigerit,
» bene ſuccedet, ſin minus, inſtituti ſui ſpe fruſtrabit', atq; ita fieri forſitan poterit, ut & ipſe one-
re legum ſcribendarum leuetur, & cæteros leuet. Interpres. Sæpius igitur legislator ſignificet
» qd ipſe uelit, & ſi ſibi illud contingit, aut ꝓtra, & ſic forſan & ipſe a ferendis legibus liber erit,
» & cæteros liberabit. Itẽ Plato de fundoꝝ poſſeſſoribus. ὁ δὴ λαχὼν φησι, κεκτήσθω τὸν κλῆρον
» ᾧδὴ τοῦδε, οἷς εἰρήκαμεν. Poſſideat, inquit, ſuam quiſq; partem, quam ſortitus eſt ea, qua dixi-
» mus, cõditione. Interpres partem hanc ea, quam diximus, conditione reliquit, quanquam ne-
ceſſariam. etenim ſeruari in ea re iuſſum eſt, nequis fundũ aut uẽdat, aut emat, & ut pater unũ
ex filiis, quem malit, hæredem fundi relinquat, non plures. Hæc, & pleraq; alia tam neceſſaria
» legi agrariæ a Platone adhibita prætermiſit interpres, & hoc ſolum dixit. Sortitus igit' ſortẽ
» ſuam poſſideat. Item Plato. διεγὼ οἶ πόλει φησὶ τῇ τὸ μεγίστου νοσήματος οὐ μεθεξούσῃ. ὃ διάστασιν,
» ἣ στάσιν ὀρθότατον αὖ εἶναι κεκλῆσθαι. In ciuitate, inquit, quæ grauiſſimo illo morbo nõ laborat, quæ
» diſcordia, aut ſeditio recte appellatur, oportere cenſemus. Interpres igitur dicimus, ut in ciuita
te, quæ ſit expers ſummæ pecuniæ, quam diſſidium, aut ſeditionem appellari. Hic profecto
peritior fuſoriæ artis, quam interpretandi eſt, poſtq; ex ſummo morbo pecuniam ſibi ſummã
facere potuit. νόσημα nanq;, quod morbum ſignificat in νόμισμα, hoc eſt pecuniam tranſtulit.
» Item Plato ubi numerum, modũq; cenſus ciuibus deſcripſit. ἐαὰν δέ τις, φησὶν ἀπειθῇ νοΐῳ τῷ
» νόμῳ, φανεῖ μὲν ὁ βουλόμενος ἐὠδὴ τοῖς ἡμίσεσιν. ὁ δὲ ὄφλων, ἄλλο τοσοῦτον μέρος ἀποδίσει τῆς αὐτοῦ
» κτήσεως. Siquis, inquit, huic legi nõ pareat, deferet, qui uelit ſub dimidio, qui autem iudicium
» pro ſe nõ habuerit, tantũdem de ſuo cenſu exſoluet. Interpres. Si uero legi non obtemperaue
» rit, iudex medietatem conſequatur. Satis, quod uolumus ab interprete habemus. Tum Plato
agrum diuidens totum, μεδὰ δὲ ταῦτα, φησὶ, μόρια διέλεσθαι δώδεκα θέμενον ἑστίαν πρῶτον, ἢ διὸς,
» καὶ ἀθηνᾶς ἱερὸν ἀκρόπολιν ὀνομάζοντα. Deinde, inquit, diſtribuendum in partes duodecim,
» Quarũ prima Veſtæ, Ioui, ac Mineruæ dedicanda eſt, quæ arx nominatur. Interpres. deinde
» duodecim partes eligantur, Veſta'q; tam Iouis, quam Palladis cõſecretur, & ſacrum arx appel
» let'. Eligit hic quod Plato diſtribuit, & Veſtã Ioui, & Palladi conſecrat. Cui Plato nihilo mi-
nus, quam Ioui, & Palladi partem agri dicandam cenſuit. Item Plato, quod ſupradictum erat,
repetit, exẽplar uidelicet optimũ cõſtitui oportere, tũ ſeq quoad quiſq; niti propinqus poterit.
» δικαιότατον, φησὶν, οἶμαι τὸ δὲ εἶναι ἓν μὲν τὸ παράδειγμα διαγνῶναι, οἷ διὰ τὸ ἐπιχειροῦμενον γίγνε
» σθαι, μηδὲν ἐλλείπειν τῶν καλλίστων. καὶ ἀλιθεστάτων. ᾧ δὲ ἀδυνάτῳ τι ξυμβαίνῃ τούτων γίνεσθαι, σκέψα
» μενον αὐτὸ ἐκκλίνειν, καὶ μὴ πράττειν. ὃ, τι δὲ τούτου τῶν λοιπῶν ἐγγύτατα ἔοι, καὶ ξυγγενέστατον ἕῳ τῶν
» προσηκόντων πράττειν τε αὐτὸ διαμηχανᾶσθαι ὅπως αὖ γίγνηται ἓν νομοθέτην ὃ ἑάσαι τέλος ἐπιθεῖναι
» τῇ βουλήσει. Aequiſſimum, inquit, eſſe id arbitror, ut qui exemplar ponit ad cuius ſimilitudi-
» nem, quod opus eſt fieri debeat, nihil prætermittat, quod ad ſummam dignitatẽ, ueritatem'q;
» conueniat. Quod ſiquis excellentiam illam imitando aſſequi nequeat, is omiſſo, quod uires ſu
perat, ad id incumbat, quod proximum, cognatum'q; eſt eius, ad quod aſpirabat, & quomodo
» id ipſum efficiat ſummo ſtudio inuigilet, nec legis latorem interpellet, quo minus inſtitutum ſu
um uſq; ad finem proſequatur. Interpres, qua ſententiæ integritate, qua uerborum dignitate,
» hæc in latinum conuerterit, quæ ſo attendite. Sed iuſtiſſimum, inquit, eſt, ut cum exemplari

» proponam, quale fieri oporteat, quod incipitur, quod autem fieri ab aliquo non poteſt, præter
» mittatur, & quod rebus conueniat, nec impoſſibile eſt, id omni ſtudio legislator aggrediatur,
» & ad finem perducat. Quàm longe à Platonis ſenſu labatur, uerba eius aperiunt, ut nihil dice
» re præterea opus ſit. Item Plato. τὸ ὁμολογούμενον αὐτῷ ἑαυτὸ, φησὶ, δεῖ που παντα χῆ ἀποβαί
» νεσθαι, καὶ ἢ τῷ φαυλοτάτου διημουσγὸν ἄξιον ἐσόμενον λόγου. quod ſecum conſentit, id à quo
» uis authore ubiq; efficiendum eſt, etiam in re minima, quandoquidem hoc modo laudem aſſe
» qui poteſt. Interpres. nam quod ſibiipſi undiq; conuenit, id uel uiliſſimus opifex non recuſa
» bit. Item Plato. νομίσαντα φησὶ, πρὸς πάντα εἶναι χρησίμους τοὺς τῶν ἀριθμῶν νομοὺς, καὶ ποικίλ
» σεις, ὅσα τὸ αὐτοὶ αὐ ἑαυτοῖς συμβαίνοντα, καὶ ὅσα αὖ μήκεσι, καὶ βάθεσι ποικίλματα. ita ſentiens, in
» quit, perutiles in omnibus rebus numerorum eſſe diſtributiones, ac uarietates, quibus cum ipſi
» inter ſe uarii ſunt, tum in longitudinibus, ac profunditatibus, quas uario modo conſtituunt.
» Interpres. Sed danda opera, ut ad omnia perutiles ciues ſint, tam ad numerorum partitiones,
» quã ad uarietates, quibus ſeipſos exornãt, quibus q; longiora, profundiora ue ornamenta effici
» unt. Quænam ſint iſtæ uarietates, quibus ſeſe ciues exorneñt, & longiora ornamenta efficiant,
explicet rurſus Interpres in margine libri, non enim minus hoc obſcurum eſt, quàm quod ſupe
rius dixerat, una ſecundo. Item Plato, cum uarios eſſe hominum mores pro locorum uarieta
» te conaretur oſtẽdere, μηδὲ τοῦθ' ὑμᾶς λανθανέτω, φησὶ τοῦδε τοῦ τόπου, ὦ μέγιλλέ τε, καὶ κλεινία ὡς οὐκ
» ἐσὶν ἄλλοι ζυνὲς διαφέροντες ἄλλων τόπων, πρὸς τὸ γυνᾶσθαι ἀνθρώπους ἀμείνους, καὶ χείρους, ὅις οὐκ ἐν
» αντὰν νομοθετητέον. Ne uos inquit, hoc lateat Megille, & Clinia plurimum in locis diſcrimi
nis eſſe ad hominum uel meliorum uel deteriorum generationem, quibus contrariæ penè le
» ges conueniant. Sic Plato dilucide de locorum diſcrimine ſcribit, & leges ob eam rem prope
modum contrarias ferendas exiſtimat, aliæ nanq; aliis pro uaria naturæ, atque ingenii ratione
» cõueniunt. At uero noſter Interpres, ne id quidem intelligere potuit. Sed nec illud uos fugiat,
» inquit, magnam eſſe locorum ad ferendos meliores, peiores q; uiros differentiam. Quibus con
» traria legibus ſancienda non ſunt. Videte quanta ſit huius hominis peritia, magnum eſſe di
ſcrimen locorum dicit, nec tamen animaduertere poteſt, diuerſa loca, diuerſam poſcere legum
rationem. Sed contraria non eſſe ſanciẽda in tanta locorum, & hoíum differentia teſtat. Hæc
ex quinto libro interpretatiõis eius excerpſimus, pauciſſima ex plurimis, ut ſi tot errores, quot
uerba eſſe dixerimus, non diſcedamus à uero.

EX LIBRO SEXTO. Caput VII.

a T ſextum iam eodẽ modo percurramus. In quo, cũ Plato de comitiis Reip. diſſe
rat, quoniam Resp. de qua agit, noua adhuc, parumq; erudita, nõ ſine errore, am
pliores magiſtratus creare poſſet, quo modo tutius tanta res agat, exquirit, & q̃q̃
difficile id eſſe cõſilium fatetur, neceſſario tñ ſubminiſtrandũ affirmat his uerbis.
» ἀλλὰ γὰρ ἀῶνα, προφάσεις οὐ πάνυ δέχεσθαι. Sed enim certaminis ratio nullam patitur excuſa
tionem, quaſi dicat, ſed quoniam ſcribendarum legum prouinciam iam ſuſcepimus, nulla dif
ficultatis cauſa eſt, per quam ab inſtituto recedere debeamus, quemadmodum illis detrectãdi
pugnam facultas nõ datur, qui iam certamẽ adierint. Vnde prouerbiũ hoc in uſum uenit, Cer
» tamen nullam patitur excuſationem. Interpres, hoc à Platone tam breuiter, & pulchre di
» ctum, quo modo peruertat, attendite. Atqui non oportet, inquit, nõ quærendi cauſam ſuſci
» pere. Tũ Plato φημὶ γὰρ ὦ κλεινία, λέγε, κινωσόυς χρῆσθαι δέος φόβον τινὰ τῶν ἄλλων κρητῶν, μὴ μό
» νον ἀφοσιώσασθαι πρῶτ' τῆς χώρας, ἵνα νῦν κατοικίζετε. σιωτόνως δ' ἐπιμεληθῆναι τὰς πρώτας αἱρέ
» σεις εἰς δυνάμεν, ὅπως αὖ σῶσιν ὡς ἀσφαλέστατα, καὶ ἄριστα. Equidem Gnoſios tuos o Clinia, in
» quit, præ cæteris Cretẽſibus debere arbitror, nõ modo quaſi libando inchoare, quã nunc rẽp.
» conditis, uerum etiam ſummo ſtudio nauare operam, ut ampliſſimi magiſtratus pro uiribus,
» quamfirmiſſime, atq; optime conſtituantur. Interpres. Gnoſios oportet o Clinia non ſolũ ha
» bitandam hanc eſſe regionem determinare, ſed operam quoque pro uiribus nauare, ut quam
» tutiſſimi, atq; optimi magiſtratus conſtituantur. Item Plato. μέγα μὲν φησὶν, ὦ κλεινία, φρονοῦ
» σιν αἱ ἀθῆναι, μέγα δὲ καὶ ἡ σπάρτη. καὶ μακρὰν ἀποικοῦσιν ἑκάτερα. Plurimum ſibi Athenienſes
tribuunt mi Clinia, plurimum ſibi Lacedæmonii, & longinqui incolunt, quod ita Cliniæ di
cit, quoniam ille tum Platonem, tum Megillum rogarat, ut ſe ſocios declararent ampliſſimo
rum magiſtratuum nouæ Reip. quam ipſi in agro ſuo conderent. Hoc enim Plato recuſat, par
tim ob Athenienſium, ac Lacedæmoniorum elatiorem animum, partim ob locorum longin
quitatem, ſed licere, inquit, perbelle, tam illum, quã eius Gnoſios ſeſe ad eã, quã cõdunt Rẽp.
conferre.

conferre. Hæc Interpres intelligere minime potuit, ſed quod ad interuallum locorum refertur,
» ipſe ad coloniam uertit, & longe, inquit, nimium colonias mittunt. Ita quos habitare procul
Plato ſcribit, Interpres longe colonias mittere exponit. Deinde Plato præcipuum magiſtra
tum, in primis q; declarandum eſſe ſcribit eum, qui leges tueatur, atque cuſtodiat, & quoniam
plurium conſilio opus eſt eruditorum uirorum, qui decernant, ac deligant, tot autem in ciuita
te adhuc noua haberi non poſſint, Megillum, & Gnoſios ipſos tanquam conditores, & pa
» tres patriæ, ſummis præficiendos magiſtratibus cenſet. Atque hoc ita agendum conſulẽs. Ὦ
» νδρες ἆρ' ὦ κλεινία, καὶ μέγιλλε, φησὶ, πάντα ἡμῖν ταῦτ' ἐν τῇ πόλει καταστήσουσι τῶν ἀρχῶν τε πέρι,
» καὶ δοκιμασιῶν αὐτῶν; ἢ ἔννοοῦ μεν, ὡς τοῖς πρῶτον ἅπαν κατα ζυγνυμένοις πόλεσιν, ἀνάγκη μὲν ἔ
» νια τινὰ, οἷ τινὸς δ' ἕνεκα αὖ πρὸς ποιῶν τῶν ἀρχῶν γεγονότες οὐκ ἔσι. Quinam tandem, inqt, Cli
nia, & Megille, hæc omnia in hac noſtra urbe magiſtratibus, & eorum probationibus apte, cõ
» mode q; conſtituant? num neceſſe exiſtimamus ciuitatibus nouis præfici aliquos, nec tamen
» ſunt, qui ex omnibus magiſtratibus eligantur? Interpres. Sed, qui magiſtratus omnes præce
» dant in ciuitatibus, quæ primo conduntur, minime ſunt. Tum Plato de ſenatu conſtituendo
diſſerit, quem numero trecentorum & ſexaginta deſcribit, quos ex omni cẽſu iudicat eſſe pro
ponendos, tum eorum dimidiam partem ſorte accipit, his negotium conſultandi annuum de
» mandans, ἐγδιήκοντα δὲ φησὶ καὶ ἑκατὸν ἐκλέξαντας ἀφ' ἑκάστων τῶν τιμημάτων, τοὺς ἡμίσεις τοῦ
» των ἀποκληρώσαντας, δοκιμάσαι. τούτους δ' εἶναι τὸν ἐνιαυτὸν βουλευτάς. Horum, inquit, quos
ex omnibus cenſibus elegeris, dimidium, hoc eſt centum & octuaginta. Hic nanq; numerus di
» midius eſt trecẽtorũ, & LX. quorum ſuperius meminit, ſorte ad Senatus ordinẽ comprobent.
» Interpres, ita centum, & octuaginta de omnibus cenſibus deligantur, quorum dimidia pars
» ſuffragio comprobetur, qui annui conſiliarii ſint. Dimidiam partem centum & octuaginta hic
nonaginta accipit. Vnde cum paulopoſt à Platone dicatur, partem duodecimam, hoc eſt quin
decim, dimidii iam ſumpti, ideſt centum, & octaginta delegandam ad circuitores, hoc eſt cu
ſtodes agri mobiles, & uagantes, manifeſte in alterum præcipitatur errorem, ut dimidii, quem
acceperat, numeri, hoc eſt nonagenarii partem duodecimam dicat, quod falſum eſſe perſpicuũ
eſt. Nulla n. nonagenarii numeri pars duodecima integra eſt. Item Plato, cum iam ab omni
bus probaretur, ut conſtituerentur uiri, qui ſeruandæ legum curam haberẽt. τὰ μὲν τοῦδε τῶν
» νομοφυλάκων, φησὶ, ταῦτα εἰρῆσθω προστάγματα τεῖχ. προϊόντων δὲ εἰς ζυμπροσθεν τῶν νόμων ἕκα
στος προστάξει τοῦδις τοῖς ἀγῶσιν, ὧν τινων αὖ ζυδὸς δεῖ πρὸς τοῖς νεῦν εἰρημένοις, προστιμελεῖσθαι.
» De cuſtodibus, inqt, legum tria hæc ſint præcepta tum legibus proficiẽtibus, quiuis poterit
» his uiris præcipere, quæ procurare opus erit plura, quã modo diximus. Interpres. Legibus iam
» confirmatis, ſi plurium rerum curam hos uiros habere oportet à ciuitate quauis proponente
» conſyderabitur. quaſi quid ciuitates aliæ proponant, quid illę conſyderent quæratur, non qd,
ciuium eius, quæ conditur, ciuitatis conſilio addi debeat, ſic noſter Interpres iudicat, atq; expo
nit. Dehinc Plato de æqualitate inæqualis hoc eſt æqui proportionarii, & diſtributione pro
uirtute, ac dignitate diſſerit, quod quidem æqualitatis genus, & ſi ratiõe ad uſum ciuilem reqri
» tur, raro tamẽ, & à paucis ſeruatum legumlatoribus cõſtat. πλὴν ἀληθεστάτην, καὶ ἀρίστην ἰσότητα
» οὐκέτι ῥᾴδιον παντὶ ἰδεῖν. διὸς γὰρ δὴ κρίσις ἔστι, καὶ τύχη ἀνθρώποις ἀεὶ, σμικρὰ μὲν ἐπαρκεῖ, πολ
» λὰ δ' ὅσον αἱ ἐπαρκέσῃ πόλεσιν, ἢ καὶ ἰδιώταις, πάντα ἀγαθὰ ἀπεργάζεται. Veriſſimam, inquit,
» optimam q; æquabilitatem cernere, haudquaquam facile omnibus eſt. In Iouis enim iudicio
» hæc conſiſtit, & quamuis mortalibus quidem raro eam ſufficiat, tamen quoties, & quantulum
» cunq; ſuffecerit, aut publice, aut priuatim plurimum iuuat, bonorum q; omniũ author eſt. Inter
» pres. Iouis enim iudicium eſt, cuius parua quædam pars hominibus ſufficit, & bene omnia
» tam ciuitatibus, quàm priuatis, ſi adhibetur, diſponit. Sufficit uerbo utitur non improprie, ſed
ita inſcite, ut non ſuppeditare, ſicut apud Platonem eſt, ſed plene ſatiſſacere id uerbum putet ſi
gnificare. Quapropter uerba ita coniungit. Parua quædam pars hominibus ſufficit, & bene
omnia diſponit. ſcilicet idem eſt ſufficere, & bene omnia ſuppeditari, uel, ut uerbo eius utar, di
ſponi. Item Plato, cum hanc æqui inæqualitatem cauſam interdum effici poſſe animaduerte
ret, ut ſeditiones eſſent, diuerticulis uti quibuſdam admonet, & partim ſorti rem committere,
partim Deũ, fortunam q; inuocare, ut recte, feliciter q; ſuccedat. Quippe niſi ita agatur, fieri nõ
» poſſe, quin detrimentum ſequatur. τὸ γὰρ ἐπιεικὲς, φησὶ, καὶ ξυγγνωμον τοῦ τελέου, καὶ ἀκριβοῦς,
» παρὰ τὴν δίκλω τὴν ὀρθωθῆναι παρακτεθραυσμένον, ὅταν γίγνηται. Aequalitas enim, inquit, illa lau
» dabilis, & æqua diiudicatio boni, cum præter rectam rationem fiat, uiolatur, & frangitur. In
» terpres. Humanitas enim, & indulgẽtia quando adhibetur à perfecto, exacto q; iuxta rectum

» iudicium declinat. humanitatem, & indulgentiam uocat Interpres, quam Plato æquabilitatem
» nominat, & declinari à perfecto, exacto'q; eandem humanitatem ait iuxta rectum iudiciũ, cũ à
» Platone uiolari, frangi'q; dicatur, cum contra rectum ius agitur. Item Plato de assidua ciuitatis
» custodia differit, quo in loco custodes decernẽs, πλῆθος δὲ, φησὶν, ἀλωατὸν ὀξέως οὐδὲ ποτε οὐδὲν
» τούτων ποιῆσαι. Multitudo, inquit, nihil huiusmodi agere celeriter potest. Interpres. quorum
» nihil multitudo acute agere potest. Incidit sæpissime noster hic Interpres in eundem errorem,
» qui pererudite à diuo Augustino reprehenditur libro de doctrina christiana in iis, qui ex anci-
piti linguæ uocabulo, hoc est per æquiuocationem falluntur, ut sententiam transferant, quæ à
sensu scriptoris omnino sit aliena. Ex ambiguo, inquit, ille diuus linguæ præcedentis plerunq;
Interpres fallitur, cui non bene sententia nota est, & eam significationem transfert, quę à sensu
scriptoris penitus aliena est, sicuti quidam codices habent, Acuti pedes eorum ad effundendũ
sanguinẽ. ὀξὺς enim & acutum, & uelocem apud græcos significat. Ille autem uidit sententiã,
qui transtulit, ueloces pedes eorum ad effundendũ sanguinem. Ille autem alius ancipiti signo
in aliam partem raptus errauit. Ita planè & hic noster non solum genere erroris eodẽ, sed etiã
specie, eodem'q; ancipiti signo omnino labitur, cũ quod Plato ὀξέως dicit, referens ad rei mã
» datæ parationem executionem, ipse non celeriter, sed acute interpretetur. Item Plato, ἱερῶν δὲ,
» ἱερέασ· οἷς μὲν ἐσι πάτρια ἱερωσύναι, καὶ οἷς μὴ παῖδες ἐκ δὲ δίου τὸ πρῶτον ἡμιθρηκομένοις, ἐκὸς γὰρ
» νεωθαι τοῦδε τὸ γιαῦτα, ἢ μηδενὶ, ἢ τισὶν ὀλίγοις, οἷς μὴ παραδεδώκασι, παρατατέον ἱερέασ τε, καὶ ἱερέ-
» ασ. Sacerdotes, inquit, qui paterna sacerdotia habent, permaneant, sed si, quod usu euenit ho
» minibus, qui nuper simul uiuere cœperint, aut nulli, aut paucissimi habent, noui constituendi
» sunt sacerdotes tum mares, tum fœminæ. Interpres. Si uero nulla huiusmodi sunt, quod acci
» dere illis par est, qui nunc ciuitates condere cœperunt, aut nullis, aut paucis concedendũ. Quã
bene Platonem Interpres noster intelligit, cum nullos cõstitui sacerdotes arbitratur præcipi à
Platone, qui cõtra ubi nulli sunt, paterna sacerdotia habentes, ibi sacerdotes constituẽdos esse
» decernit. Item Plato de eligẽdis legũ interpretibus iubet, ut quatuor tribuũ unaquæq; tres de
» suis eligat uiros, atq; ex his duodecim, qui electi sunt, tres præ cæteris suffragio cõstitui reliquos
» nouem mitti probent ad Apollinem Delphicum, qui ex singulis ternis, singulos discernat. Hi
» uero tota uita interpretes sint. Interpres uero. Expositores, inquit, quatuor tribus ferant qua-
» tuor quælibet, ex quibus nouem, qui suffragio erũt delecti, Delphos mittãtur. Sexdecim eligit
» iste non duodecim, siquidem quatuor tribuum unaquęq; quatuor exhibet. nec à tribus ter tres
» mittentur, quem numerum trinitatis ratione Plato obseruat, sed à septem quos interpretes cõ
stituit. Omitto, quod si, ut hic scribit, quælibet tribus quatuor præstet, nec sexdecim erũt, q eli-
gentur, nec nouem, sed quatuor tantũ. Quis enim Romanæ linguæ peritus nõ intelligat, quã-
libet, non omnes, siue unãquanq;, sed duntaxat unam aliquam significare, nec referre si aliquã
quatuor tribuum dicas, uel quamlibet quatuor tribuum, sub neutro enim licet, nisi disiunctim
descendere. Cum igitur dicit aduersarius, ut quælibet tribus quatuor ferat, perinde est, ac si di-
ceret, ut una tribus, quæcunq; illa sit, quatuor ferat. Item Plato, in demortui locum eligi à qua
tuor tribubus alium iubet, ex ea, unde ille fuerat, tribu, his uerbis, τὸν δ' ἐκ λειπόντα προαιρεῖσθω
» σαν αἱ τέσσαρες φυλαὶ, ὁθὲν αὖ ἐκλίπῃ. Interpres, & ad mortui locum quatuor tribus alium eli
» gant, omisit, ex ea, unde ille fuerat, tribu, quod in primis necessarium est, non enim de qualibet
» tribu eligẽdum Plato censet, sed de ea, cuius tribulis erat, qui uita est functus, nequa tribus sit,
» quæ honore careat magistratus. Item Plato de agrorum custodibus. σπουδὴ δὲ τοῦδε ταῦτα
ἤδη ἔστω φησὶ, τοῖς ἐξήκοντα ἐπὶ ἕξους, τὸν αὐτὸν τόπον φυλάττειν. Danda, inquit, summo studio ope
» ra est, ut singuli sexagenis sua loca custodiant, non modo hostium gratia, uerum etiam eorum,
» qui se amicos uocant. Interpres. Studium autem sexaginta uiris, qui loca custodiũt sit, ut ad-
» uersus hostes amicis ista custodiant. Item Plato de causis, & iudicib⁹, & magistratibus dispu
» tans omnem iudicem, magistratum'q; reddere administrationis suæ rõnem iubet, exceptis iis,
» qui finem causis imponunt, à quibus fas non sit prouocare, quod in ciuitatibus regi subiectis,
honor regius est. δίκασὴν δὲ, καὶ ἀρξάντα αὐτῶν, οὐδένα φησὶ, δικάζειν, καὶ ἄρχειν δεῖ, πολλῶ
τῶν τὸ τέλος ἐπιτιθέντων. οἷον βασιλέων. Nullus ita q; inquit, iudex, & magistratus immunis
» examinis sit, exceptis iis, qui finem imponunt, instar regum, quod enim in ea ciuitate, quæ uni
» us imperio gubernatur, rex sibi uendicat, idem in rebus publicis, iis, qui tertio foro finem causis
imponũt, iudicibus datur. Interpres. Nemo autem iudex magistratus ue in ciuitate aliqua sit,
qui gesti officii sui rationem non referat præter reges. quasi 'de regibus solum dicatur, præter
reges, inquit. Et quod loco exempli Plato ex persona regum addit, id pro magistratu, qui unus

à reddenda

à reddenda ratione immunis sit, accipit, & tertium cancellũ Platonis prætermittit, quod aliàs
reges, aliàs principes, nomine, quo magis tãdem libuerit, appellandos, cõtinet summos magi-
stratus, finem'q; affert causis, à quo nemini licet prouocare. Vnde fit, ut quãtum ex uerbis inter
pretis accipi potest, non de quauis Rep. sed de regio duntaxat statu præcipiatur. Item Plato
» conuiuia instituit agri custodibus, quibus cum adesse omnes præcipiat, ὁδὲ ἀπουσιοτήσας φησὶ,
» καὶ νύκτα ὅλην ἡμέραν, νύκτα ἀφοιμηθῆς. Qui autem cõuiuio, inquit, defuerit, etiam si uno die,
» aut una nocte excubarit, probro detur. Interpres, qui aũt concibationi non affuerit, omisso ex-
» cubauerit reliquo, quod potius lege punitur. Item Plato, τοὺς ἀγορανόμους φησὶ, τὸν τοῦδὶ τὴν ἀγο
» ραὶ κόσμον λιπαρυχθέντα, ἕπεσθαι νόμων φυλάττειν. Aediles, inqt, ordinem in foro à legibus depu
» tatum seruent. Interpres, uenalium curatores uenditionis loca legibus constituta ornate custo-
» diant, Aediles uenalium curatores uocat, & forum locum uenditionis interpretatur. Item Pla
» to. αἱ πᾶσαι τοίνυν ἀρχαὶ φησὶ, πλὴν βουλῆς, καὶ πρυτάνεων. Omnes, inqt, magistratus sena
» tu, quæstoribus'q; exceptis. Interpres. Omnes magistratus consiliũ, & consilii principes, nihil
hic excipit, & senatum consilium appellat eodem modo, quo ędiles uenalium curatores, sed fit
ita sanè, res enim seruatur, quãquam sub nomine parum proprio. At uero cum quæstores con
silii principes dicit, quis ferre possit rem usqueadeo absurdam? Item Plato, res, quæ in cõtro-
uersiam cadunt, perscrutari diligentius præcipit, percũctari'q; ipsum etiam iudicem, non tantũ,
quæ ab aduersariis dicuntur, audire ea uidelicet causa, ut ueritas clarius eluceat, quod idem arbi
tris quoq; agendũ censet, & arbitrorum exemplo legitimos iudices ita agere iubet, his uerbis.
» ἄφωνος δ' αὖ δικαστὴς ἡμῖν φησὶ, καὶ μὴ πολλῶν τῶν ἀντιδίκων ἐν ταῖς αὐκκλείσεσι φθεγγόμενος, καθά-
» περ ἐν ταῖς διαίτοις, οὐκ ἂν ποτε ἱκανὸς γένοιτο τοῦδὶ τὴν τ' δικαίων κρίσιν. Iudex tacitus nec ampli
» us aliquid instar arbitri, quàm dictum ab aduersariis fuerit, percunctans iudicare integre nunq;
» poterit. Interpres, Iudex, qui nihil plus, quàm litigantes dixerint, loquitur, quemadmodum in
» diæta nunquam ad iuste iudicandum sufficiẽs erit. An quid præceptum à Platone fuerit, intel-
lexerit Interpres, quæso iudicate, diætam enim huic loco inseruit, quod uerbum apud latinos
id significat, quod à medicis pro uictus rõne ægrotis datur, & iudicem scribit loqui oportere,
quid autem debeat loqui, non explicat, quasi fabellas etiam, & anicularum deliramenta liceat
iudicibus causas audiẽtibus recitare. Plato quidem percunctari uult iudices, & hoc modo plus
aliquid ab aduersariis elicere, quàm ab his propositum fuerit, hic autem nõ percunctari, sed lo
qui dicit. Diæta uero quam Interpres rationem uictus esse existimauit, arbitri officium est, hoc
est eius, quem agens, & reus priuatim sibi eligunt iudicem, & sequi sentẽtiam eius consentiũt.
Licet enim arbitrũ, dum causam audit, interrogare, & percũctari, partim actorem, partim reũ,
atq; ita re diligentius intellecta, iudicare. Iudicem uero publicum, & legibus institutum audire
tantũ solitum est, quæ'q; audierit, lege iudicare, atq; ita sententiam ferre, quem morem Diodo
rus historicus etiam à iudicib⁹ Aegypti seruari solitum scribit. At Plato minime hanc consuetu
dinem probat. Ideo'q; instar arbitri agere iudicem iubet, ut res, de qua agitur, percipi certi⁹ pos
sit, & iudex ipse quasi procurator, & tutor ueritatis, nõ modo audire rem, sed etiam pscrutari
ueritatem, & quod æquum fuerit, decernere syncerius possit. Interpres uero ita hunc locum ex
ponit, ut planè dicere uideatur iudicem nihilo magis loqui, quàm ægrotum, cum rationem ui-
ctus à medico tacitus, atq; obtemperans accipit. Hos igit' admodũ paucos, ex infinita penè er-
rorum sexti libri colluuione notauimus, qui ingenium, atq; doctrinam interpretis demonstra-
rent. Nunc, ne longiores simus, septimum aggrediamur.

EX LIBRO SEPTIMO.

Reprehensio, & emendatio unius & triginta magis insignium errorum, quos idem in septimi libri legum interpretatione commisit. Caput VIII.

Radit Plato in septimo de educatione, atq; eruditione liberorum, & educatiõis no
men frequenter eo in loco usurpat. Interpres uero pro educatione ubiq; alimẽtum
ponit, nec tantum consequi ingenio potuit, ut intelligeret, non quid cibi, aut potus
capiant, sed quo modo ingenuis moribus, ac liberalibus disciplinis ciuium liberi in
stituendi sint, à Platone disqri, atq; tractari. Item Plato, quoniam rectè erudiendi ratio efficit,
ut tam corpus, quàm animus bene habeat, primo de corporibus, quomodo apta, robusta, & sa
lubria reddant, exponit, cui rei nihil tam commodum esse, quàm laborem, atq; exercitationem

fatetur. Itaq; iuuenes laborare plurimum suadet, propter uigorem incrementi, & excrementorum abundantiam, quæ res cum probari in omni ætate non posset, is, qui cum disputatur, quid hospes, inquit, num infantibus quoq; nuper editis plurimum laboris mandabimus? Tum Plato, minime, inquit, his primis, sed illis prius, qui adhuc in utero genitricis alimenta susciplunt. Miraſ denuo socius, & quo modo hæc inqt, uir egregie dicis? ἢ πρὸς κυουμένοις φράζεις; Num de iis loqueris, qui adhuc intra aluum parẽtis gerunturſ? Interpres hanc ultimam partẽ sic trãsfert, prægnantes ne laborabunt, & matres uterũ ferentes pro fœtu accepit, qui adhuc maternis uisceribus continetur. Mox Plato, θαυμαστὸν δὲ οὐδέν ἐστιν ἀγνοεῖν ὑμᾶς πῶ τῶν τηλικούτων γυναικῶν στελῶ. Nihil sane mirum est, si uos tantillæ ætatis exercitationem ignoratis. Interpres, nec mirum est tantæ rei gymnasticam uos ignorare. quam recte, atque eleganter expressit primordiarum est tantæ rei gymnasticam uos ignorare. quam recte, atque eleganter expressit primordia eius ætatis, quibus nullum consuetum exercitationis genus tribuimus. Posthæc interrogat Plato, an infantium nutrices eos gestare debeant, modo rus, interdũ ad templa, aliquando ad gẽtiles, & familiares exercendæ eius ætatis gratia, & nisi id faciant pœna legitima puniri. Hęc autem ita interrogat, utrunq; sane illud comprobans, ut, & gestet infans, & pœna nutricib⁹, nisi ita egerint, decernat, εἰ γάρ μὴ φησὶ, γέλωτα αὖ πολὺ ὀφλὼν ἡμᾶς πρὸς τῷ μὴ ἐθέλειν αὖ πείθεσθαι γυναικείᾳ τε καὶ δούλειᾳ ἥθη ζοφῶν. Alioquin, inquit, risum late captabimus, dum muliebres, seruiles q; mores nutricũ recusent obtemperare, quasi dicat, nisi nutricibus pœnam constituamus, irridendi erimus, cum a` mulierculis contemnemur. Interpres. risus, inquit, de nobis magnus, quando nutrientium moribus muliebribus, simulatq; seruilibus obtemperare nolint. Itẽ Plato motum, & modulum iuuare ad somnum infantibus excitandum dicit, quo modo etiam ad desipientem debacchationem uidetur conferre. Et utrunq; huiusmodi affectũ genus esse timoris existimat, uitio quodam animi contractũ, quod tolli numeroso motu adhibito possit, & concussione leui, ac placida, interiorem illam animi furibundam, ac timidam concitationem sedari, ac tolli posse, arbitratur. Cũ itaq; exponere, quid uterq; affectus sit, uelit δεμαίνειν δεῖ πουτοῦτ' ἀμφότερα τὰ πάθη. Timor, inqt, uterq; huiusmodi affectus est. Interpres. formidandæ utræq; istæ sunt passiones. Ita, quod Plato sub timoris genere posuit, hic è contrario formidandum dicit. Debacchationẽ uero insipientis, baccham furentem interpretatur. Item Plato per interrogationem, ὁ δὲ δύσκολος, φησὶν, ἁδάμαντός τε ἥλεως. ἆρ' οὐ δεῖ κἀκεῖσε φοιτᾶν θρηνώδης τε εἶναι, καὶ ὀδυρμῶν ὡς ἥδιστ' ἀεὶ τὸ πολὺ πλήρης μᾶλλον, ἢ χρεὼν ὄντ' ἀγαθόν; Homo, inqt, difficilis, & minime placidus, nõne gemebũdus, magna q; ex parte q̃rulus ultra, q̃ deceat bonũ uir? eẽ, uobis uidetur? Interpres. Nõne igit difficilis, ac minime placabilis fletu, clamoribus q; plenior fore uobis uidetur, q̃ mitis, & mãsuetus? Itẽ Plato, uoluptatis, ac doloris mediocritatẽ cõmẽdans, subdit eãdem mediocritatis rõnem diuinæ quoq; naturæ ꝓsentaneã esse his uerbis. ὧν δὴ δικαίως, μὴ θεοῦ κατά τινα μαντείαν φήμην, ἀλλ' ὀρθῶς πάντως προσαγορεύομεν. Quẽ affectũ, uel deo nõ inepte oẽs quadã diuinatiõis fama tribuimus. Interpres. Quẽ affectũ placabilẽ dei quodã oraculo cõmode appellam⁹. Itẽ Plato, neq; se uoluptatib⁹ dedat, admonet, qm̃ dolore ita uacare nõ poterit, μήτ' ἂν αὖ πόνῳ πορισθῇ, φησὶ, πρὸς τοὺς ἥδονὰς γιγνόμενον ὅλως, ὡς δεῖ ἐκτὸς λυπῶν ἐσόμενον. Quapropter, nec ipsum, inqt, ad uoluptates ꝓpensioré esse oportet, qm̃ ne dolore qdẽ uacare possit. Interpres. Nec ipse ad uoluptates, inqt, ꝓcliuus erit oĩno. Reliquã partẽ ꝓtermisit, hoc est, qm̃ dolore uacare nõ poterit, qd̃ ad euitandã uoluptatẽ alioqn plurimũ ualet. Itẽ Plato, nutrices adhuc tantilloꝝ, qbus ĩfantes cõmittit, τὰς δὲ ζοφὰς, φησὶν, ἔτι τῶν τηλικούτων, κοσμιότητος τε, καὶ ἀκολασίας ἐπιμελεῖσθαι. Oportere, inqt, curam ornatus, cõtinentiæ q; hãe. Interpres. De qbus curã nutrices habeãt, ornatũ uero, & ꝓtinentiã, & adhuc tantilloꝝ ne lõgior esset, omisit. Tũ Plato, ex singulis tribub⁹ singulas mulieres ætate ꝓuectas, deligẽdas cẽset numero duodecim, quę tum gregi pueroꝝ, tũ nutricib⁹ ꝓsint, eaꝝ officiũ reuisant, & quoties opus est, emẽdent, τὴν ὑπὸ ζοφῶν αὖτ', καὶ τ' ἀγέλης ξυμπάσης, τῇ δώδεκα γυναικῶν μίαν ἐφ' ἑκάστῃ τεταχθαι κοσμεῖν κατ' ἐνιαυτὸν τῶν προειρημένων, ὅσα αὖ τάξεων οἱ νομοφύλακες. Ipsaꝝ aũt nutricũ, inquit, gregisq; uniuersi, singulis, singulæ de duodecim mulieres præficiantur, quæ ordinẽt, ac disponant per annum quæcunq; ex supradictis censores mãdauerint. Interpres. Vna muler unicuiq; gregi annuo tempore præsit, omisit nutrices, & duodecim mulierum numerũ, & quod dixit, ita obscurum est, ut non possit intelligi. Item Plato, ταύτας δὲ, φησὶν, αἱρεθῆναι μὲν αἱ τῶν νόμων κύριαι τῆς ἐπιμελείας, ὑφ' ἑκάστης τῆς φυλῆς μίαν ἥλικα αὐτοῖς. Eligant, inquit, eas, quæ nuptiis præsint, mulieres, singulas singulis tribubus sibi æquales. Interpres. Duodecim mulieres de duodecim tribubus eligant, & nuptiarum principes mulieres eligant. reliquit sibi æquales, quod necessarium est. non enim ætatem iuuenilem res postulat, sed senilem. Item Plato, mulieri, quæ

lieri, quæ præfecta sit nutricibus, aĩaduertendi in quosdã iuuenes peccantes potestatẽ concedit, reliquos aũt ad tribunitiã refert potestatẽ, δοῦλον φησὶ, καὶ δοῦλῃ, καὶ ξένον, καὶ ξένην, κολαζέτω αὐτὴ δεσπότης τῆς πόλεως οἰκητῶν. Seruum autẽ, inquit, aut seruã, peregrinũ, aut peregrinã, ipsa ꝑ aliquẽ ex ministris reip. puniat. Interpres, omisit ipsa, quod uerbum perneccssarium est, additur enim respectu tribunitiæ potestatis, a` qua puniri reliqui debent. Item cum Plato ignorantiã dicat nutricũ, & matrum, ἄγνοιαν τροφῶν, καὶ μητέρων, Interpres nutricum, & matrum amentiã dicit, q̃si nihil, aut parũ ĩter ignorantiã, amentiã q; interfit. Itẽ Plato, pueros, puellas q; ad choreã hortatur, exẽplo Mineruæ uirginis, quæ Athenis præcipue colebaſ. Hãc enĩ studio choreæ delectatã, aliqñ armatã saltitasse memoriæ ꝓditũ est. Interpres, pro Minerua, aut Pallade, de qua Plato locutus est, Proserpinã dixit. Itẽ Plato, agones, & proagones dicit, hoc est, ludos, & ꝓludia quædã. Interpres, certamina & bella interpretaſ. Itẽ Plato, τῶν παιδιῶν γένος, εἰ μὴ μεταβαλλόμενον ἀεὶ ἐτέρου εἰς ἕτερον, ἀλλὰ μόνιμον εἴη, μεγάλων ἂν ἴσχυε ἕνεκα νόμων τοὺς τιθέντας μονίμους εἶναι. Ludoꝝ genus, si nõ ab uno in aliud mutet, sed idẽ semp maneat, plurimũ, inqt, ad legũ stabilitatem ualere. Interpres. Genus pueroꝝ scribit πρὸς παιδιάν. hoc est ludũ, pro παιδίου. uidelicet puero accipiẽs, ubi nec oronis series, nec rõ rei stabilitatẽ patiẽ pueroꝝ. Itẽ Plato, iura recte cõstituta, ut rata, firmaq; maneãt, scribit oportere, qñ quidẽ mutatio eoꝝ magnã afferret iacturã. Quem locũ ita exponit, κινήσεως δὲ τοῦ αὐτοῦ, μὴ καινοῦ γενομένου, μεταβολαῖς τε ἄλλαις ἀεὶ χρώμενα, καὶ μηδέ ποτε ταυτὸ φίλα προσαγορεύειν τῶν νέων μήτ' ἐν ἀγάλμασι θεῖς τῶν αὐτῶν σωμάτων, μητ' ἐν τοῖς ἄλλοις σκεύεσιν ὁ μολοβδομώνως αὐτοῖς ἀεὶ κεῖσθαι, τό, τ' βάθμον, μὴ βάθμον ἀλλὰ τόν τι νέον ἀεὶ καινοτομοῦντα, καὶ εἰσφέροντα τῇ ἑαυτοῦ ἕτερον κατά τε σχήματα, καὶ χρώματα πάντα, μὴ ὅσα τοιαῦτα, τῶν ὑμᾶς διαφερόντως. Οὐδὲν πάλαι λώβων ἀκούειν μείζω φαῦμεν αὖ, ὀρθότατα λέγοντες. Cũ aũt eadẽ mouent, & inouant, ac mutatione subinde uaria diffidẽt, nec eadẽ unq; iuuenib⁹ grata, familiaria q; appellant, ut nõ in corpoꝝ gestibus, nõ in aliqua supellectile certũ, confessum q; habeat, qd honestũ, qd turpe sit, sed q subinde aliqd noui cõpererit, diuersum q; attulerit a` supiori uel figura, uel colore, uel aliqua huiusmodi diuersitate, hic præceteris comprobetur, hac re si nullam perniciosiorem pestem esse in rep. posse dicimus, recte ꝑfecto` arbitramur. Interpres. Quo modo locũ hunc in latinã linguam transtulerit operæpretiũ est audire. Si uero, inqt, nouis semp rebus, mutatiõibus q; utaſ, ac aliis, atq; aliis, tũ figuris corpoꝝ, tum cæteris uasis delectari assuescat, honestũ quoq;, ac turpe sit, semp esse mouẽdum arbitrabitur. Quare siqs aliqua noua figuris, odoribus q; in mediũ afferẽs honoraſ, hoc recte sentiẽtes dicemus pestẽ Reip. maiorem nullam futurã. Quid in his Platonis sit, equidem nõ uideo, nec alios puto secus, q̃ ego sentio, existimaturos. Quid aũt sibi hæc uelint, Interpres dicat, si tñ, qd̃ mihi difficile uideſ, se ipsum intelligit. Itẽ Plato, erudiendos in re militari liberos ciuiũ, seu uolentibus, siue inuitis parentibus decernit. οὐκ ἂν μὲν αὖ βούλητ' φησὶν ὁ πατὴρ οἱωντινα, ὧν δὲ αὖ μὴ ἐῶντα τὰς παιδείας, ἀλλὰ τὸ λεγόμενον, πάντ' αὖθρα, καὶ παῖδα καὶ τὸ θυμούμενον, ὡς τῆς πόλεως μᾶλλον ἢ τῶν γεννητόρων ὄντας, παιδευτέον ὀρθῶς αὐάγκης. Non quem pater, inqt, uoluerit discere, quęue noluerit, missas facere disciplinas, sed, ut aiunt, oẽs, quauis ætate dare pro uiribus operã, etiam inuitos, qñ quidem Reip. filii potius sunt, q̃ eoꝝ, a` qbus geniti fuerunt. Interpres. Venient aũt illuc, non q a` parentibus mittunt solũ, sed uiri, adolescentes q; oẽs. Ciuitatis enĩ magis, q̃ genitoꝝ suoꝝ sunt, ita nec dignitatẽ seruat Platonici sermonis, & sentẽtiam oĩno peruertit.

Itẽ Plato, mulieꝝ nimium otium, atq; inertiã improbat, nec satis esse arbitraſ, q; res domi reconditas seruant, & aut nent, aut texunt, sed ad exercitationes etiã ꝑdeũdũ arbitratur, & corpus parandũ ad labores, & pericula, quoties opus sit, subeunda, εἰς τινα μίαν οἴκησιν ξυμφορήσαντες, φησὶ τὸ λεγόμενον πάντα χρήματα παρέδωκεν τοῖς γυναιξὶ διαταμιεύειν τε, καὶ κερκίδων ἄρχειν, καὶ πάσης τῆς ἀσπουργίας. Domi, inquit, uniuersas res, ut dici solet, reconditas mulieribus custodiendas tradimus, & radiis, omniq; lanificio cõcedimus, dũtaxat eas ꝑesse. Interpres. Conductis in unã mulieribus domũ, radios, & texturã, cæteraq; huiusmodi cõmittemus. Quã scite, & prudẽter, res domi reconditas uertit peritus Interpres, in mulieres unam in domum conductas. Itẽ Plato, mulierũ lacænaꝝ morẽ in lanificio, et re militari positum narrans, γυμνάσω δὲ, φησὶν, ἀργοὺς, μὴ παλαισμοῦ ἀσκητικὴν δὲ ἕνα βίον, καὶ οὐδαμῶς φαῦλον, οὐδ' ὠφελῆ ὀλιγωφελέιν. Ἱππασίαν δὲ, καὶ παιδοφοίτους, εἰς τὸ μέσον ἀφικνεῖσθαι, τῶν δ' εἰς τὸ πόλεμον, μὴ κοινωνούσας. Mulieres, inquit, lanificio quidem uacare, sed uitam quandam solertiorẽ, & minime uilẽ, atq; abiectã agere, quinetiã domestici cultꝰ, & penuarii officii, ac curæ filioꝝ mediũ quoddam tenere, bellicæ aũt rei consortium recusare. Interpres. Mulieres uero cultui filioꝝ uacare, bellisq; nõ participare. Itẽ Plato. γωργίαν δὲ φησὶν, ἐκδοθῆναι δούλοις ἀπαρχὴν τῶν ἐκ τῆς γῆς

» ἄποτελοῦσιν ἡκιστα ἀνθρώποις ζῶσι κοσμίως. Ager ſeruis traditus ad colendum fructum ſane red/
» det, q ſatis ſit hoſibus uitã modeſte agentibus. Interpres. Agricultura ſeruis cõmendata, q ho/
» mines primitias agroꝝ ſatis perſoluant, honeſte uiuunt, recte ſane, ut cætera. Itẽ Plato, Ciues
ne otioſe uiuãt, deterret, inde afferẽs metũ, ꝙ niſi uitæ officiis pfunganꝫ, facile in eã quæ conue
niat, rem delabentꝫ. Conueniẽtem aũt, ac debitã eſſe rem dicit, ut aĩal, qđ otioſe, ac negligẽter
» degit, ab alio aĩali rapiatꝫ, qđ riget laboribꝰ, & uiribꝰ præſtat. οὐδ' ὅσοντε, φησὶ, τὸν ζῶντα οὕπως
» ἀτυχῆσαι τῆ μεσοκοιΐας. προσήκει δὲ ἀρχῇ, καὶ ῥαθύμως κατα πεπαυμένῳ ζώῳ, ὡσθὸν ὑπ' ἄλλου
» διαπαυθῆναι ζώντων σφόδρα τε τεθηγμένων μετὰ ἀνδρείας ἅμα, καὶ πόνων. Nec fieri, inqt,
» poteſt, ut homo, q ita uiuit, ea re uacet, quæ ꝓuenit. Conuenit aũt otioſo, & ꝓ inertiã obeſo, ia/
» centi'q aĩali, ut ab alio rapiatꝫ, qđ labore extenuatũ ſit, & ualeat aĩo. Interpres. Nec poſſit ui/
» uus qſpiam ad tantũ infortuniũ deuenire, otioſo enim, pinguiq aĩali ꝓuenit, ut ab alio laboribꝰ
» extenuato, fortiq rapiatꝫ. Itẽ Plato, ad exercendũ tam corpꝰ, q̃ aĩum hortatꝫ, & neqđ tpis rei
» tam neceſſariæ detrahatꝫ pſuadens, πᾶσα δὲ νύξ τε, φησὶ, καὶ ἡμέρα ὡσθὸν, οὐκ ἔστιν ἡκιστα τοῦτ' αὐτ'
» πράττοντι, τὸ τέλεόν τε, καὶ ἡκιστα αὐτῶν ἐκ λαμβάνειν. Nox, inqt, tota, diesq; fere totus, ſatis nõ
» eſt ad plenũ, abſolutumq eius rei fructũ capiendũ. Interpres. Tota uero nox, totaq; dies, id ſa
» cienti nõ ſufficit, reliqua ne lõgior eſſet, omiſit. Sic. n. ſæpe, quæ Platonis ſunt ptermittit, quæ
nõ ſunt, addit, & ut in neceſſariis, quæ authoris ſunt, breuior, ſic in ſuis, quæ pabſurda ſunt, pli
» xior eſt. Item Plato, quantũ ſomni ſatis ad hoſs ualetudinẽ ſit, deſcribens, ἔστι δὲ οὐ πολὺ, φησὶ,
» καλῶς εἰς ἕβδομον ἰόν. Non multũ eſt, inqt, ſi bene aſſueſcis, qſi dicat, qđ ad ualetudinẽ reqrit, nõ
» multũ eſt, præſertim homini bene morato, & mediocritati aſſueto. Interpres. Somnꝰ ergo tur
» pis eſt, & ꝓſuetudine creſcit. Itẽ Plato, ὁ δὲ μὴ πειθόμενος, φησὶν, ἄλυμος τ' ἔσται παιδείαν ἔστω ὑμῶν.
» Qui nõ parebit, inqt, expers honoꝝ erit, q uiris eruditis, & in aliquo diſciplinę genere excellẽti
» bus dari ſolẽt. Interpres. Pueriles, inqt, honores non ꝓſequetꝫ. a' diſciplina dilapſus eſt in pue/
» rilitatẽ. Item Plato, ne puellas qdem in reb⁹ bellicis uult eſſe inexercitatas, ut cũ matronę fue/
rint, poſſint, ſi ita res exigat, ꝓ filiis ſuis pugnare, nec ad ſacra ſolũ, & tẽpla, ꝓuolutæ ululatu, ac
gemitu oĩa cõpleãt, & muliebribꝰ ſuppliciis inſiſtãt, prauã generi humano opinionẽ contrahẽ
tes, qſi oĩum aĩantiũ natura ignauiſſimũ ſit. Interpres, opinionem'q generi hoĩum dare, oĩum
aĩaliũ mulieres eſſe ignauiſſimũ. Mulieres tñ ꝓ uniuerſo hoĩum genere, de quo Plato loquitꝫ,
accipit. Item de exercitio luctãdi, & reliquo iuuenilis ætatis motu, Plato diſputat, quo in loco
plura ſaltandi genera enumerat, quorũ alia probat, alia improbat, & in hunc modũ loquitꝫ.
» δύο μὲν αὐτῆς εἴδη χρὴ νομίζειν εἶναι, φησὶ τὼ μὲν, τῶν ἡμιλίων σωμάτων, ὧδ' ἂ σιμὸν μι/
» μουμένω. τὼ δὲ, τῶν αἰχόνων, ὧδ' ἂ φαῦλον. καὶ πάλιν τὸ φαύλου τε δύο, καὶ τὸ εὐσυσκίου δύο
» ἕτερα. τὸ δὴ εὐσυσκίου, τὼ μὲν κατὰ πόλεμον, καὶ ἐν βιαίοις ἐμπλακέντων πόνοις, σωμάτων μὲν
» καλῶν, ψυχῆς δ' ἀνδρικῆς. τὼ δ' ἐν δυσπραγίαις τε, οὐσης ψυχῆς σώφρονος, ἐν ἡδοναῖς τε ἐμμέτροις
» εἰρηνικὴν ἂν τις λέγων, κατὰ φύσιν τὼ βιωτὴν ὀρχησιν λέγοι. τὼ πολεμικὴν δὴ τούτων ἄλλως οὐ/
» ζεν τῆς εἰρηνικῆς. πυῤῥίχην ἂν τις ὀρθῶς προσαγορεύοι. τὰς τε βολὰς ἁπάσας ποσῶν βολῶν, καὶ πλη/
» γῶν ἐκνεύσεσι, καὶ ὑπείξεσι ποίαις, καὶ ἐκπηδήσεσιν εἰ ὑφέσεσι, καὶ σὺν τανυσμοῖσι μιμουμένω. καὶ τὰς
» τούτοις εἰ ἀντίσπασ', τὰς δὴ τὸ δρᾶστικὸ φερομένας αὖ σχήματος, εἴ τε τοῖς τῶν τόξων βολαῖς, καὶ ἀκον
» τίοις, καὶ ποσῶν πελτῶν μιμήματα ἐπιχειρήσας μιμεῖσθαι. τό, τε ὀρθὸν, εἰ τούτοις, μὴ τὸ δύπτυον τ' ἄγα
» θὸν σωμάτων, καὶ ψυχὴν, ὁπόταν γίγνηται μίμημα δι' ἀμφιβρεῖς, ὡς τὸ πολὺ τῶν τῆ σώματος μελῶν γιγ
» νόμενον, ὀρθὸν μὲν τὸ ποιοῦν. τὸ δὲ τούτοις εἰ ἀντίον, οὐκ ὀρθὸν ἀποδεχόμενον. τὼ δὲ εἰρηνικὼ ὄρχη/
» σιν, τῇ δ' αὖ θεωρητέον ἐκάστων, εἴτε ὀρθῶς, εἴτε μὴ κατὰ φύσιν ἴσ τῆς καλῆς ὀρχήσεως αὐτιλαμβανόμε/
» νος εἰ χρείαις πρεπόντως δυνάμων ἀνδρῶν διατελοῖ. τὼ τοίνω ἀμφισβητουμένω ὀρχησιν, δεῖ πρῶ
» τον χωρεῖς τῆς αὐ ἀμφισβητήτου διατεμεῖν. ἴσ οὖν αὐτὴ; καὶ πῇ δεῖ χωρεῖς τέμνειν ἑκατέραν;
Eius duo genera eſſe cenſendum eſt. Alterum, quod digniorum corporum honeſtatem imi
» tetꝫ, alterum, quod deformium uitia ſequatur. Vitioſi item generis ſpecies duplex eſt, & duplex
» probi. Probi inquã ſi alteram ſpeciem bellicam dixeris, cũ uiolentis laboribus, corpore dign, o
» forti'q animo implicamur, alteram uero pacificam, cũ per felicitatem animo modeſto uolupta
» tibus modice utimur, ſcite, recte'q cum ratione appelles. Bellicum igitur genus illud diuerſum
» ab hoc pacifico pyrrichiam recte nomines, q̃ cautiones omnium tum iactuum, tum plagarum
» declinatione, ceſſionéq uaria, & ſaltu, aut ſublimiore, aut humiliore referat, atq etiam ptrarios
» geſtus, quos agẽdi peritia formet. Tũ uero in iaciendis aut ſagittis, aut iaculis in omni denicq
» telo ſiue ictu, conetur decorum exacto ſimulandi ingenio ſeruare, ac reddere. Itaq officium in
» his probet, & corporum, animorum'q conſtantiam ſæpe directo membrorum geſtu, interdum
» etiam indirecto ſimulatam cõmendet. Pacificum rurſus ſaltitandi genus in ſinguljs hoc modo

conſyderandum

» conſyderandum eſt, recte nec'ne profeſſor dignæ ſaltationis in choreis uirorũ optima lege eru
» ditorum recipiatur. Ergo ſaltandi genus, quod in cõtrouerſiam cadit, primum ſeorſum ab eo,
quod certum, confeſſum'q habetur, ſecari debet, quod nã igitur hoc eſt, & quo modo ſeorſum
diſtinguendum. Hæc cum ita a' Platone ſcripta ſint, Interpres partem maiorem, & inſignio/
rem, & cõmodiorem notarum, quibꝰ Plato ſaltandi genera exprimit, prætermiſit, & uerba in
» culcans ita loquitur, ut qd dicat, a' nemine poſſit intelligi. In duas, inquit, ſpecies eam diſtri/
» buimus. Nã uel ad honeſtius, uel ad turpius deducũtur, quorũ utriuſq duo rurſus genera ſunt,
» honeſti ergo generis, ſi corpora pulchra ſunt, animusq modeſtus, pacifica hæc ſecũdum natu
» ram motio appellabitur. Quæ autem bellica eſt, magnitudinem'q animi quærit, Pyrriche recte
» uocabitur, in qua ſunt, fluxus corporis, quibus tela, plagæq uitantur, exaltationes in altum, hu
» miq, protractiones, cætera'q huiuſmodi dubiæ quoq ſaltationis ſeorſum genera diſtinguẽda.
Quã ſcripta Platonis ab hoc interprete recte in latinum uertantur, manifeſtum eſt, hinc mouet
aduerſarius, ut obiiciat Platoni, ꝙ pulchritudini corporꝭ indulſerit, quia uidelicet dignitatem
corporis, quam ille tribuit bello, hic ad pacẽ peruertit, magnitudinẽ prorſus corporis, pulchri/
tudinem eſſe, nemo, excepto interprete, ignorat. Quapropter Plato corpus dignitate pręditũ,
& animum fortitudine præſtantem in bello conſtituit, hic huiuſmodi corpus in pace ponit, &
pulchritudinis nomine contaminat animi modeſtiam uoluptate modice utentem. Fluxũ uero
corporis quis neſciat apud latinos uentris profluuium dici, & tamen hoc uocabulo uſus eſt In
terpres pro iis, quæ Plato nutum, flexum, ceſſum, ſaltum nominat. Taceo, ꝙ ea, quæ a' Plato/
ne ꝓtraria ſupradictis adducũtur, hic eis uerba illa adiungit, aliaq ſimilia. Facit hic ſane ex ora
tione Platonis, tanq ex pulcherrima arbore truncum quẽdam, omnibus, quæ dignitatem illius
complerent, amputatis, atq reſciſſis. Tum Plato de diſciplinarum ſtudio differit, & quaten⁹,
aut quomodo his danda opera ſit, iubet. Tum uero in ſermonem incidit incõmenſuratarum,
& cõmẽſuratarum magnitudinũ, quas noſſe neceſſariũ arbitratꝫ, alioqn tortũ eſſe, uiciſſim'q ſe
niores, propoſitis huiuſmodi qõnibus morã animi cauſam trahere, multo iucundiorẽ talis, &
» teſſeris ſtudio cõtendentes, libero hoſe digno. Reſpondet his ſocius, ἴσως ἔοικεν ἥττε πεπαίσεται, καὶ
» ταῦτα ἀλλήλων τὰ μαθήματα, καὶ πάμπολυ κεχωρίσθαι. Quid ni? Plurimum enim inter teſſe/
» ras, ac diſciplinas iſtas intereſſe, longoq interuallo diſiungi manifeſtum eſt. Quod reſponſum
plane illud explicat, longe iucundius poſſe ſenes in his diſciplinis, animi cauſa uerſari, quam in
talis, & teſſeris, quandoquidem hæc ſtudia longæ nobiliora ſunt, & ſenili ætati magis accom/
» modata. Interpres. Non multum forſan teſſerę, iſtæq doctrinæ inter ſe diſtare uidentur. Pa
» rum, ſi Deo placet, receſſit a' Platonis ſententia, quando ille diſiungi hæc longo interuallo di/
» cit, hic non multum inter ſe diſtare interpretatus eſt. Deinde Plato, de uenatione, & quæ nã
» ſequenda, quæ reſpuenda ſit, dicturus. ὃν μὲν νομοθέτην ἐπαινέσαι, καὶ ψέξαι φησὶ, χρεὼν τὸ πδσι/
» θήρασ' πρὸς τοὺς τῶν νέων πόνους τε, καὶ τὸ ἐπιτηδεύματα. ὃν δ' αὖ νέον ἀκούσαντα πείθε/
» σθαι. καὶ μηθ' ἡδονῶ, μή τε πόνον ὀξείργειν αὐτόν. τῆδε δὲ τῶδε ἕκαστα ἀπειλεθεσθέντων μᾶλλον ἢ ἥκιστα,
» καὶ μοθετηθέντων, τὸ μετ' ἐπαίνου ῥηθέντα μᾶλλον τιμᾶν, καὶ προσαχθέντα ἀκροτελεῖν. Legum
» latorem, inquit, uenandi rationem, partim probare, partim dãnare, oportet ad labores, & ſtu
» dia iuuentutis. Iuuenes autem ipſi obtemperare præceptis debent, & neq a' uoluptate, neq a'
» labore arceri, quo minus officio ſuo fungantur. Tum uero, quę cum cõminatione dicta ſunt dĩ
» ligentius colere, atq ſeruare, quã quę minaciter addita pœna, lex ſanxerit. Interpres. Oportet
» ut legislator ad incitandum labores, ſtudia'q iuuenum uenationem laudet. Iuuenes autem ita
» parẽre, cum audierint, ut nec labor, nec uoluptas a' uenãdo ipſos arceat, magisq honorẽt, quæ
» dicta cũ laude ſunt, q̃ quæ minis, multis'q firmata perhorreant. Mox Plato, τούτων δὴ πρόσθεν
» ῥηθέντων, φησὶν, ἑξῆς αὖ γίγνοιτο ἐμμελὲς ἐπαινος ἥδε, καὶ ψόγος. Hoc ita, inquit, exorſi, laudẽ de/
» inceps modice, improbationem'q uenandi dicemus. Interpres pro modica laude, metricam
dixit, qui uel ſolus error ſatis, ſuperq hominis peritiam ĩdicat. Quis eſt enim adeo mẽtis inops
qui carmen, & metricam poetarum rationem, huic loco accommodari poſſe, arbitretur? Item
Plato, νυκτερευτὴν δὲ, φησὶ, θηρευτὴν ὀλιγονότι, κυσὶ, καὶ τἀλεκτρυόνι, μηδεὶς μηδέποτε ἐάσῃ με
θ' ἡμῶν θηρεύσειν. Venatorem, inquit, nocturnum, retibus, & canibus ſuis fidẽtem, nemo uſpiã
ſinat uenari. Interpres. Noctu ſine canibus, & retibus nemo id audeat facere. Sed reliqs omiſ/
ſis, quę notari in hoc libro poſſent, nunc ad octauum tranſeamus.

EX LIBRO OCTAVO.

Reprehensio, & emendatio duodeuiginti magis insignium errorum, quos aduersarius in octa ui libri legum interpretatione commisit.

Qui fructus rustici a Platone nuncupentur. Caput IX.

Isserit in hoc Plato de duplici amicitiæ genere, atq; his utitur uerbis, φίλον μέν που καλοῦμεν, φησὶν, ὅμοιον ὁμοίῳ κατ' ἀρετὴν τῷ ἴσον ἴσῳ. φίλον δ' αὖ τῷ δεομένῳ, τοῦ τε πλούτου τυχόντος, ἀνάλογον ὃν τῷ γένει. ὅταν δ' ἐκάτερον γίνηται σφοδρόν, ἔρωτα ἐπονομάζομεν. Amicum appellare eum solemus, qui uirtute similis, ac par est, atq; etiam eũ, qui pecuniis eget, diuitis amicũ nuncupamus, quanq; genere est planè diuersum. Vtrunq; uero quoties amplificatum est, amorẽ iam dicimus. Interpres. Amicum enim simile simili, & æquale æquali asserimus. Sed rursus etiam amicum, qui diuitis indigeat, quanq; genere contrariũ sit. amicum dicit eum, qui diuitis indiget, sed cuius tãdem amicus sit, tacet, cum id Plato exponat dicens, amicum diuitiis esse, qui pecuniis eget. Item, quod Plato dicit, utrúq; uero quoties amplificatum est, amorem iam dicimus. Interpres ita exponit. Cum uero utrunq; concurrat, cupidinis ardorem nuncupamus, quod duplicem in se continet errorem, neq; enim coniunctio, aut concursus, ut ipse ait, amicitiarum huiusmodi amor est. Vtraq; enim per se cum amplificata est authore Platone, nomen amoris recipit, neq; si coniungantur, amorẽ facient, nisi amplificatio, hoc est uehemẽtia quædam amoris accesserit, quod ab interprete prætermissum est. Taceo, q̃ ne ardor qdem cupidinis dici debet, quod Plato ἔρωτα dixit. ἔρως enim amplificationẽ benevolentiæ refert, & honestæ rei melius, q̃ ardor cupidinis accõmodari potest. Item Plato tertium amicitiæ genus exponit, quod ex duobus iam dictis mistum habetur, explicatis q̃ duorum illorum simplicium conditionibus affert tertium his uerbis, ὁ δὲ μιχθεὶς, φησὶν, ἐξ ἀμφοῖν τρίτος ἔρως, οἷ ζητεῖ' ὀνομάζειν ὡς τρίτον. Tertius autem amor, qui ex ambobus illis permistus est, genus illud est amoris, quod nos tertium exposuimus. Interpres hoc totum relinquit, causam ipse afferat, si potest. Item Plato, modũ, quo superari libido, atq; inhonesta uoluptas possam ipse afferat, si potest. Item Plato, modũ, quo superari libido, atq; inhonesta uoluptas possit, exponens cõuiuiorum exemplo utitur, quæ quanq; institui posse ante, q̃ in usum uenirẽt, minime putabantur. postea tamen recepta sunt. Sic enim de uoluptate sentiendum arbitratur, ut quanq; superari posse nequaquam existimetur, excogitari tamen modus aliquis possit, quo superetur, qui si adhibeatur, crederetur facile, qd' ante psuaderi sine difficultate nequiuisset. Quo in loco his utit' uerbis, ἀλλὰ γὰρ εἰς τοῦτο πρὸς βίαν κεκινῆσθαι, ὡς τ' ἄλλ' αὖ ποτε γενέσθαι δοκοῖ. Sed enim, eo res prouecta nunc est, ut nunq; effici posse uideatur. Interpres. Sed ad hoc modo per uenit, ut uideatur, nec tunc quidem fieri posse, sicut ꝯcibationis studiũ non credebatur Quod Plato existimari dixit, minime effici posse, hic ad tempus quoddam præteritũ refert, sed quod sit illud, nec ipse dicit, nec nos quærimus, quando nullum tempus a Platone determinatur, cõcibationes autem appellat suopte uocabulo, quæ nos conuiuia dicimus. Itẽ Plato, dum uinci posse uoluptates ostendit, mentionẽ athletarũ quorundã facit, qbus tametsi corpora ualidiora, & animi longe deteriores, q̃ cæteris bene institutis ciuibus erant, a rebus tamen uenereis abstinere potuerũt, quo in palæstra possent uictores euadere, quibus affert. Longe igitur magis nostri adolescentes multo pulchrioris uictoriæ gratia temperare a uoluptate deberent, post, quæ socius percunctatur, quam tandem uictoriam intelligat, cui Plato uoluptatum, inquit, uictoriã, quas qui superare potest, felicem agit uitam. Qui uero ab his pessundari se permittit, infelicẽ, ac miseram, πρὸς δὲ τούτοις ἔτι φόβος ὁ τὸν μισθαμὴ μισθαμῶς ὅσον αὐτὸν εἶναι. λυώμεν οὐκ ἄρα ἔχει κρατῆν, ἂν ἄλλοι κε κρατήκασι, τούτων ὄντες χείρονες; Ad hæc timor, inquit, neqd impie committatur, non ne efficere poterit, ut ea meliores superent, quę superare deteriores potuerũt? Interpres. Quid igitur formidamus, ne minime rem uincamus, quã alii peiores superunt? Item Plato, modos, quibus superari uoluptas possit, exposuit, eos q̃q̃ non faciles, tamen commodos esse existimans, ταῦτα δὲ φησι, καθάπερ ἴσως εἰ μύθῳ παυλῷ λεγόμενα ἔοικε, δυχερὲ πολὺ γε μὴν ἀρίστα, εἰ πᾶσα γίγνοιτο, εἰ πάσαις πόλεσι γίγνοιτ' ἄν. Hæc fortasse, inquit, quæ modo dicimus, perinde quasi per fabulam optanda sunt. Verum si fieri potuerunt, q̃ optima omnibus ciuitatibus cõtingent, q̃si dicat, fabulas ista esse, & quæ optari potius, q̃ capi consilio possint. Interpres. Duo hæc membra orationis commiscens, & sententiam Platonis deprauãs. Hæc, inquit, quasi per fabulam dicta, preces ad Deum sint multum collaturæ, si hę leges ubiq; obtinebunt. Tum Plato de aquarum ductibus, & puteis faciendis differens, ἀῦδρία δὲ ἂν πιοτόκος, φησὶ, ξύμφυτος ἐν γῆς, τὰ

γῆς τὰ ἐκ διὸς ἰόντα ἀκροτέχνηματα, καὶ ἐλλείπει τῶν ἀναγκαίων πομάτων, ὀρυττέτω μὲν ὁ τῷ ἑαυτῷ χωρίῳ μέχρι τῆς κεραμίτιδος γῆς. Siqua, inquit, aliquibus in locis aquæ inopia solo incita, riuos arcet a Ioue prodeuntes, atq; ita defectus necessarii liquoris urget, suo quisq; in loco ad cretam usq; effodiet. Interpres. Quod si aquæ inopia in agris est aliquibus, & pluuialibus aqs retentis uiuunt cum necessitate, quispiam in loco suo ad terram usq; solidiorem effodiat. Deinde Plato de fructuum usu, διττὰς μὲν, φησὶ δωρεὰς ἡ θεὸς ἔχει χαρίζεσθαι αὕτη, τὴν μὲν, παιδιὰν ἅμα συμπαίσασα ἀηδοσώτερον, τὴν δ' εἰς ἀποθέσιν γινομένην ἡκιστα φύσει. Duplex, inqt, gratiæ munus hæc dea nobis largitur, alterum ad delitias non recondendas, alterũ ad recõdendas aptissimũ. Interpres, alterum ante depositionem, alterum in depositione. Item Plato, ὅς αὖ, φησὶν ἀγροῖκον ὀπώρας γύσηται, ϛαφυλῖνον, εἴτε καὶ σῦκον, Quicũq; de rusticis fructib⁹, uuas, aut ficus gusta rit, quo in loco rusticos fructus, eos nominat, qui apti sunt ad recondendum. Interpres. Qui uuam ante undemiæ tempus gustauerit. Item Plato, contumaces eius legis de fructu rustico puniens, ἐὰν δὲ δὴ δοῦλος, φησὶ, μὴ πείσας τὸν δεσπότην τῶν χωρίων, ἅπτηται τοῦ τῶν τοιούτων, καὶ τὰ ῥᾶγα βοτρύων, καὶ σῦκον συκῆς, ἱσαρίθμους πληγὰς τούτοις μαστιγούσθω. Si seruus, inquit, domino fundi inuito, tetigerit hæc, quotcunq; uuæ acinos siue ficus comederit, totidem plagis cædatur. Interpres. Quod si si seruus id quispiam fecerit, per singulas ficus, acinos q; uuæ, æqualia numero uulnera patiatur. Omisit particulam illam domino fundi inuito, quæ maxime necessaria erat, Nam siquis cõcedente domino collegerit, nulli pœnæ obnoxius erit. Nec uero reliquam partem sine errore interpretatus est, seruum enim, qui uuam comederit, totidem, īquit, pati uulnera debere, quot acinos comederit, quare nihil esse posset iniquius, nihil a Platonis sententia alienius. Ille enim uerbera ait, seu plagas, non uulnera. Item Plato, ἐὰν δέ τις, φησὶν ἀϊστωρ ὢν αὐτὸς, ἢ δοῦλος, ἅψηται τὸν μὴ δοῦλον, κολάζειν δὲν δ' ἐλεύθερον ὄντ' ἀπωθεῖσθαι. Siquis nescius tetigerit, si seruus est, flagris cædat', si liber, dimittatur admonitus, ut reliquos tãgat fructus, qui uuæ passæ conficiendæ, aut uino, aut carycæ commodi non sint. Interpres. Si uero depositio ni aptas sciẽs tetigerit, seruus quidẽ plectatur, Liber autem repellatur, ut re doceat ficus, uuã q; solummodo ad depositionem ineptas capere alienis licere. Nescium Interpres scientem dicit, & repelli, quem dimitti Plato cẽsuit, quid tangi posset, a quo abstinere oporteret admonitum. passam autem carycam, uinum hoc est fructus reconditos, dicat cur nominare noluerit. Item Plato, legem de malis, piris, malis punicis, reliquis q; huiusmodi scribens peregrinis quidem & in fundo comedere, & domum deferre permisit. Ciuibus uero liberis esse tantum in fundo nihil uero inde deferre, ἐὰν δὲ πρεσβύτερος ὢν, φησὶν, ἅπτηται τούτων, φατὸν αὐτὸν, καὶ ἀποφέρων μηδὲν, καθάπερ ὁ ξένος. πωλῇ κοινωνέτω τοῦ τοιούτων ἁπάντων. Si senior, inquit tetigerit edendo, & nihil deferendo, sicut peregrino permissum est, omnium huiusmodi fructuum particeps sit. Interpres. Sin uero senior quispiã comederit, nec asportauerit, sibi quoq; ī his oĩbus liceat. Itẽ Plato tertiã partem fructuũ duntaxat cogi quẽq; debere ĩstituit, ut cuiq; uẽdet, & qm̃ fruct⁹ partim nobiliores, partim ignobiliores afferri solẽt, mistã ex utroq; genere tertiã partẽ uẽdi decernẽs, χείρω που, κἀ βελτίω τούτ', φησὶν, ἕκαστα αὐάσκειν φύειν, κἀ ἐκ βέφθειν πλὴν γῆν. Meliora, inqt, aut deteriora quęq; ex his agrũ gignere, augere q; necesse ẽ. Interpres. Necesse est enĩ, ut agri alia copiose, alia cõtra pducãt, modũ reddit p genere, cũ dicat copiose. Mox Plato, λαβὼν δ' ἕκαστος τῶν πολιτῶν τὸ δύο μόρια, φησὶ, κύριος ἔστω τὸν νομῆς διάλοις τὸν μὴ ἐλευθέροις, ὅπως αὖ, μὴ ὁ πρίαπος βάλλῃ διανέμων. Duas, inquit, partes, quas ciuis sibi quisq; seruauerit, distribuere suo arbitratu possit seruis, liberis ue, quatenus, & quo modo uoluerit. Interpres. Quilibet autem ciuis, cũ duas partes seruorum, liberorũ q; acceperit, sicut uelit ipse, distribuat. Tum Plato de eisdẽ rebus uenalibus agẽs, quemadmodum ciues uendere debeant peregrinis statuit, eas scilicet res, quas uendere peregrinis licebat. τῶν δὲ ὠνίων, φησὶ, πρῶτα μὲν τὰ τοῦδε τοὺς ξένους παρεῖσθαι πωλεῖν. τοῖς ἀστοῖς, σκοπεῖν, ἢ γίγνεται καὶ τοῖς ἐνθάδε ἕνεκα. In uenalibus, inquit, rebus primum de his cõsyderandum est quas a ciuibus uẽdi peregrinis decreuimus. Interpres. Tametsi hoc a Platone subobscure dictum ex iis, quæ sequuntur, apertius intelligi possit, ita tamen trãstulit, consyderent q; an cõuenæ secũdum leges singula ciuibus uendant. Ita cum Plato consyderandum dicat, An ciues iuste uendere peregrinis possint, hic contra interpretat', an peregrini iuste ciuibus ualeant uenundare. Nam cõuenas recens eius uocabulũ, ego quidẽ peregrinos significare arbitror. Itẽ Plato nullam cauponandi rationem ciuibus suis permittit, uetatq;, ne aut ipsi aliis cauponẽtur, uel ab aliis emant obsonia, Peregrinos tamen peregrinis in foro peregrino cauponari posse concedit, hoc modo, αὐ δὲ τοῖς τῶν ξενίων ξένος ἀγορᾶς, πωλέσθω τοῖς δημιουργοῖς τε καὶ τούτων δούλοις.

» Peregrinus autem in foro peregrinorum opificibus uendat, & eorum seruis. Interpres, hoc re
» ferens ad ciues, in peregrinorum tamen foro, inquit, opificibus, seruis q; suis uendere liceat. Ita
ciuibus permitit cauponari, cum peregrinis uẽdunt. Longe aliter, quã Plato decernat. plerosq;
etiam alios errores in hac lege committit, quos perspicere facile poterit, siquis interpretationẽ
eius cum Platonis libro contulerit. Cæterum in ultima huius libri parte, cum Plato de inqui/
» linis disputaret, δεῖναι φησὶ, τῷ βουλομένῳ ἰέναι εἰς τὴν μετοίκησιν ἀδίκου ἡντιν', μεβίκιον μηδὲ σμι
» κρὸν τελοῦντα, πλὴν τοῦ σωφρονεῖν, μηδὲ ἄλλο αὖ τέλος εἶναι πλὴν ἀνῆς, ἢ πράσεως. Licere cuiuis
» inquit, certo tempore urbẽ colere, sine aliqua incolendi mercede, aut ullo uendendi, emendi ue
» uectigali, uno officio uirtutis excepto. Interpres immunitatem hanc incolariæ mercedis reli/
» quit, & quod ab incolis Plato unum uirtutis officium requirit, similiter prætermisit, quasi parũ
interesset, uirtutem quis an uitia exerceat. At uero Plato, neminem nisi cum uirtute in urbem reci
piendum censet, etiam si cõmoditatis desyderium urgeat, qua quidẽ una commodi ratione re/
cipi peregrinos, legumlatores permittunt. Nam cæteris quidem de causis melius agi putãt, sine
huiusmodi sociis, qui peregrinos inferant mores, et ciuium probitatem deprauent. Ita Plato, in
colas admitti quidem cõcedit, sed salua uirtute, quod unum quasi mercedem, & uectigal postu
lat, exigendum q; ab omnibus decernit. Atqui Interpres partẽ hanc prętermisit, qua sublata, le
gem omnem labefactari manifestum est.

EX LIBRO NONO.

¶ Reprehensio, & emendatio tredecim magis insignium errorum, quos aduersarius in noni libri interpretatione commisit. Capu X.

Am uero quid in nono libro aduersarius egerit, uideam⁹. Principio excusare se Pla
i to uidetur, q; de sceleribus quibusdam turpissimis, ac nefandissimis legem ferat, &
quanq̃ non esse se nescium dicit, eam rẽp. in qua optimæ leges cõditæ sint, uix pos/
se in tantum errorem delabi, quoniam tamen non dum aut deorum filii sunt, qui uel
dant, uel accipiunt iura, sed homines natura fragiles, & ad errorem propensi, non indecens eẽ
interdum suspicari, ac timere, nequis etiã in tali rep. natus, educatus q; quasi sua natura incox
prodeat, ueluti usu euenit, ut nõnulla sata fulmine tacta dura efficiantur. Itaq; haudq̃quã ine/
ptum esse arbitratur, huiusmodi quoq; delictis præsidio legum ꝓuideri, quæ cũ a` Platone mi/
ro quodam ornatu, ac splendore scribantur, Interpres omnia peruertit, ꝓfundit, atq; dilacerat,
» Neq; est turpe, inquit, oĩa legibus cõplecti, ea præsertim in ciuitate, quã dicimus recte se ad uir
» tutis adq̃sitionẽ habiturã. Oportet enĩ, ut ꝓueniamus minantes, neq; flagitio, aut facinore, tũ
» se, tũ alios corrũpat. Leges igit' istæ faciendæ sunt auertẽdi a` uitiis gratia. Veꝝ quoniã non ut
» prisci legis latores agimus, q cum deoꝝ filii essent heroibus, q & ipsi a` diis nati sunt, leges fere/
» bant, sed hoĩes hoĩbus ista sancimus, uereri par est, neq; ciuiũ, ita natura indomit⁹ nobis gigna
» tur, ut q̃si prædura legumina igni legũ decoq nequeat. O admirabilẽ peritiã interpretis, O do
ctrinã singularẽ, nõ turpe existimat, ĩ ea rep. scelera lege cõplecti, de q̃ spes uirtutis optima est,
& quam Plato causam affert, ut tacẽdũ sit, eandẽ hic causam adducit, quãobrẽ nõ sit tacẽdũ,
sed reliq̃, ne lõgior sim ꝓtereo. Posthæc Plato ordinẽ inimicitiaꝝ describit, & quẽ primo, quẽ
secũdo loco reip. hostẽ existimari ꝓsentaneũ sit, explicat. Vbi cũ de primo dixisset, de secũdo ita
» loquitur, ὃν δὲ κοινωνοῦντα μὲν τῶν τοιούτων οὐδενὶ, τῶν μεγίστων δὲ μετέχοντα ἀρχῶν ἐν τῇ πόλει, λε
» ληθότα τε ταῦτα αὐτὸν, ἢ μὴ λελη θότα, δειλίᾳ δ' ἐκόντα πατρίδος αὐτῇ μὴ ξυμφορούμενον, δεῖ δοῦτε
» ρον ἡγεῖσθαι τὸν τοιοῦτον τῆς πόλεως κάκιον. Qui autem eorum sacinorum particeps quidem non est,
» Amplissimos tamen reip. magistratus assecutus non inuigilet ciuitatis saluti, sed aut lateant eũ,
» aut non lateant ea facinora, præ animi autẽ sui ignauia patriæ hostes nõ ulciscatur. Hunc secũ/
» do inter prauos ciues adnumerari par est. Interpres. Secũdus deinde, qui quãuis particeps eius
» sceleris non sit, timiditate tamẽ effugere pœnas, illum patit'. omisit magistratus amplissimos,
omisit negligentiam in inquirẽdo, quæ contra statum ciuitatis cõmittuntur, & ignauiam in ul
ciscendis hostibus patriæ. Quoꝝ causa Plato eum, qui præest condẽnat, siue rem nouit, siue
ignorat, Nam ipsius interest scire, qui remp. administrat, & magistratu amplissimo fungit'. Itẽ
» Plato, οὐ κακῶς, φησὶν ἀπειλήσαμεν, ὅτε βουλοις ὡς ἰατρευομένοις ἕπου δέλων ἀπειλήξομεν πάντως
» τὸν νεῶν νομοθετουμένους. Non male, inquit, contulimus, cum eos, qui nũc uulgo leges recipiũt,
» seruis ęgrotis dixerimus similes, qui ab aliis seruis curarentur. Interpres. Neq; mala nos ima/
» gine usos, quando legũlatores uniuersos seruis contulimus, qui aliis seruis medentur. Itẽ Pla/

to, omnem

to, omnẽ actum, affectum q; quatenus æqui particeps sit, eatenus honestatis quoq; participẽ est
» se ostẽdens, ἐὰν δέγε, φησὶ, δίκαιον μὲν εἶναι ὁμολογῶμεν, αἰσχρὸν δὲ πάθος, δεῖ φρονῆσαι τό τε δίκαιον,
» καὶ τὸ καλὸν, λεχθέντων τῶν δικαίων αἰσχίστων ἔσται. At si æquum, inquit, affectum esse, uerum non
» honestum, sed turpem confitemur, discrepet honestum ab æquo necesse est, cum iam turpe eẽ
» dicatur, quod æquum est. Interpres, poema quanto iustitiæ, tãto boni, honesti q; particeps est,
» Quare affectus quoq; tanto bonus, honestus q; esse cognoscitur, quanto iusti particeps non dis
» sonam ab eo habet rationem. Si ergo, qui iustus conceditur, is turpis esse affectus, non negatur,
» iustum, honestum q; dissonabunt. Iusta. n. turpissima esse dicentur. Poema uir doctus interpre/
tatur, quod apud Platonem actionem significat, quã respectu passionis Plato consyderans, idẽ
cõuenire agenti, patienti q; uel potius actioni, passioni q; iudicat, quãdoquidem idem sunt, ut
etiam Aristoteli placet. Quãuis alterum respectu agentis actio, alterum respectu patiẽtis passio
dicatur. Magna est ergo peritia interpretis, qui poema pro actione ponit, magni uidelicet alicu
ius poetæ carmen. Quid enim aliud, q̃ carmen itelligere possunt latini, cum poematis audiunt
mentionem? Item Plato, cum superius omnẽ iniuriam inuoluntariam esse dixerit, quam sen
tentiam sequi uidetur, q; non recte similibus peccatis pœnæ inferri dissimiles debeãt, socius al
» terum ex duobus faciendum dicit, ἢ μὴ λέγειν ὡς πάντα ἀκούσια τὰ ἀδικήματα, ἢ ὡς δεῖ πρῶτ' ὀρθῶς
» εἰρῆσθαι, πρῶτον διορισέον. Aut dicendum non omnem iniuriam inuoluntariam esse, aut primo
» demonstrandum recte, hoc dictum fuisse. Respondet his Plato, τοῦτον τοίνυν τοῖν δυοῖν τὸ μὲν,
» οὐκ ἀνεκτὸν ἐμοὶ πάντως γε γίγνεσθαι· τὸ γὰρ δὴ μὴ λέγειν, οὕτως ὡς ἀμεινον ἔχειν τὰ λυθέ·ν οὐ χαρ' αὖ ἐμὸν,
» οὐδ' ὅσιον εἶναι· πῶς δὲ διαφθρέτον, εἰ μὴ τῷ ἑκουσίῳ, καὶ ἀκουσίῳ πειρατέον διαλῦσαι; Alterum igit' isto
» rum pati equidem non possum, ut quod ita esse existimo, negem. Cum enim a` uitæ meæ insti/
» tuto alienum hoc est, tum pium eẽ, nequaquã iudicatur. Reliquum explicare aliquo modo co/
» nabor, quemadmodũ duo sint, quæ non uoluntario, & inuoluntario, sed quodã alio differant,
» Interpres. Quorum alterũ ipse non patiar, sed dicam, cur nam ita mihi uerum uideatur. Non
» enim æquum, idest, quo modo autem si sponte, & non sponte non differunt, duo sunt, et quo
» alio differant subaperire conemur. Item Plato, αὖ πάλιν, φησὶ, τὸν αὐτόχειρα μὲν κτείνη ἑκὼν δίκης ἕρεν,
» τὸ δὲ πεπρωγμένον ἀπροβούλευτος ὀργῆ τινι γένηται πλῆξαι, τὸν μὲν ἄλλα, καθάπερ αὖθυ ξυμου
» κτείναντι προσηκέ τῳ πάσχειν, παρὰ τοῦτο· δύο δ' ἔξ ἀνάγκης ἔτη φευγέτω. Siquis sua manu homi/
» nem occiderit liberum, uerum id per iram inconsulto fecerit, cætera quidem mala subeat, quæ
» conueniunt ei, qui non per iram hominem occiderit, sed biennium a` patria exulet. Interpres.
» Siquis liberum hominẽ sine præmeditatione, & sine insidiis, sed repentina cõmotus ira inter/
» emerit, cum ea fecerit, quæ illi facienda sunt, qui absq; ira occiderit, duobus ad iram suã domã/
» dã exulet annis. Quo modo hæc cum Platonis sententia conueniant, manifestum est. Itẽ Pla/
to suam illam sententiam exponit nihil mente, & scientia esse præstantius nõ ordinem, non le/
gẽ, non quiduis ex omnibus rebus proturleris, neq; enim fas esse mentẽ alicui rei subiici, atq; ser
uire, sed omnium principem esse illã decet. Itaq; siquis mente, scięti a' q; liberali, ac naturali præ
» ditus est, hunc legẽ minime desyderare. Quo in loco, νυνὶ δὲ ἅ γε χαρ' ὅστιν ἅπασι μὴ ἄπασι μῶς, ἀλλ' ἢ νομι
» τὰ ξρακχύ· διὸ δὴ τὸ δεύτερον αἱρετέον τάξιν τε, νοῦ νόμον. Sed nunc, inquit, quoniam nemo usquã
nisi raro talis habetur, eligendum, quod loco secundo est, ordinem dico, & legem. Interpres.
» Nunc uero nusq̃ hic est, quare alterum, lex uidelicet, atq; ordo eligẽdus. Nusq̃ hunc esse dicit,
qui mente, scientia q; prędituss it, quoniã Plato nusq̃ nisi raro reperiri, ut debuit, dixit, hic nusq̃
esse affirmat. Item Plato dum legumlatorem, non de omnibus etiã notissimis rebus iubere
» existimat oportere, sed pleraq; iudicibus decernenda opinatur, ἢ μὲν δὴ, φησὶ, παντὶ δῆλον ἀνθρώπῳ τὸ
» μὴ νομοθετεῖν αὐτοῖς τὰ τοιαῦτα, καὶ μέγιστα, ἃ καὶ φαυλοτάτῳ ἂν πεπαιδευμένοι διαφυγεῖν δύναιτ'
» ἂν κατιδεῖν. Nobis, inqt, succensendũ non est, qd' nõ de summis, plurimis q; scripserimus, q̃ etiã
mediocriter eruditi iudices possint ꝓspicere. Interpres. Nemo ergo nos incuset, si maiora, plu/
raq; legibus ordinamus, quæ uel improbe educati iudices possent conspicere. Quãta sit prudẽ
tia, quod acumẽ, quale ingenium interpretis, facile ex hoc loco licet perspicere. Plato, quę no/
tissima sunt omittenda existimat, uel quia minima, uel quia summa, ut cuique perspicua esse
possint. Fit enim in usu ciuili, ut minima, & summa æque omnes cognita habeant. Quis enim
paricidam, aut impium nesciat esse puniendum, quod summum est? aut qs ignoret, licere uni/
cuiq; panem, quem comedat, emere, quod est minimum? Interpres uero maiora, & plura, quæ
iudices uel improbe educati possint conspicere dicit ab eo ordinari, a` quo superius dictum fue/
rat, legumlatorem non de omnibus oportere decernere. sed ad reliqua pergamus. Plato prohi
bet nequis ætate minor seniorem ciuem, a` quo nasci ratione ætatis posset, uerberare ausit. Tũ

etiam nequis peregrinos uerberibus uel inferendo, uel ulciscendo emendet. Interpres, quod de ætate ciuibus præscribitur, idem peregrinis etiam tribuit, quod ex Platonis sententia nō est.

Item Plato, cum iunioribus ciuibus legem præscripsisset, nequem seniorem cædere audeant, siue ciuis, siue peregrinus sit, quāuis ab eo lacessiti, deinceps, quod ad peregrinos pertinet, ita sancit, ut siquis iunior a` peregrino uapulet, non audeat eum afficere ipse uerberibus. At si puniendum iudicat, ad tribunorum plebis iudicium uocet, his uerbis, ξένον δὲ ἀσελγαίνοντα, ἡμῖν θεραπευόμενον ἑαυτὸν τύπτοντα, αὐτὸς οἴηται δεῖν κολασθῆναι, λαβὼν, πρὸς τὴν ἀρχὴν τῶν ἀστυνόμων ἀπαγέτω τῶ τύπτειν, δὲ ἐργάσθω, ἵνα πόρρω γένηται τοῦ τὸν ὠδὶ χόλιον αὖ τολμῆσαί ποτε παίσαι. Audentem peregrinum, contumelioseq; agentem, ut ciuem cædat, si qui cæditur puniendū illum censet, capiat, & ad tribunos plebis perducat, nec ipse uerberet, ut eo magis a` cædendis ciuibus suis abstineat, quando etiam se a` peregrinis ꝓtinet. Interpres, quod si peregrinus elatus furore uerbera inferat, & inde puniēdus uideatur, captum ad tutores urbis perducat, ut mītus furore uerbera inferat, & inde puniēdus uideatur, captum ad tutores urbis perducat, ut minus audeat ciuem cędere. Reliquit, nec ipse uerberet, ut errorem suum similem ueri faceret, quandoquidem, ut minus audeat ciuem cædere, dicit de peregrino, cum Plato non de peregrino, sed de ciue dicat, ciuem non esse cædendum. Item Plato ἥλιξ δὲ, φησὶν, ἥλικα, καὶ ἐὰν ἀπαιδεύτως προέχοντα ἡλικίᾳ ἑαυτοῦ ἐὰν τύπτῃ ἀμυνέσθω κατὰ φύσιν αὖθις βέλους ἡλικὶς ταῖς χερσίν. Si iuuenis æqualem aut etiam maiorem filiumfamilias non dum patrem cæciderit, liceat eum ulcisci armis naturalibus, hoc est manibus nudis. Interpres. æqualis autem æqualem, aut eum a` quo natus esse per ætatem non posset, si uerberibus cædat ex filio familias natu maiore, eum a` quo natus esse per ætatem non posset. Item Plato iubens nequis per facinus audeat parentes cædere omnes ad opitulandum, defendendumq; hortatur, quicunq; patrem, aut matrem cædi a` pignoribus suis uiderint, & tum spe præmii, tū metu ignominię quoscunque impellit, siue ciues, siue incolæ, seu peregrini sint, qui intersunt. ὁ δὴ μὴ μέτοικος, φησὶ, βοηθῶν μὲν ἔπαινον ἐχέτω· μὴ βοηθῶν δὲ, ἀτίμητον. Non incola, inquit, si opē tulit laudē assequatur, si nō tulit, uituperet. Interpres, incola uero, aut uituperationē, aut laudē si fecerit, ꝓsequatur. Quis incola sit, uidetur ignorare, & ideo de eadem re duo cōtraria ponit. Taceo enim, quod Plato incolis, ac peregrinis pro præmio statuit, si opitulentur conuocationem ad auxilium dixisse. Ita enim Plato scribit, ὁ μὲν μέτοικος, ἢ ξένος, εἰς περιουσίαν τῆν ἀπάντων ἀγαλλέσθω βοηθῶν· μὴ βοηθήσας δὲ ἀειφυίαν ἐκ τῆς χώρας φευγέτω. Incola, & peregrinus, si opem tulit, ad sedendum ante alios, dum ludi aguntur, uocetur. si nō tulit, perpetuo exul sit, non incola, si opem tulit, laudē consequatur, si non tulit, uituperetur. Interpres uero & peregrini, ac incolæ ad auxilium cō uocentur, & qui auxiliari noluerit, peregrinus quidē ꝑpetuo exterminetur, Incola uero aut uituperationem, aut laudem, si fecerit, consequatur. Sed iam tempus est, ut ad decimum librum transeamus.

EX LIBRO DECIMO.

¶ Reprehensio, & emendatio trium magis insignium errorum, quos aduersarius in decimi libri interpretatione commisit. Caput XI.

d Isserit Plato in decimo legum libro de anima solis tripartita quadā opinione. Vt anima, aut forma corporis eius uolubilis naturalis hærēs intrinsecus moueat, quē admodum nos ab anima nostra de loco ad locū mouemur, aut extrinsecus adepta corpus quodam ignis, aeris'ue, ut aliqui uolūt, impellat per uim corpe corpus, aut tertio ipsa, quamuis uacans corpore, alias quasdam uirtutes habeat admirabiles, supra, quā dicere homini fas sit, quibus regat, & moueat. Assentitur his socius, qui cū disputatio est, atq; ita demū concluditur ἕδρᾳ μὲν αὐτὴν κινοῦσαν οὐ γέ τι σφόδρα ψυχὴν, πάντα διάγειν· αὐτοῦ δὴ ἄμεινον ταύτην αὖ ψυχὴν, εἴτε σὺν ἁρμονίᾳ ἔχουσα ἡμῖν ἥλιον ἄγει, φῶς τοῖς ἅπασιν, εἴθ' ὁπόσα, εἴθ' ὁπῃοῦν ἠγεῖσθαι χρεὼν πάντα αὐτόρα. Anima igitur, ut aliqua exiis, quas diximus, ratione agēs omnia regat oportet, unde præstat aīam eius, siue intus agitās currum, solem nobis adducit, lumen cunctis mortalibus iucundissimū, siue extrinsecus, siue quo modo, & qua tandē libet, præstat inq̄, ut deum esse oēs arbitremur. Sic Plato cōcludit superiora, quæ de anima solis dixit affirmans, aut scilicet intrinsecus mouere, aut extrinsecus tactu corporis, aut incorporea quadam uirtute, quod uerbis illis significat quo modo, & qua tādem libet. Interpres. Certe uno isto rum modorum cuncta circunduci ab anima necesse est. Quid porro` cum sine curru solem nobis anima

bis anima eius circunducit, siue cum in ipso insit, siue cum foris sit, siue` quomodocunq; quis imaginetur, Non'ne Deum esse oēs arbitrari debemus? Addit hic modum quartū, ut ꝓ currum aīa moueat, quo sublato, quomodocúq; quis imaginet', inqt, Deū eē oēs arbitrari debemus, Videte uidete hominis eruditionem. Plato, poetaq; metaphoram tangens, qua solem curru deferri dicunt, siue intus, inquit, agitans currum, solem nobis adducit, hic quid porro` cum sine curru solem nobis anima eius circūducit, siue cum in ipso insit, siue cum foris sit. Item Plato plura de prouidentia locutus est, quæ doctus Interpres, non literarum luci, sed tenebris tradidit, siquidē alia præterit, alia adiicit, alia confundit, oīa miscet, ut, quid dicat, a` nemine intelligi possit, longum admodum esset exponere, q̄ deprauauerit eum locum, in quo Plato, ita īquit, Ob hęc oīa te ícusare tāq̄ rerum eiusmodi authores minime pati propter cognationem certum est, q̄ etiam peruerterit ꝓclusionem, qua Plato per disiunctionem complectitur, deos, aut propterea parua negligere, quia indecens esse norunt ea curare, aut quia, uel ita agendum esse ignorant, uel negligere patiuntur, quæ curanda esse ítelligunt. Quid cū dicit, indigere adhuc uerbis, quibus ǖsi cantu frangatur. Vbi Plato, inquit, afferenda esse, adolescēi uerba quædam, quasi carmē, quo psuadeatur, ducatur'q; ad credendum singula agi, ad tuendam, absoluendam'q; uniuersi incolumitatem. Item Plato, cum principes quosdam necessario esse dixisset, Qui cœli uniuersi gubernacula tenerēt, subdit, ἀλλ' ἆρα ἴσμεν προσθήσεις τῶν ἀρχόντων, ἢ τινὲς οὗτοις, ὧν σώματὸν ἡμῖν ἀπεικάζουσι τυγχάνειν, μείζουσιν ἐλάττοσιν; πότερον ὠὸν ἔστιν τινὰ θεὸν ἢ θεῶν τοιοῦτοι. ζῶντῶν ἀμείλλωμένων, ἢ πολίων κυβερνῆται; τάχα δὲ καὶ ἀπεικασθέντες, στρατοπέδων ἀρχουσί τισιν. ἢν δ' αὖ καὶ νόσων πόλεμον δύσκουμένοις ἰατροῖς. ἐοικέναι τοῦδὲ σώματα, ἢ γεωργοῖς τοῦδὲ φυτῶν γένεσιν ἐώθυίασ' ὧῥαο' χαλεπὸς δὴ φόβον προσδεχομένοις ἢ μὴ ποιμένων ἐπιστάτας. Sed quibus tandem principibus similes illi sint, Aut quinam illis similes ex his habeantur, quos apte conferre possimus? inferiores uidelicet cum superioribus? Vtrum aurigæ bigarum certātium speciem illam beatam referant? an nauium gubernatores? Tum uero cum prīcipibus quibusdam exercituum fortasse conferri possunt, aut cum medicis, qui bella morborum ab humanis corporibus arcēt, atq; propulsant, aut, cum agricolis, qui orientibus stirpibus tēpora solito grauiora suspicātur. Aut etiam cum pecudum custodibus, atq; magistris non inepte comparari posse existimem. Interpres. Sed forsan quibusdam prīcipum omnes, aut eorum aliqui similes sunt, ut possibile nobis sit, minores, maioribus comparare, utrum aurigæ aliqui certantium curruum tales sunt, aut gubernatores nauium? fortasse etiam exercituum ducibus constituendum, uel medicis, quasi aduersus ægrotationes corporum bellum gerāt, aut agricolis inimicas fructuum tempestates timentibus, aut etiam gregum, armentorum'q; præsidētibus. En Interpres noster omnes, aut eorum aliquos similes principibus dicit, cum Plato omnes scripserit, quasi ipse animaduerterit, esse alī quos cœli rectores, qui conferri cum principibus nequeant, & qđ Plato medicis tribuit, ut morborum bella arceant, & propulsent, hic in bellum peruertit, quod dii aduersus ægritudines gerant. Et cum Plato ortum stirpium dicat, hic fructus reddit, quasi absurdū sit ortui arborum tempora aliqua esse aduersa, & grauia. Prætereo reliqua, quæ tum in hac, tum in cæteris huius libri partibus noatri merito possent, cum satis hæc ad institutum nostrum esse existimemus.

DE LIBRO VNDECIMO

¶ Reprehensio, & emendatio septēdecim magis insignium errorum, quos aduersarius in undecimi libri interpretatione commisit
Perq̄ pia Platonis sententia de cultu parentum. Caput XII

q Vàm in undecimo quoq; libro sibi constet Interpres, nūc uideamus, Censet in hoc libro Plato ciuium libertos, non admodum diuites effici oportere. Itaq; supra tertiū censum augeri eorum peculium nō permittit ἐὰν δὲ, τῷ ἀπελθυθερωθέντι, φησὶν, οὐσίας πλείων γίνηται τῆ τείτου μεγέθει τιμήματος, ἢ αὖ ἔλαττον ἡμόρα γίνηται, τειάκοντα ἡμόρων ἀφ' ταύτης τῆς ἡμόρας, λαβὼν, ἀπίτω τὰ ἑαυτοῦ, καὶ μηδὲ μιᾶ τῆς μονῆς παραίτησις, ἔτι δὲ τούτων πρὸ ἀρχόντων γινέσθω. Si liberto, inquit, tertii census modum facultates excesserint, Is. XXX. die postq̄ deprehēsa res fuerit, cū suis rebus abito, nec magristratus facultatem ei amplius in ciuitate manendi cōcedunto. Interpres. Si autem liberti alicuius bona tertiū censum adæquauerit, trigesimo die, posteaquam hoc factum sit, rebus suis acceptis recedat, nec ulla manendi facultas a` magistratibus sibi concedatur. Hæc lex interpretis est, non Platonis. Lex enim Platonis facultates liberti tertium censum excedere nō patitur, æquare permittit. Lex uero ista

interpretis ne æquare quidem permittit. Item Plato ciuibus suis abstinẽdum ab illiberali cau
» ponandi negotio censet ὃς δ' ἂν, φησί, καπηλείαν τῆς ἀνελευθέρου τέχνης τινὶ μετάσχῃ, γραφέσθω
» μὴ αὐτὸν μόνος ἀρχόντων ὁ βουλόμενος, πρὸς τοὺς ἀρετῇ πρώτους κειμένους. Siquis cauponandi,
» inquit, illiberale negotium tractare ullo pacto uoluerit, accusato eum, qui uolet familiæ deho
» nestatæ apud uiros in ciuitate uirtute primarios. Interpres. Qui autem illiberali cauponationi,
» atq; arti operam dederit impudẽtiæ a` uolente ad optimates, uirtute'q; primos accuset'. Quod
Plato ait, arte aliqua, hoc est ullo pacto, pro arte Interpres simpliciter accepit, et cauponatiõi,
ut uerbo eius utar, adiunxit, pro dehonestata uero familia, impudentiam dixit. Item Plato de
opificibus scribens, partim eos Vulcano, et Palladi dicatos ait, utpote eos, qui artibus humanã
uitam instruxerunt, partim Marti, & Palladi, eos scilicet, qui opera opificum seruant aliis admi
niculis, & arte alia opitulante. Interpres, qui opificum officium cæteris quibusdam cõseruant
» artibus, reliquit adminiculi nomen, quod rei militari Plato accõmodauerat. Item Plato, ὁ μὴ
» ἀχρήστους, φησί, τοὺς ὀφειλομένους μισθοὺς ἐν τῷ τεταγμένῳ χρόνῳ, διπλοῦν πλατθέσθω. ἐὰν δὲ ἕνι-
» αυτὸς ἐξέλθῃ, τῶν ἄλλων ἀτόκων ὄντων χρημάτων, ὁπόσα δανεισμῷ ξυμβάλλῃ τις, ὅσος τῇ σοαχμῇ ἑκά-
» στου μινὸς, ἐπωβελίαν κατατιθέτω. Qui mercedem, inquit, tempore constituto ex pacto non red
» diderit, duplicem soluito, & si annus præterierit, quanq; cæterę pecuniæ, quæ mutuo dãtur, ua
» cant usura, Hic tamen pro singulis drachmis, singulas sextas drachmæ partes, mẽsibus singulis
» dato. Interpres. Qui mercedem, ut pactum est, non obtulerit, duplum reddat. Si annus præ
» terierit, & pecunia, quæ usura parari poterat, sine fœnore sit retenta, qui retinuit sextam singu
» lis mẽsibus partẽ deponat. Nullam pecuniam solui per usuram Plato iubet, immo amitti eam,
quæ cũ usura data est, alibi iubet, & hoc loco dicit cæteras pecunias nulla cũ usura dari debere.
Sed hanc unam ex pœna quasi usuram soluere sextantem, nequis audeat pacta uiolare, Hic ue
» ro pecuniam usura dari iubet. Item Plato de testamentis, legatis'q; dicturus, πάντων ἀρχεῖ, φησὶ,
» πάντων, αἵτε τῶν τελευτῶν μελλόντων ὠδῖν ξυμίαι τῆς διαθέσεως. Horum initia, inquit, oĩum esse
» solent uoluntates ultimæ morientium, ut tandem libuit testari. Interpres. Eorum, qui moriebã
» tur, cupiditas, & affectus. affectum pro testamento interpretatus est, & cupiditatem pro ultima
» uoluntate. Item Plato, χαλεπὸν ὄν, φησὶν, ἡμῖν γνώσεσθαι τὰ ἡμέτερα αὐτῶν, μὴ πρόσγε ἡμᾶς αὐτοὺς,
» ὡς πρὸ καὶ τὸ τῆς πυθίας γράμμα φράζῃ παντῶν. Difficile, inqt, est nostra cognosci a` nobis, qn
» etiã nos ipsos, quod illo quoq; Apollinis Pythii oraculo significatur. Nosce te ipsum. Inter
» pres. Difficile nobis est pecuniam nostrã cognoscere, quare ad uos illud repetimus, quod Py
» thius dixit. Quàm magnifice Interpres noster haurit oẽs sensus authoris? Ideo dicit repetẽdũ
esse Pythii dictum, quasi ille de pecunia dixerit, nosse eam difficile esse. Et cũ Plato dicat, qn
etiam nos ipsos, difficile scilicet esse cognoscere, hic ad uos illud repetimus, transfert. Item Pla
to de orbitate filiorum tractat, ne pupilli a` tutoribus, aut magistratibus negligãtur, aut patiant'
iniuriã, Quo in loco pœnam magistratui statuit, si in illos uel negligentia, uel iniuria usus fue
rit. Interpres, si de magistratibus quisquã afflixisse orphanum uidebitur, affligere dixit solum,
quasi nõ referat siue negligentia, siue iniuria quis offenditur. Atqui apud Platonem refert, nec
» eadem pœna negligentiæ, qua iniuriæ crimen punitur. Itẽ Plato, ὑμῖν τ' αὖ σφίσι παρὰ σοῦ, φη
» σὶν, ἐσθὸ νόσων, ἢ γήρως ὀλιγωθέντους αἰσχρῶς, ἐξεῖναι παρανίσασ γράφεσθαι. Liceat, inquit, filiis ac
» cusare parẽtes dementiæ, aut senectutis uitio turpiter affectos. Interpres, & filiis, ut cõfectos pa
» rentes morbis, uel senio, liceat amentiæ crimine accusare. Hæc quoq; lex interpretis est, nõ Pla
tonis. Ille enim si turpiter affectus est pater, uel morbo, uel senectute, citandum a` iudicibus cẽ
set, & a` rei familiaris cura remouendum. Hic uero si morbo duntaxat, aut ætate cõfectus est, ci
tandum censet, quasi idem sit cõfectum esse ætate, & morbo, & amentẽ esse, atq; desipere. At
» qui permulti sunt, tametsi senes, atq; ægroti, prudentia tamen, & consilio uigentes. Item Pla
» to, ne patres ex quauis causa filios abdicent, prouidendũ ratus, οὐ γὰρ, φησὶ, θυμοῦ ἐπίῃ, μηδαμῶς
» δυτυχὴς, εἴτ' οὖν σὺ δίκῃ, εἴτε καὶ μὴ, ὃν ἔτεκέτε, καὶ ἐξεθρέψατο, ῥᾴδιον ἐπιθυμεῖν ἀπαλλάξαι τῆς αὐ-
» τοῦ συγγενείας, μὴ φαύλως ἅπαξ ἐξέστω, μήδ' αὖθις ῥᾴδιον σοαῖν. Cui animus, inquit, minime felix si
» ue iure, siue iniuria fuerit, ut quẽ genuit, educauit'q; remouere a` sua familia uelit, nõ facile, nec
» statim id facere liceat. Interpres. Quod ne ita facile fiat, perhibet', ne ita turpiter exponit, nõ
liceat, inquit, ita turpiter eiicere. Item Plato, filios abdicatos, nisi per decennium quispiam re
ceptus, adoptatus'ue sit mitti in coloniã censet, Itaq; præcipit cẽsoribus prolis, hoc est adauctæ
iuuentutis magistratibus, ut nimiam populi multitudinem transmissis coloniis amputent, quẽ
admodum in quinto libro legũ eius latissime legitur. Interpres prolem adauctam, pro posthu
mis accipit, ita inquiens. Quod si nemo citra decennium adoptione sibi eum coniungere uo
luerit

luerit curatores posthumorum, quos in coloniam mitti uolumus, de iis quoque prouideant.
Item Plato de discordia mariti, & uxoris prouidendum existimans, iubet, ut decẽ uiri ex cen
sorum ordine, & decem mulieres, ex iis, quæ nuptiis præsunt, reconciliare inter se cõiuges co
nentur, quod si nullo pacto id assequi possunt, quærant alios, quibus illos facto diuortio, con
iungant, aut procreandorum liberorum gratia, aut ratione necessarii cultus, cõsumendæq; per
» gratã societatem ætatis. φησὶ τοιῶ, ὅσοι μὲν αὖ ἄπαις ἀλλ' αὐτῶν, ἢ ὀλιγόπαις ἀλλ' ὄντες, διαφθείρονται,
» μὴ παίδων οἰκήσει, μὴ πλὴ σωφρόνησιν ποιεῖσθαι. ὅσοι δ' ἱκανῶν ὄντων παίδων, τῆς συγκατασκευῆς οἰκήσ,
» καὶ ἐπιμελείσ ἀλλήλων, πλὴ διαξυγῆναί τε, καὶ σύζυξιν ποιεῖσθαι χρεών. Qui carentes liberis, in
» quit, aut pauciores, quã opus sit, habentes, disiuncti sint, eos uel procreandoq; liberorum gratia
» matrimonium adire alterum conuenit, Qui autem satis iam liberis procreatis dissenserint, his
» mutui cultus, & consumendæ per gratam societatem ætatis gratia, idem faciendum est. Inter
» pres quo modo hæc intellexerit, & in latinum uerterit uideamus. Sed cum multi, inquit, absq;
» filiis sint, aut pauciissimos procreent, ac liberorum gratia unà se habitasse querantur. Multi q̃uis
» non paucos habeant liberos, consenescendi tamen studii negligentia, alter de altero queratur.
Item Plato, cui mortua uxor superstites liberos reliquerit mares, & fœminas, huic ducere al
teram, si uelit, quæ filiorum curam habeat, concedit. nolentem uero non cogit, quod si defun
cta uxor, filios non reliquerit, duci alteram iubet, atq; cogit, ex qua tum familiæ suæ, tum ciuita
» ti, quãtũ satis sit, prolẽ procreet. ἐὰν τελευτᾷ γυνὴ καταλιποῦσα παῖδας' ἡλίκας τε, καὶ ἄρρενας',
» συμβουλεύειν αὖ ἐὰν νόμος ὁ τιθέμενος, οὐκ ἀναγκαστὸς, ζέφυρ τοὺς ὄντας παῖδας' μηχανᾶ ἐπαγό
» μενον. μὴ ὂ ὄντων, ἀναγκάζειν γαμεῖν, μέχρι πρὸ αὖ ἱκανοὺς γεννήσῃ παῖδας' τῷ τε οἴκῳ, καὶ τῇ πόλει.
» Si morttua, inquit, uxor filios reliquit mares, ac fœminas, lex adhibenda est, quę cõsulat, nõ
» quæ cogat adducta nouerca filios educare. Sin filii nõ sint, ducere alterã ex necessitate iubẽdũ,
» quo satis liberoq; tũ suæ familię, tum etiã Reip. procreet. Interpres. Si mulier liberis marib⁹, fœ
» minisq; relictis mortua est, non cogens, sed consulens, ista lex sit, cum uxorẽ ducere, necessariũ
» nõ sit, nisi ad liberos domi suæ, ac ciuitati creandos, nutriat filios suos, non adducta nouerca.
Sic Interpres totam legem peruertit. Deinde Plato de colendis, obseruandisq; parentibus iu
bet, & deorum exemplo ad hoc officium hortatur filios, ut parẽtes quasi diuinas statuas domi
» aspiciãt, & ueluti numina colant, obseruẽt, uenerẽtur. δεῦ μὲν, γὰ φησὶ, τῶν θεῶν ὁρῶντας, σαφῶς
» πιστεύοντας. τῶν δ' εἰκόνας, ἀγάλματα ἱδρυσάμενοι, οὓς μὲν ἀγάλλουσι, καὶ πρὸ ἀψύχους ὄντας, ἐκείνους
» ἡγούμεθα τοὺς ἐμψύχους θεοὺς ἡμῖν δι' ταῦτα βούλεσθαι, καὶ χάριν ἔχειν. Deos, inquit, nõ omnes
» cernimus, sed partim expresse uidentes colimus, partim per effigies, atq; imagines eoq; pio ani
» mo ueneramur, quas deoq; imagines quãuis inanimas, dum colimus, deos ipsos animatos ob
» eum cultum existimamus gratos nobis, & beneuolos esse. Interpres. Nempe alios quidem deo
» rum cernentes colimus, alios imagines cõstituentes, quos ipsæ, quamuis inanimæ sint, signifi
» cent, Illos deos esse animatos putamus, & propter hæc affici nobis ipsos fatemur. Hem quan
ta est peritia interpretis, pro quos cum colimus, quos ipsæ significent, ponit. Mox Plato gene
ra furoris exponens, alios dicit morbo furere, alios per iracundiã prauæ naturæ, uitiosam'q; edu
cationem citari. Interpres, rursus educationem alimentum exponit, & omnẽ deprauat senten
tiam, cum dicat, quæ mala simul natura, & alimento concrescunt. Item Plato, magistratus do
» cet, quo modo hoíes maledicos puniãt, ἢ, μηδέποτ' ἀφιστεῖων πρὸ φιλονεικήσῃ φησὶ, νόμον ὡς οὐ κα
» δόμενος. Quod nisi faciant, nolint, inquit, de præmio uirtutis cõtendere, qui leges, & iura ne
» glexerunt. Interpres. Qui si non fecerit, quasi leges prodens, nũquã ad certamen descendat.
Facit hic ne ad certamen descendat iudex, aut magistratus, sed cum certandi plura genera sint,
ad quodnam certamen descendere nequeat, non dicit, atq; ita pœna ignoratur, qua affici eum
» par est, qui deliquit. Item Plato, τί δὲ δὴ πλὴ τῶν κωμῳδῶν πρὸ θυμίαν τ' γελοῖα εἰς θεὺς ἀνθρώπους
» λέγειν, ἢ παρακλώμεθα, ἐὰν αὖθι θυμοῦ τὸ βέβαιον ἡμῖν θεὺς πολίτας ἐπιχειροῦσι κωμῳδοῦντας λέ
» γειν; Quid, inquit, comicorum, & satyroq; iocos, & ridiculosa cõuitia, num ea admittemus,
» si absq; ira nostros hoíes afficere conuitiis uideantur? Interpres hoc totum pro sua authoritate
» dimisit, quod & necessarium est, & a` non contemnẽdo oratore perscriptum. Itẽ Plato de mẽ
» dicis loquens, ἐξεργάσεται τ' πόλεως, βούλεται, εἴτις βίχοις αὖ μὴ νῦ τοις βίοις ἐυλέγοιτο. Pellendũ
» esse de ciuitate scribit, si quis uictũ sibi inanibus precibus, atq; inexpedibilibus parat. Interpres.
» Si uero quispiam precibus uitam colligere audebit, a` rerum uenaliũ curatoribus e' foro pel
» latur. Reliquit inanibus, aut inexpedibilibus, aut tale aliquid, quo exprimeretur, nõ oẽs preces
» esse spernendas, sed eas tantum, quibus ea optantur, quæ assequi nõ possumus. Sed cæteris un
» decimi libri erroribus prætermissis, duodecimum aggrediamur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EX LIBRO DVODECIMO.

Reprehensio, & emendatio tredecim magis insignium errorũ, quos aduersarius in duodecimi libri legum interpretatione commisit. Caput XIII.

d Ocet Plato in duodecimo libro, quid inter Rhipsaspida, & apouolea hoplon iter sit. hoc est inter cũ, qui scutum abiecit, & eum, qui arma amisit. Atq; alterum, inquit, ultro iacturam scuti facere, alterę arma inuitũ amittere. διαφορὰ δὲ ὅλον που, καὶ πάνυ. Hæc autẽ plurimum habere discriminis, imo inter se usquequaq; differre. Interpres, quo modo hunc locum latinum fecerit, operæpretium est uidere. Sicuti, inquit, abiector non de omnibus merito dicitur, Armorum uero amissor de omnibus, Ita nec similiter, qui ui amisit, & qui sponte abiecit iudicandi sunt. Inter totum etiam, atq; omne multum interesse tuto prouerbio dicitur. Vix equidem cõtinere hoc loco risum possum. Scribit Plato duo ista, de quibus sermo habet, iter se totum, & omne differre, idest ex toto, & omni, quod est usquequaq; differre, hic enim loquendi mos est apud doctissimos græcos. Interpres autem pulchritudinem Platonicæ linguæ nequaquã intelligens, existimauit hoc prouerbium esse, ut inter totum, atq; omne multum interesse diceretur, quasi ad hunc locum pertineat, quo modo ea duo uocabula inter se differant declarare. Vt scilicet totum ex partibus constet continuis, omne aũt ex discretis, quæ res a' legum proposito longissime abest. Scribit item Plato, eum minime punĩ endum esse, qui per aduersam fortunam arma inuitus amiserit, sed eum, qui per ignauiam, ac timiditatẽ sponte abiecerit, atq; ordinẽ deseruerit, idq; propterea iubet, ut qui deliquerit, melior efficiatur. ἀλλὰ τὸν κακὸν δεῖ κολάζειν, ἵν' ἀμείνων ᾖ τοῦτον δυσχερῆ. Interpres, non enim infelices, sed malos, inquit, punire semper oportet. Facit hic locum cõmunem in malos, non legem de ignauis, ac timidis interpretatur, sed de malis per æquiuocationem in hunc errorem adductus. quia κακὸς uidelicet, & malum, & ignauũ significat, nec causam pœnæ, quã Plato addidit, ponit. Item Plato, plura de eligendis uiris, qui magistratu defunctos examinent, & ab his officii sui rationem exigant, pertractat, hos examinatores, & rationum exactores appellat. Interpres totum hunc locum ita peruertit, ut facile admodum sit legenti perspicere. Mox Plato examinatorib⁹ tum uiuis, tum mortuis, summos honores decernit, ut uiris summo iudicio probatissimis. Verum non immemor humanę fragilis, inconstantis'q; naturæ, effici posse suspicatur, ut de uirtute in uitium delabantur, eo, quo cæteris antepositi sunt iudicio nimium freti, & uirtutẽ, ut sæpe fieri solet, postquam ad summum gloriæ peruentum est, negligentes. διὰ ταῦτα, φησὶν, αἱ θέτις τούτων τῶν πιθήκων τῷ κεκρᾶσθαι πρὸς ἀνθρωπείαν φύσιν ἐπιθειότητι, ἡκιστος γενόμενος ὕστερον τῆς κρίσεως, σφάλεσθαι μὲν ἦν βουλόμενον αὐτὸν ὁ νόμος προστάττω. Itaq; si quis eorum, inquit, iudicio confidens, quo prælatus fuit naturæ humanæ fragilem conditionem detexerit, lapsus uidelicet in errorem, postquam egregius habitus est, sanciatur lege, ut q uelit, possit eũ accusare, Interpres, si quis autem istorum male iudicasse putetur, a' uolẽte accusetur. Sic ille, de quo iudicio locutus sit Plato, intelligit, & naturæ humanæ fragilitatem, casus'q; inexpectatos exponit. Posthæc Plato de causis ineundis tractat, & de iis, qui non uerberibus, non uinculis, non morte digna commiserint, sed in choreis, aut pompis, aut aliis huiusce modi celebritatibus, muneri digna commiserint, sed in choreis, aut pompis, aut aliis huiusce modi celebritatibus, muneri bus'ue officium non seruarint. Interpres totum etiam hunc locum suo more deprauauit. Prohibet præterea Plato hominibus suis peregrinationes, & nisi caduceatoribus, & legatis, & spectatoribus publicis, nemini concedit peregrinari. Interpres ceryces, qui caduceatores, siue præcones dicuntur, præter rationem feciales uocat. Sunt enim feciales, non qui nũtiant, quod præconis officium est, sed qui hostiam, aut uictimam cædunt, & facto ritu religionis sacrificio bellum aut sedant, aut inchoant, ubi iam id per præconẽ, siue caduceatorem, indictum est. Itẽ Plato causam, cur spectatores peregre proficisci debeant, reddens, cõgressum esse, inquit, uirorum bonorum, qui uel in ciuitatibus secundum integram legem minime uiuẽtibus haberi possint. εἰσὶ γὰρ, φησὶν, ὦ τοῖς πολλοῖς, ἀνθρωποι ἀεὶ θεῖοί τινὸς ὀ πολλοὶ παντὸς ἄξιοι συγγίνεσθαι. Existunt, inquit, uel in uulgo, & multitudine homines quidam diuini, quãuis pauci, tamen digni, cum quibus congrediaris. Interpres. Inueniuntur quippe pauci homines inter multos omni honore digni. Præclare sane' causam illam reddidit, propter quam Plato peregrinandum existimauit.

Item Plato eos constituit, qui per nocturnum collegium de legibus, & reip. statu consultẽt, atq; deliberent. πρῶτον μὲν δεῖν, φησὶ, συνελθεῖν τῶν ἱερέων τῶν τὰ ἀρίστα ἐπὶ ἀληθῶν ἐπιτετα τῶν νομοφυλάκων τοὺς ἀεὶ πρεσβύτους· δεύτερα δὲ ὁ τοῦτο τῆς παιδείας πάσης ἐπιμελητής· ὃ, τε νέος οὗ

τὸ ἐκ τῆς ἀρχῆς

τὸ ἐκ τῆς ἀρχῆς τοιοῦτος ἀπειλλαγμένοι. Primos, inquit, interesse oportet sacerdotes, qui merito uirtutis obtinuerint dignitatem, & præmia, tum censores legum decem seniores, deinde mox, & eruditionis publicæ censorem, tam eum, qui in præsentia est, quam eos, qui prius eodẽ fuerint magistratu. Interpres. primũ de sacerdotibus, qui muneribus, atq; donis affecti sunt, deinde de legum custodibus decẽ seniores, postremo disciplinæ uniuersæ curator, qui modo est, & quorum magistratus iam exactus est. Muneribus, donis'q; affectũ dicens, putat se satis exprimere eum, quem Plato merito uirtutis scribit dignitatem, ac præmia consecutũ. Custodes aũt legum, & curatorem disciplinæ recentia uocabula interpretis, constat optima ratione censores iuris dici, & censorem publicæ eruditionis, quemadmodum apud Romanos censores mos di cebant. Itẽ Plato, τοὺς ξένους τοὺς θεωρίας ἕνεκα ἐπιδημοῦσι, πρὸς ἱερῶν φησὶ, καταλύσεις εἶναι, φιλοξενίας ἀνθρώπων παρασκευασμένους. Peregrinis, q spectandi gratia ad urbem accesserint, diuersoria iuxta templa deorum decernit, quæ susciendis hospitibus cõmodissima sint. Interpres, hi omnes, inquit, diuersoria in templis habeant, & hospitaliter a ciuibus recipiantur. Item Plato, ἐὰν τις ἰὼν δίκην παραγενέσθαι κωλύσῃ βίᾳ, εἴτε αὐτὸν, εἴτε μάρτυρας, ἐὰν μὲν δοῦλον, εἴτε αὐτὸν, εἴτε ἀλλότριον, ἀτελῆ, καὶ ἄκυρον γίνεσθαι τὴν δίκην· ἐὰν δὲ ἐλεύθερον, πρὸς τῷ ἀτελῆ, δεδῆσθαι μὲν ἐνιαυτὸν, ὑπόδικον δὲ ἀνδραποδισμοῦ, τῷ ἐθέλοντι γίγνεσθαι. Siquis quẽquam impedierit, ne causam suam agere possit, aut forte testes interpellarit, si seruus est, aut eius, qui impedierit, aut alterius, causa irrita esto, sin liber, qui impedierit, ultra causæ iacturam per annum in uinculis tenetor. Et siquis latrocinii eum accusare uoluerit, fas est. Interpres. Siquis ui collitigatorem suum, alienum'ue seruũ in iudiciũ uenire prohibuerit, nullius momenti lata sententia sit. Quod si non seruum, sed liberum ui prohibuerit, & anno uinciatur, in seruitutem'q; duci possit a uolẽte. Quid hoc loco dicam nescio, nisi interpretem, tam facile intelligi, quam recte Platonis sententiam interpretatur. Vel si contrarium malis, tam recte interpretari hunc locum, quam facile intelligitur. Multa præterea, quæ Plato de iudiciis publicis refert, & legibus, quibus magistratus utunt', Interpres mutat, atq; peruertit, partim adiungens, partim detrahens uerba, ea etiam, quæ de laudatione, ac uituperatione, seu soluta oratione, seu carmine referuntur, pene' omnia deprauat. Item cum Plato scribat, sumptus funebres moderate fieri oportere, cum præsertim corp⁹ simulachrum quoddam hominis sit, homo autem ipse sit immortalis, & animi nomine appellatus ad deos proficiscatur, uitæ suæ, ac morum, ut paterna lege asseritur, rationem redditurus. Hic prẽterea addat. τῷ μὲν γὰρ ἀγαθῷ, θαρρεῖν ἀλέον· τῷ δὲ κακῷ, μάλα φοβερόν. Εοικέναι τε αὐτῷ μή τινα μεγάλην εἶναι τετελευτηκότι· ζῶντι γὰρ ἔλεῳ βοηθεῖν ἅπαντας τοὺς προσήκοντας, ἵνα δίκαιος τάχος δι' ὅλου γένηται. uirum bonum animo erectum esse, uitiosum autem admodum formidare in reddenda uitæ, ac morum ratione, nec esse ullum hominibus improbis, post, quã obierint, præsidium, uiuentibus autem debuisse familiares omnes opitulari, ut iuste, pieq; uiuerẽt, & uita functi, innocentes, ac grauioris peccati insontes abirẽt. Interpres hæc ita a' Platone narrata in formam quandam præceptionis redigit. Boni, inquit, confidere, mali formidare debent, ne post mortem magno auxilio careant, quare uiuis necessarii omnes consulant, ut quam iustissime, atq; sanctissime uiuant. Sic enim post hanc uitam, pro peccatis non uexabuntur. Tũ Plato, ἐκ δὲ τούτων οὕτως ἐχόντων, φησὶν, οὐδέποτε οἰκοφθορεῖν χρὴ διαφθείροντας, νομίζοντα τὸν αὐτοῦ, κάρον εἶναι τὸν τῶν σαρκῶν ὄγκον θαπτόμενον. quæ cum ita sint, inquit, nunq; maiori sumptu rẽ familiarem extenuare debes, quasi existimes tuam esse eam carnium molem, quæ sepulturæ mandatur. Interpres, hæc cum ita se habeant, nunquam oportet luctu affligi, quasi putes hanc carneam molem, quæ sepelitur, tuum illud esse. Talẽ affert Interpres noster conclusionẽ, ubi Plato de funeribus, & sepulturis moderandos lege sũptus existimat, ne patrimonia decoquantur. Ratiocinemur enim parumper sermone interpretis, hoc modo. Agger non altior sit, quam quinq; uiri qnq; dieb⁹ possint construere, lapides'q; superstruantur, poliantur'q; non maiores, quam ut possint mortui laudes non pluribus, quam uersibus heroicis quatuor editas recipere. Elationes autem nõ breuiori tempore fiant, quam uere mortuus significari, cognosci'q; possit, ac, ut humana se habent, triduana mediocris uidetur. Mox de animi immortalitate afferamus ea, quæ supradicta sunt, uidelicet pro rationis confirmatione. Tum concludamus. hæc cum ita se habeant, nunq; oportet luctu affligi. En docti hominis conclusionem. Cum omnis ratio eo' tendat, ut moderati fiant sumptus in sepulturis, conclusionẽ hanc infert, nunquam affligi luctu oportere. Sed hæc adnotasse satis sit, notare longe plura poterunt, quibus plus otii suppetat. Nunc postremum librum, quem Epinomidem Plato uocat, percurramus.

EX LIBRO TERTIODECIMO.

Reprehensio, & emendatio uigintiquatuor magis insignium errorum, quos aduersarius in tertiidecimi libri legum interpretatione commisit. Caput XIIII.

Rrat in primis Interpres in ipsa hui⁹ libri inscriptione, cũ apicẽ dicat, quẽ Plato Epinomidem, quasi legibus additum uoluit dici, quod in hoc res aliqua necessaria legibus adderet. Tum initium libri ipsum peruertit. Cũ enim a Platone dicatur. πρὸς μὲν τὸ τῆς ὁμολογίας, ἥκομεν ἅπαντες ὀρθῶς ὦ ξένοι, ζῆς ὄντες. Recte iã hospites, quẽadmodum institutum a nobis fuerat, omnes tres pariter accessimus, hic iam, inquit, ut cupiebamus, recte tandem oẽs tres amice deuenimus. Deinde Plato, τίνι ποτὲ, φησὶ, λόγῳ διεξελθεῖν χρὴ, ὃ τὴν ἀνθρωπίνην ἕξιν φαμὲν ὅταν διανοηθῇ καλλίς ἔχειν ποιεῖ πρὸς φρόνησιν, ὅσην δυνατὸν ἀνθρώπῳ χρῆν. Quibus tandem uerbis, inquit, explicare debemus eam rem, quam cum mens humana perceperit, posse eam optime agere ex prudentiæ ratione putamus, quatenus natura humana assequi potest. Interpres. Qua nam ratione ad illud perueniendum est, quo humanus habitus si intelligatur, optime pro humanis uiribus ad prudentiam se habeat. Item Plato, ἆρ' ἄτοπον μὲν ἀκούσεσθαί σε λόγον δίμαι, καὶ τινα χρόπον οὐκ ἄκαιρον αὖ. Equidem rem inopinatam audiaturum te arbitror, eandem q aliquo modo, minime inopinatam. Interpres, rem inopinatã Platonis absurdam, indignam q exponit. Item Plato, ἆ φημι εἶναι δίκαιον ἀνθρώποις μακαρίοις τε, καὶ εὐδαίμοσι γενέσθαι, πάλιν ὀλίγων καὶ δ' ἐλπὶς τελευτήσαντι τυχεῖν ἀπάντων, ὧν ἕνεκά τις προθυμοῖτ' ἂν ζῶν τὸν ὡς κάλλιστα ζῆν, κατὰ δίκαιον. καὶ τελευτήσας τελευτῆς τοιαύτης τυχεῖν. Non equidem homines felices, beatos q effici posse reor, dum uitam uidelicet hanc mortalẽ uiuunt paucis admodum exceptis. Optima tamen spes est posse mortuũ omnia consequi, quorum causa, & honeste uiuere quantum humanæ uires patiuntur, & mori honeste uoluit. Interpres. Impossibile esse aio hominibus, donec uiuant, felicitatem, atq beatitudinem assequi, nisi admodum paucis, sic censeo. Bona tamen spes est, siquis optime pro uiribus uixerit, ac similiter mortuus est, ut post mortem ea consequatur, quæ concupiuit. Item Plato, uitæ molestias enumerans, parumq temporis res lætas, plurimum uero tristes dicens afficere. καὶ χρόνος βραχὺς αὖ τις εἴη πρὸς λογισμὸν, μᾶλλον τῶν μοχθηρῶν ἀλλ' ὃν πᾶς αὖ ὑπολάβοι μέγιον. Tempus, inqt, quoddam perbreue sit, non modo respectu diuturnitatis malorum, uerum etiã quocunq modo quis cogitet. Interpres. Breue autem in non deprauatis, sed moderatis hominibus tempus relinquitur. Ita, quod Plato commune in uita humana esse dicit, hic moderatis tantum hominib⁹ tribuit. Itẽ Plato, qua uirtute, aut qua facultate homo prudens effici possit, inuestigãs, ὅτε δὴ, φησὶ, τὴν τῶν ἀναγκαίων ὁρᾶ μὲν κτῆσιν, δι' τέχνης μὲν ἀπορραξομένην· τούτων δὲ οὐδεμίαν οὐδένα ὄφον ποιῆσαι· τὸ γε μὲν ὅλον, παιδιάς αὖ λείποιτο μιμητικὴ μὲν τὸ πολεῖον, ἀλλ' οὐδαμῆ σπουδαία. Sed quoniam, inquit, res necessarias acquiri per artem uidemus, nullam autem eiusmodi artem nouimus, posse hominem reddere sapiẽtem, reliquum ab his est iocus, & solatii, ratio, di artem nouimus, posse hominem reddere sapiẽtem, reliquum ab his est iocus, & solatii, ratio, quæ magna ex parte in simulando uersatur, sed non studio rerum seriarum. Interpres. His artibus necessaria uidemus acquiri, quarum nulla sapientem hominẽ reddit. Doctrina igitur quædam erit, id enim reliquum est imitatiua, ergo studio digna non est. Doctrinam dicit, ubi Plato iocum, & solatii rationem, quæ qm in imitando uersatur, aut imitatiua est, ut ipse loquitur. Concludit non esse studio dignam, quod nec ueritati conuenit, & a Platonis sermone longe aberrat. Nã & aliquæ imitatiões probæ, ac studio dignæ esse possunt, & Plato scribit iocos, & solatia in imitatione uersari, sed non in ea, quæ digna studio sit, atq hominem possit reddere sapiẽtem. Tum Plato, cum ingeniũ, & uim, qua meminimus, ἄτοπον, ideſt singularẽ, & admirabilem quandam esse facultatem diceret, hic uim indignam esse exponit. Item Plato, πῶς γὰρ ἂν ἀγαθῶν αἴτιον ξυμπάντων, οὐ καὶ τὸ πολὺ μεγίστου τῆς φρονήσεως αἴτιον ἡγεῖσθαι δεῖ γεγονέναι; Quid, inquit, eum, qui cunctarum bonarum rerum author est, non'ne etiam prudentiæ summi boni authorem putare debemus? Interpres, cur enim cæteroꝝ omniũ bonorum maximi etiam boni prudentiæ dico causam nõ putabimus? Item Plato de deo, τὸ δὲ καὶ τῶν ἄλλων αἴτιον ἀγαθῶν πάντων ἡμῖν αὐτὸν γεγονέναι, πάντες αὖ ὁμολογοῖ μεν. Cæterorũ q, inqt, bonorum omnium authorem eum fuisse, ingenue omnes cõfitebimur. Interpres cæterorum etiam bonorum id causa nobis fuisse, omnes utinam cõcederemus. Quod pro confesso Plato ponit, Deũ omnes fateri authorem omniũ esse reum bonaꝝ, Interpres optat ab omnibus concedi. Item Plato de numero, οὕτως ἀριθμὸν μὲν ἀνάγκη πᾶσα ὑποτίθεσθαι· διότι δὲ τοῦτο ἀνάγκη, λόγος ἔτι πολείων

πάντων γίγνεται αὖ τῶν νῦν εἰρημένων· ἀλλὰ καὶ ὁ νοῦς, ὀρθῶς ῥηθήσεται· ὅτι καὶ τὰ τῶν ἄλλων τεχνῶν λεγόμενα, ἄνω σὺν ὅλῳ τόμον ἐῶντες εἶναι πάσας τὰς τέχνας· οὐδὲ τούτων ἓν, οὐδὲν μένει· πάντα δ' ἀπολεῖται τὸ παράπαν, ὅταν ἀριθμητικῷ τις ἀνέλῃ· δόξειε δ' αὖ ἴσως τισὶ βραχέων εἶναι ἀριθμοῦ δεῖσθαι τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, εἰς τὰς τέχνας ἀποβλέψασι· καίτοι μέγα μὲν καὶ θεῖον τῆς γενέσεως, καὶ τὸ θνητὸν, ἐν ᾧ καὶ δι' θεσσεβὲς γνωσιαθήσεσθαι, καὶ ἀριθμὸς ὅντως, οὐκ αὖ ἔτι πᾶς αὖ τις ἀγνοίη ξύμπαντα ἀριθμὸν, ὅσης ἡμῖν λιμάμενος αἴτιος αὖ εἴη ξυσσίμενος. Ita, inquit, fit, ut numero subiici necesse omnino sit, sed cur necesse sit, lõgior adhibẽda disputatio est, quã adhuc fecerimus. Attamẽ uel hoc loco, eatenus recte dici põt, ut cæteraꝝ quoq artiũ ratio, quã nulla arte sublata, iam explicauimus, seruari nõ possit, sed ars oís oino pereat, si arithmeticã tolli patiaris. Prorsus nonnullis uideri põt, quarũdam paucaꝝ reꝝ causa genus humanũ numero egere, cũ ad artes respiciãt, q̃q̃ id quoq nõ leue est. Veꝝ siqs ipsam diuinitatẽ cogitat gñatiõis, & mortalẽ naturã, in qua & pietatis, & numeri ratio cognosci ꝓcul dubio potest, nequaq̃ præterea cuiusq interſit ꝓcipere, q̃tum nobis facultatis ꝓciliat numerus, cũ uniuersus affuerit. Interpres ut hæc oía corrũpat, aĩaduertite. Ita necesse est, inqt, numeꝝ præsupponere, id q necesse esse, nõ a supioribus magis, quàm hac rõne recte ostẽdit, nam cæteræ quoq artes, quas paulo ante numerauimus, si numeꝝ auferas, penitus euanescũt. Nã licet putauerit forsan qspiam pauca esse in artibus, in qbus numero humanum indiget genus, magnũ tamen id quoq est, siquis diuinitatem generationis, & mortalitatis respexerit, qua in re pietas & erga deos cognoscet, numeris quoq ipse, quã magnæ uirtutis causæ nobis sit. hoc modo Interpres more suo omnia deprauat. Item Plato, τότε δὴ δίκαιόν τε, φησὶ, καὶ ἀγαθὸν, καὶ καλὸν, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα, ἀνθρώποις ποτὲ μὴ γινώσκων, ἀληθῆ δόξης ἐπιλαβόμενος, διαριθμήσεται πρὸς τὸ ἑαυτόν τε, καὶ ἕτερον πεῖσαι τὸ παράπαν. Iustum, inquit, bonum, honestum, & reliqua generis huiusmodi, qui ignorat, nunq̃ ueram opinionem nactus dinumerabit, ut uel sibi, uel alteri, rem aliquã possit persuadere. Interpres. Nec enim, qui iustum, bonum, honestum, huiusmodi q omnia ignorat, uerã unquam gloriam nanciscetur, nec illa sine numero possidebit, nec possidẽda esse, nec sibi, nec aliis unq̃ persuadebit. Quàm recte noster Interpres Platonem intelligat, qui ne opinio qdem quid sit norit, sed pro opinione gloriam reddit, & quàm bene interpretatus leges sit, facile quiuis potest percipere, præsertim si cũ illius scriptis nostra contulerit. Itẽ Plato de Deo, παρὰ δ' ἡμῖν τοῦτ' αὐτὸ πρῶτον ἐνῴκισεν ὁ θεὸς, ὥστε ἰκανοῖς εἶναι διεκνύμενον ξυνοεῖν· ἔπειτ' ἐδίδαξε, καὶ διέκνυσιν· ὧν δὴ μᾶλλον ἓν ἑνὸς αὖ τις θεάσαιτο, πάλιν τὸ τῆς ἡμέρας γόνος· ἔστα εἰς τὸ τῆς νυκτὸς ἐλθοι μέρος ἔχων ὄψιν· ὅθεν ἕτερον πᾶν αὖ τῷ φαίνοιτ' αὖ. Hominibus hoc ipsum immortalis Deus, primum iniecit, ut re oblata, numerum possent agnoscere, tum uero apertius ostendit, idem q assidue facit, qua in explicatione rerum, quid tandem pulchrius unum uno cernere possis, quã speciem ipsam diei, mox ad noctis uices deuenies officio oculorum, unde alterum tibi appareat, illud q omnino diuersum. Interpres nobis id primum indidit Deus, ut possimus, quod ostenditur intelligere, deinde ostendit, ostendet q unum uno pulchrius esse, ut siquis non cæcus a die in noctẽ pueniat, atq hinc diuersa hæc sibi uident. Quot, quãti q errores hic sint, uidetis. Idcirco reliqua ꝓsequamur. Plato, καὶ μέχρι μὲν τούτων, φησὶ, καὶ ἐν τούτοις, ξύμπαν τὸ δίκαιον τῶν ζῴων, μάλα ἀριθμητικὸν γίγνε, τὸ καθ' ἓν αὖ τὸ καθ' αὑτὸ σκοπῶν· τὸ δὲ πρὸς ἄλληλα πάντα ἀριθμὸν ἀεὶ λογίζεσθαι, λοκῶ μὲν μείζονος ἕνεκα. Ad hæc usq, & in his omne, quod potuit animal enumerandi uim habuit, qua res ipsas per se singulas consyderaret, at uero numerũ cogitare inuicem omnem, uidetur ad altiora pertinere. Interpres. In his igitur, & ad hæc usque quodcunq animal discendi potestatem habet, singula per se ipsa consyderando numeratiuum maxime factũ est, sed collatione numeri ad numerum facta, magis, & minus habentur. Sic Interpres Platõis sententiam explicat, & differentiam ex instituto illius reddit numeri, qui per se, & qui respectu alterius consyderetur. Deinde Plato, cum deos esse colendos, honeste q uiuendum hortaret, ut ita finem quis pulcherrimum consequi posset, quisnam deorum cultus sit, rogat, his uerbis. πῶς οὖν ὦ κλεινία, λέγομεν; ἢ λοκεῖ τοὺς θεοὺς ὑμνοῦντες, σφόδρα τι μᾶλλον βουλόμενοι τὸ κάλλιστα, μὴ ἀρίστα τοῦδε αὐτῶν ἕπεσθαι λέγειν ἡμῖν οὕτως; ἢ πῶς λέγεις; θαυμαστῶς μὲν οὖν οὕτως. Sed quonã modo mi Clinia censeamus, num deos laudibus extollentes colere magis placet, optãtes, quæ optima, & pulcherrima sunt, hæc nobis de eis dicenda contingere? Ita'ne censes, an secus? Respondet Clinias, ita prorsus. Interpres hoc totũ reliquit, honestius, opinor, existimãs omittere, quæ ignorat, quàm male interpretari. Itẽ Plato, θεογονίαν τοίνυν, καὶ ζωογονίαν, ἀναγκαῖον ὡς ἔοικε, πρῶτόν μοι κακῶς ἀπεικασάντων τῶν ἔμπροσθεν βέλτιον ἀπεικάσαι κατὰ τὸν ἔμπροσθεν λόγον ἀναλαβόντα, ὃν πρὸς τοὺς ἀσεβεῖς ἐπικεχείρηκα, λόγους φράζων ὡς εἰσὶ θεοί. De ortu igitur deo-

rum, ortúq; animãtium cum ueteres authores male retulerint, melius a nobis agat necesse est, superiorem illam repetentibus rationem, qua aduersus impios disseruimus, deos esse explicantes. Interpres. Deorum igit animalium q; generationem, quoniã male maiores nostri de his tradiderunt, suscipere melius est, ac ita defendere, ut aduersus impios non caueam, ut feci, disserere primo, q; dii sunt. Hem doctrinam, facundiam q; interpretis, q se iudicem, reprehẽsorẽ q; Platonicæ disciplinæ constituit. Item Plato, stellas, aut deos, aut deorum statuas opifice Deo factas esse cum existimandũ cẽseret, τούτων θάτερα θετέον, φησί. τὰ δὲ τιμιώτατα πάντων ἀγαλμάτων διαφθόρους. Alterum, inquit, de his duobus statuendum, quod q; statueris supra omnes statuas, effigies q; humanas maxime colendum est. Interpres. Alterę igitur istorum decernamus, & quod decreuerimus, firmiter teneamus, magisq; quã deorę simulachra colamus.

Quis hic Interpretis prudẽtiam nõ admiretur? cum deorum simulachra magis, quàm simulachra deorum colenda esse affirmet, alterutrum enim decernendum dicit, alterum autem est, ut stellæ pro deorum simulachris colantur. Itaq; sequitur, ut colenda sint deorum simulachra magis, quàm deorum simulachra. Deinde Plato, stellas deos esse φανερούς, ideſt ꝓspicuos dicit. Interpres uero esse deos exponit. Tum Plato, tertium dæmonum genus, quod aeream incolit plagam, interpretes esse, uectores q; precum, ac uotorum nostrorũ ad Deum decernit, ἀέριον δὲ γένος ἔλαχεν ἕδραν τρίτην, καὶ μέσην, τῆς ὁρμωμένου αἴτιον, ὑμνεῖν μάλα χρεών, χρέον τῆς θυφήμου διακονέοντα. Aerium, inquit, genus, quod sedem tertiam, mediam q; obtinuit, interpretandi q; author est, honorare profecto debemus, ipsius honestę intercessionis gratia. Interpres. Aerium genus, in loco tertio, & medio, qui causa interpretationis est collocatus, orationibus honorare gratia laudabilis quæstionis oportet. Hic quoq; risum continere uix possum, quandoquidem Interpres intercessionem, & operam dæmonum, transmissionem q; illam precum, ac uotorum non potuit exprimere, sed quæstionem appellauit, præsertim ubi ne suspicio quidem ulla quæstionis haberi poterat. Mox Plato, cœlestia, & terrestria omnia animalia conspicua esse dicit. Quæ autem medio loco in æthere, atq; aere posita sunt, inuisibilia esse affirmat. τῶν δὲ δύο τούτων, φησὶ, ζώων, τὸ τ' ἐξ αἰθέρος, ἐφεξῆς τε ἀέρος, οὐ διορώμενον ὅλον αὐτῶν ἐκάτερον ἐστίν. πειρὸν δὲ πολυσθενὲς, ἀκατάληλον ἡμῖν γίγνεσθαι. Duplicis, inqt, huius generis animaliũ, quæ scilicet aeream plagam, & quæ ꝓxima est, ætherea incolũt, ea natura est, ut neutrę conspici totũ possit, sed quã quam propius adest, nostrum tamen refugit sensum. Interpres. Horum duorum animalium, quorum alterum ex æthere, alterum deinceps ex aere est, utrũq; uisibile totum est. Sed quãuis prope nos sint, minus tamen nobis apparent. Quàm rectę hoc expressum fuerit quis non iudicet? Visibile quidem est, inquit, sed minus nobis apparet, quod Plato adesse quidẽ propius fatetur, sed quoniam incorporeum est, cadere sub sensum non posse. Itẽ Plato, Τοὺς δαίμονας φησὶ, γνώσεσθαι μὲν ξύμπασαν τὴν ἡμετέραν διανοίαν λέγω μέν, καὶ τόν τε καλὸν ἡμῶν, καὶ ἀγαθὸν ἄμα θαυμαστῶς ἀσπάζεσθαι, καὶ τὸν στρόβον κακὸν, μισεῖν. Fatemur, inquit, dæmones conceptus oẽs animi nostri cognoscere, & qui bonus inter nos est, hunc mirum in modũ amare, qui uero malus, huic summopere infensos esse. Interpres. Vniuersas cogitationes nostras cognoscunt, & bona quidem ex istis mire nos diligunt, quæ uero ualde mala sunt, uehementer oderũt. Ergo dæmonum, si interpreti credimus, alii boni, alii mali. Hoc uero a Platonis sententia alienum est, qui optimos esse omnes dæmonas opinatur, contra sanctorum uirorum nostræ religionis doctrinam, qui contra malos esse omnes existimant. Item Plato, dum cœlestia omnia corpora nobilia esse, atq; diuina oñdit, τὸ γοῦν μὴ τίμια τὰ θεῖα εἶναι, ἢ τά γε μὴ θεῖα, σοφὸς ἂν εἴη φρόνων.

Res, inquit, diuinas non esse nobiles, ac uenerãdas, aut hæc nequaquam diuina esse arbitrari, extremæ dementiæ esset. Interpres, non prudentis est alia diuinorum honoribus prosequi, alia negligere. λάβωμεν δὲ, φησὶν, ὡς ὅ, τι πρὸ αὐτῶν ἑλλήνων παρὰ βαρβάρων ἐλάβομεν, κρεῖττον εἰς τέλος ἀπεργάζονται. καὶ δὴ καὶ πᾶσι τοῖνυν λεγόμενα, παντὸν δεῖ διανοεῖσθαι δοκεῖν, ὡς χρεὼν μὲν πάντα τὰ τοιαῦτα αἰνιγματωδέστερα ἐξευρίσκειν, πολλὰ δ' ἐλαττοῦς ἅμα καὶ καλὰ, καὶ λιπαρώτερον, καὶ δικαιότερον ὄντως τῆς ἐκ τῶν βαρβάρων ἐλθούσης φήμης τε ἅμα, καὶ θεραπείας· πάντων ὄντων τῶν θεῶν ἐπιμελήσεσθαι τοὺς ἕλληνας. Item Plato, græcos dicit omnia, quæ a barbaris acceperunt, fecisse meliora. Itaq; cultum quoq; deorum græcos accepisse quidem a barbaris, sed lõge meliorem reddidisse. Ita sentiendum est, inquit, maiores nostros, omnia, quæ a barbaris accepunt, meliora tandem reddidisse. Et quidem qua de re in præsentia agitur, hoc idem existimandum est reperiri qdem tantã rẽ sine ambiguitate difficile eẽ, sed spem certe plurimã, pulcherrimã q; haberi, q; græca gens, lõge honestius, & sanctius & uelit, & possit hos omnes deos colere. quã barbaros, uel prædicasse, uel coluisse acceperim⁹. Interpres. Hinc aũt fit, ut quicqd græci a barbaris accipiant,

baris accipiant, melius illud reddant. Quare quamuis inuentu hæc difficilia sint, sperare tamẽ, credere q; oportet, cum a barbaris hæc deorũ cognitio, cultus q; peruenerit, omnium istorum deorum curam græcos habituros, quid in his uerbis est non modo obscurum, sed etiam a sententia Platonis alienum? Tale etiam illud est, paulo posterius, pulcherrime, atq; sufficienter dixisse nos putet, deorum plena esse uniuersa, ut nulla maiorum rerũ obliuio, aut negligentia nos capiat. Plato enim diis hoc tribuit, quod Interpres hominibus. Sic enim ille plene, pulchre q; hoc dictum existimat, θεῶν εἶναι πάντα πλέα, καὶ μηδέποτε λήθη, καὶ ἀμέλεια τῶν πρόσθεν ἡμᾶς παρολισθήσει. Deorum esse omnia plena, nec obliuione, aut negligentia superiores unquã teneri, ut nos deserant. Tum uero, quis nisi mẽtis inops existimet, nulla nos uel obliuione, uel negligẽtia capi posse, si omnia sint plena deorum? Hortari enim ita mortales possunt ad capessendam uirtutem, cogere nequaquã possunt, etenim seruari arbitri libertatẽ oportet, etiã si Deum præsentem semper habeamus. Deinde Plato, cum studium quatuor disciplinarum, quas mathematicas nuncupamus, eodem referri, atq; idem institutũ spectare præcipiat, πᾶν διάγραμμα ἀριθμοῦ τε σύστημα, καὶ ἁρμονίας σύστασιν ἅπασαν· τῆς τε τῶν ἄστρων περιφορᾶς τὴν ὁμολογίαν οὖσαν μίαν ἀπάντων ἀνακφαίνειν δεῖ τῷ κατὰ δύναμιν μανθάνοντι. Omnem, inquit, linearũ descriptionem, omnem numeri constitutionem, omnem concentus rationem, omnem delationem astrorum necesse est, ut uno, eodẽq; cõsensu inter se coniungi censeat, qui rectæ disciplinæ doctrinã accipit. Interpres. omne diagrãma, cõstitutionẽ q; numeri, ac harmoniæ, & cõuenientiã circuitus astrorũ, quæ una oĩum est, perspici oportet ab eo, qui modo cõgruo discit. Sed hæc quãuis pauca ex plurimis, satis tamen ad huius libri errores indicandos esse existimauimus, eundẽ enĩ modum, quem in cæteris omnibus libris tenuimus, in hoc quoq; postremo censuimus esse seruandum, ut non omnes, aut plurimos, sed aliquot duntaxat errores notaremus, quibus satis iudicari quanta esset interpretis peritia posset. Nam siquis suppetente otio, conferre huius interpretationem cum Platonis scriptis uoluerit, tot certe errores, quot uerba notabit. Quæ cũ ita sint, utrum ne merito maximorum, atq; illustrium philosophorum iudicẽ, optimarum disciplinarum censorem, & Platonis reprehensorem se cõstituerit, uos uiri docti, in quos hæc manus forte uenient, de hoc homine iudicate.

ℂBESSARIONIS CARDINALIS SABINI PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI, DE NATVRA, ET ARTE ADVERSVS GEORGIVM TRAPEZVNTIVM CRETENSEM

LIBER SEXTVS.

ℂHAEC de arte, atq; natura disputatio, seiuncta est ab opere, quod aduersus calumniatorem Platonis editũ est, & ab authore multis annis, ante q; libri isti scriberentur, edita. Veruntamẽ quia ad utrunq; philosophum Platonem. s. atq; Aristotelem hæc quæstio pertinet. non sine ratione hæc in calce operis ponendam author existimauit in quo multa de utriusq; philosophi opinionibus tractabantur. opus enim defensionis quinq; libris diuiditur. Quatuor primi Platonem tuentur. Quintus hoc duntaxat ostendit, non potuisse aduersarium de eo philosopho iudicium ferre, quem minime intellexit. Vltimus est, de quo proxime dictum est.

ℂProœmium libri, in quo continetur, q; Plethon Constantinopolitanus, contra Aristotelis sententiam, naturam, & artẽ asseruerit omnia consulto agere, et argumenta Theodori Thessalonicensis aduersus ipsum Plethonem.

Caput Primum.

VM ARISTOTELES PHILOSOPHVS IN SECVNDO libro eius operis, quod de rebus naturalibus scripsit, naturam quidẽ statuisset omnia alicuius rei gratia facere, ueruntamen nihil consulto agere, quemadmodum ars quoq; licet sine consilio agat, omnia tamen alicuius rei gratia facit, Plethon Constantinopolitanus uir nostra ætate, opinionum Platonis æmulus, atq; defensor, hanc Aristotelis sententiam improbandam longe, refellendam q; existimauit, & tam artem, q; naturam asseruit, secundum Platonicorum opinionem, quæ faciunt consulto agere, Cui sententiæ repugnãs Theodo-

rus Theſſalonicenſis familiaris noſter, talibus quibuſdam argumentis uſus eſt. Conſultationē enim earum rerum eſſe dicebat, de quibus nullam cognitionem, aut certitudinem habemus, an ad eum, quem conſtituimus, finem conducant. At naturæ, atq; artis, ut cognitus, certus q; finis eſt, ſic ea, quæ ad finem ſpectant, cognita, ac certa eſſe. quapropter neq; arte, neq; naturam conſilio agere. Ad hæc cum agendi faciendi q; operatio non parum inter ſe differant, faciendi quidem officium arti tribui, agendi uero prudentiæ, ſolere autem non quid faciamus, ſed qd agamus conſultari. Ideoq; conſilium non artis eſſe, hoc eſt habitus cum ratione factiui, ſed prudentiæ, ideſt habitus cum ratione actiui. Admirari pręterea ſe idem Theodorus dicebat, Plethonē exiſtimaſſe paucis quibuſdam uerbis, & quaſi unica poſitione recipi ſuam ſententiam poſſe. Tot alioquin Ariſtotelis rationibus aduerſam, quæ contrarium planè confirmant, atq; perſuadent, & ſiquid a nobis plenius ea de re cum aliqua ui demonſtrationis dici poſſet, libenter ſe auditurum oſtendebat, ut q; id, niſi moleſtum eſſet, faceremus, rogabat uehementer.

Licet de natura, & arte utrū conſilio agant, magna inter Platonem, atq; Ariſtotelem eſſe diſſentio uideat, tū ſiquis diligentius animaduerterit, eos nihil fere inuicē diſcrepare cognoſcet.

Quod natura alicuius cauſa agat inter Platonem, atq; Ariſtotelem conuenire.

Naturam non eſſe primam rerum cauſam ſecundum Platonem, ſed eſſe aliam cauſam natura priorem, & longe nobiliorem.

Aliquid tendere ad finem, duobus modis dici.

Naturam cauſam eſſe inſtrumentalem.

Vnde oriatur perdifficilis illa, & perobſcura quæſtio de ideis, & in quo maxima ſit inter Platonem, & Ariſtotelem differentia.

Non ideo exiſtimandum, nullum in arte conſilium eſſe, quia habitus ſit factiuus, non actiuus.

Quæ ſit inter agere, & facere differentia.

Ea, quæ ad artis finem pertinent, & genere cognita eſſe poſſe, & ſpecie, quæ autem genere cognita ſunt, eadem ſpecie quoq; cognita eſſe poſſe.

Ars quid ſit, ſecundum Ariſtotelis ſententiam.

Non de quibuſcunq; artibus affirmare Ariſtotelem, quod non conſultent, ſed de his duntaxat, quarum ſubiecta ſunt certiora.

Quo modo intelligendus ſit Ariſtoteles, quando dicit artem non uti conſilio.

Ab iis, q Ariſtotelem negant uelle artem conſilio uti, debilitari argumentum illud ipſius Ariſtotelis, quo probare nititur naturam alicuius cauſa agere.

Quod ſit naturæ conſilium.

Conſiliū duplex eſſe, alterū q; ad theologū, alterū ad moralē philoſophū ptinere. Cap. II.

h Vic nos cum morem gerere, & , qutāum in nobis eſſet, gratificari ſtuderemus, talia quædam ex ſcriptis Platonis breui libello complexi ſumus. Naturā alicuius rei gratia omnia agere, & Ariſtoteles tradit, & ueritati conſentaneū eſt. Neq; enim dicendum eſſet, idcirco eā non alicuius gratia agere, q ſine cōſilio agat, qppe ars quoq;, & ſi abſq; conſilio, omnia tamen alicuius gratia agit. Quod autem ſine cōſilio agat, illud argumento eſt, q ſi ars in ligno eſſet, nullo conſilio uteretur. Atq Plato, & qui eum ſecuti ſunt, philoſophi oēs, nihil in prima parte ab Ariſtotele diſcrepantes, naturam ſimiliter ponunt alicuius rei gratia omnia facere, in ſecunda uero parte ab Ariſtotele diſſentiunt, nihil eam ſine conſilio facere aſſeuerantes. Nam & ſi per ſe ipſam minime natura aut conſulat quicquā, aut deliberet, intellectus tamen uniuerſus, q rebus omnibus ex natura naſcentibus inſiſtit, natura m q ipſam ad finem dirigit, cōſilio præditus eſt. Neq; n. naturam Plato exiſtimat primam rerum cauſam eſſe, ſed eſſe cauſam aliam cenſet natura priorem, longeq; nobiliorem, quę ratione, & conſilio omnia agat, ad finem q perducat, ſiquidem in ſe ipſa finis quoq; cōtinet rationem. Tēdit ſane aliquid ad finem, duobus modis, aut ppria opatione, aut aliena, propria, ut homo, & reliqua, quæ ratione pollent, aliena, ſicut ea, quæ ad finem aliunde mouentur, quemadmodum a ſagitario ſagitta dirigitur, & omnino res inanimatæ, ab aliquo, quod rōnis particeps ſit, mouentē ad finem, cum ipſæ nulla ſua facultate moueri queant, ſed aliunde id beneficium nāciſcantur, quo in genere natura poſita eſt, quippe, quæ cauſa eſt inſtrumētalis, & ita moueri ſolet, ut mēs ſuo cōſilio, rationeq; permouerit. Quo quidem in loco maxima, meo iudicio, inter Platonem, & Ariſtotelē differētia eſt. Hinc. n. perdifficilis illa, & perobſcura de ideis quæſtio oritur. Nec uero naturam

uero naturam ſolum, ſed etiam artem Platonici ponunt conſilium præcedere, quippe artificē ſibi finem proponere, & quæ ad illum ducant, inueſtigare. cum autē plura, ac diuerſa ſint, quæ ad finem perducunt, oportere artificem, quid celerius, melius q, eo pducat, cogitare, atq; diſcernere. Hoc uero iure conſilium appellari. Nam cū pleraq; occurrant artifici minus cōſueta, quorum quodlibet ad propoſitum finē perducere poteſt, conſilium capiat oportet, qd rectius operi, quo ue modo accōmodetur. Nec ideo exiſtimandum eſt, nullū poſſe in arte conſilium eſſe, quia factiuus potius, q actiuus habitus eſt. neq; enim actio a faciendo differt cōſilii ratione, ſed eo, q in faciēdo præter factionem ipſam opus aliquod relinquitur, utputa domus, aut aliquid huiuſmodi, & quidē ipſa faciendi operatione præſtantius. In agendo autem nihil tale relinqui ſolet, ſed ipſa agendi operatio finis eſt, atq; ob eam rem quemadmodum opus artis artificis ſui habitu nobilius eſt, ſic ipſa actio, habitu, ex quo profluit, nobilior habetur. Ita maius iter hæc diſcrimen aſſerunt oriri. Certa autē eſſe, & cognita, quæ ad artis finē pertinēt, ex Platone quoq; percipi poteſt. Sed non parum intereſt, quonā modo cognita, ac certa habeātur, ſiqdem, & genere cognita eſſe poſſunt, & ſpecie, quæ autem cognita genere ſunt eadem, ut ſpecie incognita ſint, fieri poſſe, facile intelligi poteſt. Quod ſi genere cognita capiamus, non oportet artificē quicq̄ quærere, aut conſultare, nouit quippe, ſi medicus eſt, contraria curanda eſſe contrariis. At ſi ſpecie ignorantur, & ratio eorum particularis anceps, ac dubia eſt, tum conſultandū, quærendum q eſt, quid facto opus ſit, quid magis expediat, quæ frigidior medicina calidiori ægritudini magis conueniat, quo genere purgationis ægroti corpus purgandum ſit, quo tempore qua hora, quatenus oporteat purgare. Hæc niſi medicus ingenio, conſilio, prudentia q comperit, fruſtra norit contraria contrariis curari oportere, aut uitioſum humorē in primis euacuandum eſſe. Item cum ars, quemadmodum manifeſte Ariſtoteles tradit, ſit habitus cum uera ratione factiuus in rebus, quæ poſſunt aliter ſe habere, eiſdem autem in rebus, ut idem philoſophus cenſet, conſultatio etiam, cogitatio q habetur, ſequitur ſane, ut ſiue prudētia aliqd agas, ſeu arte facias, conſilium adhibendum ſit, & quid utilius, ac melius ſit, quærendum, quærēdo, inueniendum, inueniendo, agendum, ſeu faciendum. quippe ante inuentionē, eſſe inquiſitionem oportet, deinde conſilium. Incognita enim quęrendo, atq; inueniendo cognoſcimus. Inueniri autem quicq̄ niſi conſilium præceſſerit, non poteſt. Atqui, ut in agendo minus dubitare in his rebus ſolemus, in quibus ſæpenumero officio functi ex uoluntate egerimus, Siquid autē noui occurrit, ambigimus, & quid agendum ſit, quærimus, atque conſulimus, Sic in faciendo, quod genus operationis tribuimus arti, ea, quæ communiora, & longo uſu præcepta ſunt, certiora habentur, nec egent conſilio, quæ autem in particularem conditionem ueniunt, hæc a ratione, regula q diſcedunt, & quo minus rationi artis parent, eo magis conſilium requirūt. Nec Ariſtoteles quidem uelle uidetur quaſlibet artes nō conſultare, ſed diligentiores dūtaxat, hoc eſt quarum ſubiecta certiora ſunt, quaſi uelit ſignificare non de omnibus artibus idem habendum eſſe iudicium, ſed exiſtimandum alias quidem conſilio uti, alias uero non uti. Ita enim in
» tertio libro de moribus, inquit, In diligētibus, ac ſufficientibus ſcientiis conſilium nō eſt, ut»» puta in ſcribendis literis nulla nobis dubitatio occurrit quēmadmodum ſit ſcribendum. In iis
» uero, quæ noſtra opera effici ſolent, nec ſemper eodem modo contingunt, conſultamus, ut de
» rebus ad medicinam ſpectantibus, de pecuniariis, de naualibus magis, quam de gymnaſticis,
» quo ſcilicet minus illarum ratio certa eſt, & de reliquis ſimiliter. magis autem & in artibus q
» in ſcientiis, ſiquidem in his magis dubitamus. Sic Ariſtoteles cadere in artem conſilium non negat, ſi ea, de qua agitur, minus certa res eſt. Quod ſi nulla ars eſt, quæ ſubiectum uſqueadeo certum habeat, ut nihil in ea anceps, ac dubium ſit, quod tandem peccatū eſt, ſiquis nullā artē carere conſilio dicat, & quanquam non æque omnes, aliam tamen magis, aliam minus cōſultare arbitretur? Equidem Ariſtotelem ne hac quidem in re diſſentire a præceptore ſuo Platone exiſtimo, ſed, quod ab eo dictum eſt, non uti conſilio ita intelligendum arbitror, quaſi minus uti conſilio dixiſſet, minus enim in conſilium ea cadunt, quæ ſiue natura ſua, ſiue uſu certiora habentur. Quod ſiqui contentionis cupidiores, quam ueritatis inſtare pertinacius uoluerint, eam fuiſſe Ariſtotelis ſententiam, ut artem nihil conſilio agere exiſtimandum ſit, ſciāt ſe rationibus noſtris conuictos, ſimul & Plethoni cædere oportere, & argumentum illud Ariſtotelis debilitare prorſus, atq; infringere, quo naturam aſſeruit alicuius gratia agere. Ita enim ille aduerſus eos argumentatur, qui idcirco naturam alicuius gratia agere negarunt, q ſine conſilio agat, exemplo nanq artis oſtendere nititur, naturam, tametſi abſq; conſilio agat, non tamen propterea exiſtimandum nullius cauſa agere, quando ne ars quidem conſilio facit, & tamē ali-

cuius causa eam facere manifestum est. Quod si hac una ratione ab Aristotele ostenditur, consilio naturam carere, satis, qui artis consilium explicauerit, omnem illius rõnem infringet. Itaq; perstabit eorũ sententia, qui nisi consilium adsit, nihil alicuius causa agi, censent affirmãdum. Naturæ igitur consilium, uniuersæ mentis consilium est. Quippe ratio, quæ apud mortales, ex diligenti rerum inquisitione consilii nomen accepit, apud mentem illã uniuersam naturæ principem certior est, quam ut quæri, & dubitari possit. Veruntamen consilii cogitationis, prouidẽtię, curæ, operæ, & alia huiusmodi nomina mutuata est, rationi cognata, & quæstionem de nomine potius, quam de re patitur. Quamobrem, ut summatim obiectis rationibus respondeamus, consilium duplex esse dicimus, humanum alterum, cui res dubiæ subiiciuntur, alterum diuinum, cui nihil nisi certum, exploratum q; subiectum est. Hoc ad theologiam pertinet, illud ad philosophum, qui eam philosophiæ partem sectatur, quæ de moribus est. Vterq; autem in genere suo id proprie nominat, usurpari q; æquiuoce ab altero arbitratur. Ea est enim disciplinarum omniũ lex de nominibus, ut eisdem non eædem uario modo utantur, & in suo quæq; genere quasi quodam priuilegio recte, ac proprie nominare uideatur. Vnaquæq; uero ars partim cognita, certa q; habet, quæ fini accõmodat, partim dubia, & decernenda consilio. Naturã aũt cõsultare non sua facultate dicimus, sed uniuersæ mentis, quæ rebus naturę omnib⁹ instat, & suo diuino cõsilio, prouidẽtiaq; gubernet. Ita fit, ut, & ars consilio proprie utatur, & natura nõ temere rationem suæ mentis exquisitissimam consilii nomine probet appellari.

Quibus rationibus Georgius Trapezuntius ostendere conetur falsum esse, quod supra dictum est, per eos, qui Aristotelem negant uelle artem consilio uti, debilitari argumentum ipsius Aristotelis, quo ostendit naturam alicuius causa agere.

Cur motus fuerit Georgius ad scribendum contra authorem.

Authorẽ plibenter audire eos, a q̃bus discere aliq̃d possit, etiã si sint paꝝ amici. Cap. III.

h Haec tũ ad Theodoꝝ breuiter perscripsim⁹, quę ubi Georgius Trapezũtius Cretẽsis legit, ut odium, qd̃ in nos iãdiu, hoc est ab eo tpe, quo ei Theodoꝝ in doctrina præponendũ cẽsuimus, parturierat, aliqñ pareret, aduersus ea scripsit, Sed ut uelle pso næ nostræ parcere uideret, nos q; honestius impeteret, finxit se ignorare, qsnã eius libelli author esset, & Theodori nõ Bessarionis disputationẽ hanc esse, sẽq; Theodoro cõtradicere simulauit. Ostẽdit præterea Athanasiũ fuisse, q hæc scripta ei tradiderat, cũ tñ Hesaias nõ Athanasius fuisset. Solus enim Hesaias ea scripta a nobis habuerat. Hic tñ, quasi nr̃a interesset a quo ea accepisset, epistolã ad nos scripsit, qua oblatũ sibi ab Athanasio fuisse opusculũ significauit. Eqdẽ neq; a quo datũ sit, reqro, neq; latere, quæ scripsi, cupio. qn potius nihil tantopere desydero, q̃ ut primo nihil nisi recte & loquar, & sentiam, tum siqd erro (homo. n. sum, nec in nocentiam cũ deo immortali cõem habeo) error meus non modo ab homine amico benigne corrigat, sed etiam ab inimico, qualem se Georgius sua certe non mea culpa constituit. dũmodo enim fructũ, quem cupio, percipiam, nihil mea interesse existimo, amicus ne an inimicus sit, qui me emendat, & corrigit. Et qdem Georgio nunc magnas agerem gratias, si nostra arguẽs scripta, ipse aliquid recte diceret, ex quo fructum capere aliquem possem. perlibenter enim eos audio, q melius, quam ego intelligunt, tales q; esse plerosq; non diffiteor. Verum hic certe non ratione aliqua, sed iniqua animi perturbatione commotus, ita docet, ac disputat, ut si se ipsum posset intelligere, puderet, pfecto hoiem, ac suo ipsius iudicio condemnatus discederet. Iã uero
» qd scribat, quo ue modo reprehẽdat, & disputet, quæso parumper audite. Petiisti a me, inqt,
» amice Hesaia, ut breuiter ad te scriberem, quo modo tueri qspiam Aristotelem possit, ubi ꝓtra-
» dicere sibi ipsi uidet. Cũ enim in libro, quẽ de rebus naturalibus scripsit, artẽ negasset consilio
» agere, quæ facit, alibi eandẽ asseruit habitũ esse cũ rõne factiuũ. Addidisti etiã, te pleraq; alia au
» diuisse ab aliis, qbus tam artem, q̃ naturã consultare existimas, q; scilicet natura, & ars alicuius
» gratia agere solent, quæ uero alicuius gr̃a agũt, cogitatione, rõne q; agãt, oportet. quo in gene-
» re consiliũ contineri certum est. Hæc & alia huiusmodi illi. Ego uero sapientiam illoꝝ homi-
» num admiror, quos nescio an philosophos potius, quam philotenebras appellare debeã. Pro-
» ponere enim debebant quid sit consultare, & de quibus consilium habeat, quid ue differat a
» ratione, & fine, cuius causa agitur. Non enim omne, qd̃ alicuius causa agit, cõsultat, sed omne,
» quod consultat, alicuius causa agit, nec omne, qd̃ ratione fit, alicuius causa fit, Sed omne, quod
» alicuius causa fit, ratione fit. Ratio enim non solum ad causam finalem, sed etiam ad formalẽ,
& materialẽ

» & materialem refertur. Itaq; amplius est alicuius causa fieri, quam ꝓsultare, & ratione fieri, quã
» alicuius causa fieri. Recte igitur ratiocinantur naturam agere ratione, nam alicuius causa agit,
» sed falso ex his colligunt consultare naturam. Longe autem magis per ignorantiam peccant,
» cum Aristotelem sibi ipsi contradicere arbitrantur. Solet enim Aristoteles sic abuti rebus ma-
» nifestis, licetq; apud eum contraria eadem de re reperire, ut aerem esse calidum, & rursus frigi-
» dum. Leuissimi quippe hominis esset existimare, Aristotelem hæc simul esse in aere censuisse.
» Sed, quod modo dixi, manifestis abutitur quasi per suppositionem. Iam tertio libro de anima,
» cum intellectum separabilem esse dixisset, hæc subdit. Sed non neminimus, quoniã hic impas-
» sibilis est. passibilis autem intellectus corruptibilis est, sine quo nihil intelligit. Contradicere
» enim sibi uidetur, cum ita ad altiora reducit auditores prudentes, & iustos. quod ita esse facile
» patet. Nam si nihil intelligit sine passibili inlellectu, hoc est phantasia, quo modo maneat intel
» lectus phantasia sublata? Significat igitur intelligere quidem intellectum, quoniam intellectus
» est, sed non per phantasiam, nec per exteriora motum, aut per ea, quæ in phantastica memoria
» deposita sunt, intelligentem, sed modo altiore, perfectioreq;, quod ne intelligere quidem dicen
» dum est, nisi æquiuoce. Hoc igitur modo ĩ physicis quoq; locutus est. Cũ. n. naturam ostẽdere
» uellet, non consultare, quamuis alicuius causa faciat, necui forte indocto mirum uideretur, ali-
» cuius causa agere, quod non consultat, accepit artem non consultare. non autem id simpliciter
» accepit, nouerat enim attẽ consultare, quæ res cęco quoq; ut aiunt, manifesta est. Sed si ĩ ligno,
» inquit, esset non consultaret. quamobrem certum est, ut cum in ligno nõ sit, consulet. Nam si
» cum in ligno sit, haud consultare artem asserimus, sequitur porro, ut cum in ligno non sit, cõsul
» tare eam fateamur. Illud igitur sumit, nõ hoc, & naturam uirtuti artificiosæ, innatæ, cognatæq;
» assimilat, ut siquis cupressum statim ad lecti figuram nasci posuerit. Sed nihil aget natura, inqt,
» aduersarius, inconsulte, quæ alicuius causa agat, ratione q; procedat. O hominem cæcum, qui
» uidere non potest, se ab uniuersalioribus ad particularia affirmatiue descendere, cum contra fa
» cere debeat. Non enim siquid animal est, hoc iam homo est, sed siquid homo est, hoc animal
» est. Ratio enim, & alicuius causa aliquid effici, uniuersalius est, quam consultare, ut dictum a
» nobis iam est. Quippe alicuius causa effici in rebus etiam perpetuis est, ut Zodiacus, & mo-
» tus solis obliquus idcirco est, ut generatio, & corruptio fiat, quemadmodũ Aristoteles testat.
» Consultandi autem ratio nullum in perpetuis locum habet. Est enim consultatio, & consilium,
» inquisitio rerum, de quibus ambigimus. Quamobrem parum attigisse doctrinã dialecticæ eos,
» qui ita loquuntur, existimo. Sed quamuis inquiunt, natura ipsa non consulet, tamen guberna
» trix illa mens, quæ per omnia transit, consultat, atq; deliberat. Itaq; fit, ut natura causa sit tantũ
» modo instrumentalis. Quam bene Platonem sequeris, erras q; cum eo, qui ita sentis. Dicas enĩ
» necesse est mentem illam, quæ ꝑ omnia transit, omnibus q; insistit, aut unã esse, aut plures, quã
» quam uario fortasse nomine pro uariis officiis appelletur, ut Bacchus in uitibus, Ceres in fru-
» mentis, Venus in coitu, & cætera, quæ pro diis gentiles coluerunt. Veruntamen siue hoc, siue
» illud dixeris, quid tandem respondeas, siquis te roget num illa per omnia transiens mens, idẽ
» cum natura ipsa sit, an diuersa? Nam si idem sit, naturę nomen tantum habetur, causa uero nul
» lo modo est. Atqui tua quidem sententia causa est instrumantalis. Ergo natura diuersa est
» a gubernatrice mẽte, & tua opinione mentis ipsius instrumentum est, quo mouentur a mente
» ea, quæ mouentur. Quo dato, erit profecto natura a rebus mobilibus separata, qd̃ prorsus fal-
» sum est. Ineſt enim natura in rebus suis, cognata q; est. Instrumentum autem, quo ea, quæ mo-
» uentur, ab alio moueãtur, non rebus ipsis, quæ mouentur, innatum est, nam si esset innatum,
» pars substantiæ rei, quæ moueretur esset, non instrumentum. Ad hæc instrumẽtum mouet, qd̃
» mouetur, quod autem ita mouet, ante quam moueatur aliquid actu est. Aliquid enim est, ĩ quo
» motus, sic, quod ad aliud aliquid non actu substans, sed potentia mouetur, ut album actu, poten
» tia nigrum est, & albi motus ad nigrum tendit. Ergo natura quoq; si instrumentũ est, actu ali-
» quid est. Quid igitur natura eius erit? Num compositum? Minime hoc est enim, quod a natu-
» ra efficitur, & ex natura, aut secundum naturam est, non natura. An materia, & forma erit ipsa
» natura, ? Sed hæc actu esse ante quam compositum sit, impossibile est. Ergo natura nõ est causa
» instrumentalis. Sed quod in rebus ipsis innatum hęret, id natura est. Consultare autem hoc nõ
» potest, cum semper eodem modo se habeat. consiliũ autem de rebus sit, quæ in nostra sunt po
» testate, nec de perpetuis, sed de contingentibus rebus consultetur nemo enim de perpetuis, &
» necessariis rebus consilium capit. Qui autem Deum ante q̃ naturã crearet, cõsilio usum dicũt,
» profecto impie sentiunt, & pro inscitia eorum errant uehementer, cuncta se scire arbitrãtes, cũ

» nihil sciant. Consilium etenim, quemadmodum supradiximus, dubitantis est. Deus autem oĩa
» nouit, etiam prius, quàm generentur. hoc & pietas requirit, & ratio probat. quam rationẽ hoc
» loco, ne longiores simus, omittimus. Sed iam a` nobis fundamenta istuc iacta sunt, in libro de
» comparatione philosophorum secundo, quem latine scriptum edidimus. Vale, ac philosopha
» re, & siquid contra Platonicos a` nobis dictũ est, tua causa dictũ existima. Te enim amicũ non
» patimur Platonem admodum sequi, quem nos nullo pacto sequi uolumus.

¶ Confutatio eius rationis, qua aduersarius dicit, aliud esse aliqd ratione agi, aliud alicuius causa agi, cum ratio ipsa nihil aliud possit, esse, quàm causa.

Quod alicuius causa agitur non ratione solum humana, sed etiam naturali agi posse.

Duplicem esse rationem, alteram, quæ menti tribuitur, alteram, quæ naturæ.

Aristotelem, & si consilium naturæ non nominet, rationem tamen expresse fateri, qua naturaliter omnia perfici existimat.

Sententia ipsius Aristotelis rationem finem esse, cuius causa agitur, non materiam, ut aduersarius sentit.

Causas secundum Aristotelem esse quatuor, rationem uero unam esse causam finalem, seu formalem. Caput IIII.

h Haec Georgius, aduersus quam hominis maledicẽtiam potius, q̃ disputationem, agẽdum cum eo epistola non censuimus. Nullam enim familiaritatem seruare amplius cum hoc homine patior, quem iam aperte iniquum in amici officio deprehẽdi. Decepit me ille longo tpe uirtutẽ simulans, & fingens erga me bñuolentiã. q̃ certe eo facilius facere potuit, quo maiori fiducia, pro fide, atq; constantia morum meorum nihil mali poteram suspicari. Nunc hominis fraudulentiã plane` expertus, caueo, & bis per eosdem scopulos nauigare recuso, ne iterum naufragium faciam, ipse profecto` me docuit familiaritatem suã aspnari, ac fugere, & mihi iam optimo iure cõcessum, pmissum' q̃ est, uitare familiarẽ inimicũ. Sed ne uel ipse, uel alii, ideo me tacuisse existiment, quasi uanitatem uerborum suorum refellere non potuerim, dicam, quę mihi rei ueritas suggeret, &, nisi me animus fallit, ostendam, tum ea, quæ contra sententiam Aristotelis dici existimat, nihil ab illius sententia discrepare, tum, quæ pro declaratione suæ opinionis, aut sumit, aut exponit, non carere summo errore, id' q̃ quanto breuius potero, faciam, ne pluribus contendere cum eo uidear. Dicam autem quãtum res ipsa, de qua quæstio est, exigere uidebitur. Nam ad maledicta eius, quibus se ita iactat, & effert, non est animus respondere, Detur hoc ignorantiæ hominis, ut impune delabi in maledicta possit, cum disputare de natura conatur. Rationem, inquit, sese amplius existimare, q̃ quod alicuius causa agitur, nec omne, quod ratione agit' alicuius causa agi, tametsi omne, quod alicuius causa agitur, idem ut ratione agatur necesse sit. Haec quidem sentẽtia peculiaris est huius philosophi. Neminem sane` tam indoctum arbitror aut esse, aut unq̃ fuisse, qui in tãtum incidere errorem potuerit. Quis enim ignoret quicquid ratione agitur, idem alicuius quoq; causa agi? quandoquidem ratio ipsa, qua agitur, causa est, propter quam agitur. Cogitat profecto`, & consyderat, qui rem aliquam agit, an bene, & recte agat. Boni autem, ac recti ratio finis agendi est. Cúq; id agit, quispiam, quod bene, recte' q̃ agere decreuerit, ratione agere dicitur. siquidem nõ temere, sed fine cõstituto, ratione finis agitur, itaq; ratio fine describitur, cuius, causa agitur, & finis ratione, qua de causa agitur. Quanquam, quod alicuius causa agitur, non ratione solum humana, sed etiam naturali agi potest. quod apud Aristotelem quoq; libro de rebus naturalibus secundo scriptum legimus, hoc modo. Ea sunt alicuius causa, quæ uel ab intellectu, uel a` natura agũtur. Vnde si natura nõ sine ratiõe agit, duplex ratio est, altera, quæ mẽti humanæ tribuitur, altera, quæ ad naturam refertur, cui ea etiam cognita esse dicimus, quæ nobis obscura sunt. Quamuim, rationem' q̃ naturæ, Plato natura superiorem constituit, & consilium, uoluntatem' q̃ ei attribuit, quatenus hæc uerba ab intellectu humano ad diuinũ fas est transferri. Sensus enim nõ idem est, cum de rebus diuinis loquimur, quanq̃ uerba sint eadem. Ita ille non solum rationẽ, sed etiam consilium menti naturæ gubernatrici tribuendum censet. Aristoteles uero, & si naturæ consilium non nominat, rationem tamen expresse ponit, per quam natura optime omnia ad finem constituat, agat, atq; perficiat. Patet hoc in libro de generatione, & corruptione secũdo, ubi Empedoclis sententiam reprehendit, q̃ litem, & amorem, mistionem' q̃, & segregationẽ nascentiũ rerum causas nominat, rationis autem nullam omnino mentionem facit. Quid
» causæ sit,

» causæ sit, inquit, ut ex homine homo semper, aut magna ex parte proueniat, & ex tritico triticũ,
» non olea, uel etiam, ut si hoc modo componatur, os fiat, non enim quomodolibet facto cõgres-
» su, ut ille, inquit, sed ratione aliqua ita agitur. Quid igitur causæ sit? Neq; enim ignis, aut terra,
» nec uero amor, & lis, alterum quippe horum commiscendi, alterum segregandi causam obti-
» net, quod autem quærimus, rei cuiusq; substantia est, non mistio, & segregatio, ut ille existimat,
» fortunam siquidem in his nominamus non rationem. fieri enim potest, ut casu, fortuna' q̃ per-
» mistio fiat. Naturæ aut rerum causa est ita se habere, hoc est ratione sic fieri, & hæc uniuscuiusq;
» rei natura est, de qua ille nihil docuit, nihil ergo de natura locut⁹ est. Quin etiam hoc idem, de
» ratione loquor, rectum rei, bonumq; est, At ille mistionem tantummodo probat. En, quàm a-
perte philosophus ratione fieri, quæ secũdum naturam fiunt exponit, rationem' q̃ ipsam, cur ita
fiant, causam esse, & essentiam, bonũ, rectum uniuscuiusq; rei eadem rõne describi, nõ ea uidelicet, quæ in ipsa natura continetur, sed, quæ superior profuit, quemadmodũ Alexander quoq;
Aphrodisiẽsis huius philosophi expositor, aperte declarat ratione quidem naturam agere, sed
non ea, quam in se continet ipsa natura, non aliter, quàm Plato faciat in sophista, ubi de anima
» lium, & stirpium, & rerum etiam inanimatarum ortu disserit. Deum enim earum omnium re
» rum creatorem, atq; opificem dicit, naturam uero genitricẽ esse, ratione, scięntia' q̃ diuina a` Deo
» ipso proficiscente, atq; res ipsas natura nascentes, diuina arte effici, & conseruari. At nouus hic
philosophus noster Georgius, qui alios philotenebras uocat, cũ ipse in tenebris summæ ignorantiæ uersetur, esse dicit, quæ ratione quidem, sed non alicuius causa agantur, cũq; id demonstrare uelit, rationem dicit non modo ad causam finalem referri, uerum etiam ad materialẽ, atq;
formalem. Quapropter talem format, uel potius formare uellet, si tamen id assequi posset, syllogismũ. Materia, inquit, nõ est, cuius causa agitur, at materia ratio est, ergo aliqua ratio est, cuius
causa nihil agitur. Sed, ut nos respõdebimus ad id, quod de mente interrogat, sic ipse de materia respondeat, quam rationẽ esse opinatur. Non enim fieri potest, ut idem & materia sit, & ratio rei. Alterum quippe ad formam, & finem pertinet, alterum formę, fini' q̃ opponitur. Quod
autem non materia, sed ratio finis sit, cuius causa agitur, ipsum quoq; philosophum Aristotelẽ
» authorem habemus. Sic enim libro primo de partibus animalium scribit. Quoniam plures in
» generatione naturali esse causas uidemus, unam scilicet, cuius causa, alteram, unde principium
» motus, de his quoq; definiendum est, utra earum prima, aut secunda natura sit. Videtur autem
» prima, quam alicuius causam dicimus. Hæc enim ratio est, principium autem est ratio tam in
» artificiosis, quàm in naturaliter constitutis reb⁹. Siue enim intellectu, siue sensu definiens me-
» dicus sanitatem, ædificator ædes, rationem, & causas reddunt ambo uniuscuiusq; rei, quam fa-
» ciunt, & cur ita sit faciendum. Sic nos tãti uiri authoritatem sequẽtes, rationẽ fini nõ materiæ
» tribuimus, & quoties aliquid dicimus, fieri ratione, id non materiæ, sed finis ratione, ac contemplatione fieri intelligimus. Vtputa quoniam forma ædium talis est, aut quoniam tales sunt
ædes, idcirco ita fit, & ratio cur ita fiat, hęc est. Atqui nouus iste philosophus, quem opinionis
suæ authorem habeat, non uideo. Quis enim unquam mẽtis compos rationẽ tribuit materiæ,
& subiecto? aut qua tandem ratione, ut ita sentiat, ipse mouetur? Adhuc enim nihil amplius dixit, quàm ita esse, nisi forte dicat, illud se exprimere uoluisse, non modo eum ratione agere, qui
finẽ inducat, sed etiã eum, qui materiam faciat, atq; ita materiam esse ratiõem, & amplius rationem significare, quàm finem, & cuius causa. Quando agit quidem, qui materiã tractat, sed finem confestim non inducit. At uero, nec ratio propterea appellanda materia est, quod ratione
uel omnino fiat, uel ab artifice aptior reddatur, & ea ratio, qua fieri materiam dicis, finem respiciat oportet. finis etenim ratione, & simpliciter disponi materiam, & in melius mutari manifestum est, quippe omnia, & præscribuntur fine, & ad finem accommodãtur. Dicet etiam fortasis nouus hic philosophus idcirco materiam rationem esse, quoniam materialis causa est. nihil
enim nisi absurdum, ex tam absurda sententia augurari possumus. Quod si ita est, putat homo
parum doctus, quicquid causa rei est, id etiam esse rationem, quod nemo nisi mẽte captus, asseret. Causæ enim quatuor sunt, ut ipse Aristoteles tradit. Quoniã, inquit, quatuor causæ sunt,
» de omnibus notitiam habere physicus debet, is' q̃ ad omnes referens cur ita est, naturaliter red-
» det materiam, formam quod mouerit, cuius causa agatur. Ratio autẽ, qua agitur, una finalis,
formalis ue est eodem philosopho authore, qui in primo de generatione animalium libro, ita
» inquit, Quatuor causæ habẽtur, una, quæ cuius causa dicit', & pro fine est, altera est essentiæ ra-
» tio, quæ quidem, & si nomine uariant, tamen fere pro una existimandæ sunt. Itẽ undecimo de
» rebus diuinis, quem librum metaphysica uocat. Tres igitur, inquit, causæ, tria' q̃ principia sunt,

» duæ,in quibus consumitur contrarietas,cuius pars altera forma,& ratio est, altera priuatio, &
» tertia materia. Ita ratio ab Aristotele omnibus locis ad formam,non ad materiam refertur.Et quãquam plures causæ,plura'q; principia sunt,tamen rationis nomẽ formæ, fini,actui, habitui assignatur.non materiæ, quæ contrarietatis aduersus formam altera pars est,quando materia, cum priuatione idem numero est,ut Aristoteles tradit.Quæ cũ ita sint, minor syllogismi extremitas,qua materiam esse rationem posuit,ut falsa improbanda est,nec sequitur,si causa est,etiã rationem esse.Neq; uero si rationem modo ex forma,modo ex materia petimus,ratio ipsa materia erit,sed rationem,cur homo mortalis sit,licet ex materia capere,materiam autẽ ipsam nomine rationis appellare non licet.Quapropter ratio,qua rem ita esse,siue creari dicimus,natura ipsa rei præcipua est,nec amplius qcquam significat,quàm forma,finis'ue, cuius causa gigniẽ, ostendat.Itaq; rationem conuerti cum fine,& forma,unicuiq; manifestũ est, excepto hoc uno philosopho,& uocabulorum authore.Adde,quod si rationem non modo formalẽ, finalẽ'q;, uerum etiam materialem posuerimus,quam sibi ipse concedi cupit,nihilo propterea magis se ratio porriget,quàm forma,& finis.Neq; enim si detur ratio materialis,mox ratio simpliciter erit,quandoquidem a` doctoribus ita accepimus,rationem simpliciter,absolute'q; eã esse,quæ formam significat,quanquam Georgius existimare uidetur æthiopem,cũ parte aliqua sui cor formam significat,quanquam Georgius existimare uidetur æthiopem,cũ parte aliqua sui corporis albus sit,album dici merito posse.Sit ergo materia,si ita libet,ratio materialis,sed ratio, qua natura agit,non aliter capienda est contemplatiõe finis,quã ea,qua ars,intellectus'q; agãt pro sui finis ratione.Quamobrem nihil plus ratio,de qua agitur,significat,quã forma,& finis. Quocunq; igitur modo ratio sumatur,siue pro humana ratione,quæ cum appetitu coniuncta deligit uitia,aut uirtutes,siue appetitu res efficit artificiosas,ut lectum,ut ędes,siue pro ratione separata,atq; abstracta,cuius author est Plato,siue pro ratiõe iuncta cum natura reꝝ effectrice, non potest nisi cõtemplatiõe,respectu'q; formæ,ac finis intelligi.Quapropter Georgius nihil, quod ad propositum pertinere uideatur,opponit,frustra'q; rationem illam materialem diu,ac multum cogitatam producit in lucem.

¶ Confutatio alterius rationis aduersarii,qua dicit naturam nihil cõsultare,quanquã alicuius causa agat,cum longius se extendat alicuius causa agere,quàm consultare.

Consilium modo ad intellectum humanum,modo ad diuinum sententia doctissimorum uirorum referri.

Platonicos naturã non sua intima facultate,uel agere,uel consultare,asserere,sed hæc mẽti tribuere siue intellectui exteriori.

Rationem consultandi exteriorem in natura,etiam ab Aristotelicis non tolli.

Impie damnare Georgiũ eos,qui in deo consiliũ esse dicũt,cum sanctissimi nostræ religionis uiri contrarium & sentiant,& prædicent. Caput V.

Sequitur aliud eius obiectum,quod natura nihil consultet,quanquam alicuius causa agit,cum longius se extendat alicuius causa agere,quã consultare,q; uerba Aristotelis frangens ostendere nitit', cum res perpetuæ agant quidem alicuius causa, sed sine ullo consilio.Est enim consilium inqsitio rerum,quæ in nostra sunt potestate,contingunt'q;,& dubiæ sunt.In perpetuis autem,quoniam necessariæ sunt,nullus est ꝓsilio locus.His uerbis,atq; rationibus non suis,sed alienis sese Georgius ostendat,& Platonicos omnes aggressus,neminem posse impetum suum ferre exclamet,nos etiam quid cõsilium sit, minime definisse mentitur.Sed quis ita indoctus,atq; insipiens est,ut,quod Georgius accipere ab Aristotele potuit,idẽ Plutinos,Porphyrios,Proclos,Damascios,Simplicios,reliquos'q; Platonicæ sectæ doctissimos uiros accipere nequaquã potuisse arbitretur? Nam si homo tã rudis, atq; indoctus recte id quidem refert,quo pacto sapientissimi illi uiri,nõ idem & intellexissent, & quatenus fieri potuisset,declarassent.Legerunt profecto` hęc illi quoq; apud Aristotelem,et recte dici non negant.Verum consilii nomen,non unam rem significare respondẽt,sed modo ad intellectum humanum,modo ad diuinum referri.Itaq; licet cõsilium nostrum rei minus cognitæ inquisitione describitur,diuinum tamen omnium rerum certitudine excellit,suiq; generis est.Consultandi igitur,seu cogitandi ratio,aut inquisitionem rerum per transitionem de alio in aliud dicit,aut cogitationem,intelligentiam,uoluntatem,et prouidentiam,quo modo & Aristoteles sexto ethicorum libro consultare,& cogitare idem esse affirmat.Cum itaq; naturam cõsultare dicimus,id uolumus significari,ut ratio,& intelligẽtia princeps,insistẽs'q; naturæ animaduertat

ea,quæ certa,explorata'q; sibi meliora habeat,celeri'q; intuitu,quasi cõcepta peragat sua negotia longe consultius,quàm humanum agere queat ingenium,& nomine quidem loquimur usitato,sed longe aliter,quàm uulgus exponimus,quod certe licet facere,id'q; ipse Georgius,quanquam imprudens fatetur,siquidem Aristotelem scribit de intellectu dixisse,quod intelligit quidem,sed non per imaginationem,& sensum,quod genus intelligẽdi,longe perfectius esse confitetur,nec nisi æquiuoce intelligendi rationem recipere.Quod si Aristoteli licuit intelligendi uocabulo id exprimere,quod altius,atq; nobilius est,quam humana intelligendi ratio constet,cur Platoni quoq; non liceat consilium ascribere intellectui, non per humanam de re dubia inquisitionem,sed altiore,nobiliore'q; modo,qui menti conueniat separatæ,atq; eximiæ.Sed illuc redeo,unde discessi.Aristoteles naturã uel cogitare,uel cõsultare sua intima ratione negat.exteriore autem ne ipse quidem negaret,ut ex his intelligi facile potest, quæ aduersus Empedoclem scripta supra memoraui,atq; etiam ex uerbis Alexandri summi expositoris,qui ita inquit,Natura non per delectum,nec sua intima agit ratione.Sed quæret aliquis,utro tandẽ significato Aristoteles ꝓsultandi uocabulũ usurpauerit,cũ ueteres philosophos erroris argueret,quod naturã alicuius causa agere non putassent.Nam exemplo,quod de arte mutuatus est,inquisitionem rerum obscuriorũ uidetur exponere.Veterum aũt illorum sententia non nisi cogitationẽ significari ꝓsentaneũ est.Cũ enim illi cogitãdi rõnem,cuius dũtaxat interest alicuius causa agere,in natura nequaquã inesse arbitrarent',necessario negabant naturã alicuius causa agere.q; si Aristoteles e` directo opponit,fortasse non inquisitionẽ,sed cogitandi rõnem designat,cum noĩat ꝓsilium.An minime incõueniens sit agi de cogitatione,exẽplo significati alterius.ꝓsultare enim ꝯgitare aliquod est.Itaq; ut ars,quãuis nihil quærat,alicuius tamẽ causa agit,sic natura,& si nõ cogitat ipsa,tamẽ alicui⁹ causa agere põt.Volebant igitur illi,quæ a` natura ꝓcreant',nulla rõne effici,sed una materiali necessitate,& ꝑ accidens fieri.qꝑpe imbrem mitti a` Ioue per æstatẽ,nõ ut frumẽtũ in area pereat,sed propter uaporẽ eleuatũ, qui refrigeratus,& in aquã ꝓuersus,suo põdere feratur deorsum.accidere aũt,ut imbre demisso,frumẽtum pereat,imbrem'q; ipsum nõ rõne effici,sed necessitate materiali.Hęc illi,cũ nihil a` natura cogitari,nihil alicuius causa agi arbitrarent'.Quoꝝ sententiã reprobãs Aristoteles naturã alicuius causa agere ostẽdit,tametsi ꝓsilii,ac cogitationis expers esse uideat'.Cõcedit igit' nihil a` natura cogitari,quẽadmodum ueteres illi censuerunt,sed ꝓpterea nõ alicuius causa agi, dicendũ non arbitratur.q; idẽ a` Platonicis quoq; dictũ Georgius non intelligit Neq; enĩ naturã ipsam sua intima facultate uel cogitare,uel consulere Platonici asserunt,sed hęc mẽti,siue intellectui exteriori tribuũt,qui præsit,insistat,incũbat naturæ,atq; officia dirigat.Veteres igit' illi,ea cogitandi rõne,quã naturæ demebant,eã uolebãt nõ alicuius causa agere,& ad hũc sensum occurrisse Aristotelẽ existimo.Quis enim tam pingui Minerua est,ut intellectu naturæ cõcesso,eã neget alicuius causa agere? Nã & si nihil esse,q; mens ambigat,& quærat arbitraris, tñ,quod illa certo norit,id recta rõne mandari operæ,& causa alicuius effici,ꝓculdubio concedes.Mentem enim,quãdiu mens est,res certa cognoscendi rõne cõplecti necesse est.q; Alexãder quoq;,cuius modo mẽtionẽ feci,aperte declarat. Aristoteles ẽt fortunã,& casum inter causas efficiẽtes connumerãs,aut reꝝ naturaliũ,inqt,aut ab intellectu ꝓficiscentiũ,aliqd semp causa est,ut rei naturali rem ab intellectu ꝓficiscentẽ plane` opponere uideatur,cũ eius quoq; sententia natura nec aĩaduertat,nec cogitet.Consiliũ itaq; partim cogitandi rõnẽ significare,partim inquisitionẽ reꝝ,de qua in libro de moribus agit',satis iam declaratũ est. Sed meminisse illud oportet,quod supradictũ est,naturã ea cogitandi,intelligẽdi'q; rõne,tum Aristotelis,tum expositoris eius Alexandri sententia carere,quæ intima est,nã exteriore illa,cuius actionem, dum natura explicat,cogitare a` Platonicis dicitur,ne ipsi qdem tollunt,quãdo alter naturã agere dicit,alter sua intima rõne nihil a` natura agi confitetur,ut dictum iam superius fuit.Quid enĩ natura agere possit,quæ teste Aristotele non actiuum,sed passiuum principiũ est,nisi extrinsecus adsit,quod intelligendi obtinens facultatem agat,dirigens alterã hanc naturam,quasi instrumentum ad finem,& alicuius causa quæq; efficiat? His de causis nos superiori nostro opusculo pro opinione Platonis diximus,naturã cõsilio agere,& si non suo,tamen uniuersæ mentis, quæ per oĩa transeat,omnibus'q; insistat naturæ operibus,& ex officio gerat. Sic nos religiõis nostræ sanctissimos uiros,q & ipsi ꝓsiliũ Deo tribuũt,recte,pieq; sentire existimam⁹,q̃q̃ Georgius econtrario impios putat,qui in deo esse consilium arbitrant'.Non enim imperitiam reꝝ significat ꝓsilium dei,sed summũ finis complexũ,plenissimam'q; notitiã.Et quẽadmodum ualere ingenio hoĩem dicimus,qui sine longa indagatiõe reꝝ exitũ assequi potest,sic Deum,qui

nulla oíno indagatione utitur, ineffabili ingenio, miro conſilio, inaudita uoluntate excellere
» opinamur. Faciamus, inquit, hoíem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram. Nóne doctores
» noſtri ſanctiſſimi uiri hunc locum exponentes, conſiliú diuinum aiunt creationé hoís præceſ-
» ſiſſe? At Georgius impios, indoctos, inſcios uocat, qui diuinú dicunt eſſe conſiliú. Plato etiã ea
» dem, qua doctores noſtri, ſentẽtia fretus in Epinomide ita inqt, Stabile, firmúq; cũ aía rem
» optimã mente optima deliberarit, perfecte, atq; abſolute prouenit. Qua re ne adamas qdem fir
» mior eſt, nec ulla res poteſt eſſe ſtabilior. Enimuero tres illæ Parcæ eam rem cõtinent, ſeruãt'q;
» integerrimã, quæ optimo cõſilio Deo, cuiq; deliberata eſt. Atqui Georgius diſtinguẽdi, deter
» minandi'q; ignorãtia, in eũ dilabitur errorẽ, ut dum alios ípietatis dãnat, ſe ipſum impiiſſimũ
» eſſe demonſtret, Neq; enĩ Platoni tantũ detrahit, qui Deo adimit conſiliú, ſed etiã doctrinæ re
ligionis noſtræ, & literis ſacris. Ita fit, ut cõſilii ratio nihil, minusq; ratio finis contineat, & hæc
q̃ſi reciproca ſint, ut q conſultat, alicuius cauſa agat, & q alicui⁹ cauſa agit, cõſultet. Quod ſi na
tura alicuius cauſa agit, conſultet etiã neceſſe eſt, ſiue cogitandi, intelligendi'ue ratione, ſiue ce
leri finis comprehenſione, q̃q̃ non ſua facultate, ſed ſocietate mẽtis principis, atq; rectricis. Ars
etiam ita agit, uerum nõ ea, quæ in re artificioſa poſita eſt, ſed quæ in artifice continetur.

¶ Confutatio alterius partis, in qua aduerſarius inepte fatetur Ariſtotelem conſultare artẽ uo-
luiſſe, cum potius Ariſtoteles exemplo artis non conſultare naturam conetur oſtendere.
Quod Ariſtoteles ſenſerit contra aduerſarii ſententiam artem non cõſultare, omnium expo-
ſitorum ſuorum ſententia comprobari.
Authorẽ concordare potius íter ſe utrunq; philoſophũ, q̃ alteꝝ reprehẽdere conari. Caput. VI

Georgii autem quantum ſit ingenium, quãta'q; doctrina, uel ex hoc intelligi maxime
g poteſt, q̃ cum Ariſtoteles naturam dicat non conſultando opus ſuum efficere, id'q;
exẽplo artis confirmet, hic, qui ſe Ariſtotelicũ facit conſultare artem opinatur, nec
Ariſtotelẽ negare ait artẽ cõſultare, cũ id ẽt cæco manifeſtũ eſſe arbitretur, artem ſci
licet cõſilio, ac deliberatione uti. Verũ accipi hoc non ſimpliciter dicit, ſed per ſuppoſitionẽ, ad
hunc uidelicet modum, ſi in ligno eſſet non conſultare. qua ratione etiam demonſtrat artem
ſententia Ariſtotelis conſultare. Si in ligno eſſet, inquit, non conſultaret, ergo cũ extra ſit, con-
ſultat. Secundum hanc igitur Georgii expoſitionem, propterea Ariſtoteles naturam cõſultare
non putat, quia non conſultat. Nam ſi propterea duntaxat non conſultare artem arbitraretur,
quia ſi in ligno eſſet, non conſultaret, nihil diuerſum a` natura id caperet, quandoquidem natu
ra perinde, atq; ars in ligno clauderetur. Tollitur enim hoc modo differẽtia, ut ars principium
ſit extrinſecus, natura intrinſecus, ſi tam ars, q̃ natura in ligno comprehenditur. Quid uero Ari
ſtoteles non conſultare naturam artis, exemplo contendit, ſi iudicio Georgii conſultare natu-
ram luce clarius eſt? Nam Plato tam artem, q̃ naturã conſilio uti affirmat. Quo fit, ut ſi ars cõ
ſultat, quæ naturam imitatur, & ſequitur, fruſtra Ariſtoteles naturam non conſultare argumen
to artis oſtendat. Quid præterea eorum ſententiam Georgius improbat, qui conſultare artem
affirmant? Platonicorum quippe, quibus repugnare ipſe nititur, hæc opinio eſt, ut & artis con
ſilium ſit, & naturę. In hunc modum homo iſte argumentatur, & iudicat, q ſe expoſitorem, ac
» defenſorem Ariſtotelis facit. Nouit, inquit, Ariſtoteles artem conſultare, hoc enim uel cæco,
» ut aiunt, patet, ſed ſi in ligno eſſet, non conſultaret. Sic Georgius, inquit, Nunc Themiſtium, ſi
placet, audiamus, uirum doctum, & diſciplinæ Ariſtotelicæ familiariſſimum. Is hunc locũ ex-
» ponens, ita inquit, Neq; enim faber lignarius cõſultat, utrum prius ſecandum ſit, aut dolandũ,
» nec grammaticus, quemadmodum literarum elementa ſcribenda ſint, hoc eſt a. aut b. Nec ue
» ro cum Cleonem ſcribit, cogitat, quam primam, quam ſecundam literam collocet, ædificator
» etiam non conſultat, utrum iacienda primo fundamenta ſint, an parietes cõſtruendi, an tectum
» apponendum. Eodem modo textor, lapicida, reliqui'q; artifices ſuo officio funguntur, nullus
» conſultat, ſed habet ſibi ſuum quiſq; certum, finitum'q; opus, nec ordinem ad finem propoſitũ
» pertinẽtem ignorat. Hęc eadem ab Alexandro, Simplicio, Auerroe, Alberto, Thoma, reliqs'q;
Ariſtotelis expoſitoribus hoc loco ſcribuntur. Solus Georgius cæco quoq; perſpicuum eſſe di-
cit, artem conſultare, nec uidet iudicio ſuo doctiſſimos illos uiros, qui locum hunc ita expo-
nunt, cæcos fieri. Atqui ipſe potius cæcus eſt, qui quod cæteri omnes uidere potuerunt, ſolus
ipſe non uidet. Iam Ariſtoteles aperte non conſultare artem eo loco profitetur, cuius rei argu
mentum affert, quod ſi ars in ligno eſſet, nihilo minus officio ſuo fungeretur, quàm cum in ar-
tifice eſt.

tifice eſt. Ex quo concludit naturam, quæ in ligno, & reliqs huiuſmodi eſt, alicuius cauſa age-
re, tametſi nullo conſilio agat. Apte igitur, & conuenienter exemplum ab arte petitur, quoniã
ars naturæ ſimilis eſt, eamq; imitatur. Sed nequis artem idcirco exiſtimaret conſulere, quia ex-
trinſecus eſt, naturam uero minime, quia intrinſecus, ideo ſubiunxit, artem ne in ligno quidem
ſi eſſet, poſſe aliter facere. Quãobrem exemplum rurſus magis propinquum ex medico petiit ſe
ipſum curante, ſiquidem agendi principium in eo intus eſt, quanquam per accidens, non enim
quatenus medicus eſt, ſed quatenus æger a` ſe ipſo curatur. At nouus hic peripateticus cognitũ
habuiſſe Ariſtotelem dicit, artem conſultare. Sed qua dialecticæ peritia, ad propoſitum Ariſto
» telis referat, quæſo animaduertite. Ars, inquit, conſultat quidem, ſed, ſi in ligno eſſet, nõ cõſul-
» taret. Ergo ne natura quidem conſultat, quæ in ligno eſt. En, q̃ idoneis mediis probat, quod
quæritur, qui nos ignorare dialecticam ſcribit. Ignoramus ꝓfecto dialecticam talem, qualem
ipſe ſcit, abſit'q;, ut talem aliquando ſciamus. Sed enim Georgius non modo concordiam íter
Platonem, & Ariſtotelem, ubi diſſidere inter ſe uidentur, præ ſua inſcitia cogitare nõ poteſt, ue
rũ etiam, cum temere audet uel defendere Ariſtotelem, uel Platoni eum præferre, ita id puerili
ter facit, ut riſum apud omnes captet, quando ſe iudicem earum rerum, authorem'q; conſtituit,
quas prorſus ignorat. A` me uero tantum abeſt, ut in defendendo Platone, doctrinam dãnare
Ariſtotelis uelim, ut potius conuenire ſemper inter ſeſe duos philoſophos, quantum in me eſt,
coner oſtendere. Quæ res quo modo a` me agatur, obſecro parumper attendite. Ariſtoteles, cũ
de rebus naturalibus ageret, principiis naturæ intimis contẽtus, noluit ſuperiorẽ, ſeparatam'q;
cauſam attingere, quæ ad primum philoſophum pertinet, ne diſciplinarũ præcepta præter mo
rem ſuum miſceret, atq; confunderet. Itaq; recte naturã tradidit ſine cõſilio agere. Neq; enim
ei naturæ cogitandi uis ineſt, quæ immediata eſt, ac proxima rebus. Phyſicum quippe eatenus
naturalem formam conſyderare debere ipſe Ariſtoteles author eſt, quatenus a` natura non ſe-
paretur. Idem etiam, duplex, inquit, eſt principium, quod naturaliter mouet, alterum nõ natu-
rale eſt, quippe quod in ſe motus principium non continet, quale eſt ſiquid mouet, cum ipſum
non moueatur, ut, quod omnino immobile, primum'q; omnium eſt, & quiditas, ac forma. Ad
hæc homo hominem generat, & omnino, quæ mouent, cum ipſa moueantur, quæ autem non
ita mouent, minime ad phyſicum pertinent. Item ſiqua forma ſeparata per eſſentiã ſit, & quẽ-
admodum ſe reſpectu naturalium rerum habeat, & quid ſit, definire primæ philoſophiæ offi-
» cium eſt. Themiſtius etiam, ſiquid immobile, inquit, principiũ motus eſt, id definire non phy
» ſici, ſed primi philoſophi officium eſt. Ariſtoteles igitur his rationibus res phyſicas phyſice
tractans, & cauſam ſeparatam nequaquã attingens iure conſultare naturam negauit. Plato ue-
ro non immerito conſyderauit, ſcientias, cum minus perfectæ eſſent, ad perfectionem ſuã deſy
derare officium perfectiorum, & quemadmodum geometria nunquam perfici ſine arithmeti-
ca poteſt, quippe, quæ de commenſibilibus, & incommenſibilibus magnitudinibus nequit ſi-
ne arithmetica agere, ſic etiã eam partem philoſophiæ, quæ de rebus naturalibus diſſerit, perci
pi integre, abſolute'q; non poſſe abſq; ea, quæ eſt de rebus illis ſuperioribus, atq; diuinis, ſiqui-
dem res naturales non carent diuina illa cauſa, atq; ſuprema, immo uero ea potiſſimũ cauſa cõ-
ſiſtunt, ſeruantur'q;. Quapropter non temere de rebus naturalibus, admiſtis altioribus illis ra-
tionibus docendum exiſtimauit, ſperans ita fore, ut & ipſe haberet, & cæteris traderet ſcientiã
pleniorem. Repetit ergo præcipuam illam cauſam ad perfectiorem naturalium rerum cogni-
tionem, & certiorem efficere diſciplinam conatur, ex primæ illius cauſæ demonſtratione. Ita
enim comparatum eſt, ut natura non ſua conſtet facultate, ſed aliunde dependeat, moueatur'q;
a' cauſa illa ſeparata, quæ naturæ finem in ſe continet, & conſultandi, cogitandi'ue ratione in
agendo non uacat. Nam conſilium, & cogitationem in rebus diuinis, ſummæ rationis, & ex-
quiſitiſſimi iudicii nomina eſſe, ſatis iam ſupra declaratum eſt. Itaq; per ſyllepſim cõſilium, co
gitandi'q; rationem naturæ tribuit, quemadmodum medici febrem interdum inflammationis
nomine ſolent nuncupare. Ariſtoteles etiam naturam principium motus, & quietis eſſe affir-
mat, non actiuum, ut ſupra dictum eſt, ſed paſſiuum, hoc eſt, non quo moueat, ſed quo mouea-
tur. Cum'q; de quatuor elementis differat, Nullum, inquit, ex his ſeipſum mouere apertum eſt,
ſed principium motus habent, non quo moueant, aut agant, ſed quo moueantur. Ergo ipſius
quoq; ſententia natura aliunde mouetur, & rationem non ipſa poſſidet, ſed a` quo mouetur.
Ex quibus ſequitur, ut inter ſeſe duo philoſophi conſentiant & diuerſo rerum reſpectu uterque
uere, ac ſapienter & loquatur, & ſentiat. Sic ego exponendum cenſeo, quamuis me Georgi-
us calumnietur, quaſi contradicere ſibi ipſi Ariſtotelem putem. Illius illius hæc impudentia

eſt, qui ita alterum laudat, ut alteri maledicat, & per diſtinguendi, ac definiẽdi imperitiam, ad uerſarium ſe contra alterum conſtituit. Sed ualeat ipſe, & ſiquis ei ſimilis eſt, a` nobis uero lon ge abſit, ut uiros doctiſſimos, & omnium bonarum artium parentes iudicare, aut reprehende re uelimus. Equidem ſiquid ex meo iudicio in hanc quæſtionem attuli, nõ Ariſtotelem dãnãs, non pro Plethone contendens id feci, ſed Platonis opinioni, ex eiuſdẽ philoſophi locis, ac prin cipiis arguens, faui. Nihilo minus alterum, hoc eſt Ariſtotelem, & admirãs ſemper, & laudãs. Sed de his hactenus.

¶ Reſponſio ad interrogationem Georgii utrum mẽs, & natura idem ſint. Vbi hæc longe in ter ſe differre latiſſime declaratur.

Confutatio eius argumenti, quod affert Georgius, naturam ſi inſtar inſtrumenti moueretur, et moueret, neceſſario prius actu eſſe oportere. Caput VII.

a Did autem, quod Georgius rogat, an idem eſſe mentem, & naturam dicamus, ita reſpondendum cenſeo, nõ idem eſſe, ſed diuerſum. Alterum enim ſeparatum, alte rum nõ ſeparatum eſt, atq; alterum mouet, alterũ mouetur. Natura etenim ita mo uet, ut niſi a` mente, ſiue intellectu illo moueatur, nõ moueat, quod etiam ipſe Ari ſtoteles docet, cũ naturã eſſe principium motus, non quo moueat, ſed quo moueat, & quietis
» non quo quieſcere faciat, ſed quo quieſcat, exponit. Quamobrem res naturales, inquit, nõ a` ſe
» ipſis dicũtur moueri, poſſent enim & ſe ipſas ſiſtere, ſi ſe poſſent mouere. et alibi. utpote cũ na
» tura, inquit, ſit principium, & cauſa, qua res moueatur, & quieſcat. Itaq; Plato naturã idone am dicit eſſe ad motum, ordinem'q; recipiendum, & hac ſua aptitudine inuitare ſibi cauſam, quæ exornet, & moderetur, & ordinet. Addo, quod ſi anima differt a` natura. Sunt enim o mnia animata naturalia, ſed non omnia naturalia animata ſunt, animata autẽ omnia a` ſe ipſis
» mouentur, naturalia autem nequaquam per ſe moueri Ariſtoteles teſtatur. Inanimatorum in
» quiens nulli ineſſe uidemus, unde principium motus ſit, ſequitur, ut natura eſſe non poſſit prin cipium motus, quo ſcilicet moueat, nam quo moueatur principium eſſe iam diximus. Placet hæc ſententia magna ex parte expoſitoribus Ariſtotelis in rebus inanimatis, quæ proprie natu rales dicuntur, qualia ſunt ſimplicia corpora. In animatis autem duplex ratio eſt. quatenus enĩ ipſa animata, res ſunt naturales, corpus enim naturale corpori animato ſubiectum eſt, quando anima actus eſt corporis naturalis, ea quoq; naturam habent, quæ principium motus ſit, non quo moueant, ſed quo moueantur, quatenus autem res ſunt animatæ, naturam & habẽt, quæ principium ſit, quo moueant, quanquã eo modo, ut niſi ab alio moueantur, minime moueãt, Alterum igitur eſt, quod moueat naturam, quod proprie cauſa efficiens motus rerum natura lium dicitur, id'q; a` natura diuerſum, quod ſiue uniuerſam naturam, ſiue mentem, aut formã libeat appellare, controuerſia de nomine eſt, ſenſus idem ſeruari poteſt, & ſiue plura eiuſmodi ſint, ſiue unũ, nihil ad hanc quæſtionẽ intereſt, q̃q̃ Georgius multitudinẽ deorum Platoni obii cit, quaſi Ariſtoteles plures eſſe deos negarit, cum totidem dixerit intelligentias eſſe, quæ mo uent, quot cœlos, qui mouentur. Commune prorſus hoc crimen Platonis, atq; Ariſtotelis eſt, ſi nomina ſequi non ſententiam uolumus. Nã primum quidem, quod cauſa ſuprema, & a` nul lo dependens eſt, nec a` Platone, nec ab Ariſtotele in plura ſecatur. Verum natura cauſa quoq; efficiens eſſe dicitur, quicquid enim fit, id ex aliquo fit ſubiecto. potentia id ſubſtans, quod fu turum eſt, & ab agente actu ſubſtante efficitur. Itaq; ſi naturam eorum, quæ generant, cogitas, natura ꝓfecto` agit actu ſubſtans, ſiue primũ generans accipis, ſiue ſecundum, quod Ariſtoteles uirtutem, naturam, & principium primum mãdatum appellauit. nam id quoq; agendi obtinet facultatem. actu enim aliquid eſt, agitq; uirtute, quã immediate a` generante accepit. quãobrẽ tum concauſa, hoc eſt comes, aut conſors cauſa, tum inſtrumentalis cauſa dictũ eſt, utpote, qđ aliis pleriſq; interpoſitis cauſis, ac poſtremo ſuperiori, & omnium cauſæ ſeruiat. Nec ꝓpterea ſequitur, quod Georgius cẽſet, ut a` re mobili ſeparari ſimpliciter debeat. dum enĩ ab ea re mo bili, quam moueat, ſeparetur, ſatis eſt ad mouentis, mouendæ'q; rei neceſſariã ſeparationẽ. Se paratur igitur mouẽs natura a` natura eius, quod mouetur, ſed nõ a` ſimpliciter mobili natura, ſiue enim agens, ſiue patiens, cum re mobili coniuncta eſt, quanq̃ altera mouetur, quatenꝰ mo bilis eſt, altera mouet, non quatenus mobilis, ſed quatenus motiua, actiua'q; eſt. omnino ſubie ctum aliquid eſſe oportere, & ſemper in ſubiecto naturam eſſe, Ariſtoteles author ẽ. Quinetiã theologi religionis noſtrę, & præſertim latini, q authoritatẽ Ariſtotelis pluris, q̃ cæteri faciunt, naturam,

naturam tanq̃ inſtrumentum referri ad Deum, primum'q; agens proculdubio uoluerũt, atq; ob eam cauſam rationalis naturæ propriũ eſſe finem reſpicere, utpote cum ſe ipſa ducat ad finem, irrationalis autem, quoniam aliunde ducitur, peculiare eſſe, ut ad finem apprehenſum, inconſy deratum'q; moueãtur. Siquidem omnia, quæ ſine ratione ſunt, moueri ad finem particularem a` uoluntate aliqua, quę ſe ad finem uniuerſalem extendat, eum ſcilicet, qui ad uoluntatem diui nam refertur. Quæ cum ita dicant, nihil aduerſus Ariſtotelem dici arbitrantur, immo uero ma iores propoſitiones ſuas ad eum referunt. Sic nos, quę proponimus, demonſtramus, & tot tãq; eruditorum uirorum opinioni conſentanea loquimur. Illud autem prævalidum, & pene` inex plicabile Georgii argumentum eſt. Naturam inquit, ſi ſecundum opinionem noſtrã, ut inſtru mentum moueretur & moueret, prius eſſe actu neceſſe foret. Quicquid enim ad aliquid moue tur, potẽtia quidẽ id eſt, ad quod mouetur, ſed actu aliud quiddam. Itaq; naturam quoq; aliqd eſſe actu oportet. Quid igitur hoc ſit, quærit. neq; enim compoſitum eſſe naturam dicit. nõ ma teriam, non formam. neutrum enim eſſe actu, ante quam compoſitum ſit. Ego uero ita reſpõ deo, hoc argumentum in primis uitioſum eſſe, quia uerti pari modo in eum, qui arguit, poteſt. Quid enim ipſe eſſe naturam dicat, quam mouere non negat, quanquam eſſe cauſam inſtrumẽ talem, & ita mouere, ut moueatur, negat? Vtrum aliquid eſſe actu dicet an nihil? q; ſi nihil eſt actu, ne moueri quidem poterit. Prius enim aliquid eſſe, q̃ agere unaquęq; res intelligenda eſt. Aliquid igitur actu naturã ipſam eſſe neceſſe eſt, ſi agere, mouereq; debet. Quid ergo hoc erit? Vtrum compoſitum, an materia, an forma? Præterea dico, quod mouetur, aliquid actu eſſe pri us, q̃ fiat, quod potentia eſt, ad quod tendit. Siquidem nulla materia eorum, quę generant, aut corrumpuntur, forma omnino priuata eſt. Item, q; natura duplex eſt, altera eoꝝ, quę generant, quę proprie cauſa eſt efficiens, eorum, quę generãtur, & tempore natura'q; prior eſt, q̃ res, quę generatur, actu'q; ſimpliciter eſt. Altera in ipſis, quę generantur, eſt, quę aut materia eſt, aut for ma, cuius cauſa agitur, quam etiam compoſito priorem eſſe fateor ratione, atq; natura.

¶ Duplicem eſſe naturam agentem Themiſtii, & aliorum peripateticorum authoritate.

Authoritate Simplicii, & Procli probari naturam cauſam inſtrumentalẽ eſſe.

Aliis placere, ſimplicia corpora per ſe moueri, & in ſe principium motus continere, aliis nõ per ſe, ſed ab alio, & extrinſecus moueri,

Formam, quamuis non ſit principium unde motus, eſſe tamen principiũ, ut finis, & cuius gra tia agitur, quod proprie principium eſt.

Duobus modis dici rem naturalem. Caput. VIII.

d Vplicem quoq; eſſe naturam agentem Alexandro, Themiſtio, & pleriſq; aliis doctiſ ſimis uiris, & Ariſtotelicę diſciplinæ expoſitoribus placet. Primam, quam modo ex poſui, eorum, quæ generant, Secũdam, quę unicuiq; naturalium rerum ineſt, & cau ſa eſt eius motionis, quę ortus dicitur. Natura enim, ut Ariſtoteles tradit, tribus mo dis accipi poteſt, aut enim, ut materia, aut, ut forma, quæ rationẽ, & finem cõtinet, aut, quæ ge neratio, ortus'q; uocatur, motio quædam, & uia. tendens ad formam. Efficiens itaq; huius tertii generis uiri, quos modo nominaui, quartũ addiderunt, quod referunt quidem ad cauſam agẽ tem, ſed non primam, remotiorem'q;, uerum ſecũdam, & propriquiorem unicuiq; naturalium rerum demandatam. Hanc Alexander alio etiam nomine appellans uirtutem, ſeu facultatẽ uo cat, & principium primum mandatum materię, qnæ tum idipſum principium, tum ea, quæ ab ipſo ꝓficiſcuntur, recipit, id'q; principium efficere ait, quantum rei ſibi determinatũ habuerit. mox id effectum aliud efficit, tum illud, aliud, atq; ita ſubinde ꝓuenitur uſq; ad finem, & formã naturalẽ, cuius principiũ id erat, qđ primũ fuerat materiæ mandatũ, & ita per ſucceſſum ꝓgit, donec res ſimilis ei, a` quo mandatũ eſt, ꝓficit, idẽq; aut ſpecie reddit, aut genere. Auicenna arabs hoc idem uirtutẽ rebus inditã uocat, ex ſimili ſimile ꝓcreantẽ. Doctores noſtræ religiõis tam græci, q̃ latini, rõnes ſpermaticas uim illã nũcupant. Ita ꝓſtat naturã aliq̃ cauſam eſſe eoꝝ, quæ generant, inditã, demandatã'q; ſubiecto. Sed quoniã talis natura anceps, & dubia eſt, tũ enim formam, tũ materiã præfert, ut materiale quoddã agẽs dici poſſit, qđ nanq; ſubinde ꝓceſ ſerit, id uelut materia ſubiicitur ſequẽti, & de impfectiori ad ꝓfectius itur, utputa granũ germẽ emittit, germẽ culmũ, culmus ſpicam, Sequtur ulterius quærẽdam eſſe aliq̃ cauſam, eã uidelicet, quam generãtiũ eſſe naturã diximus, quæ cauſa proprie agens ſit, cuius uirtute natura altera in iis, q̃ generant ſimul, et ſit, et agit, efficiẽs ſimul, et efficiẽda ab alio, & ad aliud. Remotiores ẽt

& perpetuæ cauſæ ulterius repetendæ ſunt, quarum reſpectu propinquior hæc dici poteſt. Ergo cauſam eſſe hanc naturam mihi cum aduerſario conuenit, ſed præcipua'ne an nõ præcipua cauſa ſit, nunc eum interrogo. Et certe non ita deſcipit, ut præcipuam hanc eſſe confirmet, Supereſt igitur, ut ſecundo loco habeatur, & concauſa ſit, quod inſtrumentalem cauſam dicimus. Quid ni igitur natura cauſa inſtrumẽtalis erit? Afferam, quæ Simplicius de hoc genere naturæ expo-
» nit, ne Georgiũ uidear ſine teſtibus cõdẽnare. Cauſa, ĩquit, ea quoq; natura eſt agens. ſimul
» enim & fit, & agit, aptitudo quædã ſubſtans, formæq; appetens, quæ concauſa nominãda eſt,
» quoniam cauſas ante ſe alias habet, tum propinquiores, tum ſuperiores. Fieri nanq; res natura-
» les Ariſtoteles quoq; ſexto de diuinis rebus libro teſtatur. Omne autẽ, quod fit, cauſam ſuæ ge-
» nerationis habere, nemo mentis compos negauerit. Dabitur igitur natura generantis ĩ anima-
» lium genere, ac omnino paterna, aut materna natura, actus ſubſtãs, in plantis uero natura ſemi-
» nis, & terræ. Forma enim præeſt in patre, & matre, atq; in rõnibus, quę actu inſunt in terra, poſt
» quas ea, quæ potentia ſunt, ad actum proueniunt. Vlterius etiam motus æternorum, & uolubi-
» lium corporum datur. Etenim homo hominẽ generat, & ſol, ut Ariſtoteles ĩquit. Item ulterius
» rationes ſitæ in anima ordinantur, cum etiam cauſa ea ipſa anima ſuperior habetur, mens exi-
» mia, formæq; intellectuales, hoc eſt ideæ, ex quibus primis delibatur omnibus lux formalis pro-
» natura, & aptitudine recipientis. Hæc Simplicius. Quibus cõſentanea etiam Proclus in eo li-
bro, qui theologica inſtitutio ĩſcribitur, tradit, necnõ latinus ille author, qui de cauſis ſcribit, quẽ latini, quãuis Ariſtotelem magna ex parte ſequantur, plurimi tamen faciunt. Ab his enim qua-
tuor hæc ex Platonis ſententia enumerantur, mens, anima, cœlum, natura. Quapropter ſi natu-
ra eius, quod fit, agens, efficiensq; dicatur, ita eorum ſententia agens erit, ut etiam ipſa fiat. Pro-
prie autem agens natura eiº eſt, quod tale eſt actu. natura quippe productiua rei ſimilis eſt, hæc autẽ generantis eſt propinqua, ut dictum eſt, actu ſubſtans, ex qua rationes ſeminariæ decer-
nunt, mouentes, quod fit, donec fomã recipiat. Vt enĩ dilucidius loq̃r, aliter de generatione ſe-
cundũ ſubſtantiã, quę & ipſa motus, q̃q̃ improprie dicit, cogitandũ eſt, q̃ de motu, ꝓprie dicto, hoc eſt, ſecundũ qualitatem, quantitatẽ, & locũ. Nã in his nihil fortaſſe ꝓhibet, ne inditum in-
trinſecus habeat principiũ, quo augeantur, alterentur, deferãt, idẽq; ſit agens, & patiens q̃q̃ nõ ſecũdum idem, ſed parte alia agat, alia patiatur. quemadmodũ & aĩalia moueri ex ſe dicimus, eo, ꝙ aliqua parte mouẽt, aliqua mouẽtur, quãtitas enim cubitalis, cũ iam ſuã receperit formã, augere ſe ipſa poteſt, principiũ iam habens intrinſecus augendi, atq; ita moueri pôt. Simili mo-
do in cæteris motibus agitur. Nam graue, & leue, cũ alterum grauitatem, alterum leuitatẽ tanq̃ formam habuerit, alterum ſurſum, alterum deorſum, ſe ipſum mouet, q̃q̃ uelle Ariſtoteles uide-
tur motus hoſce in rebus inanimatis, & ꝓprie naturalibus, qualia ſimplicia corpora ſunt, extrin-
ſecus eſſe, & pluribus rationibus hoc oſtendit, ſicut ſupradictum eſt. Cauſam enim, quæ formã induxerit, & eſſe rem fecerit, quã eſſe extrinſecus ait, motus quoq; rei cauſam eſſe arbitratur. Ve-
rum quæſtio de hac re, non modo inter diuerſas ſectas, uerũ etiam inter eiuſdem Ariſtotelicæ ſectæ ſtudioſos oritur. Aliis. n. ſimplicia corpora per ſe moueri placet, & in ſe principiũ motus habere. Alii non ex ſe, ſed ab alio, & extrinſecus moueri opinantur. At uero de motu, qui gene-
rationi ſecundum ſubſtantiam tribuit, nemo eſt, qui cauſam propriam eſſe extrinſecus neget. Nulla res enim ſecundum idem & generat, & generatur, & efficit, & efficitur, & mouet, & mo-
uetur. Ita enim eadem res eadem eſſet potentia, & actu, quod impoſſibile eſt. quippe nõ ignis, non aqua, nõ ulla alia res, ſiue animata, ſiue inanimata ſe ipſam generat, ſed qđ potẽtia ignis eſt, ab igne actu ſubſtante extrinſecus, ad ignẽ actu producitur. Quo facto, opinio illa extat, ignẽ a' ſeipſo poſſe ſurſum moueri. Itaq; in genere quoq; aĩatorum ita effici creditur, ut natura, quæ rei particularis generatur, hoc eſt mãdaticia illa prima, ſiue uirtus, ſiue facultas, a' natura gene-
rantis, ac producentis, quæ actu eſt, generetur, & producatur, quę autem poſt ſequunt, ab ipſa iam generata natura, quæ uirtus quædã uitalis, & primũ principium, & actu aliquid ſit, moueã-
tur, & fiant, donec ad poſtremum formæ deueniat, resq; aut genere, aut ſpecie ſimilis exiſtat. Itaq; efficiatur, ut partim extrinſecus, partim intrinſecus fiat, & moueatur, quod ſecundum ſub-
ſtantiam gignitur. Conſtat hoc idem planius Ariſtotelis uerbis, quibus uſum eum legimus, cũ de quatuor cauſis loqueretur. ſiquidem cauſam unde principium motus a' cauſa formali diſtin-
guit, rationali, & quiditali. Quod ſi proprie natura cõpoſiti forma eius, et quiditas eſt, hoc aũt diuerſum eſt cauſę genus ab eo ipſo, unde motus fieri nõ poteſt, ut cõpoſiti forma ſit cauſa mo-
uens generationis eius cõpoſiti, ſed unde principiũ motus, id generationẽ agat, neceſſe eſt, qđ diuerſum a' forma eſt, hoc eſt natura compoſiti. Hoc igitur proprie natura ipſius eſt generãtis extrinſecus,

extrinſecus, & ſimpliciter actu ſubſtans, atq; etiam, quod ex eo ipſo mandatum eſt principium primũ, uirtusq; naturalis, quæ & ipſa natura uocatur, ut dictũ eſt. Mouet hæc qdẽ intrinſecus, & actu aliqd eſt, ſed ita, ut ex generante primo dependeat. Atq dicet Georgius ſequi ex prędi-
ctis, formã cõpoſiti naturã nõ eſſe, qñ generationis ipſius cõpoſiti principiũ eſſe nõ dicit. Etnĩ forma cõpoſiti generationẽ conſequit. Facilis qdem eſt ad iſta reſponſio, q̃q̃ nunq̃ intelligere eã aduerſarius potuit. Siqdem forma, quãuis unde motus principiũ non ſit, tñ eſt principiũ, ut finis, & cuius cauſa agit, quod qdẽ proprie principiũ eſt. Sic enĩ proprie nominare ſolemus, ut elementa ſint materia, & forma, cauſa unde motus, principiũ finis. ꝙ ſi forma, & finis idẽ ſunt, ut pleriſq; in locis apud Ariſtotelem legimus, forma ipſa, ut finis principiũ eſt. Verũ Georgius nullo pacto rõnẽ hanc pôt probare, ſed arguit ꝓtra Theodoꝛ, deducens illud abſurdum, ꝙ idẽ ſit, & nõ ſit per ꝓtradictionẽ, ſi forma ullo modo ꝑ fine intelligat. Quam rẽ deridẽdam potius Theodorus exiſtimauit, quã uerbis refutandã. Coincidere etiam in idẽ tres illas cauſas, formã, finẽ, & unde motus, apud eundem legimus authorẽ. Itaq; ſi unde motus principiũ, & natura eſt, ſic forma quoq; principium eſt, & natura. Addo, ꝙ forma principiũ eſt, quo res moueatur motibus ꝓprie dictis, quod ſatis eſt, ut ſtatuatur, formã & eſſe, & uocari naturam. Id Ariſtote-
lis quoq; ſententia manifeſtũ eſt, qui libro ſecundo de naturalibus rebus, dum oſtendere nitit res naturales motus, quietisq; principium in ſe habere, motuum proprie dictorum exẽplo utit auctionis, alterationis, delationis. Generationem uero omnino præterit. Quod ſiquãdo gene-
rationẽ quoq; ad naturã referens Ariſtoteles, naturalẽ uocat mutationẽ, quandoquidẽ natura-
lis, & ſecũdum naturã eſt, ut quinto de rebus naturalibus libro oſtẽditur, nõ tñ ita hoc intelli-
gendum eſt, quaſi generatio proprie a' principio fiat, quod in re ſit, quæ generat. Etenim duo-
bus modis res naturalis dicit, aut tanquã principium, quod in re, quæ mutat inſit, cui res uio-
lenta, artificioſa'q; opponit, aut qđ uia naturæ conſueta fiat, cui res diuinitus acta, ſiue caſus ex aduerſo conſtituit. Generatio itaq; hoc ſecundo modo nõ primo dici naturalis poteſt. Hęc do-
ctiſſimorũ uiroꝛ ſententia eſt. Sic nos ab illis accepimus, quod latius hoc loco cenſuimus expli-
candũ, ut quæſtionis determinatio dilucidior fieret. At Georgius nõ modo cõtra Platonis ſen-
tentiam diſputat, ſed etiã Heſaiam, ad quẽ ſcribit, hortatur, ut doctrinã Platonis contẽnat, ac ꝑ nihilo habeat, optat præterea ei ne huius philoſophi diſciplinã imbibat, quod equidem nõ ad-
miror, ſic enim imprecari bona amicis Georgius conſueuit.

¶ Epilogus libri, quo oſtenditur nõ recte diſſuadere Georgiũ a' lectione Platonis, quẽ alioqn oẽs latinæ linguæ doctiſſimi uiri longe cæteris oĩbus philoſophis anteponunt. Cap. IX.

Illud uero in primis riſu dignũ eſt, quod te, inquit, amicum non patimur Platonẽ admodum ſequi, quẽ nos nullo pacto ſequi uoluimus. quod perinde eſt, ac ſi dice-
ret, te enim amicum non patimur aliquid ſcire, cum nos nihil ſciamus. Atqui non ita ſentiunt doctiſſimi uiri, qui poſt Platonẽ, atq; Ariſtotelem tam in Aſia, quã in Europa claruere, quos longe plures eſſe conſtat, quam, ut hoc loco enumerari poſſint. Nemo ſane' inter eos eſt, qui non admiret Ariſtotelem, nõ colat, ueneretur'q; Platonẽ. Nam, ut græ-
cos præteream, non'ne M. Tullius Platonẽ omnibus locis mirũ in modũ extollit? quod ignora-
ri a' Georgio profecto' turpiſſimum eſt, cum ſe Ciceronis æmulum faciat. Auguſtinus uero in-
ter doctores noſtræ religionis ſapientiſſimus Platonẽ quidem ſupra cæteros oẽs philoſophos admiratur. Boetius etiã philoſophiæ ſtudioſiſſimus Platonis diſciplinã prędicat, eamq; uſque-
adeo ſequit, ut in libro, quo opus Ariſtotelis περὶ ἑρμηνείας expoſuit, multa, in qbus diſſenti-
re a' Platone Ariſtoteles uidetur, nullam continere diſcordiam, pollicitus ſit oſtendere. Quid Albertum memorem, cui ob excellentem inter recentiores philoſophos doctrinam, magno co-
gnomentum fuit? Hic quanquam omnibus fere' locis Ariſtotelem ſequit, nihil enim tunc Pla-
tonicæ diſciplinæ in latinam linguam conuerſum habebatur, tamẽ ui quadam ueritatis cogitur laudare Platonem propter pauciſſima quædã, quæ ex libris Procli interp̃tata perlegerat. Itaq; neminem poſſe in philoſophia perfectum eſſe fatetur, niſi ſe utriuſq; philoſophi doctrina exco-
luerit, & tam Platonis, quã Ariſtotelis ſententiam diligenter ſecutus, philoſophetur. Georgiº uero longe aliter ſentit, & diſciplinam Platonis ſpernendam, uituperandam'q; exiſtimat. Sed utinã ueritatẽ aliqñ intelligat, intelliget autẽ, cũ noſſe ſe ipſum poterit. Nos aũt admiremur q-
dem Ariſtotelẽ, admiremur ẽt Platonẽ, & ex utriuſq; diſciplina, quãtũ poſſumus fructum hauri-
re conemur, Georgiũ, & q Georgio ſimiles ſunt, cũ eorum moribus relinquentes.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

BESSARIONIS CARDINALIS NICENI, ET PATRIARCHAE CONSTANTINOPOLITANI METAPHYSICORVM ARISTOTELIS XIIII LIBRORVM TRALATIO.



Universidad de Deusto
Biblioteca

CLARISS. ET SAPIENTISS. PRINCIPIS D. BESSARIONIS Episcopi Thusculani S. Ro. Ecclesiæ Cardinalis dignissimi in nouam Metaphysicorum Aristotelis tralationem ad Alphonsum sereniſſimum Regem Aragonum, & utriusque Siciliæ Principem inuictiſſ. præfatio.

Magnum illum Alexandrum Macedonem inclyte, atq; inuictissime princeps, editionem Metaphysicorum Aristotelis, quibus apprime eruditus fuerat, iniquo animo tulisse memoria prodiderunt. cuius rei rationem in literis, quas ad præceptorem suum Aristotelem dedit, facile expressit, quod scilicet doctrina, ac sapientia potius quàm armis, uiribus'q; anteire cæteros cupiebat. Et quidem merito. cum illud hominis, hoc animalis, illud ingenii, hoc corporis sit uirtus. hunc tu rex sapientissime imitatus, neq; armis solũ, ac tot, tantis'q; victoriis, quibus immortalem tibi gloriam comparasti, contentus, literis quoq; modo diuinis, modo gentilibus, & his cum ad sapientiam, tum ad eloquentiam conducentibus, non in pace solum, uerum etiã in medio bellorum feruore incumbis. & ita incumbis, ut cum summus in armis sis, summum'q; in re militari locum teneas, dubium sit huiusmodi rebus studentibus, quonã magis excellas, armis'ne an scientia, potentia an sapientia. Cuius rei argumentum est, quod me ut librum metaphysicorum Aristotelis tibi latinũ facerem, efflagitasti. & ita efflagitasti, ut ego tanti principis tam honesto desyderio uictus, oblitus fuerim meiipsius. & tantam rẽ aggressus sim, quam ueteres aggressi latini, quid fecerint, quo'ue modo in latinũ uerterint, aliorum sit iudicium. Ita certe uerterunt, ut opus fuerit & sanctissimum, ac clementissimum dominum Nicolaum quintum, Pontificem maximum, qui omnis scientiæ, omnis diuinæ humanæ'q; sapientiæ doctissimus in apostolicam sedem conscendit, qui'q; ut loco, & dignitate, ita philosophia, theologia, & omni optimarum scientiarum genere principatum obtinet, uiros eligere utriusq; linguæ peritos, qui omnes fere' Aristotelis libros denuo in latinã uerterent orationem. & maiestatem tuam ante illius in apostolicum tribunal assumptionem à nobis petere, ut hunc, de'quo loquimur, librum latinum faceremus. quem iandiu à me perfectum, tuæ sacræ maiestati rex inclyte dedicaui. Hunc, qualiscunq; erit, cum tua serenitas hilari uultu acceperit, nõ dubito cæteris quoq; ob authoritatem, & dignitatem tuã, acceptum, gratum'q; futurum. Vale feliciter rex inuictissime.

PRIMVS METAPHYSICORVM ARISTOTELIS AD ALPHONSVM REGEM INTERPRETE BESSARIONE.

O MNES homines natura scire desyderant. signum autem est sensuum dilectio, nam & absq; usu, propter seipsos amantur. Præ cæteris autem, qui per oculos fit. non enim ut agamus solum, uerum etiã nil acturi, ipsum uidere præ omnibus aliis (ut ita dicam) eligim⁹. causa autem est, quod sensuum hic uel maxime nos cognoscere quicquã facit, multas'q; differẽtias manifestat. Natura itaq; animalia sensum habentia fiunt. à sensu uero quibusdam eorum non innascitur memoria, quibusdam uero innascitur. & ob hoc alia prudentia, alia disciplinarum capaciora sunt, quàm illa, quæ memorare non possunt. Prudentia quidem absq; eo, quod discant, quæcunq; scilicet audire sonos non possunt, ut apes, & siquod animalium genus¹ simile est. Discunt autem quæcunq; una` cum memoria, hunc quoq; sensum habent. Cætera igitur phantasiis, ac memoriis uiuunt, experientia uero parum participant. Humanum autem genus, arte etiam, ac ratiocinationibus. fit autem ex memoria, experientia hominibus. multæ etenim eiusdem rei memoriæ, unius experientiæ uim efficiunt. Quare experientia pene` simile quid scientiæ, ac arti esse uidetur. per experientiam autem ars, & scientia hominibus efficitur. experientia enim (ut recte ait Polus) artem efficit, imperitia uero casum. Fit autem ars, cum e` multis expimentalibus conceptibus, una de similibus uniuersalis opinio fiat. opinari etenim, quod Calliæ hoc morbo laboranti hoc conduxit, similiter Socrati, ac figillatim aliis multis, experientiæ, quod autem omnibus huiuscemodi secundum unam speciẽ determinatis hoc morbo laborantibus conduxit, utpote flegmaticis, aut cholericis, aut æstu febricitantibus, hoc artis proprium est. Ad agendum itaq;, nil uidetur experientia differre ab arte. quinimmo uidemus expertos magis id, quod intendunt, consequi quàm illos, qui rationem absq; experientia tenent. causa uero est, quod experientia singularium, ars autem uniuersalium cognitio est. actiones autem, ac generationes omnes, circa singulare sunt. non enim hominem nisi per accidens sanat, qui medetur. sed Calliam, aut Socratem, aut alium quẽpiam eorum, q sic dicuntur, cui accidit homini esse. Siquis itaq; rationem absq; experientia teneat, & uniuersale quidem cognoscat, quod autem sub eo particulare est, ignoret, sæpenumero errabit à` sanando. id enim magis sanabile est, quod singulare est. Nihilo minus scire, & cognoscere magis arti, quàm experientiæ arbitramur inesse. ac eos, qui artem tenent, quàm eos, qui experiẽtiam habent, sapientiores esse putamus. eos quod sapientia propter scientiam, magis omnes sequitur. hoc autem, quoniam illi quidem sciunt causam, hi uero minime. experti etenim sciunt quidem quod est, propter quid autem nesciunt. illi uero, propter quid, & causam cognoscunt. Quare & eos, qui in quaq; re architecti sunt, honorabiliores, & doctiores, ac eis, qui manibus operant, sapientiores putamus. quoniam causas eorum, quæ fiunt, sciunt. illi uero, sicut & quędam inanimata, faciunt quidem, sed nescientia faciunt ea, quæ faciunt, ut ignis comburit. sed inanimata natura quadam, horum singula faciunt. manibus laborantes, propter cõsuetudinem. Tanquã sapientiores sint, non prout actiui sunt, sed prout rationem habent, causas'q; cognoscunt. Et prorsus signum scientis est, posse docere. Quam ob rem, magis artem quàm experientiam, scientiam esse putamus. illi enim possunt, hi uero minime possunt docere. Præterea sensum nullum putamus, sapientiam esse. tametsi singularium hæ maxime propriæ cognitiones sunt, de nullo tamen dicunt propter quid, ut propter quid calidus ignis, sed solum quod calidus. primũ itaq; cuiuscunq; artis supra cõmunes sensus inuentorem, non solum quoniam utile esset, quod inuentum erat, uerum etiam ut sapiẽtem, & cæteris præstantem (ut uerisimile est) homines admirabantur. Cum autem plures artes inuenirentur, quarum aliæ ad necessaria, aliæ ad degendum essent, semper tales sapiẽtiores illis esse putamus, quod eorum scientiæ non ad utilitatem essent. Quo fit, ut huiusmodi iam omnibus institutis, illæ sapientiarum, quæ neq; ad degẽdum uoluptarie, neq; ad necessaria conducunt, inuentæ sint. & in illis locis primo, ubi uacabant. Quare circa Aegyptum, mathematicæ artes constitutæ sunt. illic enim gens sacerdotum uacare permissa est. Dictum autem in moralibus est, quænam sit artis, & scientiæ differentia, ac cæterorum, quæ eiusdem generis sunt. Cuius autem gratia nunc sermonem facimus, illud ẽ, quod appellatam sapientiam circa primas causas, & principia, omnes arbitrantur uersari. Quare (ut dictum est prius) expertus quidem sensum quẽcunq; habentibus sapientior esse uidetur. arti/

fex uero expertis. architectus etiam, manibus laborante. ſpeculatiui autem, factiuis. Quod igi/
tur ſapientia circa aliquas cauſas, & principia, ſcientia ſit, patet. Cap. II.

q Voniam autem hanc ſcientiam quærimus, hoc utique fuerit conſyderandum circa quales cauſas, & qualia principia ſcientia, ſapiẽtia eſt. ſi itaq; repetat quiſquã quas de ſapiente opiniones habemus, fortaſſis ex hoc magis appareat. Primo igitur opi/
namur, ſapientem, maxime omnia ut poſſibile eſt ſcire, non habentem ſingulariter eorum ſcientiam. Deinde illum, qui difficiliora, neq; ſcitu facilia homini, cognoſcere poſſit, ſa/
pientem exiſtimamus. ſentire enim, omnibus commune eſt. quamobrem facile, & neutiquam ſapiens eſt. Item illum, qui certior, ac magis docere ualens, cauſas reddat, ſapientem in omni ſci
entia eſſe. Scientiarum quoq; illam, quæ gratia ſuiipſius, & propter ipſum ſcire quam illã, quæ aliorum gratia, eligenda ſit, magis ſapientiam eſſe. Et principaliorem quam ei ſubminiſtrantẽ, potius ſapientiam eſſe. non enim ut ſapienti præcipiatur, ſed ut ille præcipiat, nec ut illi ab alte
ro, ſed ut ab eo minus ſapienti ſuadeatur, decet. Opiniones itaq; tales, ac tot, de ſapientia, & ſa
pientibus habemus. Horum autem hoc quidem, omnia (inquam) ſcire, illi, qui maxime uniuer
ſalem ſcientiam habeat, neceſſe eſt ineſſe. hic enim quodam modo omnia ſubiecta ſcit. Fere autem & difficillima hominib⁹ cognitu ſunt ea, quæ maxime uniuerſalia ſunt, ſiquidem remo
tiſſima ſunt a ſenſibus. Scientiarum autem illæ certiores ſunt, quæ maxime primorum ſunt. nã quæ ſunt ex paucioribus, certiores iis ſunt, quæ ex additiõe dicunt. ut Arithmetica quam Geo
metria. At uero illa magis docet, quæ cauſas ſpeculatur. ii enim docent, qui cauſas ſingulorum dicunt. Intelligere autem, & ſcire eorum ipſorum gratia, illi præcipue ſcientiæ ineſt, quæ eius eſt, quod maxime ſcibile eſt. qui enim ſcire eius ipſius gratia eligit, eã, quæ maxime ſciẽtia eſt, præcipue eliget. talis autem eſt eius, quod maxime ſcibile. maxime autem ſcibilia ſunt ipſa pri
ma & cauſæ. propter hæc enim, & ex iis cætera cognoſcuntur, ſed non hæc per ſubiecta. Prin
cipaliſſima autem ſcientiarum, & principalior ſubminiſtrante eſt, quæ cognoſcat id, ob quod quodq; agendum ſit. hoc autem eſt bonum cuiuſq;, & uniuerſaliter quod in omni natura opti
mum eſt. Ex omnibus itaq; dictis, in eandem ſcientiam cadit, quod quæritur nomen. oportet etenim, primorum principiorum, & cauſarum eam ſpeculatiuam eſſe. Nam & bonũ, & cuius gratia, una de cauſis eſt. Quod autem non factiua, etiam ex primis philoſophantibus patet. p/
pter admirationem enim, & nunc & primo inceperunt homines philoſophari. a principio qui
dem, admirando ea, quæ de dubitandis faciliora erant. deinde paulatim ulterius procedentes, etiam de maioribus dubitando, ut de paſſionibus lunæ, & eorum quæ circa ſolem, & ſtellas fi/
unt, ac de generatione uniuerſi. Qui uero dubitat & admiratur, putat ſe ignorare. quare philo
ſophus, amator fabularum quodam modo eſt. eo quod fabula, ex mirandis conſtat. Quare ſi propter fugam ignorantiæ philoſophati ſunt, patet quod cauſa cognoſcẽdi, & nullius uſus gra
tia ipſum ſcire proſequebantur. teſtatur autẽ id ipſum, quod contingit. fere enim omnibus in/
uentis, quæ ad neceſſaria, & ad facilitatem, ac ad degendum conducant, huiuſmodi prudẽtia quæri cœpta eſt. Patet itaq;, quod ob aliam nullã utilitatẽ quærimus, ſed quemadmodum dici
mus, liber homo de eo, qui ſuiipſius, & non alterius gratia eſt, ita & hęc ſola ſcientia libera ẽ. ſiqdem ſola hæc, ſuiipſius gratia eſt. Quare merito non humana eius poſſeſſio putabitur. natu
ra etenim hominũ in plerisq; ſerua eſt. Quapropter ſecundũ Simonidẽ, deus utiq; ſolus hanc habet dignitatẽ. hominẽ uero indignum non quęrere illã, quę ſibi conuenit, ſcientiam. quod ſiquid poetę dicunt, & natura comparatum eſt, ut diuinitas inuideat, in hoc maxime id ueriſi/
mile eſt contingere, & infelices omnes eſſe, qui altiora ſe quærunt. Sed nec diuinam naturam inuidam eſſe conuenit. poetęq; (ſecundum prouerbium) multa mẽtiuntur. Nec aliã q̃ huiuſce modi, decet honorabiliorem putare. quę. n. diuiniſſima, eadẽ etiam honorabiliſſima eſt. Talis uero bifariam duntaxat utiq; fuerit. nã & illa, quã maxime deus habeat, diuina ſcientia eſt, & ſiqua eſt, quę diuinorum ſit. hęc autẽ ſola, utrũq; conſecuta eſt. deus etenim tum cauſa omnib⁹ eſſe uidetur, tum quoddã principium, & talem aut ſolus, aut pręcipue deus habet. Cęterę itaq; omnes magis ea neceſſarię ſunt, nulla uero melior. Oportet autem quodã modo eius ordinẽ, in contrarium nobis inquiſitionum, quę a principio fiebant, conſtitui. incipiunt etenim omnes (ut diximus) ab admiratione, an ſic ſe habeat. ſicut de pręſtigioſis, quę per ſeipſa mouentur, il/
li, qui non dum ſpeculati ſunt cauſam. aut de ſolſtitiis, aut de diametri incõmenſurabilitate. ad mirabile enim omnibus uidetur, ſiquid, cum non ſit minimũ, non menſuretur. decet autẽ in cõ
trarium, & in melius (ſecundũ prouerbium) conſumare. quẽadmodum in his fit, cum diſcant. nil enim magis uir geometricus admiraretur, q̃ ſi diameter commenſurabilis fieret. Quænam

igitur

igitur natura eius ſcientiæ, quæ quæritur, & quæ intentio, quam debet quæſtio, & totus tracta
tus conſequi, dictum eſt. Caput III.

c Vm autẽ manifeſtum ſit, quod primaꝝ cauſarũ oportet ſcientiam accipere (tum. n. ſcire unũquodq; dicimus, cũ primã cauſam nos noſſe arbitramur) cauſæ uero qua/
drifariam dicantur, quarũ unã quidem cauſam dicimus eſſe ſubſtantiã, & quod qd erat eſſe, nã ipſum quare primum refertur ad rationẽ ultimam, cauſa autem & prin
cipiũ, ipſum quare primũ. unam uero materiã, & ſubiectum. tertiam autem, unde principiũ mo
tus. quartam uero oppoſitam ei cauſam, & cuius gratia, & bonũ, hoc enim finis totius motus, & generationis eſt. de his autem omnibus & ſi ſatis in de naturalibus ſpeculatum ſit, nihilo mi
nus tamen illos quoq;, qui ante nos ad entiũ peſcrutationẽ uenerunt, & de ueritate philoſopha
ti ſunt, aſciſcamus. Patet etenim, quod illi etiã principia aliqua, & cauſas dicunt. Proderit itaq; profecto huic tractatui nũc, ſi illa breuiter repetemus. aut enim aliud cauſæ genus inueniemus, aut certe magis illis credemus, quæ nunc dictæ ſunt. Plurimi igitur eoꝝ, qui primo philoſopha
ti ſunt, ſolas illas exiſtimarunt omniũ eſſe principia, quæ in materiæ ſpecie ſunt. ex quo enim omnia entia ſunt, & ex quo primo fiunt, & ad quod ultimũ corrumpuntur, ſubſtantia quidem permanente, mutata uero paſſionibus, hoc elementũ, & hoc omnium entium eſſe principium aiunt. & ob hoc nihil fieri, neq; corrumpi opinantur, tanquam huiuſcemodi natura ſemper cõ
ſeruata. quemadmodũ neq; Socratem, quando formoſus, aut muſicus efficitur, ſimpliciter fieri dicimus. neq; cum iſtos habitus amittat, corrũpi. eo quod ſubiectum ipſum Socrates pmanet. ita & cæterorũ, nihil. Oportet enim aliquam naturã aut unam, aut plures eſſe, e quibus cætera fiunt, illa conſeruata, pluralitatem tamen, & ſpeciem huius principii, non eandem omnes di/
cunt. Sed Thales qdem huiuſmodi philoſophiæ princeps, aquam ait eſſe. Quare terrã quoq;, ſuper aquam aſſerebat eſſe. Fortaſſis hanc habuit opinionem, quia nutrimentum omnium hu/
midum eſſe uidebat, ipſum quoq; calidũ ex eo factum, eoq; animal uiuere. ex quo autem fit, id eſſe principium omniũ. propter hoc igitur hanc habuit opinionem, & quoniã cunctorum ſemi
na, naturam humidam ſortita ſunt. aqua uero, naturæ principiũ humidis eſt. Sunt autem qdã, qui etiam antiqſſimos illos, & nimis a præſenti generatione remotos, & primos theologizan
tes, ſic arbitrantur de natura ſenſiſſe. Oceanum nãq;, & Tethyn gencrationis parentes eſſe ce/
cinerunt. iuſiurandum quoq; deorum, aquam eſſe, ſtygem ab ipſis poetis appellatam. honora/
biliſſimũ enim, quod antiqſſimum eſt. iuſiurandum aũt, honorabiliſſimũ eſt. Si igitur antiqua iſta & uetuſta de natura opinio eſt, fortaſſe non eſt manifeſtum. Thales tamen hũc in modum de prima cauſa dicitur aſſeruiſſe. Hipponẽ etenim nemo dignabitur cũ iſtis connumerare, pro
pter intellectus eius ſimplicitatẽ. Anaximenes autẽ, & Diogenes, aerẽ priorẽ aqua, & maxime ſimpliciũ corpoꝝ principium ſtatuunt. Hippaſus aũt Metapontinus, & Heraclitus Epheſius, ignẽ. Empedocles autem, quatuor, una cum prædictis ſuperaddens etiã terrã quartum. hęc. n. ſemper permanere, nec fieri niſi pluralitate, & paucitate coniũcta, & diſiũcta in unũ, & ex uno. Anaxagoras autem Clazomenius, ætate qdem illo ſuperior, operibus uero inferior, infinita di
cit eſſe principia. fere enim omnia, quæ conſimilium partium ſunt, ut aquam, uel ignem, ita fie
ri, & corrumpi, ait coniunctione, & diſiũctione ſolũ. aliter uero nec fieri, neq; corrũpi, ſed ppe/
tua permanere. Ex his itaq; ſolam quis cauſam illam, quæ in materiæ ſpecie dicit, putabit. hoc aũt modo procedentibus, ipſa res eos duxit, & coegit ulterius quærere. nam & ſi q̃maxime oĩs corruptio, & generatio ex aliquo ut ex uno, aut ex pluribus ſit, cur hoc accidit, & quæ cauſa eſt? nõ. n. ipſum ſubiectũ, ſeſe mutari facit, utputa, dico quod neq; lignũ, neq; æs cauſa eſt, ut utrũq; eoꝝ mutetur. neq; lignũ qdem lectum, æs uero ſtatuã facit, ſed aliud qppiam mutationis cauſa eſt. hoc aũt quęrere, aliud principiũ quærere eſt, pinde atq; id, qd nos unde principiũ motus dĩ
cimus. Qui igit oĩno a principio iſtã uiã attigerũt, unũq; eſſe ſubiectũ aſſeruerunt, nil difficul/
tatis ſibiipſis reliquerunt. ueꝝ qdam eoꝝ, qui unũ conſtituerunt, quaſi deuicti ab hac quæſtiõe, ipſum unũ immobile dicunt eſſe, naturãq; totam non ſolũ ſecundũ generationẽ, & corruptio/
nem (hoc. n. uetus eſt, & cui oẽs conſenſerunt) ſed etiã ſecundũ reliquam omnẽ tranſmutatio/
nẽ. & hoc eoꝝ eſt propriũ. illorũ igitur, qui unũ ſolum eſſe dixerunt ipſum uniuerſum, nulli con
tigit talem inſpicere cauſam, niſi fortaſſis Parmenidi. & huic eatenus quatenus non ſolũ unã, ueꝝ etiam duas quodã modo ponit cauſas eſſe. illis uero, q plura faciunt, magis accidit dicere. utputa illis, q calidũ, aut frigidũ, aut ignẽ, & terrã. utuntur etenim igne, tanq̃ motiuã habente naturam. aqua uero & terra, & huiuſcemodi, econtrario. Poſt hos aũt, & huiuſmodi principia tanq̃ non ſufficientia, ut entiũ naturam generarent, rurſus ab ipſa ueritate (ut diximus) coacti, il

lud,quod sequitur,quæ siuerunt principiũ.ut.n.entia bene se partim habeant,partim fiant,nec ignem fortassis,nec terrã, nec aliud huiusce modi quicq̃ uerisimile est causam esse,nec illos uerisimile est arbitrari.nec rursus,casui, & fortunæ tantã attribuere rem,probe se habet.Quare q ut animalibus,ita in natura intellectũ inesse causam mũdi,totius'q; ordinis dixerat,quasi sobrius comparatus ad antiqores uana dicentes,apparuit.istas autem rationes q palam attigit,Anaxagoram fuisse scimus.attamen Hermotimus Clazomenius dicitur causam prius dixisse. Qui igitur ita arbitrati sunt,principium existentium posuerũt simul tam causam ipsius bene quam illam,unde motus existentibus inest.

Caput IIII.

Vspicaretur aũt aliqs Hesiodum primum hoc quæsiuisse,& siquis alius amorem, aut desyderiũ in existentibus,ut principiũ posuit,sicuti Parmenides.etenim is uniuersi generationẽ monstrando,primũ quidẽ inter omnes deos,amorẽ(ait)produxit.Hesiodus uero,ante omnia fuisse chaos,deinde terrã spatiosam,atq; amorẽ,q inter omnes immortales elucet.tanq̃ opportunũ sit,ut in existẽtibus aliqua causa insit,quæ res ipsas moueat,atq; coniũgat.Hos aũt quomodo ordinare oportet,quis scilicet eorũ primus sit, liceat posterius iudicare.Cum autem contraria quoq; bonis inesse naturę apparerent,nec solũ ordo,& pulchrum,uerum etiam inordinatio,& turpe,plura'q; mala, quàm bona,& turpia,q̃ pulchra,ideo alius quidam amicitiã introduxit,& contentionem,utrũq; utriusq; horũ causam. siquis enim sequatur,& secundum sententiam accipiat,non secundũ ea,quæ balbutiẽs Empedocles dicit,inueniet amicitiam quidem bonorum causam esse,contentionem uero malorum. Quare siquis dicat quodã modo dicere,& primum Empedoclem dicere malum,& bonũ esse principia,fortassis bene inquiet.siquidem bonorum omnium causa,ipsum bonũ.ac malorum, ipsum malũ est.Hi quidem(ut diximus) & hucusq; duas causas,quas nos in de naturalibus determinauimus,attigerunt,materiã,& unde motus.obscure tamen,& non clare,sed quẽadmodum inexercitati in prælio faciunt.etenim illi circũeuntes,egregias plerũq; plagas infligũt.sed nec illi ex scientia,nec isti uidentur scire,quid dicant.Fere etenim nullo modo uidentur his uti, nisi paulum quiddã.nam & Anaxagoras,tanquam machina utitur intellectu ad mundi generationem.& cũ dubitat propter quam causam necessario est,tunc eum attrahit. in cæteris uero,magis cætera omnia quàm intellectum causam eorũ,quæ fiunt,ponit.Et Empedocles plus quidem isto causis utitur,neq; sufficienter tamen,neq; in his reperit,quod sequit'.multis enim in locis apud eum amicitia quidem disiungit,contentio uero coniungit.cum enim in elementa per contentionem uniuersum dissoluitur,tunc ignis in unum coalescit,& cæterorum elemẽtorum unũquodq;.cum autem rursus per amicitiam in unum conueniant,necesse est iterũ particulas uniuscuiusq; separari.Empedocles itaq; præter alios antiquiores,primus hanc causam diuidẽs,introduxit.nec unum motus principium,sed diuersa fecit,& contraria.& adhæc elemẽta,quæ in materiæ specie dicuntur,quatuor esse primus asseruit.non tamẽ eis,ut quatuor utiẽ, sed tanquam duo essent sola,igne quidem per seipsum,oppositis uero,terra,aere,& aqua tanquam una natura.comprehendat autem quispiam idipsum,ex eius carminibus contemplans. Is igitur(ut diximus)ita & tot principia asseruit.Leucippus uero,ac eius familiaris Democritus,elementa quidem plenum,& uacuum esse aiunt,dicentes hoc quidem ens,hoc uero non ens.& rursus,ens quidem plenum,& solidum,non ens autem uacuum,& rarum.Quare nihilo magis ipsum ens,quàm ipsum non ens esse aiunt,quia neq; uacuũ quàm corpus. hęc autem causas existentium,ut materiam esse.& quemadmodũ qui unũ,faciũt subiectam substantiam, cætera passionibus eius generant rarum,& densum passionum statuentes principia,simili modo hi quoq; differentias,causas cæterorum aiunt esse.has autem,tres esse dicunt,figuram,ordinem & situm.differre etenim ens aiunt duntaxat rysmo,diathige,& trope.quorum rysmus quidem,figura.diathige uero,ordo.trope autem,situs est. differt autem A ab N,figura. AN uero ab NA,ordine.Z autem ab N,situ.De motu uero unde,uel quomodo existentibus iest, & hi perinde,atq; alii per negligentiam omiserunt.Hactenus itaq; de duabus causis,ut diceba-
mus,uidetur quæsitum a` prioribus fuisse.

Caput V.

Inter hos uero,& ante istos,qui appellati Pythagorici, primi mathematicis operã dederũt,illa præponebant,& in eis nutriti,eorum principia,entium quoq; cũctorũ esse putarunt principia.cum autem numeri priores his natura sint,in numeris uero plures similitudines tum ad existentia,tum ad ea,quæ fiũt,q̃ in igne,in terra,& in aqua inesse uiderent(talis etenim utputa numerorũ passio iustitia,talis uero anima,& intellectus,alia uero tempus,cæterarum quoq;,ut ita dicam,unaquæq; similiter)itẽ cum harmoniarum in

rum,in numeris inspicerent passiones,ac rationes,cum itaq; cætera quidem uiderẽtur in omnibus,numeris assimilari,numeri uero totius naturæ primi,numerorum elemẽta,entium quoq; cunctorum elementa esse putarunt,totum'q; cœlum harmoniam,& numerum esse,& illa quidem,quæ de numeris,& harmoniis consentanea passionibus,& partibus cœli,ac uniuersi dispositioni monstrare poterant,colligentes applicabant.q; siquid alicubi deerat,supplebant,ut totus eis tractatus consentaneus esset.dico autem ueluti quoniam denarius perfectus esse uidetur,totam'q; numerorum naturam comprehendere,ideo & ea,quæ in cœlo ferũtur,decem esse aiunt.cum uero nouem solummodo sint,quę manifeste apparent,decimam oppositam terrã faciunt.Determinatum autem est a` nobis alibi de his magis exquisite.sed cuius gratia hæc repetimus,hæc est.ut & ab his etiam accipiamus,quæ ponunt esse principia, & quo modo in dictas causas incidunt.Apparẽt etenim etiam isti numerum existimare,principium esse,ut materiam existentibus,& ut passiones,ac habitus.numeri autem elementa,par,& impar.quorũ, alterum finitum,alterum infinitum.unum uero,ex ambobus his esse.par etenim & impar eẽ. numerum autem,ex uno.numeros uero,ut dictum est,totum cœlum.Horum autem alii decẽ aiunt,inter se coordinata esse principia.finitum,infinitum.impar,par.unum,plura.dextrum,sinistrum.masculinum,fœmininum.quiescens,motum.rectum,curuum.lumẽ,tenebras.bonũ, malum.quadratum,longius altero latere. Quẽadmodum etiam Alcmeo Crotoniates putasse uidetur.& aut iste ab illis,aut illi ab isto hãc mutuati sunt opinionẽ. fuit etenĩ ætate Alcmeo Pythagoræ iam senioris.asseruit autem istis similiter.In duo nãq; plerunq; humanas res ait dĩ stingui,contrarietates dicens.non tamen(ut illi)distinctas,sed quascunque, utputa album,& nigrum.dulce,amarum.bonum,malum.paruum,magnum.is itaq; indistinctum de reliquis effudit sermonem.Pythagorici uero quot etiam,& quæ sunt contrarietates,asseruerunt.Ex ambobus igitur his tantum accipere est,q; contraria principia entium sunt. Quot autem, & quæ illa sint,ex cæteris solum.uerum quomodo illa ad dictas causas applicentur, clare quidem ab eis non est determinatum.uidentur tamen,ut in materiæ specie ponere elementa.ex his enim tanquam intrinsecis,constare,ac fingi substantiam aiunt. Veterum itaq;,ac plura elementa naturæ dicentium,mentem ex his satis speculari licet.Sunt autem qui de uniuerso,tanquã si una natura esset,ita asseruerunt.non tamen modo eodem omnes.neq; eius, quod bene,neq; eius, quod secundum naturam est.in præsenti itaq; causarum consyderatione,nullo modo conuenit sermo de eis.Non enim,ut quidam physicorum,unum supponentes ipsum ens, nihilo minus ex uno tanquam ex materia generent,sed alio modo hi dicunt.illi enim,cum generent uniuersum,addunt tamen motum.Hi uero immobile esse aiunt.Attamen aliquatenus præsenti p scrutationi proprium est.Parmenides etenim unum secundum rationem,attigisse uidetur.Melissus uero,secundum materiam.Quare & id ille quidem finitum,hic uero infinitum ait esse. Xenophanes autem,quanquam prior istis,unum posuerat(nam Parmenides,eius auditor fuisse dicitur)nihil tamen clarum dixit, & neutrius horum naturam attigisse uidetur.sed ad totum cœlum respiciens,ipsum unum ait esse deum.Hi igitur,ut diximus,de præsenti quæstiõe omittendi.duo quidem,& penitus tanquam paululum agrestiores,Xenophanes,atq; Melissus.Parmenides uero,magis uidisse quæ dixit,uidetur.quod enim est præter ipsum ens ipsum nõ ens nihil iudicans esse,necessario unum putat ipsum ens esse,& nihil aliud.de quo clarius in de naturalibus diximus.Coactus uero illa,quæ apparẽt, sequi, & unum ratione,plura uero secundũ sensum putãs esse,duas causas rursum,ac duo principia ponit calidum & frigidum, uelut ignẽ & terram dicens.Horum autem alterum,calidum scilicet cum ente,alterum uero cum non ente collocat.Ex dictis itaq;,ac ab illis,qui rationi incubuerunt,sapientibus,ista accepimus.a` primis quidem & corporale principium.aqua nanq; & ignis,& similia,corpora sunt.& horum, a` quibusdam unum,a` quibusdam plura corporalia principia.utrisq; tamen,ista ut in materiæ specie ponentibus.cæteris uero & hanc causam,& cum ista,etiam unde motus statuentibus.et hanc,a` quibusdam unam,a` quibusdam duas.Vsq; ad Italicos igitur & absq; illis, mediocrius cæteri de eis dixerunt.nisi quod,ut diximus,duabus causis usi sunt.& harum, alterã unde motus,quidam unam,quidam duas faciunt.Pythagorici uero,duo quidem eodem modo dixerunt principia.Tantum autem addiderunt,quod proprium eorum est,q; finitum,& infinitum & unum,non putarunt ullas alias esse naturas,utputa ignem,aut terram, aut aliud simile.sed ipsum infinitum,& ipsum unum,substantiam horum esse,de quibus prædicãtur,Quare & numerum,substantiam omnium esse.In hunc itaq; modum & de his asseruerunt, & de ipso qd est.inceperunt quidem dicere,& definire,sed ualde simpliciter tractarunt. definiebant nanq;

perfunctiore. & cui primo dicta definitio ieſſet, hoc eſſe ſubſtantiam rei putarunt. perinde ac ſi quis putaret idem eſſe duplum, & dualitatem, quoniam primum dualitati duplum ineſt. ſed nō eſt idem fortaſſis, duplo & dualitati eſſe quod ſi non, ipſum unū erit multa. quod illis quoq; accidebat. A` prioribus quidem, & cæteris hæc demum licet accipere.

Caput VI.

POſt dictas uero philoſophias diſciplina Platonis ſuperuenit, in pleriſq; quidem iſtos ſecuta, quædam autem etiam propria, ultra Italicorum habens philoſophiam. cum Cratillo nanq; ex recenti conuerſatus et Heracliti opinionibus aſſuetus, tanquam omnibus ſenſibilibus, ſemper defluentibus, & de eis non exiſtente ſcientia, hęc quidem etiam poſtea ita arbitratus eſt. Cum uero Socrates de moralibus quidem tractaret, de tota uero natura nihil, in his tamen uniuerſale quæreret, & primus mentem ad definitiones applicaret, illum ob hoc laudans, putauit de aliis & non de aliquo ſenſibiliū hoc fieri. impoſſibile enī definitionem communem cuiuſpiam ſenſibilium eſſe, quæ ſemper mutantur. & ſic talia entium ideas appellauit. ſenſibilia uero præter hæc. & ſecūdum hæc, omnia dici. ſecundum participationem nanq;, hæc multa uniuocorum, eſſe ſpeciebus æquiuoca. participationem uero, ſecundum nomen ſolum, mutauit, Pythagorici etenim imitatiōe numerorū aiunt entia eſſe. Plato uero nomen mutando, participatione. participationem uero, aut imitationem ſpecierum, quænam ſit, communiter quærere omiſerunt. Item præter ſenſibilia, & ſpecies mathematicas res ait medias eſſe a` ſenſibilibus quidem differentes, eo` quod perpetuę & immobiles ſunt. a` ſpeciebus uero, eo quod illæ quidem multæ quædam ſimiles ſunt, ſpecies uero ipſa, unaquæq; ſola. et quoniam ſpecies cauſæ cæteris, illarum elementa omnium putauit entium eleméta eſſe. & ut materiam quidem magnum & paruum eſſe principia, tanquam uero ſubſtātiam ipſum unum. ex illis enim participatione ipſius unius, ſpecies numeros eſſe. ipſum tamen unum ſubſtantiam eſſe, & non aliquid aliud, dici unum eſſe, quemadmodum Pythagorici. dicebat numeros quoq; cauſas cæteris ſubſtantiæ eſſe, ſimiliter atq; illi. Sed pro infinito tanquam uno, dualitatem facere, infinitum uero ex magno, & paruo, hoc eius proprium eſt. Item is quidem numeros præter ſenſibilia, illi uero numeros ipſas res eſſe aiunt, & mathematica in medio horum non ponebant. Ipſum igitur unum & numeros pręter res facere, & non ut Pythagorici, & introductio ſpecierum, propter eam quæ in orationibus fit perſcrutationem, euenit. priores enim, dialecticæ expertes fuerunt. dualitatem uero facere alteram naturam, propterea q̄ numeri præter primos, ex ea aptiſſime uelut ex quadam effigie generantur. atqui accidit contra. non enim ueriſimile eſt, ita fieri. nunc etenim ex materia multa faciunt. ſpecies uero, ſemel generat ſolum. apparet autem ex una materia, una menſa. qui uero ſpeciem inducit, quæ una eſt, multas facit. Similiter autem & maſculus ad fœminam ſe habet. hæc etenim ex uno congreſſu adimpletur, maſculus uero multas implet. at iſta, imitationes illorum principiorū ſunt. Plato igitur de propoſitis quæſtionibus ita determinauit. Patet autem ex dictis, q̄ duabus cauſis utitur ſolum, ea, quæ ipſius quid eſt, & ea, quæ ſecūdum materiam, ſpecies enim cęteris ipſius quid ſint, cauſæ ſunt, ſpeciebus uero ipſum unum. & quæ ſubiecta materia, de qua ſpecies. illæ quidem de ſenſibilibus, illud uero in ſpeciebus unum dicitur, quia dualitas hęc eſt, magnū & paruum. Item ipſius bene, ipſius' q̄ male, cauſam elementis attribuit, utriſq; utranq;. quod etiam, primorum quoſdam philoſophorum Empedoclem, & Anaxagorā magis dicimus quæſiuiſſe. Breuiter igitur, & ſummatim percurrimus, quinam, & quomodo locuti ſunt de principiis, & ipſa ueritate. Tantum tamen ex eis habemus, quod eorum, qui de principio & cauſa dixerunt, nemo quicquam præter ea, quę in de naturalibus determinata ſunt, dixerit. ſed omnes, obſcure quidem, illa tamen aliquatenus uiſi ſunt attingere, quidam enim ut materiam principium ponunt, ſiue unam, ſiue plures ſupponant. & ſiue corpus ſiue incorpoream ponant, ut Plato magnum, & paruum dicens, Italici infinitum. Empedocles, ignem, terram, aquam, & aerē. Anaxagoras uero, infinitatem ſimilium partium. hi igitur omnes, talem cauſam perſtrinxerūt. & ad hæc quicunq; aerem, aut ignem, aut aquam, aut igne quidem denſius, aere uero tenuius. etenim tale quidam dixerunt, primum elementum eſſe. hi igitur hanc attigerunt cauſam ſolam. Alii uero quidam unde principium motus, quicunque ſcilicet amicitiam & contentionem, intellectum, aut amorem principium faciunt. Ipſum uero quod quid erat eſſe, & ſubſtantiam, clare quidem nullus aſſignauit. Maxime uero dicunt, qui ſpecies ponunt. nec enim ut matariam ſenſibilibus ſpecies, & ea, quæ in ſpeciebus ſunt, neq; tanquam illinc

principium

principium motus fieret, putant. immobilitatis enim cauſa, & quietis, magis eas eſſe aiunt. ſed quod quid erat eſſe unicuiq; cæterorū ſpecies attribuunt. ſpeciebus autē, ipſum unū. Ipſum uero, cuius gratia actiones, mutationes, & motus quodam modo quidem dicunt cauſam, non autem ita dicunt, ut aptum eſſe natum eſt. qui enim intellectum, aut amicitiam dicunt, tanquam bonum quoddam hæc ponunt. non tamen tanquam horum cauſa, quicquam exiſtentium, aut fit, aut fiat, ſed tanquā ex his motus eorum eſſent, ita dicunt. Similiter & qui unum uel ens eſſe hanc naturam aiunt, ſubſtantiæ quidem cauſam eſſe dicunt, non tamen huius cauſa, aut eſſe, aut fieri. Quare contingit eis quodammodo dicere & negare, bonum eſſe tale. non enim ſimpliciter, ſed ſecundum accidens dicunt. Quot igitur de cauſis, & quot, & quales ſint recte determinatum ſit, teſtari nobis iſti etiam omnes uidentur, cum non poſſint aliam attingere cauſam. & ad hæc q̄ principia, aut ita omnia, aut horum aliquo modo quærenda ſint, patet. Quo uero pacto horum quiſq; dixerit, & quo modo de principiis ſe res habet, dubitationes, quæ cōtingere poſſunt de his ipſis, deinceps percurramus.

Caput VII.

VIcunq; igitur uniuerſum unum, & unā quandam eſſe naturam, ut materiam ponunt, & hanc corporalem, & magnitudinem habentem, patet q̄ multipliciter errant. corporum enim, elementa ſolum ponunt, incorporeorum uero minime, cum etiam incorporea ſint. cum' q̄ de generatione, & corruptione cauſas dicere conarētur, & de natura omnium rationes reddere, motus cauſam perimunt. Item ſubſtantiam nullius cauſam ponendo, nec ipſum quid eſt, & ad hæc facile ſimplicium corporum quodcūq; principium eſſe (terra excepta) non conſyderantes mutuam inter ea generationem, quoquo modo ponunt. dico autem ignem, terram, aquam, & aerem. quædam enim coniūctione, quædam uero diſiunctione inuicem fiunt. hoc uero ad hoc ut prius & poſterius ſit, multum differt. id etenī apparere poſſit maxime omnium elementale, ex quo primo coniunctione fiunt. tale uero illud fuerit profecto`, quod partium minutiſſimarum, ſubtiliſſimum' q̄ corporum ſit. Quicunq; ignē principium ſtatuunt, maxime conuenienter, huic rationi dicent. tale autem cæterorum quoque quiſq; fatetur elementum corporum eſſe. Quare nemo poſteriorum, qui unum ponebant, terram elementum exiſtimauerat, ſcilicet propter partium magnitudinem. Trium uero quodcūq; elementorum habuit authorem aliquem quidam enim ignem, quidam aquam, quidam aerē, hoc aiunt eſſe. At cur non dicunt & terram, ut multi hominum? omnia etenim terram eſſe dicunt. Heſiodus quoq; primam corporum terram ait eſſe, tam uulgarem & publicā accidit hāc opinionem eſſe. Secundum hanc itaq; rationem, ſi quis aut quicquam horum excepto igne, dicat, aut aere quidem dēſius, aqua uero tenuius hoc ponat, non recte profecto` inquiet. Quod ſi id generatione poſterius, natura prius ſit, quod uero digeſtum, & coniunctum generatione poſterius ſit, contrarium his eſſet utiq;. aqua quidem aere prior, terra uero, hac ipſa aqua. De his igitur, qui unam (qualem diximus) cauſam ponunt, hæc dicta ſint. Idipſum autem, & ſiquis hæc plura ponit, ut Empedocles quatuor corpora ait eſſe materiam. & huic enim partim eadē, partim propria neceſſe eſt accidere. nam & quod inuicem fiunt, uidemus, tanquam non ſemper igne, & terra manēte eodem corpore. Dictum autem de eis in de naturalibus eſt, de' q̄ cauſa mouentium. utrum, an duo ponenda ſint, neq; recte, neq; irrationabiliter omnino arbitrandum eſt dictum fuiſſe. & ſimpliciter alterationem auferant neceſſe eſt, qui ita dicūt. non enim ex calido frigidum, nec ex frigido calidum erit quidnam ipſa contraria patiantur, & quænam una natura ſit, quæ ignis & aqua fiat? quod ille minime inquit. Anaxagoram uero ſiquis putat duo dicere elementa, maxime ſecundum rationem arbitrabitur, quam ille quidem ipſe non digeſſit. neceſſario tamen ſequeretur eos, qui eam inferrent. quandoquidem aliter abſurdum ſit dicere a` principio omnia miſta eſſe, tum quoniā accidit immiſta oportere antea eſſe, tum quoniam non eſt natura aptum quodcunq; cuicunq; miſceri. Et ad hæc, quoniam paſſiones, & accidentia ſeparārentur a` ſubſtantiis. eorundem enim eſt miſtio, & ſeparatio. Siquis tamen ſequatur digerens una` cum eo, quod dicere uult, fortaſſis uideatur quædam noua dicere. quando enim nil erat ſeparatum, patet q̄ nil erat uere de illa ſubſtantia dicendum. dico autem, q̄ neq; album, neq; nigrum, aut fuſcum aut alium colorem, ſed quod colore uacans neceſſario eſſet. alioqui nanq; aliquem horum colorum haberet. ſimiliter etiam ſine ſapore. eadēr̄ōne nec aliud qcq̄ ſimiliū. nec cnī quale qd poſſibile eſt illud eſſe, neq; q̄tum, neq; qd. ſpecierū. n. q̄ in ꝑte dicunt', aliquę ei ſane` ineſſent. hoc uero īpoſſibile, ſi miſta ſint oſa. eēnt. n. iā ſepata. ait aūt

omnia esse mista, intellectu excepto. hunc uero solum, impermistum, & purum. Ex his uero accidit principia dicere, & ipsum unum (hoc enim simplex & impermistum) & alterum tanquã ens quale indeterminatum ponimus ante quàm determinet, & aliqua participet specie. Quare dicitur quidem, neq; recte, neq; clare, uult autem simile quiddam & iis, quæ posterius dicũt, & iis, quæ nunc magis apparent. uerum hæ quidem illarum, quæ circa generationem, & corruptionem, & motum sunt rationum, propriæ sunt solum. fere enim de tali substantia, & principia, & causas inuestigant solum. quicunq; uero de cunctis quidem entibus speculantur, entiũ autem quædam sensibilia, quædam non sensibilia ponunt, manifestum est, q; de utrisq; generibus perscrutantur. Quare magis immoretur quispiam, de iis quid bene, quid'ue non bene dicant, ad eorum, quæ nobis proposita sunt, inquisitionem. Qui itaq; Pythagorici appellant, p̃n cipiis quidem, & elementis alieniori modo q̃ physiologi utuntur. causa uero est, quoniã ea nõ ex sensibilibus acceperunt. Entiũ enim quæ mathematica sunt, sine motu sunt, præter illa, quæ circa astrologiam sunt. disputant tamen, & tractant omnia de natura. etenim generãt cœlum. & circa eius passiones, partes, & opera, obseruant quod sequitur, & principia, & causas in eis consumunt, tanquam cæteris physicis conuenientes, q; illud est ens, quod'q; est quodcũq; sensibile est, & quod continet id, quod uocatur cœlum. Causas uero, & principia, sicut diximus, sufficientia (ut dicunt) etiã usq; ad superiora entium transcendere, & magis q̃ de natura, rationib⁹ conuenientia. Ex quo uero modo motus erit, finito & infinito, & pari & impari solum suppositis, nihil aiunt. aut quomodo possibile est, sine motu & mutatione generationem, & corruptionem esse, aut actiones eorum, quæ in cœlo feruntur. Item siue quis eis concedat ex his magnitudinem esse, siue mostretur hoc, quomodo tamen quædam corporum leuia, quædam grauitatem habentia erunt? e quibus supponunt, & aiunt, nil magis quàm de mathematicis corporibus, de sensibilibus dicũt. quare de igne, aqua, aut de huiusmodi cæteris corporibus nihil dixerunt, tanquam nil de sensibilibus proprium dicentes. Item quomodo passiones quidem numeri, & ipsum numerum, putandum causas eorum esse, quæ sunt a principio, ac de nouo in cœlo fiunt, numerum uero alium præter hunc numerum, ex quo mundus constat, nullum esse? Cum enim in hac quidem parte opinio eis, & tempus sit, paululum uero desursum & deorsum iniuria, & disiunctio, aut mistio, probationem autem afferant, q; horum quidem unũquodq; numerus est, contingit autem in hunc locum multitudinẽ iam cõstitutarum magnitudinum esse, eo q; passiones sequuntur singula loca. uerum iste est idem numerus, qui in cœlo, quem oportet accipere, quod horum unũquodq; est? an præter istum, alter? Plato etenim alium esse ait. at ille quoq; numeros putat, & illa esse, & horum causas. sed intelligibiles quidem causas, hos uero sensibiles. De Pythagoricis itaq;, prætermittamus modo. sufficit enim in tantum eos attigisse. Qui uero ponunt ideas, primum quidem, cum quærerent horum existentium causas habere, cætera æqualia his numero attulerunt. uelut siquis numerare uolens, cum quidem pauciora existant, arbitretur non posse, plura uero ea faciat, & ita numeret. fere etenim species æquales aut non pauciores iis sunt, ex quibus dum de eis causas quærerent, ad illas processerunt. nam secũdum unumquodq; æquiuocum quid est, & præter substantias cæterorum quoq; in multis est unum, & in his, & in sempiternis. Item quibus modis ostenditur q; species sunt, secundum nullum eorum apparet. e quibusdam nãq;, non est necesse fieri syllogismum. e quibusdam uero ẽt quorum non putamus, horum species fiunt. secundum nanq; rationes quæ ex scientiis, species erunt omnium, quorum scientiæ sunt. secundum uero unum in multis, & negationum. at secũdum quod intelligitur quippiam eo corrupto, etiã corruptibilium. siquidem quicquam est horum phantasma. Insuper rationum, quæ magis certæ sunt, quædam quidem eorum, quæ ad aliquid sunt, ideas faciunt, quorum non dicimus esse per se genus. quædam uero, tertium hominem dicunt. & simpliciter hæ de speciebus rationes illa perimunt, quæ magis esse q̃ ipsas ideas esse uolunt, qui dicunt species. Accidit enim non dualitatem esse primam, sed numerum, & quod ad aliquid eo, quod per se est. & cuncta quæcunque cum quidam sequerentur, de ideis opiniones, aduersati principiis sunt. Item secundum existimationem, secundum quam esse dicimus ideas, non solum substantiarum, sed multorum etiam aliorum species erunt. etenim unus conceptus non solum de substantiis, sed de cæteris etiam est. & scientiæ non solum substantiæ, sed etiam aliorum sunt. & cætera huiuscemodi accidunt infinita. Secundum uero necessitatem, & opiniones de eis, si species participabiles sunt, necesse est substantiarum solum esse ideas. non enim secundum accidens participatio earum est, sed eatenus oportet uniuscuiusq; participem esse, quatenus dicitur non de subiecto. dico autem, ut siquid ipso duplo participat, hoc etiam

pat, hoc etiam æterno participat, sed secundum accidens. accidit enim duplo, æterno esse. quare species, substantia erunt. hę autem hic, & ibi substantiam significant. An quicquam erit dicere esse aliquid præter has, unum in multis? Et si eadem species est idearum, & participantiũ, erit aliquid commune. cur enim magis in corruptibilibus dualitatibus, & pluribus quidem, sed æternis, dualitatem esse unum, & idem sit, quàm in hac & quadam? Et si non est eadem species, æquiuocatio erit profecto, & simile, ac siquis & Calliam, & lignum hominem appellarit, quorum nullam inspicit communicationem. Potissimum uero dubitabit aliquis, quidnam species conferant sempiternis sensibilium, aut illis, quæ fiunt, & corrumpuntur. nec enim motus, nec alicuius transmutationis eis causæ sunt. At nec ad scientiam aliorum prosunt. nec enim horum illæ substantia sunt. in his etenim essent. nec ad esse, cum non insint participantibus. Ita etenim fortassis causæ putabuntur esse, ut album mistum albo. sed ista ratio facile redargui potest, quam Anaxagoras prius, Eudoxus uero posterius, & quidam alii dixerunt. facile enim est multa, & impossibilia ad hanc opinionem congerere. At nec ex speciebus cætera sunt, secundum ullum illorum modorum, qui dici solent. Dicere uero exemplaria eas esse, & cætera eis participare, uaniloquia, & metaphoras poeticas dicere est. Quod enim est, quod agit, ad ideas inspiciens? possibile enim est & esse, & fieri quodcunq; simile, etiam non ad illius imaginẽ. quare & existente Socrate, & non existente, fiet utique qualis Socrates est, similiter autem etiam si Socrates sempiternus esset. At eiusdem erunt plura exemplaria. ergo etiam species. uelut hominis, animal, & bipes, simul autem & idealis homo. Item non solum sensibilium exemplaria species erunt, uerum etiam ipsarum (utputa genus, tanquam genus) specierum. quare idem erit exemplar, & imago. Item uideri possit impossibile esse separatam substantiam, & cuius est substantia. quare quo modo ideæ, cum rerum substantiæ sint, separatæ fuerint? in Phædone ita dicitur, quod tum ipsius esse, tum ipsius fieri species causæ sunt. quãquam speciebus existentibus, non tamen participantia fiunt, si non sit, quod moueat. At multa alia fiunt, uelut domus, aut annulus, quorum non dicimus esse species. quare patet posse contingere cætera quoque & esse, & fieri, etiam propter tales causas, quales eorum, quæ nunc dicta sunt. Item si species numeri sunt, quomodo erunt causæ? utrum quoniam ipsa entia, sunt diuersi numeri? utputa hic quidem numerus homo, hic uero Socrates, hic autem Callias? Cur igitur illi his causæ sunt? etenim si hi quidem æterni, hi uero non, nihil differt. Quod si quoniam proportiones numerorum hęc, aut consonantia, patet, quod unum quiddam erit, quorum proportiones sunt. si igitur hoc materia est, manifestum est, quod ipsi etiam numeri proportiones cuiusquam alterius ad alterum erunt. dico autem, ut si Callias proportio est, in numeris ignis, terræ, aquæ, & aeris, & ipse homo aliquorum aliorum subiectorum erit. & idea numerus, ac etiam ipse idealis homo, siue aliquis numerus sit, siue non, erit tamen proportio in numeris aliquorum, & non numerus. & propterea nullus erit numerus. Item e multis numeris, unus numerus fit. ex speciebus uero, quomodo species una? Quod si nec ex his, sed ex numerabilibus, ut ex decẽ millibus quomodo se habent unitates? siue enim eiusdem speciei sunt, multa inconuenientia sequentur. siue non eiusdem speciei, nec eædem inuicem, nec cæteræ omnes omnibus, in quo different, cũ impassibiles sint? hęc enim nec rationabilia sunt, nec intellectioni consentanea. Item necesse est aliud quiddam numeri genus ponere, circa quod arithmetica, & omnia, quæ media dicuntur a quibusdam. quæ quomodo, aut ex quibus principiis sunt, aut cur ista sunt, quæ media illorum, & horum erunt? Item unitates, quæ in dualitate sunt, utraq; ex aliqua priore dualitate. at hoc impossibile est. Item cur unum est, numerus collectus? Item ad hęc, quę dicta sunt, si unitates differentes sunt, oportet ita dicere, sicut quicunq; quatuor, aut duo dicunt elementa. etenim horum singuli non dicunt elementum, quod commune est, utputa corpus, sed ignem, & terram, siue commune, quid sit corpus, siue non. nunc autem dicitur, ac si unum, ita esset (ut ignis, aut aqua) similium partium. quod si ita sit, numeri non erũt substantię. Sed si ipsum unum aliquid est, & hoc principium est, patet, quod unum multipliciter dicitur. aliter nanq; impossibile est. uolentes autem substantiam referre ad principia, longitudines quidem ex longo, & breui, ponunt ex quodam paruo, & magno. planum uero, ex lato, & stricto. corpus autem, ex alto, & humili. At quomodo aut planum habebit lineam, aut solidum lineam, aut planum? aliud nanq; genus latum, & strictum, altum, & humile. quemadmodum igitur neque numerus est in eis, eo quod multum, & paucum ab his aliud est, ita manifestum est, quod nec aliud quicquam superiorum inferioribus inerit. at uero nec latum, ge-

nus alti eſt. etenim corpus, eſſet planum quid. Item puncta, ex quo inſunt? at horum generi aduerſabatur Plato, tanquam exiſtenti dogmati geometrico. ſed nominabat principium lineæ, hoc uero ſæpius ponebat lineas indiuiſibiles. atqui neceſſe eſt, harum aliquem eſſe terminum. Quare ex qua ratione linea eſt, punctum quoque eſt. Et ſimpliciter cum ſapientiæ ſit, de manifeſtis cauſam quærere, hanc quidem prætermiſimus. nihil enim de cauſa dicimus, unde principium tranſmutationis. ſubſtantiam uero eorũ dicere putantes, alias ſubſtantias eſſe dicimus. Quomodo uero illæ horum ſubſtantiæ, incaſſum dicimus. participare nãq; (ut prius diximus) nihil eſt. Nec illam etiam, quam ſcientiis eſſe cauſam uidemus, propter quam omnis intellectus, & omnis natura facit, nec illam cauſam, quam unam de principiis eſſe dicimus, ipſæ ſpecies attingunt. ſed qui hac ætate ſunt iis mathemata facta ſunt philoſophia, quamuis dicant aliorum gratia ea oportere tractare. Item ſubiectam ſubſtantiam, ut materiam magis mathematicam, quis profecto' putauerit, ac magis prædicari, & differentiam ſubſtantiæ, ac materiæ eſſe, ueluti magnum, & paruum, ſicuti aiunt phyſiologi rarum, & denſum, primas ſubiecti dicentes has differentias eſſe. hæc etenim exceſſus quidam, & defectus ſunt. De motu autem. ſi hæc quidem motus erunt, patet quod ſpecies mouebuntur. Quod ſi non, unde euenit? tota etenim de natura conſyderatio perit. Et quod facile probare uidetur, quod omnia, unum, non fit. expoſitione etenim, non fiunt omnia unum. Sed ipſum unum ſiquis concedat omnia, nec hoc quidem, niſi quis uniuerſale concedat eſſe genus. hoc autem in quibuſdam impoſſibile. nullam autem rationem habent, nec illæ, quæ poſt numeros, longitudines, plana, & ſolida ſũt, nec quomodo ſunt, aut futura ſunt, nec ſiquam uim habent, hæc enim nec ſpecies poſſibile eſt eſſe. non enim ſunt numeri, nec media. mathematica enim illa ſunt. nec corruptibilia. ſed rurſus quartum aliud quoddam hoc genus apparet. Et ſimpliciter elementa quærere entium non diuidendo, cum multipliciter dicantur, impoſſibile eſt inuenire. præſertim cum hoc modo quærant, ex quibus elementis eſt. ex quibus enim ipſum agere aut pati, aut ipſum rectum, non eſt accipere. quod ſi eſt, ſubſtantiarum ſolum eſſe poteſt. Quare aut quærere, aut putare habere omnium exiſtentium elementa, non eſt uerum. quomodo uero aliquis cunctorum elementa diſcet? manifeſtum eſt enim, quod non eſt poſſibile quicquam eum cognoſcere prius. quemadmodum enim ille, qui geometriam diſcit, aliqua quidem præſcire contingit, quorum uero illa ſcientia eſt, & quæ docendus eſt nihil præſcit, ita & in cæteris. Quare ſiqua cunctorũ eſt ſcientia (ut quidam aiũt) nihil profecto' is præcognoſcere poſſet. atqui omnis diſciplina per præcognita aut omnia, aut aliqua eſt. & aut per demonſtrationem, aut per definitiones. ex quibus enim definitio eſt, illa præcognoſcere oportet, ac nota eſſe. ſimiliter & quæ per inductionem. At ſi innata nobis eſt, mirum eſt quomodo nos fugit, optimam ſcientiarum habentes. Item quo pacto quis cognoſcet, ex quibus eſt, & quomodo manifeſtum erit? etenim hoc habet ambiguitatem. Dubitabit enim quiſpiam, ſicuti & de quibuſdam ſyllabis. quidam enim ſyllabam SMA, ex S & M, & A aiunt eſſe. quidam uero alium ſonum eſſe dicunt, & nullum ex notis. Item quorum ſenſus eſt, ea quomodo quis noſcet ſenſum non habens? atqui oporteret. ſiquidem eadem cunctorũ elementa ſunt, ex quibus (ſicuti compoſitæ uoces) ex propriis ſunt elementis. Quod igitur illas, quæ in de naturalibus dictæ ſunt, cauſas cuncti quærere uideantur, & præter illas nullam aliam dicere habeamus, ex illis, quæ dicta ſunt, prius patet. ſed eas, obſcure dixerunt. quodam modo enim omnes dictę ſunt prius, quodam modo minime. balbutienti enim aſſimulata fuit, prima philoſophia de omnibus, tanquam in principiis noua exiſtens. nam & Empedocles, os ait eſſe ratione. hoc autem eſt, quod quid erat eſſe, & rei ſubſtantia. At uero ſimiliter neceſſe eſt etiam carnis, cæterorum'q; ſingulorum eſſe rationem, aut nihil eſſe. propter hoc enim & caro, & os, cæterorum'q; unumquodq; eſt. & non propter materiam, quam ille ignem, terram, aquam, & aerem ait. ſed hæc altero dicente, neceſſario conſentiſſet profecto', clare tamen non dixit. de his igitur, & antea manifeſtum eſt. quodcũq; autem de his quiſpiam dubitauerit, rurſus repetamus. fortaſſis etenim ex eis aliquid facultatis habebimus ad futuras dubitationes.

Secundus meta/

SECVNDVS METAPHYSICORVM ARISTOTELIS INTERPRETE BESSARIONE.

Peculatio de ueritate, partim difficilis, partim facilis eſt. ſignum autem, q̃ neque ſatis eam aliquis conſequitur, neq; aberrant omnes ab ea. ſed quiſq; aliquid de natura dicit, & ſinguli quidem nil aut parũ ei addunt, ex omnibus uero collectis aliqua magnitudo fit. Quare ſi
5 ita ſe uidetur habere, ut in prouerbio dicim⁹, quis aberrabit a' ianua? hoc modo profecto' facilis eſſet. totũ autem, & partem habere nõ poſſe, hoc eius difficultatem oſtẽdit. Cũ uero difficultas duobus ſit modis, fortaſſis cauſa eius non rebus, ſed nobis ipſis ineſt. quemadmodum enim ueſpertilionum oculi ad lumen diei ſe habent, ita & intellectus animæ noſtræ ad ea, quæ manifeſtiſſima omnium ſunt. Verum non ſolum illis agẽdæ ſunt gratiæ, quorum opinionibus quis acquieſcet, ſed illis, qui ſuperficie tenus dixerunt. conferunt enim aliquid etiam iſti. habitum nanq; noſtrum exercuerunt. ſi enim Timotheus non fuiſſet, multum melodiæ nequaquam habuiſſemus. ſi tamen Phrynis non extitiſſet, ne Timotheus quidem. ſimili modo & de illis eſt, qui de ueritate aſſeruerunt. a' quibuſdam enim aliquas accepimus opiniones. quidam uero, ut hi fierent, cauſa fuerunt. Recte autem ſe habet, philoſophiam, ſcientiam ueritatis appellare. ſpeculatiuæ etenim finis, ueritas. practicæ autem, opus. etenim ſi quo modo ſe habent, conſyderant, non cauſam per ſe ſed ad aliquid, & eo in tempore practici ſpeculãtur. Neſcimus autem uerum abſq; cauſa. unũquodq; uero id ipſum maxime, aliorum eſt, ſecundum quod aliis uniuocatio ineſt. utputa ignis, calidiſſimum. etenim cæteris hic eſt caliditatis cauſa. Quare ueriſſimum etiã eſt id, quod poſterioribus ut uera ſint, cauſa eſt. Propter quod principia ſemper exiſtentium, neceſſe eſt ueriſſima eſſe. nec enim aliquando uera. nec illis ut ſint, aliquid aliud cauſa eſt, ſed illa cæteris. Quare ut ſecundum eſſe unũquodq; ſe habet, ita etiam ſecundum ueritatem. Caput II.

T uero q̃ eſt principium aliquod, neq; ſunt infinitę entium cauſæ, neq; in rectum,
a neq; ſecundum ſpeciem, patet. nec enim ut ex materia, hoc ex hoc poteſt eſſe infinitũ. ut carnem ex terra, terram ex aere, aerem ex igne, & hoc non ſtare. Nec unde principium motus. ueluti hominem quidem ab aere moueri, hunc uero a' ſole, ſolem autem a' contentione, & huius nullum eſſe finem. Similiter nec cuius cauſa in infinitum ꝓgredi poteſt. ut deambulationem quidem ſanitatis cauſa, illam uero felicitatis, fœlicitatem uero alterius, & ita ſemper aliud alterius gratia eſſe. Similiter autẽ & de eo, quod eſt; quod quid erat eſſe. Mediorum ſane', quorum extra aliquid ultimum & primũ eſt, neceſſe eſt qđ prius eſt, cauſam eſſe eorum, quæ poſt illud ſunt. ſi enim dicere nos oportuerit quid trium cauſa eſt, primũ dicemus. nõ enim ultimũ (nullius enim, qđ ultimũ eſt) neq; mediũ. unius enĩ. nil enĩ differt unũ an plura ſint, nec infinita an finita. infinitoꝝ qdem hoc mõ, & ſimpliciter infiniti, oẽs ptes medię ſunt ſimiliter hucuſq;. Quare ſi primũ nihil eſt, oĩnó nulla cauſa eſt. Et neq; deorſum poſſibile eſt in finitum deſcendere cum id, quod ſurſum uerſus principium habet. ut ex igne quidem aquam, ex hac uero terram, & ita ſemper aliud quoddam genus fieri. Dupliciter enĩ hoc ex hoc fit, non ut hoc poſt hoc dicitur. ut ex iſthmiis ludis, olympiaci, ſed ut aut ex puero mutato uir, aut ut ex aqua aer. uerum enimuero ut ex puero quidem uirum fieri dicimus, tanquam ex eo, quod fiebat, id, quod factum eſt, aut quod perfectum eſt ex eo, quod ꝓficiebatur. ſemper etenim eſt aliquid medium, ut inter eſſe, & non eſſe generatio. ita quod fit, inter exiſtens & nõ exiſtens. qui autem diſcit, fit ſciens. & hoc eſt, quod dicitur, quod fit ex diſcente ſciens. ut autem tanquam ex aere aqua, corrupto altero. Quare illa quidem non reflectuntur mutuo, nec fit puer ex uiro. non enim fit ex generatione quod fit, ſed poſt generationem eſt. ſic enim dies ex diluculo, quoniam poſt hoc eſt. quare nec diluculum ex die. cætera uero reflectuntur. Vtroq; tamen modo ĩpoſſibile eſt in infinitũ ꝓgredi. illoꝝ. n. cũ media ſint, neceſſe eſt finẽ eſſe. hæc aũt inuicẽ reflectunt. alterius. n. corruptio, alterius generatio eſt. Simul autẽ impoſibile eſt primũ corrũpi, cũ ſempiternũ ſit. cũ. n. generatio nõ ſit infinita ſurſum uerſus, neceſſe eſt nõ eẽ ſempiternũ illud, quo primo corrupto qcq̃ factũ eſt. Itẽ ipſum, cuius cauſa finis. tale aũt eſt, qđ nõ eſt alterius gratia, ſed eius cauſa cætera. quare ſi tale erit ultimũ, nõ erit infinitũ. q̃ ſi nil tale, nõ erit ipſum, cuius cauſa. ſed qui faciunt infinitum, latet eos, quod boni naturam auferunt. at nullus inciperet agere quicquam, ſi non eſſet peruentus ad finem, nec eſſet intellectus in huiuſcemodi. alicuius enim cauſa agit, qcũq; intellectũ habet. hoc nãq; terminus eſt. finis uero, ipſe termin⁹.

Universidad de Deusto
Biblioteca

At uero nec quod quid erat esse, reduci ad aliam definitionem ratione abundantē contingit. Semp etenim prior, magis est, posterior uero, non est. cuius autem primum non est, nec quod sequitur est. Item ipsum scire perimunt, qui ita dicunt. non enim possibile est scire antea, quàm ad indiuidua deueniat, & ipsum cognoscere non est. quæ enim ita infinita sunt, quomodo intelligere contingit? Nec enim simile de linea est, quæ secundum diuisiones quidem non stat. intelligere uero nemo potest, nisi sistat. quare non numerabit diuisiones, qui infinitam pertrā sit. Sed etiam materiam, necesse est in eo, quod mouetur, intelligere. at nulli est esse infinito, qđ si non, non infinitum est infinito esse. Quod etiam si species causarum infinitæ multitudine essent, nec hoc modo esset ipsum cognoscere. tunc enim scire putamus, cū causas cognoscimus. infinitum uero secundū additionē, non est in tempore finito pertransire. Caput III.

a Vsculationes autem, secundum consuetudines accidunt. quēadmodum enim consueuimus, ita iudicamus dici debere, & quæ præter hæc, non apparent similia. sed quia non consueuimus, ignotiora, & magis peregrina. consuetū etenim notius est. quantam uero uim consuetudo habeat, leges declarant, in quibus fabulosa, ac puerilia plus possunt propter consuetudinem, quàm si cognosceremus ea. Aliqui igitur, nisi mathematice loquentes, non admittunt. Quidam uero, non nisi exemplis utentem. Quidam autem dignum ducunt, ut testis producatur aliquis poeta. Et quidam cætera omnia uolunt. Quosdā uero tędet certitudinis, aut propterea quod non possunt sequi, aut propter curiositatem. habet enim certitudo tale aliquid. quare ut in contractibus, ita & in oratiōibus illiberale esse qbusdā apparet. Quapropter oportet institutum esse, quomodo singula admittenda sunt. quoniā absurdum est simul scientiam, & modum scientiæ quærere. neutrum autem facile accipere est. Certitudinem uero mathematicam non oportet in cunctis quærere, sed in iis, quæ non habent materiam. Quare non est naturalis modus. tota enim natura, forte habet materiam. Quam ob rem consyderandum est primum, quidnam natura sit. sic enim & de quo naturalis scientia est, manifestum erit, & utrum unius sciētiæ, an plurium est, causas, & principia speculari.

TERTIVS METAPHYSICORVM ARISTOTELIS INTERPRETE BESSARIONE.

a D illam, quę quæritur, scientiam necesse est in primis nos pcurrere, de quibus primo dubitandum est. hæc autem sunt, & quæcunq; de eis aliter quidam existimarunt, & siquid ultra hæc prætermissum sit. Est autem operępretium, aliquid facultatis habere uolētibus, bene dubitare. nam posterior facultas, solutio eorum est, quæ antea dubitata fuerūt. Soluere autē non est, cum nodus ignoretur. sed intellectus hæsitatio, manifestū hoc de re facit. quatenus enim dubitat, eatenus simile quid dam ligatis patitur. utroq; nāq; modo impossibile est ad ulteriora procedere. Quare omnes primo difficultates speculari par est. & horum gratia, & propterea quod illi, qui quærunt, nisi primo dubitent, similes illis sunt, qui quonam ire oporteat, ignorant, & adhæc neq; utrum inuenerint quod quæritur, an non, cognoscere possunt. finis etenim his qui dem non est manifestus, illi autem, qui antea dubitauerit, patescit. Item melius se habere necesse est, illum ad iudicādum, qui tanquam aduersarios, omnes utrinq; rationes oppositas audiat. Est autem prima dubitatio de iis, quæ in procœmio quoq; dubitauimus, utrum unius an multarum scientiarum sit causas speculari. Et utrum prima substantiæ principia, solum huius sit sciētiæ consyderare. an etiam de principiis, ex quibus omnes demonstrant. utputa utrum contingit unum, & idem simul affirmare, & negare an non, & de cæteris huiusmodi. Quod si circa substantiam est, utrum una, an plures circa omnes sint. & si plures, utrum omnes inter se affines, an aliquas earum sapientias, nonnullas aliquid aliud appellandū sit. Et hoc etiā ipsum, necessarium est, ut quæratur, utrum sensibiles substantias esse duntaxat dicendum sit, an præter has etiam alias. Et utrum, unum an plura substantiarum genera, sint. ueluti qui species, qui'q; mathematica harum, & sensibilium media faciunt. Et de his igitur (ut dicimus) consyderandū est. Et utrum circa substantias solum speculatio sit, an etiam circa ea, quæ per se substantiis accidunt. Et ad hæc de eodem & diuerso, simili & dissimili, & contrarietate, & de priori, & posteriori, & cæteris cunctis huiusmodi, de quibus dialectici consyderare conantur, ex probabilibus solum perscrutantes, cuius est de his omnibus speculari. Item quæcūq; per se, eisdem ipsis accidunt,

accidunt, & non solum quid horum unumquodq; est, sed etiam utrum unum uni cōtrarium. Et utrum ipsa genera sint principia, & elemēta, an illa, in quæ diuiduntur, quæ insunt singula. Et si ipsa genera, utrum quæ ultima de indiuiduis prædicantur, an priora. utputa, utrū animal uel homo principium, & magis quàm singularia sit. Potissimum uero quærendum & tractandum est, utrum est aliqua præter materiā, causa per se, an non. & hæc separata, an non, & utrū una, an plures numero, & utrum est aliquid præter cunctum (dico autem cunctum, cum quicq; de materia prædicatur) an nihil. an quorundam quidem sit, quorundam uero non. & quęnam entium talia sint. Item principia, utrum numero, an specie definita sint. Et quæ in rationibus, & quæ in subiecto, & utrum corruptibilium, & incorruptibilium, eadem, an diuersa. Et utrum incorruptibilia omnia, an corruptibilium corruptibilia. Item quod omnium difficillimum est, & maximam ambiguitatem habet, utrum unum & ens, ut Pythagorici, & Plato dicebant) nō est aliud quicquam, sed entium substantia, an non, sed aliud quid subiectum, ut Empedocles amicitiam ait, alius uero quidam ignem, etiam alius aquam, aut aerem. Et utrum principia uniuersalia sint, an tanquam singularia rerum, & potentia, an actu. Item utrum aliter, an secundū motum. & hæc enim multam dubitationem præbere queant. Et ad hæc utrum numeri, longitudines, figuræ, & puncta, substantiæ quædam sint, an non. & si substantiæ, utrum separatæ a' sensibilibus, an in eis. De his enim omnibus non modo inuenire ueritatem difficile, uerum neq; bene ratione dubitare' facile est. Caput II.

p Rimum itaq; de quibus primo diximus, utrū unius an plurium scientiarū sit omnia causarum genera speculari. unius enim scientiæ, quomodo esset, principia (cum nō sint contraria) cognoscere? Item multis entium, non omnibus, omnia insunt. quo nāq; modo possibile est motus principium in immobilibus esse, aut boni naturam? Siquidem omne quodcūq; per se, & propter suam ipsius naturam bonum sit finis est, & ita causa, quoniam illius gratia cætera & fiunt, & sunt, finis autem & cuius causa actionis cuiusdam finis sit, omnes sane' actiones cum motu. Quare in immobilibus nō contingere queat hoc principium esse. non autem esse contingat quicquā per se bonum. unde in mathematicis, nihil per hāc causam probatur, nec est aliqua demonstratio. quare eius, quod melius, aut peius, & omnino alicuius talium, nemo mentionem facit. Quapropter quidam sophistarum (ut Aristippus) spernebat eas. in aliis enim artibus, ac ipsis etiā illiberalibus, ut in fabrili, & coriaria, inquiebat, cur melius, aut peius, de omnibus dici. mathematicas autem, nullā de bonis, & malis rationem facere. At si plures sunt causarum scientię, & alia alius principii, quam earum dicendū, eam esse, quæ quęritur? aut quis illorum, qui eas habent, rem, quæ quæriť, maxime sciet? contingit. n. eidem, omnes modos causarum inesse. utputa domus, unde quidem motus, ars & faber. cuius uero causa, opus. materia autem, terra, & lapides. species uero, definitio. Ex iis itaq;, quæ ab antiquis determinata sunt, quæ scientiarum appellanda sit sapientia, rationabile uideatur unamquāq; ita appellandā esse. Verum quatenus principalissima & honorabilissima, & cui cæteras scientias tanquam ancillas non contradicere decet, illa est ipsius finis, & boni. huius enim causa, cætera. Quatenus uero primaę causaę, & eius qđ maxime scibile definita est esse, ipsa utiq; substantiæ fuerit. Cum enim multipliciter sit idē scire, magis quidē illum scire dicimus, qui rē quidnam sit ipso esse cognoscat, quàm illum, qui ipso non esse. Istorum autem ipsorum, alterū altero magis, & maxime illum, qui quid est, non uero illum, qui quantum, aut quale, aut quid, agere, siue quid pati natura aptum est. Item & in cæteris tunc scire unumquodq; eorum etiam quorum demonstratiōes sunt arbitramur, cū quid est sciamus. utputa quid est tetragonismus, quod inuentio mediæ. similiter & de cæteris. Circa generationem autem, & actiones, totā'q; transmutationem, cum sciamus motus principium. hoc autem aliud, & fini oppositum est. Quare alterius esse scientiæ uideatur, harum causarum unāquāq; speculari. At uero & de principiis demonstratiuis, utrum unius scientiæ an plurium sunt, ambiguū est. dico autem demonstratiua, opiniones communes, ex quibus omnes demonstrant. utputa quod necesse est omne aut affirmare, aut negare. & quod impossibile est, simul esse & non esse. & quæcunq; aliæ similes propositiones sunt. utrum una istarū, ac substantiæ scientia est, an diuersa? quod si non una, utra dicenda, est illa esse, quæ nunc quæriť? Vnius itaq;, non est rationabile esse. cur geometriæ magis quàm cuiuscunq;, proprium sit de his speculari? si itaq; æqualiter quidem cuiuscunq; est, de omnibus uero non contingit, sicuti nec cæterarum, ita nec illius, quæ cognoscit substantias, proprium est, de eis cognoscere. Et adhæc, quo modo eorum scientia erit? quid. n. hoę quodq; est, nunc quoq; cognoscimus. utuntur nāq; eis cæteræ etiam artes, tanquam cognitis. Quod si

demonſtratiua de eis eſt, oportebit aliquod genus ſubiectum eſſe, & aliquas paſſiones, & aliquas eorum dignitates eſſe. de omnibus enim demonſtrationem eſſe, impoſſibile eſt. ſiqdem neceſſe eſt ex quibuſdam & circa quippiam, & quorundam, demonſtrationem eſſe. Quare ac cidit cunctorum, quæ demonſtrantur, unum quoddam genus eſſe. omnes enim demonſtratiuæ utuntur dignitatibus. At uero ſi altera, quæ de ſubſtãtia, & illa, quæ de his, utra earũ principalior, & prior eſt? uniuerſaliter enim, & maxime principia omnium, dignitates ſunt. & ſi non eſt philoſophi, cuius alterius erit de eis uerum, & falſum ſpeculari? Et omnino utrum una omnium ſubſtantiarum, an plures ſcientiæ ſunt? ſi igitur non una, cuius ſubſtantiæ hæc ſciẽtia erit ponenda? unam autẽ omniũ eſſe, non eſt rationabile. etenim demonſtratiua una, de omnibus accidentibus eſſet. ſiqdem omnis demonſtratiua, ea, quæ per ſe circa aliquod ſubiectum accidunt, ſpeculatur ex communibus opinionibus. Circa itaq; idẽ genus, per ſe accidentia eiuſdem eſt ſpeculari ex eiſdem opinionibus. Circa enim quod eſt unius, & ex quibus unius, ſiue eiuſdem, ſiue alterius. unde & accidentia, aut hę ſpeculabuntur, aut ex his una. Item utrum circa ſubſtantias ſolum ſpeculatio eſt, an etiam circa accidentia eis? dico autem, utputa ſi ſolidum quædam ſubſtantia eſt, ac lineæ, & plana, utrum eiuſdem ſcientiæ eſt, iſta cognoſcere, & quæ circa unũquodq; genus accidunt, de quibus mathematicæ demonſtrant, an alterius? Si enim eiuſdem, demonſtratiua quædam erit etiam quæ ſubſtantiæ. non uidetur autem ipſius qd eſt, demonſtratio eſſe. Quod ſi alterius, quæ erit, quę ſpeculatur circa ſubſtantiã accidentia? hoc. n. difficillimũ reddere eſt. Item utrum ſenſibiles ſolum ſubſtantias eſſe dicendum eſt, an præter iſtas etiam alias? & utrum unum, an plura ſubſtãtiarum genera ſunt, ut ii, qui dicunt ſpecies & media, circa quæ mathematicas aiunt ſcientias eſſe? Quomodo igitur dicimus ſpecies cauſas, & ſubſtantias per ſe ipſas eſſe, in ſuperioribus ſermonibus dictum eſt. Cum uero multiplicem difficultatem habeant, non minus eſt inconueniens dicere quidem eſſe quaſdam naturas præter eas, quæ in cœlo ſunt, illas uero eaſdem, quas & ſenſibiles ponere, niſi quod illa quidẽ ſempiterna, hæc uero corruptibilia. Idealem nãq; hominem & idealem equum, & ſanitatẽ aiunt, & nihil aliud ſimile, quid illis facientes, qui dicunt quidem eſſe deos, ſed formæ ſimilis homini. & nihil aliud ſimile, quid illis facientes, qui dicunt quidem eſſe deos, ſed formæ ſimilis homi-
nibus. nec enim iſti aliud faciebãt, niſi homines ſempiternos. nec illi ſpecies, niſi ſenſibilia ſempiterna. Item ſiquis præter ſpecies, & ſenſibilia ponat media, multas dubitationes habebit. patet etenim quod ſimiliter, & lineę præter etiam ipſas ſenſibiles erunt, & aliorum generum ſingula. Quare cum aſtrologia una earum ſit, erit & cœlũ aliquod præter ſenſibile cœlum, & ſol, & luna, & cętera ſimiliter quę in cœlo ſunt. At quomodo credendum eſt talibus? nam immobile, non eſt rationabile eſſe. mobile autem, & omnino eſt impoſſibile. Similiter & de quibus perſpectiua tractat, & quę in mathematicis harmonica. & hęc enim impoſſibile eſt præter ſenſibilia eſſe, propter ſimiles cauſas. ſi. n. ſenſibilia ſunt, media & ſenſus, patet quod aĩalia etiam erunt eorum mediorum, & quidem corruptibilium. Dubitauerit autem aliqs, circa quæ entia oportet has ſciẽtias quærere. ſi enim in hoc differret ſolum a` geometria, Geodæſia, quod hæc quidem eorum eſt, quæ ſentimus, illa uero non ſenſibilium eſt, patet quod præter medicinam erit aliqua ſcientia, & præter quãcunq; aliarum, inter ipſam medicinam, & hanc medicinam. At quomodo poſſibile eſt? etenim etiam ſalubria quædam eſſent, præter ſenſibilia, & ipſum ſalubre. ſimul autem nec hoc uerum eſt, quod Geodæſia ſenſibilium, & corruptibilium magnitudinum ſit. corrumperetur enim illis corruptis. At neq; ſenſibilium magnitudinũ, neq; circa hoc cœlũ aſtrologia eſſet. nec enim ſenſibiles lineæ tales ſunt, quales geometria dicit. nil enim ſenſibilium, ita rectum, atq; rotundum. tangit enim circulus regulam, non ſecundum punctũ, ſed ſicut Protagoras dicebat redarguens geometras. nec motus, nec reuolutiones cœli ſimiles, de quibus aſtrologia rationes facit. neq; puncta eandem naturam, quam ſtellæ habent. Sunt autẽ quidam dicentes, eſſe quidem hæc, quæ ſpecierum, & ſenſibilium media dicuntur, non tamen a` ſenſibilibus ſeparata, ſed in eis, quos quæ impoſſibilia ſequuntur, omnia quidem enumerare longi ſermonis eſſet. ſufficit autem talia ſpeculari. non enim de his ſolum, ut ita ſe habeant, rationabile eſt, ſed patet, quod etiam ſpecies contingeret in ſenſibilibus eſſe. eiuſdem enim rationis utraq; hęc ſunt. Item duo ſolida in eodem loco neceſſe eſſet eſſe, & non eſſe immobilia, in ſenſibilibus exiſtentia motis. Et omnino cuius cauſa quis ponet quidem eſſe ea, eſſe inquam in ſenſibilibus? eadem enim, quę prędicta ſunt, abſurda ſequentur. erit nanq; aliud quoddam cœlum præter cœlum, niſi quod non ſeparatum, ſed in eodem loco. quod impoſſibilius eſt.

Caput Tertium.

Magna

m Agna itaq; tam de his dubitatio eſt, quonam modo ponendo, ueritatem conſequemur, quam de principiis, unde oporteat genera exiſtimare elementa, & principia. an illa magis, ex quibus inſitis quicquam primum eſt. ut uocis elementa, & principia uidentur ea eſſe, ex quibus primo omnes uoces compoſitæ ſunt, ſed non uox in communi. & figurarum ea dicimus elementa, quorum demonſtrationes, in aliarum aut omnium, aut plurium demonſtrationibus inſunt. Item etiam corporum, & qui plura dicunt elementa eſſe, & qui unum, ex quibus componuntur, & ex quibus conſtant, principia eſſe aiũt. ut Empedocles ignem, & aquam, & quæ cum eis ſunt, elementa ait eſſe, ex quibus inſitis exiſtentia fiunt. ſed non ea, ut genera entium ponit. Et adhæc ſiquis cæterorum quoq; naturam uelit conſyderare, ueluti lectum ex quibus partibus, & quomodo compoſitus eſt, tunc eius naturam cognoſcit. Ex his itaq; rationibus, non eſſent principia, genera entium. Cum autem ſingula cognoſcamus per definitiones, principia uero definitionum genera ſint, neceſſe eſt definitorum etiam principia genera eſſe. Et ſi entium habere ſcientiam eſt ipſum habere ſpecierum ſcientiam ſecũdum quas etiam dicuntur, ſpecierum principia, ipſa genera ſunt. Videntur autem quidam etiam eorum, qui elementa entium ipſum unum, aut ens, aut magnum, aut paruũ dicunt, tanquam generibus eis uti. Aut uero non poſſibile eſt utroq; modo principia dicere. ratio nãq; ſubſtantiæ, una. diuerſa uero erit, quæ fit per genera, definitio, & quæ dicit, ex quibus inſitis. Et adhæc, & ſi quammaxime ipſa genera, principia ſunt, utrum prima generum arbitandum ſit eſſe principia, an ultima, quæ de indiuiduis prædicantur? etenim hoc dubitatur. Si enim quoniam uniuerſalia, magis principia ſunt, patet quod ſumma generum (hæc enim de omnibus dicuntur) Tot ſane` principia entium erũt, quot prima generum ſunt. Quare & ipſum ens, & ipſum unum, principia & ſubſtantiæ erunt. hæc enim de omnibus maxime entibus dicuntur. Non eſt autem poſſibile, neque ipſum unum, entium eſſe genus, neq; ipſum ens. neceſſe etenim eſt uniuſcuiuſq; generis differentias & eſſe, & unamquãq; unam eſſe. impoſſibile uero eſt, aut ſpecies generis de propriis differentiis prædicari, aut genus eſſe abſq; ſuis ſpeciebus. Quare ſi unum, uel ens genus eſt, nulla differẽtia, nec unum, nec ens erit. at ſi non genera, nec principia erunt. ſiquidem genera principia ſunt. Item etiam media cum differentiis collecta, erunt genera uſq; ad indiuidua. nunc autem quædam uidentur, quædam uero non uidentur. & adhæc, differentiæ magis principia, quam genera. ſi igitur iſtæ etiam principia, infinita (ut ita dicam) principia fiunt, & maxime ſiquis primum genus, principium ponat. At uero & ſi principalis ſpecies, magis ipſum unum eſt (unum autem eſt, quod indiuiſibile eſt. omne uero diuiſibile, aut ſecundum quantum, aut ſecundum ſpeciem. prius autem, quod ſecundũ ſpeciem eſt. genera autem, magis diuiſibilia in ſpecies) unũ erit profecto`, quod ultimo prædicatur. non enim eſt homo, genus ſingularium hominũ. Item in quibus prius, & poſterius eſt, non eſt poſſibile, quod de his dicitur, aliquid præter hæc eſſe. Vtputa ſi dualitas numerorum eſt prima, non erit aliquis numerus præter ſpecies numerorum. ſimiliter neq; figuræ, præter ſpecies figurarum. quod ſi non horum, multo minus aliorum erunt genera præter ſpecies. horũ enim, maxime uidentur genera eſſe. in indiuiduis uero, non eſt hoc quidem príus, hoc uero poſterius. Item ubicũq; hoc quidem melius, hoc uero deterius eſt, ſemper prius eſt, quod melius eſt. quare nihil horum genus eſſet. Ex his itaq; magis apparent, quæ de indiuiduis prædicantur quam genera eſſe principia. Rurſus tamen quomodo oporteat iſta exiſtimare principia, non eſt facile dictu. principium enim, & cauſam eſſe oportet præter res, quarum principium eſt, & poſſe eſſe ſeparatum ab eis. tale quid autem eſſe præter ſingulare, cur quiſquam opinaretur niſi quoniam uniuerſaliter, & de omnibus prædicatur? at ſi propter hoc, quæ magis uniuerſalia ſunt, magis ponenda principia ſunt. quare prima genera, utiq; principia ſint. Caput IIII.

e Sᵗ autem conſequens his, & ad ſpeculandum omnium difficillima, maximeq; neceſſaria dubitatio, de qua præſens ſit ſermo. ſi etenim non eſt quicquam præter ſingularia, ſingularia uero infinita ſunt, quomodo poſſibile eſt infinitorum habere ſcientiam? quatenus enim unum quid, & idem, & quatenus uniuerſale quid eſt, eatenus omnia cognoſcimus. at ſi hoc neceſſe eſt, & oportet aliquid præter ſingularia eſſe, neceſſe erit, ut genera aut ultima, aut prima, ſint præter ſingularia. hoc autẽ, quod impoſſibile ſit, paulo ante dubitauimus. Item, ſi quammaxime aliquid eſt præter cunctum, cum quicquam de materia prædicetur, utrum ſi ſpecies eſt, præter omnia eſſe aliquid oporteat, an præter aliqua eſſe, & præter aliqua non eſſe, an præter nullum? Si igitur nihil præter ſingularia eſt, nihil intelligibile erit, ſed omnia ſenſibilia. & ſcientia, nullius erit, niſi quis ſenſum dicat ſcientiam eſſe. Item,

nihil esset sempiternum, nec immobile. sensibilia enim omnia corrumpuntur, & in motu sunt. At si nihil est sempiternum, neq; generationem esse possibile est. necesse est enim aliquid esse id, quod fit, & ex quo sit, & ultimum horum ingenitum esse. siquidem stat, & ex non ente fieri impossibile est. Item generatione & motu positis, necesse est, ut finis etiam sit. nec enim infinitus est aliquis motus, sed cuiusq; est finis. & fieri non est possibile, quod factum esse impossibile sit. quod autem factum est, necesse est, ut sit cum primo factum est. Item si materia est, propterea quod ingenita est, multo magis rationabile est, ipsam substantiam esse, cum illa existat, ut hæc sit. si enim nec hæc erit, nec illa, nihil erit omnino. qd' si hoc impossibile est, necesse est, ut forma, & species aliquid præter cunctum sit. Si autem rursus hoc aliquis ponet, dubium est, de qbus hoc ponet, & de qbus non. quod enim de omnibus non est possibile, patet. non enim ponemus aliquam esse domum, præter domos singulares. Et ad hæc utrum una erit omnium substantia, utputa hominum. Sed absurdum est. non enim unum essent omnia, quoq; substantia una, sed multa, atq; diuersa. sed hoc etiam incõueniens est. Simul autem quomodo materia unumquodq; horum est, & est cunctum hæc ambo? Item de principiis hoc etiam aliquis dubitabit. nam si specie sunt unum, nihil erit numero unum, nec ipsum unũ, & ipsum ens. Ipsum'q; scire quomodo erit, si non aliquod unũ in omnibus erit? At uero si numero unum, & quodq; principiorum unum, & non, ut in sensibilibus alia aliorum. utputa huius syllabæ cum specie sit eadem, etiam principia specie eadem sunt. etenim hæc, numero alia sunt. quod si non ita, sed principia entium numero sunt unum, non erit prẽter elementa aliquid aliud. numero unum dicere, aut singulare, nil differt. ita enim singulare dicimus, quod unum numero est. uniuersale uero, quod in his. quemadmodum si uocis elementa, eo quod unum numero est, determinata essent, necesse esset tot omnes literas esse, quot elementa, cum nõ essent duo, aut plura eadem. Nihilo autem minor dubitatio & posterioribus, & prioribus prætermissa est, utrum eadem corruptibilium, & incorruptibilium principia sint, an diuersa. si enim eadem sunt, quomodo hæc quidem incorruptibilia, hæc uero corruptibilia sunt, & propter quam causam? Quicũq; igitur circa tempora Hesiodi fuerunt, & cuncti theologi, solum quoad sibi persuaderent, curæ habuerunt, nos autem contempserunt. cum enim principia deos facerent, & ex diis fuisse dicerent, quæcunq; non gustarunt nectar, & ambrosiam, mortalia dicunt fuisse. manifestum autem est, quod sibiipsis hæc nomina cognita dicentes, tales'q; afferentes causas, supra uires nostras dixerunt. nam si uoluptatis gratia ea attigerunt, nequaquam sunt ipsius esse causa nectar, & ambrosia. quod si ipsius esse gratia, quomodo essent sempiterni, cum alimẽto indigerent? Sed de iis, quæ fabulose, & sophistice dicuntur, non est dignum accurate consyderare. Ab illis uero, qui per demonstrationem dicunt, petere oportet, ac interrogare, cur cum ex eisdem sint, hæc quidem entium sempiterna natura sunt, hæc uero corrumpuntur? cum autem neq; dicant causam, neq; rationabile sit, ita se habere, patet quod non sunt eorum eadem principia, neq; causæ. Empedocles nãq;, quem quis maxime sibiipsi putauerit consona dicere, is quoq; idem passus est. ponit enim quoddam principiũ, corruptionis causam, contentionem. nihilo minus tamen & hæc uideatur generare præter ipsum unum. cuncta enim alia ex hac sunt, præter deum. dicit enim, ex quibus omnia, quæ erant, quæ sunt, quæ'q; in posterum erunt, orta sunt. ac arbores, & uiri, ac mulieres, ferę, alites'q;, & pisces in aqua nutriti, ac dii longęui. At etiam absq; his, patet. nam si non inesset in rebus contentio, unum omnia (ut ait) essent. cum enim conueniant, tunc extima statuitur contentio. Vnde & accidit ei, felicissimum deum, minus sapientem cæteris esse. non enim cognoscit omnia elementa. contentionem nãq; nõ habet. cognitio autem similis simili. terra enim (ait) terram inspicimus. aquam uero aqua, ac amicitia amicitiam, & contentionem contentione pernitiosa. Sed unde sermo digressus est, hoc est manifestum, quod accidit ei, contentionem non magis corruptionis quàm ipsius esse causam esse. similiter nec amicitiam, ipsius esse. cum enim congreget in unum, corrumpit cætera. & simul ipsius transmutationis nullam causam dicit, nisi quod ita natura aptum est. cũ enim ait. Magna contentio in membris nutrita fuit, ac ad honores ascendit tempore perfecto. quod eis cum alternum sit, amplum prẽcessit iusiurandum. tanquam necesse sit quidem transmutari, causam tamen necessario nullam manifestat. tantum tamen sibiipsi consentanee dicit, quod non facit hæc quidem entium corruptibilia, hæc uero incorruptibilia, sed omnia corruptibilia præter elementa. Quæ autem dicitur nũc dubitatio est, cur si omnia ex eisdem sunt, hæc quidem sunt, hæc uero non? Quod igitur non sint eadem principia, hæc demum dicta sint. Quod si diuersa principia sunt, una quidem dubitatio est, utrum incorruptibilia etiam ista erunt, an corruptibilia. Si enim corruptibi-

lia, patet

lia, patet quod necesse est ea quoq; ex aliquibus esse. omnia enim, in illa, ex quibus sunt, corrũpuntur. Quare accidit, principiorum alia esse principia priora. hoc autem impossibile, siue statur, siue in infinitum progreditur. Item si principia adimentur, corruptibilia quomodo erunt? Quod si incorruptibilia sunt, cur ex his quidem, cum incorruptibilia sint, corruptibilia erunt, ex alteris uero incorruptibilia? hoc enim non est rationabile, sed aut impossibile est, aut multis indiget rationibus. Item nemo conatus est alia ostendere, sed eadem omnium principia dicunt. & quod primo dubitatum est, tanquam paruum quiddam putantes, prætereunt. Omnibus autem, & ad speculandum difficillimum, & ad cognoscendam ueritatem, maxime necessarium est, utrum ipsum ens, & ipsum substantiæ entium sint, & non aliquid aliud utrunq; eorum sit, sed hoc unum, illud uero ens sit. An oportet quidnam sit, ipsum ens, & ipsum unum quærere, tanquam altera natura subiecta? quidam enim illo, qdam uero hoc modo putant naturam habere. Plato nãq;, ac Pythagorici, non esse aliud quid ipsum ens, nec ipsum unum aiebant, sed hoc eorum naturam esse, tanquam substantia idem unũ, & ens esset. Qui autem de natura tractarunt, ut Empedocles, tanquam in magis cognitum reducens, dicit quod unum est ens. uideri nãq; possit dicere hoc amicitiam esse. causa enim hæc omnibus est, ut unum sint. Alii uero ignem, & alii aerem aiunt ipsum unũ, & ipsum ens esse, ex quo entia et esse, & facta esse. Similiter, & qui plura elementa ponunt. necesse enim & his est, tot esse dicere ipsum ens, & ipsum unum, quot aiunt principia esse. Accidit autem, quod siquis non ponat esse aliquam substantiam ipsum unum, & ipsum ens, nec aliorum uniuersalium quicquam esse. hæc enim uniuersalia maxime omnium sunt. Quod si non est aliquid ipsum ens, & ipsum unum, multo minus qc quam aliorum sit præter ea, quę singularia dicuntur. Item si ipsum unum non sit substantia, patet quod nec numerus erit tanquam natura alia separata ab entib⁹. numerus enim, unitates. unitas uero unum quid est. Quod siquid est ipsum unum, & ipsum ens, necesse est eorum substantiam esse unum & ens. non enim aliquid aliud uniuersaliter prædicatur, sed eadem ipsa. At uero siquid erit ipsum ens, & ipsum unum, magna dubitatio est, quonam modo aliqd aliud præter hæc erit. dico autem quomodo entia erunt plura uno. quod enim aliud ab ente est, non est. quare secundum Parmenidis rationem, necesse est accidere omnia entia, esse unum, & hoc esse ens. Vtroq; autem modo difficile est. siue enim unum non sit substãtia, siue ipsum unum sit, impossibile est numerum esse substantiam. & quare quidem si non sit, dictum est prius. Si autẽ sit, eadem ac de ente dubitatio est, ex quo enim & præter ipsum unum, erit aliud unum, necesse profecto est nihil esse. omnia uero entia, aut unum, aut plura, quorum unumquodq; unũ est. Item si ipsum unum indiuisibile, secundum quidem Zenonis positionem, nihil utiq; fuerit. qd' enim neq; additum, neq; demptum facit aliquid maius, id non esse entium aiunt, tanquam ens magnitudo sit. & si magnitudo, corporalis. hæc nãq;, omniquaq; ens. cætera uero quodã modo quidem addita facient maius, quodam modo uero nihil. ut superficies, & linea facient, punctum uero, & unitas minime. Sed cum ipse molestę speculetur, ac contingat aliquid indiuisibile esse, sic ad illum habetur aliqua responsio. huiusce modi nanq; additum non maius, sed plus efficit. Sed quomodo ex uno tali, aut pluribus, magnitudo erit? Simile nanq; est, ac si dicatur ex punctis lineam esse. Quod siquis ita putat, ut, quemadmodum quidam dicunt, ex ipso uno, & alio quodam non uno numerus fiat, nihilo minus tamen quærendum est, cur, & quomodo quandoq; numerus, quandoq; magnitudo erit, quod fit, si ipsum non unum, inęqualitas, ac eadem natura erat? nec enim apparet, quo pacto ex uno, & ista, neq; quo pacto ex aliquo numero, & ista, magnitudines fieri queant.

Caput V.

h Is autem consequens dubitatio est, utrum numeri, & corpora, superficies, & puncta aliquæ substantiæ sint, an non. Si enim non sunt, fugit nos quidnam ipsum ens, & quæ entium substantię sint. passiões enim, & motus, & quę ad aliqd sunt, ipsæ'q; dispositiones, ac proportiones, nulli⁹ substãtiam significare uidentur. cũcta etenim de aliquo subiecto dicuntur, nihilq; horum ipsum quid est. Quæ uero maxime substantiam uideantur significare, sunt aqua, terra, & ignis, ex quibus composita corpora consistunt. horum caliditates quidem, & frigiditates, & huiusce modi passiones, non substantiæ sunt. corpus uero solum, quod hæc patitur, permanet tanquam aliquod ens, & aliqua existens substantia. At uero corpus, minus est substantia, quàm superficies, & superficies, quàm linea, & linea, quàm unitas, & punctũ. his enim corpus definitur. & hæc quidem uidentur posse sine corpore esse, corpus uero absq; his impossibile esse. Quare plures quidem, & antiquiores, substantiam quidem & ens, putabant esse corpus, cætera uero huius passiones. ut & principia corporum, entium es-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſent principia. poſteriores uero, & illis ſapientiores habiti, numeros. Quemadmodum itaq; dixi-
mus, ſi hæc non ſunt ſubſtantiæ, nulla ſubſtantia, nec aliquod ens omnino eſt. quæ enim eis
accidunt, non conuenit entia nominare. At ſi hoc quidem conceditur, quod longitudines, &
puncta magis quam corpora ſubſtantiæ ſint, at qualia corpora, hæc ſint non uidemus (in ſenſi-
bilibus nanq; impoſſibile eſt eſſe) non erit profecto ulla ſubſtantia. Item uidentur hæc omnia, di
menſiones corporis eſſe, hoc quidem ad latitudinem, hoc uero ad profunditatem, illud porro
ad longitudinem. Et ad hæc ſimiliter ineſt in ſolido quæcunq; figura. Quare ſi nec in lapide
mercurius, nec in cubo dimidium cubi, ſic ut diſterminatum, ergo nec ſuperficies. nam ſi quę-
cunq;, & ea profecto ſit, quæ dimidium diſterminat. eadem autem ratio & de linea, puncto, et
unitate eſt. Quare ſi corpus maxime ſubſtantia eſt, hæc autem corpore magis, hæc uero non
ſint, neq; ſubſtantiæ quædam ſint, fugiet nos profecto quidnam ſit ens, quæue entiũ ſubſtan-
tia eſt. Ad hæc enim quæ dicta ſunt, etiam quæ circa generationem, & corruptionem accidunt
inconuenientia. Videtur enim ſubſtantia cum ante non ſit, nunc ſit, aut cum antea ſit, poſtea
non, hæc pati, fieri ſcilicet, atq; corrumpi. at puncta, lineas, & ſuperficies, neq; fieri, neq; corrũ-
pi contingit, cum quandoq; ſint, quandoq; uero non ſint. cum enim tangant, aut diuidant cor
pora, quandoq; una, cum ſimul tangunt, quandoq; duę, cum diuiduntur, fiunt. quare neq; iam
compoſitis ſunt, ſed corruptæ ſunt, & diuiſis ſunt, cum antea non eſſent. punctum nanq; indi-
uiſibile, non eſt diuiſum in duo. Cæterum ſi generantur, & corrumpuntur, ex aliquo fiunt. Si-
militer autem ſe habet & circa nunc quod eſt in tempore. nec hoc enim contingit gene-
rari, & corrumpi, ſed tamen aliud eſſe ſemper uidetur, cum non ſubſtantia aliqua ſit. patet au-
tem quod etiam circa puncta, lineas, & ſuperficies, ſimiliter ſe habet. eadem enim ratio eſt. cun
cta nanq; ſimiliter aut fines, aut diuiſiones ſunt.

Caput VI.

Mnino autem aliquis dubitabit, quare oportet alia quædam præter ſenſibilia,
& media quærere, utputa eas, quas ponimus, ſpecies. Si enim propterea quod
o mathematica quidem ab iis, quę hic ſunt, alio quodam differunt, in eo ſane, qđ
plura eiuſdem ſpeciei ſunt, nihil differunt. & ideo non erunt eorum principia,
numero determinata. ſicuti etiam hic literarũ, numero quidem non ſunt, omni-
um principia determinata, ſed ſpecie. niſi quis, huius ſyllabæ, & huius uocis accipiat. harum
enim, numero etiam determinata erunt. Similiter etiam de mediis. infinita etenim etiam illic
ſunt, quæ eiuſdem ſpeciei ſunt. quare ſi præter ſenſibilia, & mathematica, non ſint alia quæ-
dam, qualia dicunt quidam ſpecies eſſe, non erit una numero, & ſpecie ſubſtantia. nec entium
principia aliqua numero aliquot, ſed ſpecie erunt. Si itaq; hoc neceſſarium eſt, & ſpecies pro-
pterea neceſſe eſt eſſe. etenim quanquam non bene declarent, qui hæc dicunt, hoc tamen eſt,
quod uolunt. & neceſſe eſt eis hoc dicere, quod ſpecierũ unaquæq; ſubſtantia quædã ſit, & nul
la ſecundum accidens. At uero ſi ponemus ſpecies eſſe, & principia unum numero non ſpecie
eſſe dixim⁹, quæ impoſſibilia neceſſe eſt accidere. His autem prope eſt dubitare, utrum poten
tia, an alio quodam modo elementa ſint. ſi enim alio quodam modo, erit aliquid aliud prin-
cipiis prius. potentia nanq;, prior illa cauſa eſt. non eſt autem neceſſe, ut omne, quod potentia
eſt, illo modo ſe habeat. Quod ſi elementa potentia ſunt, contingit nihil entium eſſe. poſſibile
enim eſt eſſe, etiam quod non dum eſt. fit enim quod non eſt. ſed nihil eorum fit, quæ eſſe im-
poſſibilia ſunt. Et his itaq; de principiis dubitationibus, neceſſe eſt dubitare. Et utrum uniuer-
ſalia ſint, an (ut dicimus) ſingularia. ſi enim uniuerſalia, non erunt ſubſtantiæ. nihil enim com
munium, quod quid, ſed quale quid ſignificant. Sed ſubſtantia, quod quid. Quod ſi quod
communiter prædicatur, quod quid ſit, & exponi poſſit, multa animalia erunt ipſe Socrates,
& homo, & animal. ſi ſingula quidem, quod quid & unum ſignificant. Si igitur principia uni
uerſalia ſunt, hæc accidunt. Quod ſi non uniuerſalia ſint, ſed ut ipſa ſingularia, non erunt ſci-
bilia. ipſius enim uniuerſalis, omnium ſcientiæ ſunt. quare erunt alia principia priora de prin-
cipiis uniuerſaliter prædicata, ſi ſint quidem eorum futura ſcientia.

Quartus meta-

QVARTVS METAPHYSICORVM ARISTOTELIS INTERPRETE BESSARIONE AD ALPHONSVM REGEM.

St quædam ſcientia, quæ ſpeculatur ens, prout ens eſt, & quæ ei per ſe
inſunt. hæc autem, nulli earum, quæ in parte dicuntur, eadem eſt. nul-
læ nanq; cæterarum, uniuerſaliter de ente prout ens eſt, conſyderant.
ſed eius aliquam partem abſcindentes, quod ei accidit ſpeculantur. ut
e mathematicæ ſcientiæ. Cũ autem principia, & ſupremas cauſas quæ-
ramus, patet quod alicuius naturæ per ſe, neceſſe eſt eas eſſe. ſi igitur il
li etiam, qui entium elementa quærunt, iſta principia quærebant, ne-
ceſſe eſt etiam elementa entis non ſecundum accidens eſſe, ſed prout
entia ſunt. Quare nobis quoque entis prout entis, primas cauſas ac
cipiendum eſt.

Caput II.

Ns autem multipliciter quidem dicitur, uerum ad unum, unam'q; quandam natu-
e ram, & non æquiuoce, ſed quemadmodum omne ſanum ad ſanitatem. quoddam
eo quod conſeruat. quoddam, eo quod facit. quoddam eo, quod ſignum ſanitatis.
quoddam uero, quod capax ei⁹ eſt. & medicinale, ad medicinam. quoddam enim
eo, quod habet medicinam, medicinale dicitur. quoddam propterea quod natura aptũ ad eam
ſit. quoddam propterea quod opus medicinæ ſit. eodem modo cætera quoq; accipiemus. ita
& ens multipliciter quidem dicitur, ſed totum ad unum principium. quædam enim, quoniam
ſubſtantiæ, entia dicuntur. quædam, quoniam paſſiones ſubſtantiæ. quædam, quoniam uia ad
ſubſtantiam, aut corruptiones, aut priuationes, aut qualitates, aut effectiua, aut generatiua ſub-
ſtantiæ, ſiue eorum, quæ ad ſubſtantiam dicuntur, aut ad aliquorũ ex his negationes, aut ſub-
ſtantias. Quare & ipſum non ens, eſſe non ens dicimus. Quemadmodum igitur ſanorũ omni-
um una ſcientia eſt, ita & de cęteris eſt. non enim ſolum eorum, quę ſecundum unum dicunt,
uerum etiam eorum, quę ad unam naturam dicuntur, unius ſcientię eſt ſpeculari. etenim hęc,
etiam quodam modo ſecundum unum dicuntur. Patet itaq; unius eſſe, & entia prout entia ſpe
culari. ubiq; autem proprie primi, & ex quo cętera pendẽt, & propter quod dicuntur, ſcientia.
quod ſi hoc ſubſtantia eſt, oportet profecto, ut ſubſtantiarum principia, & cauſas philoſophus
habeat. Omnis autẽ generis, & ſenſus unus unius, & ſcientia. ueluti grammatica una exiſtens,
omnes uoces ſpeculatur. Quare entis quoque quot ſpecies ſunt, & ſpecies ſpecierum ſpecula-
ri, unius ſcientię genere eſt. Si itaq; ens, & unum idem, ac una natura ſunt, propterea quod ſe
inuicem ſequuntur, quemadmodum principium, & cauſa, non quod una ratione ſignificant,
nihil quidem refert, ſi etiam ſimiliter putabimus, quinimmo magis proderit. idem enim unus
homo, & ens homo, ac homo. & non ſignificat diuerſum aliquid ſecundum dictionem repe-
titam, ideſt homo, & homo, & unus homo. Patet autem quod non ſeparatur ens nec in gene
ratione, nec in corruptione. ſimiliter & de uno. Quare manifeſtũ eſt, quod additio in his idem
ſignificat. & quod unum nihil aliud eſt, pręter ens. Item cuiuſq; ſubſtantia, unum eſt, non ſecũ
dum accidens. ſimiliter & ipſum ens, quoduis. Quare quot uni⁹ ſpecies, totidem & entis ſunt.
de quibus ipſum quid eſt ſpeculari, eiuſdem genere ſcientię eſt. dico autem, utputa, de eodem,
& ſimili, cęteris'q; huiuſcemodi. fere autem omnia contraria, ad hoc principium reducuntur.
Cõſyderata ſunt autem hęc a nobis in electione contrariorum. tot'q; philoſophię partes ſunt,
quot ſubſtantię. Quare neceſſe eſt, ut aliqua earum prima, & alia ſequẽs ſit. ſunt autem ſubin-
de habentia genera, ipſum unum & ens. quare etiam ſcientię ſequentur iſta. philoſophus nãq;
eſt, ut ille, qui mathematicus dicitur. & hęc enim habet partes. ac prima quędam, & ſecunda
ſcientia eſt. cęterę quoq; conſequenter, in mathematibus. Cęterum unius eſt oppoſita ſpecula-
ri, uni uero opponitur pluralitas, negationem uero, & priuationem unius eſt ſpeculari, pro
pterea quod utroque modo unum ſpeculatur id, cuius eſt negatio, aut priuatio, ſiue quę ſim-
pliciter dicit', q. non ineſt illi, ſiue alicui generi. ibi ſiqdem uni differentia eſt, pręter illud, quod
in negatione. negatio nãq;, abſentia illius eſt. in priuatione uero, & ſubiecta quædam natura fit,
de qua priuatio dicitur. uni aũt pluralitas opponit'. Quare etiam prędictis oppoſita, diuerſum,
diſſimile, & inęquale, & quęcunq; alia, quę aut ſecundum eadem dicuntur, aut ſecundum plu-
ralitatem, & unitatem cognoſcere, dictę ſcientię eſt. ex quibus unum quiddam eſt, ſcilicet con
trarietas. contrarietas enim, differentia quędam. differentia uero diuerſitas. Quare cum unum
multipliciter dicat', hęc quoq; multipliciter qdem dicent'. unius tamen eſt cuncta cognoſcere.

non enim si multipliciter, ideo alterius. sed si neq; secundū unum, neq; ad unum rationes reducuntur, tunc alterius. cum autem ad primum cuncta reducuntur, utputa quotcūq; unum dicuntur ad primum unum, similiter de eodem, & diuerso, & contrariis dicendum se habere. Quapropter diuidendo quoties singula dicuntur, sic attribuendū est ad primum in unoquoq; prædicamento, quomodo ad illud dicitur. quædam, eo quod habent illud. quædam, eo quod facī unt. quædam, secūdum alios huiuscemodi modos dicentur. Manifestum itaq; quod in dubitationibus dictum est, unius esse, tam de his, quam de substantia rationem habere. hoc aūt unū erat eorum, quæ in dubitationibus diximus. Et philosophi est de omnibus posse speculari. si. n. non philosophi, qs erit, qui consyderabit, si idem Socrates, & Socrates sedens? aut si unū, uni contrarium? aut quid est contrarium, aut quoties dicitur? Similiter de cæteris quoq; huiuscemodi. Cum itaq; unius prout unius, & entis prout entis, hæ per se passiones sint, & non prout numeri, aut lineæ, aut ignis, patet quod illius scientiæ est, & quid est cognoscere, & accidētia eis. & non in hoc errant, qui de his consyderant, tanquam non philosophantes, sed quoniam substantia, de qua nihil sciunt, prior est. nam quemadmodū & numeri prout numerus est, propriæ passiones sunt, ut imparitas, paritas, commensuratio, æqualitas, excessus, defectus, & hæc tum absolutis, tum mutuo relatis insunt numeris, similiter solido, & immobili, & mobili, & leui, & graui aliqua propria sunt, ita & enti prout ens est quędam propria sunt. & hæc sunt, de quibus ueritatem consyderare philosophi est. Signum autem est, quod dialectici, & sophistæ eandem quidem quam philosophus subeunt figuram. sophistica enim, apparens solum sapiētia est. dialectici quoq; de omnibus disputant. ens uero, commune omnibus est. disputāt autem de his, sicut licet eo, quod hæc propria philosophiæ sunt. circa idem enim genus, sophistica & dialectica uersatur cum philosophia. uerū philosophia, ab hac qdem modo potestatis, ab illa uero electione uitæ differt. dialectica autem est tentatiua, de qbus philosophia est cognitiua. sophistica uero apparens, existens uero minime. Item contrariorū altera coordinatio priuatio est, & cuncta ad ens & non ens, & unum, & pluralitatem reducūtur. utputa status quidem, unius est. motus uero, pluralitatis. entia uero, & substantiam, fere cuncti concedūt ex contrariis compositam esse. omnes etenim principia aiunt esse contraria. quidam, par & impar. quidam, calidū & frigidum. quidam finem & infinitum. quidam, amicitiam & contentionem. cætera quoq; omnia, uidentur reducta ad unum, & pluralitatem. Accipiatur autem reductio a nobis, in primis principia, & omnino, & quæ ab aliis, in hæc tanquam in genera cadūt. Manifestum itaq; ex his etiam est, quod unius scientiæ est ens prout ens est, speculari. cuncta etenim, aut contraria, aut ex contrariis. principia uero contrariorum, unum & pluralitas. hæc autem, unius scientiæ, siue secundum unū dicantur, siue non, sicuti fortassis, & ueritas se habet. Et quāuis unum multipliciter dicatur, ad primum tamen cætera reducentur. & contraria, similiter. Ac propterea & si ens, aut unum non est uniuersale, & idem in omnibus, aut separatum, sicuti fortassis non est, hæc nihilo minus ad unum, illa uero consequenter. Et propterea, non est geometræ, quid contrarium, aut perfectum, aut unum, aut ens, aut idem, aut diuersum sit speculari, nisi ex suppositō. Quod igitur unius scientiæ, est ens prout ens est, & quæ ei prout enti insunt speculari, manifestum est. & quod non solum substantiarum, uerum etiam eorū, quæ substantiis insunt eadem speculatiua est, ac illorum, quæ dicta sunt, & de priori & posteriori, & genere & specie, & toto & parte, cæteris q; huiuscemodi.

Caput III.

d Icendum autem est, utrum unius, an alterius scientiæ est, de iisce, quæ in mathematibus dignitates nominantur, & de substantia speculari. patet utique quod unius est, & eius, quæ philosophi est, consyderatio. omnib⁹ enim entibus insunt, sed non alicui generi separatim ab aliis. & omnes quidem utuntur, quia entis, prout entis sunt. unumquodq; autem genus, ens. At eatenus utuntur, quatenus eis satis erit. hoc autem est, quantum illud continet genus, de quo demonstrationes afferunt. Quare cum pateat, quod prout entia sunt, eis insunt (hoc nanq; eis commune est) illius de his speculatio est, cuius est, de ente prout ens est cognoscere. Propter quod nemo eorum, qui particulariter consyderant, conatur aliquid de eis, siue quatenus uera, siue non, dicere. nec enim geometra, nec arithmeticus, sed naturalium quidam merito hoc facientes. soli nanq; putabant, & de tota natura, & de ente consyderare. cum autem aliquis adhuc superior naturali sit (natura nanq; unum quoddam entis genus est) illius uniuersalis, & circa primam substantiam speculatiui, profecto fuerit de his etiam consyderatio. est autem physica, sapientia quædam, sed non prima. Quæcunque uero quidam eorum, qui de ueritate dicunt, quonam

quonam modo oportet admitti, dicere conantur, propter ignorantiam Analyticorum hoc faciunt. oportet enim accedere, hæc edoctum, sed nequaquā, dum audiunt, quærere. Quod itaq; philosophi, & eius, qui de tota substantia, quoad natura fert, speculatur, etiam de principiis syllogisticis est consyderare, manifestum est. decet autem illū, qui maxime circa quodq; genus cognoscat, ut dicere habeat certissima rei principia. quare & illum, qui de entibus, prout entibus, omnium certissima, hic autem est philosophus. Omnium autem certissimum principium est, circa quod impossibile est mentiri. notissimum etenim, ut huiusmodi sit, necesse est. circa nāq; illa, quæ non cognoscunt, decipiuntur omnes. Et non ex suppositione. quod enim necesse est illum habere, qui quoduis entium intelligat, hoc non est suppositio. quod autem cognoscere illum necesse est, qui aliquid cognoscat, necesse est, ut ueniat habens illud. Quod igitur tale principium, omnium certissimum est, patet. Quid autem illud sit, deinceps dicamus. idem enim simul inesse & non inesse eidem & secundum idem, impossibile est. & quæcunq; alia annotaremus, sint ad logicas difficultates annotata. hoc autem, omnium est principiorum certissimum. habet etenim dictam annotationem. Impossibile nāq; est, quempiam idem putare esse & non esse, quemadmodum quidam Heraclitum dicere arbitrabantur. non enim necesse est quæcūq; quis dicat, ea etiam putare. q; si non, contingit inesse eidem contraria. annotentur autem a nobis, etiam huic propositioni consueta. contraria uero opinio opinioni est, quę ꝓtradictionis est. Patet itaq; q; impossibile est simul eundem idem arbitrari esse, & non esse. simul etenim haberet opiniones contrarias, qui de ea re haberetur mendax. Quare omnes demonstrationes ad hanc ultimam opinionem reducunt. natura etenim hæc, cæterarum quoq; dignitatum omniū principium est.

Caput. IIII.

s Vnt autem quidam, qui (ut diximus) ipsi quoq; dicunt contingere idem esse, et nō esse, & ita arbitrari. utuntur autem hac oratione multi quoq; eorum, qui de natura tractant. nos autem nūc accepimus, tāquam impossibile sit, de eodem simul eē & non esse. & per hoc monstrauimus, q; certissimum hoc cunctorum principiorū est. Conantur autem quidam hoc quoq; probare, propter ignorantiam. Est etenim ignorātia, nescire quorum oportet quærere demonstrationem, & quorū nō, etenim omnino impossibile est, omnium esse demonstrationem. in infinitum nāq; progrederetur. quare nec hoc modo eēt demonstratio. Si autem aliquorum non oportet quærere demonstrationem, quod magis principium esse tale iudicarent, dicere non haberent. Est autem etiam de hoc demonstrare, redarguendo q; impossibile est, dum modo aliquid dicat, qui dubitat. Quod si nihil, ridiculū est quærere rationem ad eum, qui nullius habet rationem, quatenus nullam habet rationem, similis nanq; plantæ talis est, prout talis est. Demonstrare uero redarguendo, dico differre a demonstratione. quia qui demonstraret, uideretur quærere quod a principio, cum aliter huiusce causa sit redargutio, & non demonstratio. Principium uero ad hæc omnia, non petere ut aut esse aliquid aut non esse dicat, hoc enim fortassis aliquis esse putaret, quod a principio petere, sed aliquid significare & sibiipsi & alteri. hoc enim necesse est, siquidem aliquid dicat. Quod si non, tali non esset sermo, nec sibi ad seipsum, nec ad alium. si autem aliquis hoc concedat, erit demonstratio. iam enim erit aliquid determinatum. attamen non qui demonstrat, sed qui sustinet, causa est. tollens enim orationem, sustinet orationem. Primo igitur manifestū est hoc ipsum uerum esse, q; nomen esse hoc, aut non esse significat. Quare non utiq; omne ita & nō ita, se habet? Item si homo unum significat, sit autem hoc animal bipes, dico autem unū significare hoc, si hoc est homo. si quid homo sit, hoc est homini esse. Nihil autem differt, etiam si plura quis significare dicat, solum sint determinata. imponeretur etenim cuilibet orationi aliud nomen. dico autem utputa, si non dicat hominem unum significare, sed multa, quorum unius quidem una oratio, animal bipes, sint autem cęteræ quoq; plures, determinatæ uero numero, imponeretur etenim proprium nomen secundum quanq; orationem. Quod si non poneretur, sed infinita significare dicat, manifestum est, q; non esset oratio. non unum enī significare, nihil est significare. nominibus uero non significantibus, perit ipsa re uera disputatio, & ad inuicē, & ad seipsum. nihil enim intelligere contingit, nihil unum intelligētes. q; si cō tingit, imponetur nomen huic rei, unum. Nomen itaq; ut a principio dictum est, sit aliquid significans, & unum significans. non potest igitur homini esse significare id, quod nō esse homini, si homo quidem non solum de uno, sed etiam unum significat. Non enim hoc dicimus unum significare, quod de uno. hoc enim modo, musicum etiam & album & homo, unum significarent. quare unum, omnia erunt. uniuoca nāq;. & non erit esse & non esse idem, nisi secū

dum æquiuocationem, ſicuti ſi quem nos hominem nominamus, alii non hominem uocarẽt. quod autem dubitatur, non eſt hoc ſi contingit ſimul idem eſſe, & non eſſe hominem nominem, ſed re. ſi autem non alterum ſignificat homo & non homo, patet ꝙ nec nõ eſſe homini ab eo, quod eſt eſſe homini. quare homini eſſe, erit non homini eſſe. unum nãq; erit. hoc enim ſignificat unum eſſe, ſicuti tunica & ueſtis, ſi ratio una. ſi autem erit unum, unum ſignificat hominem eſſe, & non homini. uerum monſtratum eſt, ꝙ aliud ſignificat. neceſſe eſt igitur, ſiquid eſt uerum dicere, ꝙ homo ſit, animal eſſe bipes. hoc enim erat, quod ſignificabat homo. ſi autem neceſſe eſt, non poteſt idem nõ eſſe animal bipes. hoc nãq; ſignificat ipſum neceſſe eſſe, quod impoſſibile eſt, non eſſe hominem. non contingit ergo ſimul uerum eſſe, idem dicere hominem eſſe & non eſſe hominem. Eadem ratio eſt & de non eſſe hominem. homini nanq; eſſe & nõ eſſe homini, diuerſum ſignificat. Siquidem & album eſſe & hominem eſſe, diuerſum'. multo enim magis, illud opponitur. quare diuerſum ſignificat ſi autem album aliquis dicat unum & idem ſignificare, rurſus idem dicemus, quod & antea dictum eſt, ꝙ omnia unum ſunt, & non ſolum oppoſita. Quod ſi hoc non contingit, accidit quod dictum eſt, ſi ad interrogatum reſpõdeat. Si uero ſimpliciter interrogante, addat etiam negationes, non reſpondet ad interrogatũ. nihil enim prohibet idem & hominem & album & alia infinita multitudine eſſe. attamen interroganti ſi uere eſt dicere hoc hominem eſſe an non, id reſpõdendum eſt, quod unum ſignificat, & non addendum, ꝙ & album & magnum. impoſſibile nanq; eſt, accidentia, cum infinita ſint, percurrere. aut igitur omnia percurrat, aut nullum. Similiter & ſi infinities idem eſſet homo, & non homo, interrogatus ſi homo eſt, non debet una cum eo, ꝙ ſimul etiam non homo eſt reſpondere, niſi certa quoq; quæcunq; accidunt, quæcunq; homo eſt, aut non eſt reſpõdeat. quod autem ſi non fecerit, non diſputat. Et qui hoc dicunt, omnino perimunt ſubſtantiam, & quod quid erat eſſe, neceſſe eſt nanq; eis dicere omnia accidere, & ipſum homini eſſe, aut animali eſſe non eſſe. ſi enim quicq̃ erit ipſum homini eſſe, hoc non erit non homini eſſe, aut non eſſe homini, tametſi hæ ſunt eius negationes. unum nanq; erat, quod ſignificabat, & hoc erat alicuius ſubſtantia. ſubſtantiã uero ſignificare, eſt ꝙ non eſt ei eſſe, aliud quippiam. ſi autem ipſum homini eſſe, eſt ei ipſum non homini eſſe, aut nõ eẽ homini, aliud erit. Quare neceſſe eſt eis dicere, ꝙ nullius, talis ratio erit, ſed omnia ſecundum accidens. hoc enim, ſubſtãtia & accidens differunt. albedo etenim homini accidit, quoniam eſt quidẽ albus, ſed non eſt ipſa albedo. Si autem omnia ſecundum accidẽs dicuntur, nihil erit primum uniuerſale. ſi autem accidens ſemper de aliquo ſubiecto ſignificat prædicationem, neceſſe eſt in infinitum progredi. ſed impoſſibile eſt. plura enim quam duo, non conueniunt. accidens enim nõ eſt accidenti accidens, niſi quia utrunq; eidem accidit. dico autem ueluti albũ eſt muſicum, et hoc album, quoniam utrunq; homini accidit. ſed non ita Socrates muſicus, quoniam utrunq; alicui alteri accidit. Cum itaq; quædam ita, quædam aliter accidentia dicantur, quæcũq; ita dicuntur ut album Socrati, nõ poſſunt infinita ſurſum uerſus eſſe, ut Socrati albo alterum aliquod quoq; accidẽs. non enim fit unũ, quod ex oĩbus. nec albo aliqd aliud accidens erit, utputa muſicũ. nõ enĩ magis hoc illi, q̃ illud huic accidit. Et ad hæc diſtinctũ eſt, ꝙ q̃dã ita accidũt, quædã, ut muſicũ Socrati. quotcũq; uero hoc modo, nõ accidẽti accidit accidẽs. ſed quotcũq;, illo mõ. quare nõ oĩa ſm accidẽs dicent'. erit ergo aliqd tanq̃ ſubſtãtiã ſignificãs. qđ' ſi eſt, monſtratũ eſt qđ' impoſſibile eſt ſimul ꝺdictiones ꝑdicari. Itẽ ſi ꝺdictiones ſimul uerę de eodẽ oẽs, patet ꝙ oĩa erũt unũ. erit etenim idẽ & triremis, & paries, & homo, ſi de oĩ cõtingit qcq̃ affirmare aut negare. Sicuti illis neceſſe, q Protagoræ opinionẽ ſequunt'. ſi enĩ cuiq̃ uideat' homo nõ eſſe triremis, patet ꝙ nõ erit triremis. ſed ẽt eſt, ſi ꝺdictio qdẽ uera eſt. Et certe fit qđ' Anaxagoras aiebat, ſimul omnes res eẽ, ita ut nil uere unũ ſit. Indefinitũ itaq; uident' dicere. & putãtes de ente tractare, de nõ ente dicũt, qđ' enim potentia, & nõ actu eſt, illud eſt indefinitũ. at uero dicẽda eſt eis de oĩ, aut affirmatio, aut negatio. incõueniẽs nãq; eſt. ſicui ſua qdẽ negatio inerit, alterius uero qđ' nõ ineſt ei, nõ inerit. dico aũt utputa ſi uerũ eſt dicere de hoĩe, quod nõ eſt homo, manifeſtũ eſt, qđ' etiã nõ triremis eſt. ſi affirmatio igitur, neceſſe eſt etiam negationẽ ineſſe. Quod ſi affirmatio nõ ineſt, negatio tamẽ inerit, magis q̃ quæ ipſius eſt. ſi igit' & illa ineſt, inerit triremis negatio. & ſi hæc, etiã affirmatio. Hæc igitur eis accidũt, q hanc orationẽ dicunt, & ꝙ nõ eſt neceſſe, aut affirmare aut negare. nã ſi ueꝝ eſt ꝙ homo & nõ homo, patet ꝙ nec homo, nec non homo erit. duorũ enĩ, duę negationes. ꝙ ſi illa ex utriſq; una, & hæc una, ꝑfecto oppoſita eſſet. Itẽ aut in oĩbus ita ſe habet, & eſt albũ, & nõ albũ, & ens & nõ ens, & circa cæteras affirmationes & negationes ſimili mõ, aut nõ, ſed circa aliquas, circa uero aliquas nõ. Et ſi nõ circa oẽs, iſtæ

utiq; certæ

utiq; certæ eſſent. ꝙ ſi circa oẽs, rurſus, aut de qbuſcũq; eſt affirmare, ẽt negare eſt, & de qbuſcũq; negare ẽt affirmare, aut de qbus qdẽ eſt affirmare, ẽt negare eſt, de qbuſcũq; uero negare, nõ de oĩb⁹ eſt affirmare. et ſi ita eẽt, aliqd utiq; ꝑ certo nõ ens, & hæc firma opinio. ꝙ ſi ipſum nõ eẽ, certũ quid, & notũ eſt, notior erit oppoſita affirmatio. Quod ſi quodcũq; eſt negare, ſimiliter etiã affirmare neceſſe ſit, aut ueꝝ eſt diuidẽdo dicere, utputa albũ, & rurſus qđ' nõ albũ, aut nõ. Et ſi nõ eſt ueꝝ diuidẽdo dicere, neq; dicit hæc, nihilq; prorſus ſunt illa ſane, quæ non ſunt, qũo loquent', aut ambulabũt? Et, ut ẽt antea dictũ eſt, oĩa unũ erũt. & hõ, deus, triremis, ac eoꝝ cõtradictoria, idẽ erunt. Quod ſi de quocũq; ſimiliter, nihil aliud ab alio differret. nã ſi differret, hoc ueꝝ & ꝓpriũ erit. ſimiliter aũt & ſi diuidẽtem uera dicere ꝓtingit, qđ' dictũ eſt accidit. & ad hæc, ꝙ oẽs uera dicerẽt, oẽs'q; mentirent', ipſe'q; ſeipſum mentiri ꝓcederet. ſimul aũt manifeſtũ eſt, ꝙ de nullo eſt ad eũ ꝓſyderatio. nihil enĩ dicit neq; enĩ ita, neq; nõ ita ait, ſed ita & nõ ita. Et rurſus his ambobus negationẽ, ꝙ nec ita neq; nõ ita. nã ſi nõ, eẽt aliqd utiq; determinatũ. Itẽ ſi cũ affirmatio uera ſit, negatio falſa, & cũ hæc uera ſit, affirmatio falſa eſt, nõ ſit ſimul idẽ affirmare & negare uere. Sed dicẽt fortaſſis, hoc eẽ, qđ' a principio poſitũ ẽ. Itẽ utrũ ille qdẽ, q quãq; rem aut aliquo modo ſe hr̃e exiſtimat, aut nõ ſe hr̃e mentit', q uero ambo uerũ dicit? nã ſi uerũ dicit, qd aliud, qđ' dicit', eſt, niſi ꝙ talis natura entiũ eſt? Quod ſi nõ iſte, ſed ille magis dicit uerũ, q illo mõ exiſtimat, iã aliquo mõ ſe haberẽt exiſtẽtia. & hoc ueꝝ eẽt, & non ſimul etiã, nõ uerũ. Quod ſi cũcti ſimiliter & mẽtiũtur & ueꝝ dicũt, nec loq nec dicere qcq̃ talĩ hoĩ poſſibile eſt. ſimul enĩ eadẽ, & nõ eadẽ dicit. ꝙ ſi nihil exiſtimat, ſed ſimiliter arbitratur & nõ arbitrat', qd nã differat a plãtis? Vñ & maxĩe manifeſtũ eſt, ꝙ nemo, nec cęteroꝝ nec eoꝝ, q hanc orationẽ dicũt, ita affectus eſt. cur enĩ Megara uadit, & nõ quieſcit ire putans? nec mox a diluculo ad puteũ, aut ad præcipitiũ aliqđ pergit? ſed uidet' ueritus, tanq̃ nõ ſimiliter nõ bonũ, & bonũ eſſe putans cadere in illa. patet itaq; quod hoc qdẽ melius eſſe putat, illud uero minime. ſi aũt hoc, neceſſe eſt, ut & hoc qdẽ hoĩem, illud uero nõ hoĩem, & hoc qdẽ dulce, illud uero nõ dulce putet. nõ enĩ æqualiter oĩa quærit et putat, cũ melius eẽ bibere aquã aut hoĩem uiſitare arbitratus, deinde q̃rat ea. attamen oportebat, ſi ſimiliter eadẽ eẽnt homo et nõ homo. ſed (ut dictũ eſt) nemo eſt, q nõ uideat' aliqua ueritus, aliqua nõ. Quare uidet', ꝙ oẽs arbitrant' ſimpliciter ſe habere (etſi nõ circa oĩa) ſaltẽ circa melius, & deteri⁹. ꝙ ſi nõ ſcientes, ſed opinãtes, multo magis curãdũ eſſet de ueritate, ſicuti & infirmo exiſtẽti q̃ ſano, de ſanitate. opinans nãq; ad ſcientẽ, nõ ſane ad ueritatẽ diſpoſitus eſt. Itẽ etſi q̃maxime oĩa ita, & nõ ita ſe habeãt, attamẽ ipſum magis & minus ineſt entiũ naturę. nõ enĩ ſimiliter paria eẽ, duo ac tria dicemus. nec eodẽ modo mẽtitus eſt q q̃tuor eſſe putet qnq; aut q mille. ſi itaq; nõ ſimiliter, patet ꝙ alter minus. q̃re, magis uerũ dicit. ſi igit' qđ' magis eſt, propinqus eſt, profecto' erit aliqd uerũ, cui ꝑpinquius eſt, quod magis uerũ eſt. qđ' ſi nõ eſt, at iam ſaltem aliquid eſt certius, & uerius. et ita ab illa intẽperata oratiõe remoti erimus, q̃ ꝓhibet quicq̃ mẽte determinare. Caput V.

e X eadem uero opinione, Protagoræ quoq; oratio eſt. & ſimiliter eſt neceſſe, ipſas ambas, aut eſſe aut non eſſe. ſi enĩ oĩa, de qbus opinant', quę'q; apparẽt, uera ſint, neceſſe eſt oĩa, ſimul uera & falſa eẽ. ſiqdẽ multi ꝺria inuicẽ opinant', ac eos, q nõ opinant' eadẽ, quę ipſi mentiri putãt. quare neceſſe eſt idẽ eſſe & nõ eſſe. qđ' ſi eſt neceſſe eſt oĩa, de qbus opioent', uera eſſe. oppoſita nãq; opinãt' q mẽtiũtur, & q uerũ dicũt. ſi igit' ea, quę ſunt, ita ſe habẽt, uerũ oẽs dicũt. Quod itaq; ambę orationes ex eadẽ mẽte ſint, patet. Non eſt autẽ idẽ, oẽs cõueniendi, modus. Quidã enĩ perſuaſione, qdã uero ui indigẽt. Quĩ cũq; nãq; ꝓpterea ꝙ dubitẽt, ita exiſtimarũt, horũ ignorãtia ſanabilis eſt. nõ enim ad ſermonẽ, ſed ad mẽtẽ eoꝝ obuiatio eſt. quicũq; uero ſermonis gratia dicũt, horũ ſanatio, redargutio eſt, & eius ſermonis, q in uoce, & eius, qui in noĩbus. Aduenit autẽ illis, q dubitãt, hæc opĩo, a ſenſibilibus. illa qdẽ, qua diciť ſimul cõtradictoria & ꝺria eſſe, uidentibus ex eodẽ contraria fieri. ſi igitur nõ eſt poſſibile qđ' nõ eſt fieri, præextitit ſimiliter utrũq; ens. ſicut & Anaxagoras oẽ in oĩ miſceri ait, atq; Democrit⁹. etenĩ hic quoq; uacuũ & plenũ, ſil'r in q̃cũq; ꝑte eẽ. atq hoꝝ hoc qdẽ ens, hoc uero nõ ens eẽ. Ad illos itaq;, q ex his ita arbitrãt', dicem⁹ ꝙ quodãmõ qdẽ uere dicũt, quodãmõ uero ignorãt. ens nãq; dupliciter dicit'. quare aliquo mõ qdẽ poſſibile ẽ aliqd ex nõ ente fieri, aliquo uero mõ, nõ eſt. ſimulq; idẽ ens & nõ ens eſſe, ſed nõ ſm idẽ ens. potentia nãq; cõtingit, ſimul idẽ cõtraria eſſe, actu uero minime. Itẽ eos efflagitabimus aliam quoq; ſubſtantiã entiũ exiſtimare, cui neq; motus, neq; corruptio, neq; oĩno gñatio inſit. Similiter aũt ueritas in iis quoq;, q̃ apparent, qbuſdã ex ſenſibilibus aduenit. at enĩ, uerũ nõ pluralitate neq; paucitate, iudicari cẽſere debẽt. idẽ aũt qbuſdã guſtãtibus, dulce, qbuſdã amarũ eſſe uidet'. Quare

si oēs ægrotarēt, aut oēs insanirēt, duo uero, uel tres sani, aut mētis cōpotes eēnt, hi utiq; uideri possent ægrotare, ac insanire, cæteri uero minime. Itē multis alioꝝ aialiū cōtraria apparerent q̄ nobis, ac nostrū cuiq; non eadē ad seipsum semp secundū sensum apparēt. Qualia igit̄ horꝝ uera uel falsa, nō est manifestū. nihilo minus enī magis hæc q̄ illa uera sunt, sed æqualiter. Propter qd̄ Democritus, aut nihil esse ueꝝ, aut nobis ignotū ait. Et simpliciter ꝓpterea q̄ sensum qdē prudentiā putant, hanc uero alterationē esse, q̄ secūdum sensum apparet, necessario, uerū eē aiūt. Ex his enī & Empedocles, & Democritus, cæterorꝝ quoq; singuli, talibus opīonibus ir retiti sunt. Empedocles etenī habitu mutato, prudētiā quoq; mutari ait. ad p̄sens nāq; prudētia hominibus augetur. In aliis quoq; dicit, q̄ quatenus alterantur, eatenus semper etiam altera sapere eis affuit. Parmenides quoq; eodem asserit modo. ut enī cuiq; cōplexio mēbrorum flexibilium se habet, ita intellectus hominibus adest. idem nanq; est, quod sapit membrorum natura hominibus, et omnibus, & omni. quod enī plus est, intelligentia est. Anaxagoræ autē sentētia, ipsa quoq; à quodā suorū necessariorū memoriæ tradita est. q̄ talia eis entia erūt, qualia ea esse putarint. Homerū etiā talē aiunt opinionem habere uideri. quippe, qui faciat Hectorē, cum a uulnere insaniret, iacere, aliud sapientem. tanq̄ & insanientes saperent quidē, sed nō eadē. Patet itaq; q̄ si utraq; prudentia est, entia quoq; simul ita & nō ita se habēt. Qua ex re difficillimū quod sequitur est, si enim qui maxime possibile uerū uident, ii autem sunt, q̄ maxime illud quę runt, & amant, ii tales opiniones habent, & talem de ueritate sententiā ferunt, quomodo nō secordia illis sit, qui philosophari conantur? nā quærere ueritatem, non esset nisi uolucres persequi. Causa uero huius opinionis his fuit, quia ueritatem quidem de entibus consyderabant. entia uero, sola arbitrati sunt, sensibilia esse. In his autem, magna indeterminati natura inest, et eius, quod ita ens est, ut prædiximus. quare uerisimiliter quidē, sed nō uere dicūt. ita enim magis conuenit dicere, q̄ ut Epicarmus in Xenophanem. Itē cum hanc omnem naturam moueri uiderent, de eo autem, quod mutatur, nihil uerificari, circa illud, quod omnino mutat̄, nihil uerificari posse putabant. Ex hac enim existimatione, summa illa eorum opinio pullulauit, qui se Heraclitum sequi affirmabant. qualem & Cratylus habebat, qui tandem nihil putabat dicere oportere, sed solum digitum mouebat. & Heraclitum, q̄ bis dixisset in eundem fluuium non esse intrare, reprehendebat. ipse enim existimabat, ne semel quidem. Nos autem ad hanc etiā rationē dicemus, q̄ id, quod mutatur, cum mutatur, habet aliquam ueritatē, nō esse putare. At hoc etiam, ambiguum est. abiiciens enim habet aliquid eius, quod abiicit. ac necesse est, aliqd etiam eius, quod fit, esse. & simpliciter si corrumpitur, erit aliquid ens. & si fit, necesse est esse, ex quo fit, & a quo generatur, & hoc non esse in infinitum. Sed his omissis, illa dicamus, quod non est idem secundum quātitatem, & secūdum qualitatē transmutari. detur itaq; nō permanere secūdum quātitatē, attamē secūdū speciē, omnia cognoscimus. Itē dignum est reprehendere eos, qui ita arbitrant̄, quoniā cū & ipsoꝝ sensibiliū pauciora numero ita se habere uiderent, de toto tamē cœlo similiter senserunt. hic enim, qui circa nos est, solū sensibiliū locus, in corruptione & generatione est, qui nulla (ut ita dicam) uniuersi pars est. unde iustius fuisset, propter illa, ista etiam absoluisse, q̄ propter ista, illa condemnasse. Item manifestum est, q̄ & ad istos eadem dicemus, quæ olim dicta sunt. q̄ enim est immobilis quædam natura, ostēdendū, & persuadendum est eis. At accidit eis, qui simul dicunt esse, & nō esse, magis dicere quiescere cuncta, q̄ moueri. nō enim est, in quo quicquam moueretur, nam omnia omnibus insunt. De ueritate uero, q̄ non omne, quod apparet, uerum sit, primo quidem neq; sensus proprii, fallax est. sed phantasia non est idem, quod sensus. Deinde admiratione dignum est, si hoc dubitāt, utrū tantæ sint magnitudines, tales q̄ colores, quales eminus, an quales cominus apparent. et utrū qualia sanis, an qualia ægrotantibus. & grauiora utrum qualia debilibus, an qualia robustis. & uera, utrum qualia dormientibus, an qualia uigilantibus. Quod enim non arbitrātur, patet. nemo etenim si noctu existimet se Athenis esse, cum in Libya sit, ad Ariopagum uadit. Item de futuro (ut Plato quoq; ait) non est profecto similiter certa medici, & ignari opinio. utputa, de futuro sano, aut non futuro. Item ipsismet sensibus, non est similiter certus, qui alieni est, & q proprii. nec illius, qui prope est, & ipsiusmet. sed de colore quidem uisus, nō gustus, de sapore gustus, & non uisus, quorū nullus unquam ait eodem tempore circa idem simul ita, & non ita se habere. at nec in alio tempore circa passionem dubitarint, sed circa illud, cui passio accidit. dico autem ueluti idem quidem uinum, aut ipsum mutatū, aut corpore mutato, uideri possit quādoq; dulce, quandoq; non dulce. sed non ipsum dulce cum quale est, sit, unquā mutatū est, sed semper uerificatur de eo. & quod futurum est dulce, necessario tale est. attamē omnes illæ orationes, hoc

tiones, hoc perimunt. & quemadmodum substantiam non esse ullius, ita nec quicquam necessario esse. necessarium enim non contingit aliter, & aliter se habere. Quare siquid necessario est, non ita, & non ita habebit, & simpliciter si sensibile solum esset, nihil esset profecto, cum animata non essent. sensus nanq; non esset. neq; sensibilia itaq;, neq; sensiones esse, fortassis uerum esset. sentientis enim hæc passio est. ipsa subiecta, quę sensum faciunt, non esse etiam absq; sensu. hoc impossibile est. sensus nanq; non ipse est suiipsius, sed est aliquid aliud etiam præter sensum, quod necesse est prius sensu esse. mouens enim, natura prius est moto. & si ad seinuicē dicuntur ipsa eadem, nihil minus.

Caput VI.

s Vnt aūt qdam eoꝝ qbus de his persuasum est, q̄ q̄ has orationes solū dicūt, q dubitant. quærūt etenim, qs eū, q sanus est, & oīno q circa singula recte iudicarit, examinet. Tales aūt dubitationes, similes sunt, ac siqs dubitaret, utrū dormimus nūc, an uigilamus. tales nāq; cūctæ dubitationes, idem possunt. de omnibus etenim hi dignū ducūt rationem esse. principiū nanq; (& hoc per demonstrationem) accipere quærūt. Q d̄ aūt non est eis persuasum, ex eoꝝ actionibꝰ manifeste apparet. sed (ut diximus) iste eoꝝ affectus est. rationem nāq; eoꝝ quærūt, quoꝝ non est ratio. demonstratiōis enim principiū, non est demonstratio. His qdem facile hoc persuadebit̄. non enim est difficile perceptu. q uero in oratione solū uim quærūt, impossibile quærūt. contraria nāq; dicere dignū censent, mox contraria dicentes. Si aūt non sunt omnia ad aliqd, sed quædam ipsa per seipsa sunt, non erit utiq; ueꝝ oē, quod apparet. apparens enim, alicui est apparens. quare q dicit omnia uera, quę apparent esse, omnia entia facit ad aliqd. Quare obseruandū est iis, q uim in oratione quærunt, simulq; reddere orationem dignum ducūt, quod non quod apparet est, sed quod apparet, cui apparet, & quando apparet, & quatenus, & quomodo. Quod si reddant qdem orationem, non tamen ita reddant, accidet eis q̄primū contraria dicere. potest etenim eidem secūdum uisum qdem mel apparere, gustu autem non. & cū oculi duo sint, si sint dissimiles, non eadem utriq; uisui. Cæterū ad eos, q propter olim dictas causas, quod apparet uerū esse dicūt, & ob hoc omnia similiter esse falsa & uera, nec sane omnibus eadem apparere, nec eidem semper eadem, sed plerūq; cōtraria, etiam eodem tempore. tactus etenim duo dicit in digitoꝝ uariatione, uisus autem unū. sed neq; eodem sensu, & secūdum idem, & eodem modo, & in eodē tempore. quare hoc esset ueꝝ profecto. Sed ob hoc fortassis iis, q non propter dubitationem, sed orationis gratia dicūt, necesse est dicere, q̄ hoc non sit uerū, sed huic uerū. & (ut antea dictū est) necesse est, ad aliqd, & ad opinionē, & ad sensum oīa facere. quare nec factum est, nec erit qcq̄, si nemo prius opinatus sit. qd̄ si factū fuit, aut erit, patet q̄ non ad opinionem oīa sunt. Itē si unū ad unū, aut ad determinatū, & si idem est, & dimidiū, & æquale, non tamen ad duplū, qd̄ æquale est. ad opinionem itaq;, si idem est homo, & qd̄ opinatū est, non est homo, qd̄ opinat̄, sed qd̄ opinatū est. Q d̄ si unūquodq; ad illud erit, qd̄ opinat̄, infinita specie, qd̄ opinat̄ erit. Quod igit̄ oīum certissima opinio est, non esse simul ueras oppositas dictiones, & qd illis, q sic dicūt accidat, & cur ita dicūt, hæc demū dicta sint. Cū uero impossibile sit contradictionem simul de eodē uerificari, patet q̄ neq; contraria simul eidem inesse contingit. contrarioꝝ enim alteꝝ non minus priuatio est. subst antiæ uero priuatio, negatio a quodam determinato genere est. si impossibile itaq; est simul affirmare, & negare uere, impossibile est etiam contraria simul inesse. sed aut ambo secūdum aliqd, aut alteꝝ secūdum aliqd, alterū simpliciter.

Cap. VII.

a T uero nec inter contradictionem possibile est qcq̄ mediū esse, sed necesse est dicere, aut negare unum quodcūq; de uno. manifestū aūt est primo qdem definientibꝰ, qd ueꝝ, qd̄ue falsum est. dicere nāq; ens non esse, aut hoc esse, falsum. ens aūt esse, & non ens non esse, ueꝝ est. Quare & q dicit esse, aut non esse, uerū dicet, aut mentiet̄. sed nec ens, dicit̄ non esse, aut esse, nec nō ens. Item mediū inter ꝓtradictionē, aut erit quē admodū fuscū inter albū & nigrū, aut quēadmodū neutrū inter hominem & equū. si itaq; ita est, nō mutabit̄ ꝓfectó. ex nō bono nāq; in bonū mutat̄, aut ex hoc in nō bonū. nūc uero semp apparet. nō. n. est mutatio, nisi ad opposita & media. q̄ si est mediū, etiā sic aliq erit in albū nō ex nō albo gn̄atio. nūc aūt nō uidet̄. Itē oē intellectuale, aut intelligibile, mens aut affirmat, aut negat. hoc uero ex definitione patet, cū ueꝝ dicat, aut mentiat̄. cum. n. sic componēs dicat, aut neget, ueꝝ dicit. cū uero sic, mētit̄. Itē in oībꝰ ꝺictionibꝰ eē oportet, nisi oīonis gr̄a dicat̄. q̄re neq; ueꝝ dicet aliqs, neq; nō ueꝝ, & ꝓter ens & nō ens erit. q̄re ēt ꝓter gn̄ationē & corruptionē, trāsmutatio aliq̄ erit. Itē in qbuscūq; gn̄ibꝰ negatio ꝺriū inducit, in his ēt erit. utputa in nūeris nec ípar, nec nō ípar, nūerꝰ. sed ípossibile ē. ex definitiōe aūt ē mānifestū. Itē in ífinitū ꝓcedet. &

entia non ſolum ſequialtera, ſed etiam plura erunt. rurſus nanq; hoc negare erit ad affirmatio-
nem, & negationem. & hoc quicq̃ erit. ſubſtantia nanq; eius eſt alia q̃dã. Itẽ cũ aliquo interro-
gante an album eſt, dicat q̃ non, nihil aliud negauit niſi ipſum eſſe. ipſum uero nõ eſſe, negatio
eſt. Aduenit autem quibuſdam opinio iſta, ſicuti cæterę quoq; præter communem opinionem
ſunt. cum enim non poſſint argumenta contentioſa ſoluere, cedunt orationi, aſſentiunt̃q; uerũ
eſſe quod ſyllogiſatum eſt. Quidam itaq; ob talem cauſam dicũt. qdam uero, ꝓpterea q̃ oĩum
cauſam quærunt, principium uero ad hos omnes, ex definitione. fit autem definitio ex eo, q̃ ne
ceſſarium eſt aliquid eos ſignificare. ratio enim, cuius ſignum eſt nomen, definitio fit. Videtur
autem Heracliti quidem opinio, omnia eſſe & non eſſe dicens, uera omnia facere. Anaxagorę
uero, eſſe aliquid, contradictiõis medium quare omnia falſa. Cum enim miſcentur, neq; bonũ
neq; non bonum eſt illud miſtum. quare nihil eſt dicere uerum. Caput VIII.

h Is autem determinatis, manifeſtum eſt, q̃ illa quoq; quæ uno modo, & de omni
bus dicuntur impoſſibile eſt eſſe, ut quidam aiũt quidam quidem. nullum dicen
tes uerum eſſe. nihil enim prohibere ita cuncta eſſe aiunt, uti diametrum commẽ
ſurabilem eſſe. quidam uero, omnia uera. ferè enim rationes eorum, eędem, quę
& Heracliti ſunt. qui enim dicit q̃ omnia uera & omnia falſa, etiam ſeparatim utrãq; harum
orationum dicit, quare ſi hæc impoſſibilia ſunt, illa quoq; impoſſibilia eſſe neceſſe eſt. Item pa
tet q̃ contradictiones ſunt, quas non poſſibile eſt ſimul ueras eſſe, neq; falſas. Et ſi id uideri poſ
ſit magis contingere ex iam dictis, ad has tamen omnes rationes petere oportet, ut in ſuperio-
ribus ſermonibus dictum eſt, non ſi ſit aliquid aut non ſit, ſed ſi aliquid ſignificat. quare ex de-
finitione diſputandum eſt, accipientibus quid uerum quid ue falſum ſignificat. Si autem nihil
aliud eſt quam quod uerum eſt affirmare, aut qd̃ negare falſum eſt, impoſſibile eſt oĩa falſa eſ
ſe. neceſſe eſt enim alterã ꝓtradictionis partem, uerã eſſe. Item ſi omne aut affirmare, aut nega-
re neceſſe eſt, impoſſibile eſt utraq; falſa eſſe. altera enim contradictionis pars, falſa eſt. Accidit
autem (quod etiam publice fertur) his omnibus orationibus eas ſeipſas perimere, quę enim oĩa
uera dicit, contrariam quoq; ſibi orationem ueram facit. quare ſuam ipſius non ueram. contra
ria nanq; dicit eam non eſſe ueram, qua uero omnia falſa, & hæc ſeipſam. Quod ſi excipiant
illa quidem contrariam, q̃ ſola non uera eſt, hæc uero ſeipſam, q̃ ſola non falſa, nihilo minus
infinitas accidit eis petere orationes ueras & falſas. qui enim dicit ueram orationem eſſe uerã,
conſentit huic q̃ uera eſt. hoc uero in infinitum procedet. Clarum autem eſt, q̃ nec illi, qui o-
mnia quieſcere dicunt, uerum dicunt, nec qui omnia moueri. etenim ſi omnia quidem quie-
ſcunt, ſemper eadem uera, & falſa erunt. apparet autem hoc tranſmutari, q enim hoc dicit, ali
quando ipſe non erat. & rurſus non erit. Si uero omnia mouentur, nihil erit uerum. cũcta ergo
falſa. ſed demonſtratum eſt, hoc impoſſibile eſſe. Item neceſſe eſt, ens tranſmutari. ex aliquo
nanq; ad aliquid tranſmutatio. At uero, nec omnia quieſcunt, aut mouentur aliquando, ſemp
uero nihil. Eſt enim quiddam, quod ſemper mouet ea, quę mouentur. & primum mouens,
ipſum immobile eſt.

QVINTVS METAPHYSICORVM ARISTOTELIS INTER-
PRETE BESSARIONE AD ALPHONSVM REGEM.

Rincipiũ, hoc qdem dicitur illud rei, a᷑ quo qs primũ mouetur. utputa, ma
gnitudinis, & uię. hinc qdem, hoc principium eſt. Ex oppoſito uero aliud
principiũ eſt illud, unde quodq; optime fiat. ut doctrinę. nõ a᷑ primo, ac rei
p principio, aliquãdo inchoandũ eſt, ſed unde qs facilius diſcat. Aliud aũt, a᷑
quo primo inſito fit. ut nauis, carina. & domus, fundamentũ. aĩaliũ quoq;
qdã cor, qdam cerebr̃, qdam quodcũq; tale contingit, putant. Aliud uero,
a᷑ quo primo non inſito fit, & a᷑ quo primo natura aptus eſt motus, & trãſ-
mutatio inchoari. ut proles, ex patre & matre. & bellũ, ex ꝓtumelia. Aliud porro᷑ id, ad cui⁹ ele
ctionẽ mouent̃, quæ mouent̃, & mutant̃, quæ mutant̃. quẽadmodũ ciuitatũ principatus, po-
tentiæ, regna, & tyrãnides principia dicunt̃. etiam artes, & ex his maxime architectonicæ. Itẽ
unde primũ res cognita eſt, illud quoq; principiũ rei dicit̃. utputa, demonſtrationũ, ſuppoſitio-
nes. Toties autem, cauſæ quoq; dicunt̃. oẽs nãq; cauſę, principia. Omnibus igit̃ principiis com
mune eſt, eſſe primum, unde aut eſt, aut fit, aut cognoſcit̃. horum uero quædam intrinſecus,
quædam extrinſecus ſunt. Quare natura quoq; principium eſt, & elementum, mens etiam,
& electio.

& electio, & ſubſtantia, & quod cuius cauſa. multis etenim & cognitionis, & motus principiũ,
ipſum bonum, & malum. Caput II.

Auſa uero uno modo dicitur, ex qua inſita aliquid fit. ut æs, ſtatuæ, & argentũ,
pateræ, & horum genera. Alio uero, ſpecies, & exemplar. hæc autem eſt ratio
c eius, quod quid erat eſſe. & horum genera. ut ipſius diapaſon, duo ad unum. &
ſimpliciter, numerus, & partes, quæ in ratione ſunt. Item, unde principium mu-
tationis primum, aut quietis. ut qui conſuluit, cauſa. & pater, prolis. & ſimplici-
ter, faciens, eius quod factum eſt. & tranſmutatiuum, tranſmutati. Item, ut finis. hæc autem, eſt
cuius cauſa. ut ambulandi, ſanitas. propter quid enim ambulat, dicimus ut ſanetur. & cum ita
dicamus, putamus cauſam reddidiſſe. & quæcunq;, inter illud mouens, & finem, media fiunt.
ut ſanitatis, attenuatio, purgatio, medicamenta, aut inſtrumenta. omnia etenim hæc, finis gra
tia ſunt. differunt uero ab inuicem, eo quod hæc qdem ut inſtrumenta, illa uero ut opera ſunt.
Cauſæ itaq; fere᷑ toties dicuntur. At cum multifariam cauſæ dicantur, accidit multas quoq;
eiuſdem non ſecundum accidens cauſas eſſe. ut ſtatuæ, & ars ſtatuaria, & ipſum æs non ſe-
cundum aliud quippiam, ſed prout ſtatua eſt. non tamen eodem modo, ſed hoc quidem ut
materia, illa uero ut unde motus. Et inuicem, cauſas eſſe. ut laborare, bonæ habitudinis. hæc
uero, laborandi. non tamen eodem modo. ſed hæc quidem, ut finis, illud uero, ut principium
motus. Item, idem aliquando contrariorum cauſa eſt. quod enim cum adſit, alicuius cauſa
eſt. idem cum abſit, cauſam contrarii nonnunquam dicimus. ut abſentiam gubernatoris, nau
fragii. cuius præſentia, ſalutis cauſa erat. ambæ autem & præſentia, & priuatio, tanquam mo
uentes cauſæ ſunt. Omnes autem nunc dictæ cauſæ, in quatuor incidunt manifeſtiſſimos mo
dos. elementa etenim ſyllabarum, & materia factorum, & ignis, & terra, & omnia huiuſce-
modi corporum, partes quoque totius, & ſuppoſitiones concluſionis, cauſæ ſunt, ut ex quo.
Harum uero hæc quidem tanquam ſubiectum, ut partes. hæc uero tanquam quod quid erat
eſſe, ut totum, & compoſitio, & ſpecies. Semen uero, & medicus, & conſiliator, & ſimpli-
citer efficiens, omnia unde tranſmutationis, aut ſtatus principium. Cætera uero, tanquam
finis, & bonum aliorum. quod enim cuius cauſa, optimum, & finis aliorum uult eſſe. nil au-
tem differat, bonum id, an apparens bonum dicatur. Hæ itaq;, cauſæ, ac tot ſpecie ſunt. modi
autem cauſarũ, numero quidem multi ſunt, in pauciores autem reducuntur. Dicuntur etenim
cauſæ etiam earum, quæ eiuſdem ſpeciei ſunt, multipliciter, prius uidelicet, & poſterius alia,
quam alia. ut ſanitatis, medicus, & artifex. & ipſius diapaſon, duplum & numerus, & illa ſem
per, quæ continent quodcunq; particularium. Item ut ipſum accidens, & eorum genera, ut ſta
tuæ, aliter Polycletus, & aliter ſtatuarius, quia accidit ſtatuario Polycleto eſſe. & ea, quæ con
tinent accidens, ut homo cauſa ſtatuæ. aut ſimpliciter animal, quoniam Polycletus homo,
homo autem animal eſt. Eſt autem accidentium quoque aliud alio remotius, & propinqui
us. utputa, ſi albus, & muſicus dicantur ſtatuæ cauſa, & non ſolum Polycletus, aut homo.
Præter omnes autem, quæ proprie dicuntur, quæ᷑ue ſecundum accidens, aliæ ut potentia di-
cuntur, aliæ ut agentes. ut ædificii extruendi, ædificator, aut ædificans ædificator. Similiter
autem, illæ quoque dicuntur, de iis, quorum cauſæ ſunt. ut huius ſtatuæ, aut ſtatuæ, aut ſimpli
citer imaginis. aut huius æris, aut æris, aut ſimpliciter materiæ. & de accidentibus ſimiliter.
Item hæ, & illæ, coniunctæ dicentur. utputa non Polycletus, nec ſtatuarius, ſed Polycletus
ſtatuarius. Attamen hæ omnes, multitudine quidem ſex ſunt. dicuntur autem dupliciter. aut
enim ut ſingulare, aut ut genus eius. aut ut accidens, aut ut genus accidentis. aut ut coniun-
ctæ, aut ſimpliciter dictæ. item tanquam agentes, aut ſecundum potentiam. Differunt au-
tem, eo quod agentes quidem & ſingulares ſimul ſunt, & non ſunt, tam ipſæ, quam illa, quo-
rum cauſæ ſunt. ueluti hic medicans, huic conualeſcenti. & hic ędificator, huic, quod ędifica-
tur. Quod uero ſecundum potentiam, non ſemper. corrumpitur enim non ſimul domus,
& ędificator. Caput. III.

Lementũ dicitur, ex quo componitur primo inexiſtenti indiuiſibili ſpecie in ali-
am ſpeciem. ut uocis elementa, ex quibus componitur uox. Et in quę ultima, di-
e uiditur. illa uero, non amplius in alias uoces ab ipſis ſpecie diuerſas. ſed & ſi diui
dantur, particulę tamen eorum eiuſdem ſpeciei ſunt. ut aquę particula, aqua. ſed
non ſyllabę. Similiter etiam corpo᷑ elementa dicunt, ea dicentes ultima, in quę
corpora diuidunt̃. Illa uero, non amplius in alia ſpecie differentia corpora. & ſiue unum, ſiue
plura huiuſcemodi ſint, hęc elementa aiunt. Similiter autem figurationum quoq; elementa

dicuntur, ac simpliciter demonstrationum. Primæ enim demonstrationes, quæ in pluribus demonstrationibus insunt, hæ elementa demonstrationum dicuntur. sunt autem tales, primi, ex tribus per unum medium syllogismi. Hinc autem metaphorice appellant etiam elementum, quod unum & paruum existens, ad plura utile sit. Quare & paruum, & simplex, & indiuisibile, elementum dicitur. Vnde euenit, quæ maxime uniuersalia sũt, elementa esse. quoniam cum unumquodq; eorum unũ, & simplex sit, in multis, aut omnibus, aut quamplurimis inest. Et unum, & punctum, principia esse uidetur. Cum itaq; illa quæ genera uocantur, uniuersalia, & indiuisibilia sint (una enim est ipsorũ ratio) genera quidam dicũt elementa. & magis quàm differentiam, quoniam genus magis uniuersale est. cuicũq; enim differentia inest, genus quoq; sequitur illud. cui uero genus, non utiq; differentia. Omnibus uero commune est, illud cuiusq; esse elementum, quod primum cuiq; inest.

Caput IIII.

n Atura uero, dicitur uno quidem modo nascentium generatio. ut siquis producta uoce dicat Y. Alio uero, ex quo primo in existente generatur, quod gignitur. Item, unde primus motus in unoquoq; eorum, quæ natura sunt, in eo secundum quod ipsum est. nasci autem dicuntur, quæcũq; incrementum per aliud habent, tangendo, & connascendo, aut adnascendo, sicuti embriones. Differt autem connascentia a tactu. hic enim nihil aliud præter tactum necesse est esse. in connascentibus uero, est quiddam unum in ambobus idem, quod propter id, quod se contingant, facit ut connascantur, & unum secundũ continuationem, & quantitatem non secundũ qualitatem sint. Item natura dicitur, ex quo primo inordinato existente, & immobili ex sua potentia, aut est, aut fit aliquid eorum, quæ natura sunt. ut statuæ, uasorum'q; æneorum, æs, natura dicitur. ligneorum uero, lignum. similiter autem & de cæteris. ex his enim unumquodq; est, prima materia salua. hoc enim modo, & eorũ, quæ natura sunt, elementa dicũt esse naturam. quidam, ignem. quidam terram. qdam aerem. quidam aquam. quidam, aliquid aliud tale dicentes. & quidam, aliqua horum. quidam uero, hæc omnia. Alio item modo, natura dicitur substantia eorum, quæ natura sunt. sicuti q dicunt, naturam esse primam compositionem. aut, sicut Empedocles dicit, quod nullius entium natura est, sed mistio solum, & mistorum permutatio est. natura uero ab hominibus nominatur. Quare & quęcunq; natura sunt, aut fiunt, iam existente, ex quo aptum est fieri, aut esse, non dũ dicimus naturam habere si speciem, & formam non habeat. Natura igitur, quod ex ambobus his est. ut animalia, & partes eorum. Natura uero hæc, prima materia. & hæc, dupliciter. aut quæ ad ipsum prima, aut simpliciter prima. utputa operum æneorum, ad ipsa quidem æs primum. simpliciter autem, aqua fortassis, si omnia quidem liquabilia aqua. Hæc species, & substantia. hæc autem est generationis finis. Metaphorice uero, omnino omnis substantia, natura propter hanc dicitur. quoniam & natura, est aliqua substantia. Ex dictis itaq; prima, & quæ proprie dicitur natura, est substantia eorum, quæ in seipsis, ut ipsa sunt, motus principium habent. materia enim eo quod huius est susceptiua, dicitur natura. generationes autem, ac ipsum nasci, eo quod ab hac motus sunt. principium quoq; motus eorum, quæ natura sunt, hæc est, insita quodammodo aut potentia, aut actu.

Cap. V.

n Ecessarium dicitur, sine quo non contingit uiuere tanquam concausa. ut respirare, & alimentum, animali necessarium est. impossibile enim est, absque his animal esse. Et sine quibus, bonum non contingit aut esse, aut fieri, siue aliquid mali repellere, aut eo priuari. ut bibere potionem medicatam, necessarium est, ut non ægrotet. & in Aeginam nauigare, ut pecuniam recipiat. Item, uiolentum, & uis. hoc autem est, quod præter propositum & electionem obstat, & prohibet. uiolentum enim, necessarium dicitur. quare etiam triste, ut Euenus quoque ait. omnis nanq; necessaria res, tristis est. & uis, necessitas quædam est. quemadmodum Sophocles dicit, etiam uis me cogit hæc facere. & recte, necessitas uidetur ineuitabile quiddam esse. contrarium enim uoluntario, & secundum cogitationem motui est. Item, quod non contingit aliter se habere, necesse dicimus, ita se habere. & secundum hoc necessarium, cætera quoq; omnia dicuntur quodam modo necessaria. nam & ipsum necessarium aut agere, aut pati, tunc dicitur, cum non contingat propter illud, quod uim infert, secũdum propositum fieri, tanquam illa existente necessitate, propter quam non contingit aliter. & in eis, quæ concausæ uiuendi, & boni sunt, similiter. cum enim non contingat, hic quidem ipsum bonum, hic uero ipsum uiuere, & esse sine q̃busdam, hæc necessaria. & hæc causa, necessitas quædam est. Item demonstratio, necessariorũ est. quoniam non contingit aliter se habere, si simpliciter demonstratum est. huius uero causę, ipsa prima,

ipsa prima, si impossibile est aliter se habere, ex quibus fit syllogismus. Quorundam itaq; alia est causa, ut necessaria sint. quorundam uero nihil, sed propter hæc, alia necessario sunt. Quare & proprie necessarium est, quod simplex est. hoc enim non potest multipliciter se habere. quapropter, nec aliter & aliter. etenim multipliciter se haberet. Si igitur aliqua perpetua, & immobilia sunt, nihil in eis uiolentum, aut præter naturam est.

Caput VI.

u Num, dicitur uno modo secundum accidens. altero, per se. secundum accidens quidem, Coriscus, & musicum, & Coriscus musicus. Idem enim est dicere Coriscus, & musicum, & Coriscus musicus. & musicum & iustum, & musicus iustus Coriscus. Cuncta etenim hæc, unum dicuntur secũdum accidens. iustum quidem & musicũ, quoniam uni substantię accidunt. musicum uero, & Coriscus, quoniam alterum alteri accidit. similiter etiam quodam modo musicus Coriscus, cum Coriscо, unum est. quoniam altera partium earum, quæ in oratione sunt, alteri accidit. utputa musicũ, Coriscо. & musicus Coriscus, iusto Coriscо, quoniam utriusq; pars una, eidem uni accidit. nihil enim differt, aut Coriscо musicum accidere, aut isti hoc. similiter autem, tam si de genere, quàm si de aliquo uniuersaliũ nominum accidens dicatur. utputa, quod idem homo, & musicus homo. aut enim homini, q una est substantia musicum accidit, aut quoniam ambo alicui singularium accidũt, ueluti Coriscо. non tamen, eodem modo ambo insunt. sed hoc quidem, ut genus fortassis, & ut in substantia, illud uero ut habitus, aut passio substantiæ. Quæcunq; itaq; secundum accidens unum dicunt, hoc modo dicuntur. Illorum uero, quæ per se unum dicuntur, hæc quidem dicuntur eo, quod continua sunt. ut fascis, uinculo. & ligna, uisco. linea quoq;, etiam si curua sit, sed continua, una dicitur. sicuti partium etiam unaquæq;, crus, & brachium. Ex his autem ipsis, illa magis unum sunt, quæ natura, quàm arte continua sunt. continuum uero dicitur, cuius unus per se motus, et non potest aliter esse. unus uero, qui indiuisibilis. indiuisibilis autem, secundum tempus. Secũdum se autem continua, quæcunq; non tactu unum sunt. si enim pones inuicem tangentia ligna, non dices ea unum, neq; lignum, neq; corpus, nec aliquid continuũ esse. igitur & illa quęcunq; omnino continua sunt, unum dicuntur etiam si habeant flexionem. & adhuc magis, quę non habent. ut tibia, aut femur, quàm crus. quoniam contingit, unum non esse motum cruris. & recta magis, quàm curua, unum est. curuam uero, & angulum habentem, & unam, & non unam dicimus. quoniam contingit, & non simul eius motum, & simul esse. rectæ uero, semper simul, nullá q; particula magnitudinem habens, hæc quidem quiescit, hæc uero mouetur, quemadmodum curuæ. Alio item modo unum dicitur, cum subiectum sit specie indifferens. indifferens autem, quorum species indiuisibilis secundum sensum est. subiectum uero, aut primum, aut ultimum ad finem. etenim uinum unum, & aqua una dicitur, quatenus indiuisibilis secundum speciem est. liquores'q; omnes, ut oleum, uinum, & liquabilia unum dicuntur, quoniam omnium ultimum subiectum idem est. aqua nãq; & aer, hęc, omnia sunt. Dicuntur autem unũ, & quorum unum genus differens oppositis differentiis. ac cuncta hæc, unum dicuntur, quoniam unum est genus subiectum differentiis. ut homo, equus, canis, unũ quid. quoniam omnia, animalia. Et quodam simili modo, sicuti materia una. Hæc autem quandoq; quidem, ita unũ dicuntur, quandoq; uero superiore genere. quod idem dicitur, si ultimæ generis species sunt, illa autem superiora ipsis. utputa triangulus duorum ęqualium laterum, una & eadem figura cũ triangulo trium æqualium laterum est. ambò etenim trianguli, sed non iidem trianguli. Item unum ea dicuntur, quorum ratio, quod quid erat esse dicens, indiuisibilis ad aliam est, qd erat erat esse rei significantem. ipsa enim per seipsam omnis ratio, diuisibilis. sic enim & auctum, & diminutum unum est, quoniam ratio una. quemadmodũ in superficieb⁹ est ipsius speciei una. Et omnino quorũcũq; intellectio, quę quod quid erat esse intelligit, indiuisibilis est, neq; separare potest nec tẽpore, nec loco, nec ratione, hæc maxime unũ sunt. & hoꝝ, quęcũq; substãtiæ sunt. Vniuersaliter nãq; quotcũq; nõ habẽt diuisionẽ, quatenus nõ habẽt, eatenus unũ dicunt̃. utputa, si prout homo non habet diuisionem, unus est homo. ꝙ si prout aĩal, unũ aĩal, ꝙ si ꝓut magnitudo, una magnitudo. Plurima itaq;, unũ dicunt̃, eo ꝙ aliqd unũ aut agũt, aut patiunt̃, aut habent, aut ad aliqd unũ sunt. Quæ uero primo nnũ dicunt̃, illa sunt, quoꝝ substantia una. una uero, aut ꝓtinuatione, aut specie, aut ratione. numeramus etenim tanq̃ plura, aut quæ non ꝓtinua sunt, aut quoꝝ spẽs non est una, aut quoꝝ ratio nõ est una. Itẽ est qdẽ, ut quotcũq; dicamus cõtinuitate unũ esse, modo q̃tum & continuũ sit. est aũt ut non, si non aliqd totũ sit. hoc aũt, si non hẽat spẽm unã. non. n. dicemus similiter unũ (cũ uiderim⁹ ꝓtes calceamenti quomodocũq; cõpositas) ꝓpter ꝓtinuitatem, sed si ita, ut calceamẽtũ sit, ac quãdã spẽm hẽat, tũc unũ.

Quare maxime linearum, circuli linea, una est, quoniam tota, & perfecta est. Vni autem esse, principium est alicui numero esse. prima enim mensura principium est. quo nanq; primo cognoscimus, hæc prima cuiusque generis mensura. Principium itaq; scibilis circa unum quodq;, ipsum unum. non est autem, idem in cunctis generibus unum. sed hic quidem, diesis. hic uero, uocalis aut muta. grauitatis autem, aliud. & motus, aliud. ubiq; autem, ipsum unum aut quantitate, aut specie indiuisibile. Illud igitur, quod secundum quantum, & prout quantum indiuisibile est, quod quidem omnino, & sine positione est, dicitur unitas. quod uero omnino & positionem habens, punctum. quod autem secundum unum, linea. quod uero secundum duo, superficies. quod autem omnino, & in tria secundum quantum diuisibile, corpus. & econuerso. in duo quidem diuisibile, superficies est. quod uero in unum, linea. quod autem nequaquam secundum quantitatem diuisibile est, punctum & unitas est. quæ quidem sine positione, unitas. quod uero habet positionem, punctum. Item alia numero, alia genere, alia specie, alia analogice, unum sunt. Numero quidem, quorum materia una. specie uero, quorum ratio una. genere autem, quorum eadem prædicationis figura. secũdum analogiam uero, quæcũq; se habent, ut ad aliud. Semper autem posteriora sequuntur præcedentia. utputa quæcunq; numero, specie quoq; unum sunt. quæcunq; uero specie, non etiam numero, sed genere cũcta unum sunt quæcunq; etiam specie. quæcũq; autem genere, non omnia specie, sed secundum analogiam. quæcunq; uero analogia unum, non omnia genere. Manifestũ autem etiam est, quod multa quoq; uni oppositę dicuntur. quædam enim, eo quod non sint continua. quædam uero, eo quod diuisibilem secundum speciem materiam habeant, aut primam, aut ultimam. quædam autem, eo quod rationes, quod quid erat esse dicentes, plures sint.

Caput VII.

e Ns dicitur aliud secundum accidens. aliud per se. secundum accidens quidem, ut iustum musicum esse dicimus. & hominem musicum, ac musicum hominem, similiter dicentes. at cum dicimus musicum ædificare, quia accidit ædificatori musico esse, aut musico ædificatori. hoc etenim hoc esse dicere, significat hoc huic accidere. ita igitur de iis, quæ dicta sunt, cum hominem dicimus musicum esse, & musicum hominem, aut album musicum, siue hunc album. hoc quidem, quoniam ambo eidem accidũt. illud uero, quoniam enti accidit. Hoc autem musicum hominem, quoniam huic musicum accidit. ita etiã dicitur album esse, quoniam cui accidit illud est. Quæ igitur secundum accidens esse dicuntur, ita dicuntur, aut quoniam eidem enti ambo insunt, aut illi enti inest, aut quoniam ipsum inest, cui inest, de quo ipsum prædicatur. per se uero esse dicuntur, quæcunq; significant prædicationis figuras. quoties enim dicuntur, toties ipsum esse significant. cum ergo eorum, quæ prædicantur, quædam ipsum quid est significant, quædam quale, quædã quantum, quædam ad aliquid, quædam facere, aut pati, quædam ubi, quædam quando, horum cuiq; idem ipsum esse significat. nihil enim differt homo conualescens est, aut homo conualescit. & homo ambulans uel incidens est, aut homo ambulat, uel incidit. similiter in aliis quoq;. Itẽ ipsum esse, & ipsum est, significat, quod uerum est. ipsum uero non esse, quod non uerum, sed falsum. similiter, tam in affirmatione, quam in negatione. utputa, quod Socrates musicus est, quoniam uerũ hoc est. aut quoniam Socrates non albus, quoniam uerum. Quod autem diameter non sit incommensurabilis, quoniam falsum est. Item ipsum esse, & ipsum ens, quoddam eorum, quę dicta sunt, potentia dici posse significat, quoddam actu. uidens etenim dicimus esse, & quod potentia, ut dicit, uidet, & quod actu. ipsum quoq; sciens similiter, & quod potest uti scientia, & quod iam utitur. ac etiam quiescens, tum illud, cui iam inest quies, tum quod quiescere potest. similiter autem in substantiis. etenim Mercurium in lapide dicimus esse, & lineæ medietatem. ac triticũ, quod non dum maturum est. quando uero possibile, & quando non, in aliis determinandum est.

Caput VIII.

f Vbstantia dicuntur & simplicia corpora, ut terra, ignis, aqua, & quæ talia sunt. & uniuersaliter, corpora, & quæ ex his consistũt animalia, & dæmonia, ac eorum particulæ. hæc uero omnia dicuntur substantia, quoniam non dicuntur de subiecto, sed de eis cætera. Alio uero modo, quodcũq; fuerit causa existentię, talibus'q; inexistẽs, quæ non dicuntur de subiecto, ut anima animali. Item quæcunq; particulæ insitæ sint in talibus, definientes, & quod quid significantes, quibus peremptis, totum perimitur. ut superficie, corpus, ut quidam aiunt. & linea, superficies. & uniuersaliter, numerus uidetur quibusdam talis esse (eo etenim perempto, nihil esse) & omnia terminare. Item quod quid erat esse, cuius ratio, definitio est. & hoc, uniuscuiusq; substantia dicitur. Accidit igitur duobus modis substantiã dici, &

dici, & ipsum ultimum subiectum, quod non dicitur de alio, & id, quod cum quod quid sit, etiam separabile fuerit. tale uero cuiusq; forma, & species.

Cap. IX.

e Adem uero, quædam secũdum accidens dicuntur. ut albũ, & musicum idem, quoniã eidem accidũt. ac homo & musicum, quoniã alterũ alteri accidit. musicus uero homo, quoniã musicum, homini accidit. utriq; uero hoc, & huic utrũq; illorum. etenim homini musico, & homo & musicũ idem dicit. & his illud. Quare omnia hæc, uniuersaliter non dicunt. non enim est uerum dicere, q omnis homo idem & musicum. uniuersalia nãq; p se existunt. accidentia uero, non per se. sed de singularibus simpliciter dicuntur. idem enim uidetur Socrates, & Socrates musicus esse. Socrates enim, non de multis. quare non dicitur omnis Socrates, sicuti omnis homo. quædam igitur ita dicũtur eadem. Quædam uero per se, sicuti & unum. etenim quorum materia, aut specie, aut numero una, eadem dicuntur. & quorum substantia, una. Quare patet, q identitas unitas quædam essentiæ est, aut plurium, aut cũ ut pluribus utatur. utputa cũ dicat ipsum sibiipsi idem, ut duobus enim ipso utit. Diuersa uero dicuntur, quorũ aut species plures, aut materia, aut ratio substantiæ. & omnino, diuersum dicitur oppositę ad id, quod idem dicitur. Differentia uero dicuntur, quæcũq; diuersa sunt, cum idem quid sint, modo non sint idem numero, sed aut specie, aut genere, aut proportione. Item, quorum diuersum genus, & contraria, & quæcunq; diuersitatem in substantia habent. Similia dicuntur & quæ idem passa sunt. & quæ plura eadem q̃ diuersa, passa sunt. et quorum, qualitas una. ac secundum quęcũq; contrariorum alterari cõtingit, id, quod plura his aut magis ꝓpria habet, simile illi est. Oppositę uero similib⁹, dissimilia dicunt.

Cap. X

o Ppositа dicuntur, contradictio, contraria, ad aliquid, priuatio & habitus. & ea, ex quib⁹, & in quę ultima. ut generationes & corruptiones. & quæcũq; susceptiuo amborum, non contingit simul adesse, hæc opponi dicunt aut ipsa, aut ex quib⁹ sunt. fuscum nãq; & albũ, simul eidem non insunt. quare ea, ex quibus sunt, opponuntur ipsis. Contraria dicuntur, quæ non possunt simul eidem adesse, cum eorum sint, quæ secundũ genus differunt. & quæ plurimum differunt, cum in eodem genere sint. quæ'ue plurimum differũt, cum in eodem susceptiuo sint. ac etiam quæ plurimum differũt, cum eorum sint, quæ sub eadem potentia sunt. & quorum differentia maxima, aut simpliciter, aut secũdum genus, aut secũdum speciem. Cætera uero contraria dicuntur, quædam eo q talia habent. quædam, eo q susceptiua taliũ sunt. quædam, eo q actiua aut passiua talium sunt, aut agentia, aut patientia, aut abiectiones, aut sumptiones, aut habitus, aut priuationes sunt horũ, ac talium. Cum autem unum & ens multipliciter dicatur, necesse est, ut cætera quoq;, quæcũq; secũdum hęc dicuntur, sequantur. quare & idem, & diuersum, & contrarium, ut secũdum unũquodq; prædicamentũ diuersum sit. Diuersa uero specie dicuntur quæcũq; cum eiusdem sint generis, non sunt subalterna. & quæcunq; cum in eodem genere sint, differentiam habent. & quæcũq; in substantia contrarietatẽ habent. Contraria quoq; diuersa specie inuicem sunt, aut omnia, aut quæ primo dicuntur. et quorum in ultima generis specie, rationes diuersæ. ut homo et equus, indiuidua generi, rationes uero eorum diuersæ. et quæcũq;, cum in eadem substantia sint, differentiã habent. Eadem uero specie sunt, quæcunq; his oppositę dicuntur.

Cap. XI.

p Riora, & posteriora dicuntur, uno qdem modo tanq̃ aliquo primo & principio in quoq; genere existente, quod propinquius est principio cuidam determinato, aut simpliciter, & natura, aut ad aliquid, aut ubi, aut ab aliqbus. utputa quædã secũdũ locũ, eo q propinqora sunt alicui loco natura determinato, medio uidelicet, aut ultimo, aut ad quodcũq;. qd uero remotius, est posterius. Quædã, secũdum tempus. aliqua enĩ, eo q remotiora a nũc sunt. ut de eis, quæ facta sunt. quæ. n. in Troia fuerũt, priora sũt iis, quæ apud Mediã facta sunt, quoniã remotius a nũc distant. aliqua uero, eo q propinqora ipsi nunc sunt. ut de futuris. prius. n. festum, quod apud Nemeam futurũ est, quam quod apud Delphos, quoniam propinqus ipsi nunc est, ut principio, & primo ipso nũc, posito. Quædam secũdum motum. quod enim propinquius primo mouente est, prius est. ut puer, uiro. etenim quoddam & hoc simpliciter principium est. Quædam, secundum potentiam. quod enim excellit potentia, & fortius est, prius est. tale uero est, cuius electionem, ut alterum, & quod posterius est, sequatur necesse est. ita ut non mouente illo, non moueatur. & mouente, moueatur. electio enim principium est. Quædam, secundum ordinem. hæc uero sunt, quæcunq; ab aliquo uno determinato proportionaliter distant. ut in tripudiis, qui secundum locum obtinet, prior est eo, qui tertium tenet. & paranete, quam nete. illic enim, tripudii ductor, hic uero media, principiũ est.

hæc itaq; hoc modo priora dicuntur. Alio uero modo, quod cognitiõe prius, tanquam & ſim
pliciter prius. horum autem aliter ea, quę ſecundum rationem, atq; ea, quæ ſecundum ſenſum.
ſecundum enim rationem, uniuerſalia priora. ſecundum uero ſenſum, ſingularia. & ſecundum
rationem, accidens, toto prius. ut muſicum, homine muſico. non enim erit ratio tota abſq; par
te. tametſi non contingit muſicum eſſe, ſi non ſit aliquis muſicus. Item priora dicuntur, paſſio
nes priorum, ut rectitudo, leuitate. iſtud enim lineæ per ſe paſſio, hoc uero ſuperficiei. quædam
igitur ita priora, & poſteriora dicuntur. Quædam uero ſecundum naturam, & ſubſtantiam,
quæcunq; contingunt abſq; aliis eſſe, iſta uero ſine illis minime, qua diuiſione uſus eſt Plato.
Cum autem ipſum eſſe multipliciter dicatur, primo quidem ſubiectũ eſt prius. propter quod,
ſubſtantia prior. Deinde aliter quæ ſecundum potentiam, & quæ ſecundum actum. quædam
enim ſecundum potentiam priora ſunt, quædam uero ſecundum actum. ueluti ſecundum po
tentiam quidem, dimidia quam tota. & particula, quam totum. & materia, quam ſubſtantia.
ſecundum actum uero, poſterior. diſſoluto etenim, ſecũdum actum erit. quodam modo igitur
omnia quæcunq; prius, & poſterius dicuntur, ſecundum hæc dicuntur. Quædam enim ſecun
dum generationem, contingit abſq; aliis eſſe. ut totum, partibus. quædam uero ſecundum cor
ruptionem. ut pars, toto. ſimiliter etiam cætera. Cap. XII.

p Otentia dicitur, quædam quidem principium motus, aut tranſmutatiõis in altero,
aut prout alterum eſt. ut ædificatiua, potentia eſt, quæ nõ ineſt in ædificato. ſed ars
medendi cum ſit potentia, inerit tamen in eo, qui ſanatur, ſed non prout ſanatur.
quædam igitur, omnino principium tranſmutationis aut motus dicitur potentia in
altero, aut prout alterum eſt. Quædam uero, ab altero, aut prout alterum eſt. ſecundum quam
profecto', quod patitur, aliquid patitur. quandoq; igitur, ſiquid quodcunq; pati poſſibile eſt, di
cimus illud poſſe pati. quandoq; uero non ſecũdum omnem paſſionem, ſed ſi ad melius. Item
qua eius, quod bene, quippiam efficiatur, aut ſecundum electionem. aliquãdo enim eos, q ſolũ
ambularunt, aut dixerunt, non autem bene, nec ut propoſuerunt, non dicimus poſſe dicere, aut
ambulare. ſimiliter quoq; de pati. Item quicunq; habitus ſecũdum, quos impaſſibilia omnino,
aut immutabilia ſint, aut non facile ad deterius moueantur, potentiæ dicuntur. frãguntur nãq;
& conteruntur, & flectuntur, & omnino corrumpuntur, non propter poſſe, ſed propter non
poſſe, & in aliquo deficere. impaſſibilia uero a' talibus ſunt, quæ propter potentiam & poſſe,
& aliquatenus ſe habere, uix & parum patiuntur. Cum autem potentia tot modis dicatur, po
tens quoq; uno quidem modo dicetur, quod motus, aut tranſmutationis principium habet.
etenim ſedatiuum potens, quid eſt in altero, aut prout alterum eſt. Alio uero, ſiquid eius aliud
talem potentiam habet. Alio uero, ſiquid ut ad quodcunq; tranſmutetur ſiue in peius, ſiue in
melius, potentiam habeat. etenim quod corrũpitur, uidetur poſſibile eſſe corrumpi. aliter non
corrumperetur, ſi impoſſibile eſſet. nũc autem, habet quandam diſpoſitionem, cauſam, & prin
cipium huiuſcemodi paſſionis. quandoq; enim propterea quod habet, quandoq; propterea qđ
priuatur, tale uidetur eſſe. Quod ſi priuatio, habitus quodam modo eſt, omnia propterea qđ
habent, profecto' aliquid erũt. æquiuoce autem dicimus, ipſum ens. quare propterea quod ha
bet habitum quendam, & principium, poſſibile eſt. & propterea quod habet huius priuatio
nem, ſi poſſibile eſt priuationem habere. Alio autem modo, propterea quod nõ habet eius po
tentiam, aut principium in altero, aut prout alterum, corruptiuam. Item hæc omnia, aut eo qđ
ſolum contingant hæc fieri, aut non fieri, aut eo quod bene. etenim inanimatis etiam talis po
tentia ineſt, ut inſtrumentis. aliquam enim poſſe ſonare lyram aiunt, aliquam minime, ſi non
bene ſonãs eſt. Impotentia uero potentiæ priuatio eſt, & quædam talis principii ablatio, quale
diximus. aut omnino, aut ab eo, qui natura aptus eſt habere, aut & cum natura aptus ſit iam ha
bere. non enim ſimiliter dicent impoſſibile eſſe, puerum generare, & uirum eunuchum. Item
utriq; potentiæ eſt impotentia oppoſita, & ei, quæ ſolum motiua, &, ei, quæ bene motiua eſt.
Impoſſibilia quoq; quædam ſecundum hanc impotentiam dicuntur, quædam alio modo. uti
poſſibile, & impoſſibile. Impoſſibile quidem, cuius contrarium neceſſario uerum eſt. ueluti
diametrum commenſurabilem eſſe, impoſſibile eſt. quoniam falſum huiuſcemodi eſt, & cuius
contrarium non ſolum uerum, ſed neceſſarium quoq; eſt, ut incommenſurabilis ſit. commen
ſurabile igitur non ſolum falſum, ſed neceſſario etiam falſum eſt. Ipſum uero poſſibile huic cõ
trarium, cum non ſit neceſſarium, contrarium falſum eſſe. ut ſedere hominem, poſſibile eſt, nõ
enim neceſſario non ſedere falſum eſt. poſſibile itaq; uno quidem modo ſignificat, ut dictum
eſt, quod non neceſſario falſum eſt. alio uero, ipſum uerum eſſe. alio autem, contingens uerum
eſſe. Meta-

eſſe. Metaphorice autem, quæ in geometria potentia dicitur. hæc igitur poſſibilia, non ſecun
dum potentiam. Quæ autem dicuntur, omnia ad primam unam dicuntur. hæc autem, eſt prin
cipium tranſmutationis in altero prout alterum eſt. cætera nanq; poſſibilia dicuntur, quædam
eo quod eorum aliquid, talem potentiam habet. quædam, eo quod non habent. quædam, eo
quod ſic habent. Similiter etiam impoſſibilia. Quare propria primæ potentiæ definitio profe
cto' erit, principium tranſmutatiuum in altero prout alterum eſt. Cap. XIII.

q Vantum dicitur, quod inſita diuiſibile, quorum utrũq; aut ſingula unum quid, &
quod qd apta ſunt eſſe. multitudo igitur, quantum quid, ſi numerabilis eſt. magni
tudo uero, ſi menſurabilis. Dicitur autem multitudo quidem, quæ potentia diuiſibi
lis eſt in non continua. magnitudo uero, quæ in cõtinua. Magnitudinis autem quę
quidem ad unũ continua eſt, longitudo. Quæ uero ad duo, latitudo. Quæ autem ad tria, pro
funditas eſt. Horum autem multitudo quidem finita, numerus. Longitudo uero, linea. Latitu
do autem, ſuperficies. Profunditas uero, corpus eſt. Item alia, per ſe quanta quædam dicũtur.
alia, ſecundum accidens. utputa linea quidem, quantum quiddam per ſe eſt. muſicum uero, ſe
cundum accidens. Eorum uero, quæ per ſe ſunt, quædam ſecundum ſubſtantiam ſunt, ut linea
quantum quiddam (in definitione nanq; quod quid eſt dicenti, quantum quiddam ineſt) quæ
dam paſſiones, & habitus huiuſcemodi ſubſtantiæ ſunt, ut multum & paucum, longum & bre
ue, latum & ſtrictum, profundum & humile, graue & leue, & cætera quoq; huiuſcemodi. ſunt
autem magnum etiam & paruum, maius & minus, tam ſecũdum ſe, quam ad ſeinuicem dicta,
quanti per ſe paſſiones. tranſferuntur autem & ad alia iſta nomina. Eorum autem, quæ ſecun
dum accidens, dicuntur quanta, quoddam ita dicitur, ut prædictum eſt, quod muſicum, & al
bum quantum eſt. eo quod illud, cui inſunt, quantum quid eſt. quædam, ut motus & tempus.
& hæc enim quanta quædam & continua dicuntur, eo quod illa diuiſibilia ſunt, quorum hæc
ſunt paſſiones. dico autem non quod mouetur, ſed quo motũ eſt. etenim quoniam illud quan
tum eſt, & motio eſt quanta. tempus autem, propter illam. Cap. XIIII.

q Vale dicit' uno modo, differentia ſubſtantiæ. utputa quale animal homo, quoniam
bipes. equus uero, quadrupes. & circulus qualis quædam figura, quoniam abſq; an
gulis eſt. tanquam differentia, quæ ſecundum ſubſtantiam, qualitas ſit. uno itaq;
modo, qualitas dicitur ſubſtantiæ differentia. Alio ut immobilia, & mathematica,
ueluti numeri, quales quidam ſunt. ut qui compoſiti. & non ſolum, qui ad unũ ſunt, ſed ii, quo
rum imitatio ſuperficies & ſolidum. hi autem ſunt, qui quoties quanti, aut quoties quanti quo
ties. & omnino quod in ſubſtantia, præter quantum exiſtit. ſubſtantia nanq; cuiuſq; eſt, quod
ſemel, utputa ipſorum ſex, non qui bis, uel ter, ſed qui ſemel. ſex enim ſemel, ſex ſunt. Item quæ
cunq; ſubſtantiarũ, quæ mouentur, paſſiones. ut caliditas, & frigiditas, albedo & nigredo, gra
uitas & leuitas, & quæcunq; ſimilia ſecundum quæ dicuntur alterari corpora, ipſis mutatis.
Item, ſecundum uirtutem, & malitiam, & omnino bonum & malum. Fere' itaq; ſecũdum duo
os modos, dici poſſit ipſum quale, & horum unum maxime proprium. prima etenim qualitas,
ſubſtantię differentia eſt. huius autem pars, & quę in numeris qualitas eſt. etenim differentia
quędam ſubſtantiarum eſt. ſed non aut eorum, quę mouentur, aut non prout mouentur. hęc
autem, paſſiones eorum, quę mouentur, prout mouentur ſunt, & motuum differẽtię. uirtus au
tem & malitia, paſſionum quædam partes ſunt. differentias enim motus, & actionis quaſdam
manifeſtant ſecũdũ quas bene, uel male agunt, aut patiuntur ea, quæ in motu ſunt. quod enim
hoc modo poteſt moueri, aut agere, bonum. quod uero illo modo & contrario, malum. maxi
me autem bonum & malum ſignificant qualitatem in illis, quæ animata ſunt, & illis maxime,
quę habent electionem. Cap. XV.

a D aliquid dicũtur quædam, ut duplum ad dimidiam, & triplum ad tertiam partẽ.
ſimpliciter multiplex, ad multiplicati partem. & excedens, ad exceſſum. Quædam,
ut calefactiuum ad calefactibile, & ſectiuum ad ſecabile. & ſimpliciter, actiuum ad
paſſiuum. Quædam, ut menſurabile ad menſuram, & ſcibile ad ſcientiam, & ſenſi
bile ad ſenſum. Dicuntur autem prima, quidem ſecundum numerum, aut ſimpliciter, aut de
terminate ad eos, aut ad unum. utputa duplum quidem ad unum, numer⁹ determinatus. mul
tiplex uero ſecundum numerum, ad unum non tamen determinatum, ut hũc uel hunc. ſeſqual
terum uero ad ſubſeſqualterum ſecundum numerum, ad numerum determinatum. ſuperparti
ens autem ad ſuppartientem ſecundum indeterminatum, ſicuti multiplex ad unum. excedens
autem ad exceſſum, omnino indeterminatum ſecundum numerum. numerus enim commen

ſurabilis, ſecundum uero incõmenſurabilem numerũ dicitur. excedens enim ad exceſſum, tantum eſt, & ultra. hoc uero, indeterminatum eſt, quodcunq; enim contingit, eſt aut ęquale, aut non ęquale. hæc itaq; ad aliquid omnia, ſecundum numeꝝ dicuntur, & numeri paſſiones ſunt. Et adhuc æquale, ſimile, & idem, ſecundum alium modum. Secundum unum etenim, omnia dicuntur. eadem enim ſunt, quorum ſubſtantia una. Similia uero, quorũ qualitas una. Aequalia autem, quorum quantitas una. ipſum uero unum, numeri principium, & menſura. unde hęc omnia ad aliquid dicuntur. ſecũdum numerum quidem, non tamen eodem modo. Actiua uero & paſſiua, ſecundum actiuam, & paſſiuam potentiam, & potentiarum actiones. utputa calefactiuũ ad calefactibile, quoniam poſſunt. & rurſus calefaciens ad id, quod calefit, & ſecans ad id, quod ſecatur, ut agentia. Eorum autem, quæ ſecundum numerum ſunt, non ſunt actiones, niſi quemadmodum in aliis dictum eſt. ſed ſecundum motum actiones non exiſtunt. Eorum uero, quæ ſecundũ potentiam, etiam ſecundum tempora iam dicuntur ad aliquid. ueluti quod fecit, ad id, quod factũ eſt. & id, quod facturum eſt, ad id, quod faciendum eſt. ſic enim pater quoq;, filii pater dicitur. hoc enim fecit. at illud paſſum quid eſt. Item quædam ſecũdum priuationem potentiæ, ut impoſſibile. & quæcunq; ita dicuntur, ut inuiſibile. Quæcũq; igitur ſecundum numerum & potentiam ad aliquid dicuntur, cũcta ſunt ad aliquid, eo quod ipſum, quod eſt alterius, dicitur ipſum, quod eſt, ſed non eo, ꝙ aliud ad illud. menſurabile uero, & ſcibile, & intelligibile, eo quod aliud ad illud dicitur. nam intelligibile ſignificat, quod eius eſt intellectus. non eſt autem intellectus ad illud, cuius intellectus eſt. idem enim profecto bis dictũ eſſet. ſimiliter & uiſus cuiuſdam eſt uiſus, non cuius eſt uiſus (etſi uerum eſt hoc dicere) ſed ad colorem, aut aliquid aliud tale. illo uero modo bis idem diceretur, quod uiſus eſt cui⁹ eſt uiſus. Eorum igitur, quæ per ſe ad aliquid dicuntur, quædam ita dicuntur, quædam ſi genera eorum talia ſunt. utputa medendi ars eorum eſt, quæ ad aliquid ſunt, quoniam genus eius ſcientia uidetur eorum eſſe, quæ ad aliquid ſunt. Item ſecũdum, quæ ad aliquid dicuntur ea, quæ illa habent. ut æqualitas, quoniam ipſum æquale. & ſimilitudo, quoniam & ipſum ſimile. Aliqua uero, ſecundum accidens dicuntur. ut homo ad aliquid, quoniam accidit ei duplo eſſe. hoc autem eorum eſt, quæ ad aliquid ſunt. aut album, ſi eidem accidit duplo, & albo eſſe.

Caput XVI.

Erfectum dicitur uno quidem modo, extra quod non eſt ullam accipere particulam. utputa, tempus ipſum uniuſcuiuſq; perfectum eſt, extra quod non eſt ullũ ac-
p cipere tempus, quod pars huius temporis ſit. Et quod ſecundũ uirtutem, & quod eſt eius, quod bene, non habens exceſſum ad genus. ut perfectus muſicus, & perfectus tibicen, cum ſecũdum propriæ uirtutis ſpeciem in nullo deficiant. ita etiam in malis, metaphorice dicimus calumniatorem perfectum, & furem perfectum, quoniam etiam bonos eos appellamus, utputa furem bonum, & calumniatorem bonum. Virtus quoq;, quædam perfectio eſt. unumquodq; nanq; tunc perfectum eſt, cuncta'q; ſubſtantia tunc perfecta, cum ſecundum ſpeciem propriæ uirtutis nulla deſit particula magnitudinis naturalis. Item quibus finis ſtudioſus eſt, ea perfecta dicuntur. etenim ſecundum quod habent finem, perfecta dicuntur. Quare cum finis ultimorum quippiam eſt, ad praua quoque tranſferentes, dicimus perfecte interemptum eſſe, & perfecte corruptum eſſe, cum nil corruptionis, aut mali deſit, ſed in ultimo ſit. propter quod & mors metaphorice dicitur finis, quoniam ambo ultima. finis autem & quod cuius gratia, ultimum. Quæcunq; igitur per ſe perfecta dicuntur, toties dicuntur, quædam eo quod ſecundum bene in nullo deficiant, nec habent in aliquo genere exceſſum. nec eſt quicquam extra. cætera uero iam ſecundum ipſa, eo quod aut aliquid tale faciunt, aut habent, aut conueniunt, aut tali, aut aliquo alio modo ad ea, quæ primo dicta ſunt, perfecta dicuntur.

Caput XVII.

Erminus dicitur, quod ultimum cuiuſq; eſt. Extra quod nihil eſt accipere primũ. Et intra quod omnia primum. Et quod magnitudinis ſpecies, aut magnitudinem
t habentis. Et cuiuſq; finis. tale uero eſt, ad quod motus & actus, & non a' quo. Quandoq; autem ambo, & a' quo, & ad quod. Et cuius cauſa. Et ſubſtantia uniuſcuiuſq;, ac quod quid erat eſſe unicuiq;. cognitionis enim, hoc, terminus eſt, qđ ſi cognitionis, rei quoque eſt. Quare patet, quod quoties dicitur principium, toties etiam terminus, & amplius. principium nanq; terminus quidam. ſed non omnis terminus, principiũ.

Caput XVIII.

Secũdum

Ecundũ quod, multipliciter dicitur. uno modo, ſpecies & ſubſtantia cuiuſq; rei. ut
f ſecundũ quod bonus, ipſum bonũ. Alio, in quo primo fieri aptum eſt, ut color in ſuperficie. quod igitur primo dictum eſt ſecũdum quod, ipſa ſpecies eſt. ſecundo uero tanquam cuiuſq; materia, & primum cuiuſq; ſubiectum. Et omnino ipſum ſecundũ quod, toties dictum erit, quoties dicitur cauſa. ſecũdum quod enim uenit, aut qua cauſa uenit, dicitur. & ſecundũ quod paralogizatum, ſiue ſyllogizatum eſt, & quæ ſyllogiſmi, ſiue paralogiſmi cauſa eſt. Item ſecundũ quod dicitur, quod ſecũdum poſitionem eſt. ſecundum quod ſtetit, aut ſecũdum quod uadit. etenim hæc omnia poſitionem, & locum ſignificant. Quare & ſecundum ſe, multipliciter ut dicatur neceſſe eſt. uno nanq; modo ſecundũ ſe, eſt quod erat eſſe cuilibet. ut Callias, & quod quid erat eſſe Calliam. Alio uero quæcunq; in eo quod quid eſt inſunt. utputa Callias, ſecũdum ſe animal eſt. in ratione enim, animal ineſt. Callias enim, quoddam animal eſt. Item ſi in ſeipſo primo ſuſcepit, aut in aliquo ſui. utputa, ſuperficies alba ſecũdũ ſe. & homo, ſecundũ ſe uiuens. anima nanq; pars quædam hominis eſt, in qua prima ipſum uiuere eſt. Item cuius non eſt aliqua alia cauſa. hominis nanq; multę cauſæ ſunt, animal bipes. attamen ſecundum ſe, homo eſt homo. Item quæcunq; ſoli, prout ſoli inſunt. Quare quod ſeparatum eſt, ſecundum ſe eſt.

Caput XIX.

d Iſpoſitio, dicitur ordo partes habentis, aut ſecundum locum, aut ſecundum potentiam, aut ſecundum ſpeciem. poſitionem enim quandam eſſe oportet, ſicut ipſum etiam diſpoſitionis nomen ſignificat.

Caput XX.

Abitus autem dicitur uno modo, tanquam quidam habentis, & habiti actus. ſicuti
h actio quædam aut motus. nam cum hoc quidem efficit, illud uero fit, eſt media effectio. Ita & habentis ueſtem & ueſtis habitæ, eſt medius habitus. Hunc itaq; habitũ, quod non contingit habere, manifeſtum eſt. in infinitum enim progrederetur, ſi habiti, eſſet habitum habere. Alio modo habitus, dicitur diſpoſitio ſecundum quam bene uel male diſponitur diſpoſitum, & aut ſecundum ſe, aut ad aliud. ut ſanitas, quidam habitus eſt. diſpoſitio etenim, talis eſt. Item habitus, dicitur ſi particula, talis diſpoſitionis ſit. Quare partium quoq; uirtus, quidam habitus eſt.

Cap. XXI.

Affio dicitur, uno quidem modo qualitas, ſecũdum quam alterari contingit. ut al-
p bum & nigrum, dulce & amarum, grauitas & leuitas, & quæcunq; alia ſimilia. Alio modo, horum actiones, & iam alterationes. Item harum magis, quæ noxiæ alterationes, & motus, & maxime quæ triſtes, et noxiæ ſunt. Item calamitatum & triſtium magnitudines, paſſiones dicuntur.

Cap. XXII.

Riuatio dicitur uno modo, ſi non habeat aliquid eorũ, quæ apta ſunt haberi, etiam
p ſi ipſum non ſit natura aptum habere. ut planta dicitur oculis priuari. Alio modo, ſi cum aut ipſum, aut gen⁹ eius aptum habere ſit, non habeat. utputa, aliter cæcus homo uiſu priuatur, & aliter talpa. hæc quidem ſecundum genus, ille uero ſecũdũ ſe. Item ſi⁹cũ aptum ſit, & quando ſit aptum habere, non habeat. cæcitas nanq; priuatio quædam eſt. cæcus autem non ſecũdum omnem ætatem, ſed ſi in qua aptus eſt habere, non habet. Similiter ſi in quo, & ſecũdum quod, & ad quod, & quemadmodum natura aptus ſit, non habeat. Item uiolenta cuiuſq; ablatio, priuatio dicitur. & quoties negationes ab IN, uel ſimili negatione incipientes dicũtur, toties etiam priuationes dicentur. inæquale nanq; dicitur, eo quod non habeat æqualitatem, aptum exiſtens habere. Inuiſibile uero, eo quod non habeat omnino colorem, & quod exigue. & impes, eo quod & non habeat omnino pedes, & quod debiles. Item cum parum quid habeat. ut cum dicimus oliuam exoſſem, hoc autem eſt, eo quod exile quiddam habet. Item, cum non facile, aut non bene. ut inſecabile, non ſolum eo quod non ſecetur, ſed etiam eo quod non facile, nec bene. Item, cũ omnino non habeat. cæcus nanq; dicitur non qui unoculus eſt, ſed qui utriuſq; oculi uiſu caret. Quare non omnis, bonus uel malus, aut iuſtus uel iniuſtus, ſed etiam intermedium eſt.

Cap. XXIII.

Abere, multipliciter dicitur. uno modo, cum quid ſecũdum ſuam naturam, aut ſuũ
h impetum agat. quare dicitur, quod febris hominem habet. & tyranni, ciuitates. & induti, ueſtem. Alio modo, in quo quid tanquam ſuſceptiuo exiſtit. ut æs, habet ſtatuæ ſpeciem. & corp⁹, ægritudinem. Alio modo, ut continens ea, quæ contenta ſũt. in quo nãq; contentũ qđdam eſt, haberi ab eo dicitur. ut uas, habere humidum, dicimus. & urbem, homines. & nauem, nautas. ſic & totũ, partes habet. Item quod prohibet aliqd ſecũdum ſuum impetũ moueri, aut agere, habere dicitur hoc ipſum. ut & colũnæ, impoſita onera. & ut

poetæ Atlantem faciunt cœlum habere, tanquam nisi ipse teneret, casurũ super terram, ut quí-
dam Physiologorum tradunt. hoc autem modo & continens dicitur quę continet habere, tan
quam separaretur secundum suum impetum unũquodq;. In aliquo etiam esse, similiter & con
sequenter sicuti habere dicitur. Cap. XXIIII.

e X aliquo esse, uno modo dicitur ex quo, ut ex materia est. & hoc dupliciter, aut secũ
dum primum genus, aut secũdum ultimam speciem. utputa, omnia liquabilia quo-
dam modo quidem ex aqua sunt. quodam modo uero, ex ære statua est. Vno mo-
do dicitur, ex primo mouente principio. ut ex quo pugna? ex conuitio. quia hoc, pu
gnæ principiũ. Vno modo ex composito ex materia, & forma. sicuti ex toto, partes. & uersus,
ex iliade. & lapides, ex domo. finis nanq;, est forma. perfectum uero, quod habet finem. Quæ-
dam uero, tanquam ex parte species. ut homo, ex bipede. & syllaba, ex elemento. aliter nanq;
hoc, atq; statua ex ære. ex sensibili nanq; materia, composita substantia est. species quoq; ex spe
ciei materia. Quædam itaq; ita dicuntur. Quædam, siquis horum modorum secundum ali-
quam partem sit. ut ex patre, & matre, proles. & ex terra, plantæ. quia ex aliqua eorum parte.
Vno modo, post quod tempore. ut ex die, nox. & ex sereno, tempestas. quoniam hoc, post il-
lud. horum autem quædam eo quod habent mutuam transmutationem, ita dicuntur, sicuti &
quæ nunc dicta sunt. quædam, eo quod solum secundum tempus consequenter. ut ex æquino
ctio facta est nauigatio, quoniam post æquinoctium facta est. & ex dionysiis thargelia, quia
post dionysia. Cap. XXV.

p Ars dicitur uno quidem modo, in quod quoquo modo quantũ diuidi potest. sem-
per enim quod a` quanto prout quantum aufertur, pars illius dicitur. ut duo, pars tri
um quodam modo dicitur. Alio modo, ex iis ea duntaxat, quę metiunt. quare, duo
quodam modo quidem sunt pars trium, quodam modo uero non. Item in quæ species absq;
quanto diuidi potest, hæc quoq; partes eius dicuntur. quare species, generis aiunt partes esse.
Item in quæ aliquid diuiditur, aut ex quibus totum componitur, aut ipsa species, aut quod spe
ciem habet, ut sphęræ æneæ, & ænei cubi, & ipsum æs pars. hoc autem, est materia, in qua spe-
cies. & angulus, pars. Item quæ in ratione unũquodq; significante sunt, hæc quoq; pars totius
sunt. quare genus, pars etiam speciei dicit. aliter uero species, generis pars est. Cap. XXVI.

t Otum dicitur, cuius nulla pars eorum abest, ex quibus totum natura dicitur. Et qđ
continet contenta, ut unum quid illa sint. hoc autem, dupliciter. aut enim, ut unum
quodq; unum. aut ut ex his, illud unum. ipsum enim uniuersale, & quod omnino, ut
totum quippiam ens dicitur, sic est. uniuersale ut multa continens, hoc eo quod de
singulis prædicatur. & unum, omnia sunt singula. ut homo, equus, deus, quoniam omnia ani-
malia. Cæterum continuum & finitum, cum e` pluribus insitis unum quid sit maxime quidem
potentia non actu. horum autem ipsorum, magis quæ natura, quàm arte talia sunt, sicut & de
uno dicimus, tanquam totalitas unitas quędam sit. Item cum quantum habeat principium me
dium, & ultimum, quorumcũq; positio non facit differentiam, omne dicitur. quorumcunq; ue
ro facit, totum. quæ autem ambo facere contingit, & omne & totum. sunt autem hæc, quorum
natura quidem eadem manet in transpositione, forma uero minime, ut cera & uestis. etenim
totum & omne, dicuntur. ambo nanq; habent. aqua uero, & quæcunq; humida, ac numerus,
omne quidem dicuntur. totus uero numerus, tota'q; aqua, non dicuntur nisi metaphorice, o-
mnia uero dicuntur. de quib⁹ omne tanquam de uno, de his omnia ut de diuisis. omnis hic nu
merus, omnes hæ unitates. Cap. XXVII.

m Vtilum dicitur quantorum non quodcunq;, sed ut diuisibile. Et totum illud sit, o-
portet. duo etenim non sunt mutila altero ablato uno. non enim æquale, mutilamẽ
& reliquum unquam est. Nec omnino, numerus ullus. substantiam nanq;, manere
oportet. si calix mutilus, adhuc oportet esse calicem. numerus uero, non amplius
idem. Et adhæc etiam si partium dissimilarium sint, nec hæc omnia. numerus etenim est, ut
etiam dissimilares habeat partes, utputa binarium & ternarium. Cæterum nihil omnino eo-
quorum positio differentiam non facit, mutilũ est. ut aqua uel ignis. sed oportet talia esse, quæ
secundum substantiam, positionem habent. Item continua. harmonia nanq; & ex partibus
dissimilaribus est, & positionem habet, mutila autem non fit. Et ad hęc nec illa, quæ tota sunt
cuiuscunque particulæ priuatione, mutila sunt. non enim oportet, nec quæ principales ipsius
substantiæ, nec ubicunque existentes. ut si perforetur calix, non mutilus, sed si ansa, aut extre-
mum aliquod. homo quoq; non si carnem, aut splenem, sed si extremitatem, & hanc non oẽm,
sed quæ

sed quę tota ablata nõ habeat generationem quare calui, non mutili. Cap. XXVIII

g Enus dicitur hoc quidem, si generatio eorum, quæ speciem eandem habent, con
tinua sit. utputa dicitur quousq; genus hominum sit, quia donec eorum generatio
continua sit. Hoc uero, a` quo sint primo ad esse mouente. ita enim græci, genere.
alii uero Iones dicuntur. eo quod illi quidem a` græco, hi uero a` Ione primo ge-
nerante sunt. & magis qui a` generante, quàm qui a` materia. dicuntur etenim a` fœmina gene
re, ut a` Pyrrha. Item, ut superficies, figurarum superficialium genus. & solidũ, solidarum, quęq;
enim figurarum, hæc quidem superficies talis, illa uero solidum tale. hoc autem est, quod subie
ctum differentiis est. Item, ut in rationibus quod primum inest, quod dicitur in eo quod quid
est, hoc genus, cuius differentiæ dicuntur qualitates. Genus itaq; toties dicitur, hoc quidem se
cundum generationem continua eiusdem speciei, hoc uero, secundum primum mouens eiusdem speciei, hoc autem, ut materia. cuius enim differentia, & qualitas est, hoc est, subiectum, quod dicimus materiam. Diuersa autem genere, quorum primum subiectum diuersum est, & non resoluitur alterum in alterum, nec ambo in idem. utputa species, & materia, diuersa gene
re. Et quæcunq; secundum diuersam figuram prædicationis entis, dicuntur. quædam enim en
tium, quid est significant. quædam autem, quale, quid, quędam, ut prius diuisum nec enim hęc
resoluũtur in inuicem, nec in unum quiddam. Cap. XXIX.

f Alsum dicitur uno modo. ut res falsa, & huius, hoc quidem eo quod non compo
nitur. aut quod impossibile sit componi, quemadmodum dicitur, diametrum esse
commensurabilem. aut ite sedere, horũ enim illud qdẽ semper, hoc uero aliqñ sal
sum est. sic enim non entia hæc. Alia uero, quæcunq; sunt quidem entia, apta ta-
men natura sunt apparere aut non qualia sunt, aut quæ non sunt. ut umbra, picturæ, & inso-
mnia, hæc enim sunt quidem aliquid. sed non sunt ea, quorum faciunt phantasiam. res itaq;
falsæ sic dicuntur, aut eo quod non sunt, aut eo quod phantasia ab eis facta non entis est. Ra-
tio uero falsa, prout falsa est, quæ non entium est. unde omnis ratio, falsa alterius est quàm ei⁹,
cuius est uera, utputa quæ circuli falsa trianguli, cuiusq; uero ratio, quodam modo quidem una
quæ est eius, quod quid erat esse, quodam modo uero, multæ, quoniam idem quodam modo
est ipsum, & ipsum passum. ut Socrates, & Socrates musicus. falsa uero ratio. nullius est sim-
pliciter ratio. quare Antisthenes insicite putabat, nihil ducens dignum dici, nisi propria ratio-
ne unum de re una. ex quibus accidebat, non esse contradicere. fere` autem, neq; mentiri. est
autem unũquodq; dicere, non solum sua ratione, sed etiam ea, quæ alterius est, & falsę quidem
omnino, quodam autem modo etiam uere. quemadmodum oćto, dupla sunt, ratione dualita-
tis. quædam igitur, ita falsa dicuntur. Homo uero falsus, qui promptus tales eligit orationes,
non propter aliquid aliud, sed propter id ipsum, & qui aliis talium orationum causa. quemad-
modum res falsas esse dicimus, quæ falsam phantasiam faciunt. unde oratio, quæ apud Hip-
piam est, sophistica est, quod idem sit mendax & uerax. eum nanq; qui potest mentiri, accipit
ut mendacem. hic uero, sapiens & prudens est. item eum, qui sponte prauus est, meliorem ait.
hoc autem falsum, per inductionem accipit. qui enim sponte claudicat, melior est eo, qui inui-
tus. claudicare dicens, pro imitari. nam si claudus sponte, esset peior fortassis. quemadmodum
in moribus, ita & in hoc esset. Cap. XXX

a Ccidens dicitur quod inest alicui, Et quod uerum est dicere, nõ tamen neq; neces
sario nec ut plurimum. utputa si quis pro planta fodiens fossam, inuenit thesaurũ.
hoc itaq; accidens fuit fodienti fossam, thesaurum inuenire. nec enim necessario
hoc ex hoc, aut post hoc. nec ut plurimum, siquis plantet thesaurum inuenit. Musi
cus quoq; fuerit quispiam albus, sed cum nec necessario, nec ut plurimum hoc fiat, accidens
ipsum dicimus. cum igitur sit existens aliquid, & alicui, & horũ quædam etiã alicubi, & qñq;
qđ utcunq; existit quidem, sed non ꝓpter id, hoc aut núc, aut hic, accidens erit. nec ulla causa
determinata accidentis est, sed quęcuuq; contingit. hæc autem, indeterminata. ut abire in Aegi
nam accidit, si non propter hoc euenit, ut illuc iret, sed a` tempestate pulsus, aut a` latronibus
captus, fuit igitur, & est ipsum accidens, sed secundum se, sed nõ secũdum alteꝝ. tempestas enĩ
causa, ut iret, quo` non nauigabat. hoc autem erat Aegina. Dicitur etiam aliter accidẽs, ut quę
cunq; existunt in unoquoq; secundum se, non existentia in substantia. ut triangulo, duos rectos
habere, & hæc quidem contingit sempiterna esse, illorum uero nihil. ratio autem huius, ĩ aliis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SEXTVS METAPHYSICORVM ARISTOTELIS INTERPRETE BESSARIONE AD ALPHONSVM REGEM.

Rincipia, & cauſæ entium quæruntur. & patet, quod prout entia ſunt. Eſt etenim aliqua ſanitatis, bonæq; habitudinis cauſa. mathematicorum quoq; principia, elementa, & cauſæ ſunt. & ſimpliciter omnis intellectualis ſciẽtia, ſiue aliquo modo intellectu participans, circa cauſas, & principia, aut certiora, aut ſimpliciora eſt. attamen hæ omnes circa unum quid, & quoddam genus circunſcribentes, de eo tractant, ſed non de ente ſimpliciter, nec prout ens eſt, neq; ipſius quid eſt ullam rationem faciunt. ſed ex hoc, quædam ſenſu illud manifeſtum facientes, quædam ſuppoſitione ipſum quid eſt accipientes, conſequenter ea, quæ per ſe generi inſunt circa quod ſunt, aut magis neceſſario, aut debilius demonſtrant. Quare manifeſtum eſt, non eſſe demonſtrationem ſubſtantiæ ipſius ue, quid eſt ex ipſa inductione, ſed alium aliquem manifeſtationis modum. Similiter autem nec ſi eſt, aut non eſt genus, circa quod tractant, quic quam dicunt, eo quod eiuſdem intelligentiæ eſt, & ipſum quid eſt manifeſtare, & ſi eſt hoc. Cum autem phyſica etiam circa quoddam entis genus ſcientia ſit (etenim circa talem ſubſtantiam eſt, in qua principium eſt motus, & ſtatus, qui in ea eſt) patet, quod nec actiua, nec factiua eſt. factiuarum etenim, in faciente principium eſt, aut intellectus, aut ars, aut aliqua potentia. actiuarum uero, in agente electio. idem enim agibile & eligibile. Quare ſi omnis intellectus, aut actiuus, aut factiuus, aut ſpeculatiuus eſt, phyſica, ſpeculatiua quædam profecto eſt, ſed ſpeculatiua circa tale ens, quod poſſibile moueri. & circa ſubſtantiam ſecundum rationem ut plurimum inſeparabilem, ſolum eſt. Oportet autem, ut non lateat, quomodo ipſum quid erat eſſe, & ratio ſit. nam abſque hoc, quærere, nihil eſt facere. definitorum igitur, & ipſorum quid eſt, quædam quidem ita ſunt, ut ipſum ſimum. quædam, ut ipſum concauum. differunt autem, hæc. quoniam ſimum quidem, una acceptum eſt, cum materia. eſt enim ſimum, concauus naſus. concauitas uero abſq; materia ſenſibili. Si cuncta igitur phyſica ita, ut ſimum dicũtur, ut naſus, oculus, facies, caro, os, & omnino animal, folium, radix, cortex, omnino planta (nullius enim eorum ratio abſq; motu, ſed ſemper habet materiam) manifeſtum eſt, quomodo in phyſicis oportet ipſum quid eſt quærere, & definire. & cur etiam de quadam anima ſpeculari, phyſici eſt, quæcunque non ſine materia. Quod igitur phyſica ſpeculatiua eſt, ex his patet. Sed & mathematica, ſpeculatiua eſt. uerum ſi immobilium & ſeparabilium, adhuc non eſt manifeſtum. quod autem aliqua mathematica, prout immobilia & prout ſeparabilia ſunt ſpeculatur, dilucidum eſt. Quod ſi quippiam eſt immobile, & perpetuum, & ſeparabile, patet quod ſpeculatiuæ eſt cognoſcere, & non phyſicę (de mobilibus nanq; quibuſdam, phyſica eſt, nec mathematicæ, ſed prioris ambabus. phyſica etenim circa inſeparabilia quidem, ſed non immobilia, mathematicæ uero nonnulla ſunt circa immobilia quidem, non tamen ſeparabilia fortaſſe, ſed ut in materia. prima uero, etiam circa ſeparabilia, & immobilia. Neceſſe autem eſt, omnes quidem cauſas perpetuas eſſe, maxime uero has. hæ etenim, cauſæ manifeſtius diuinorum ſunt. Quare tres utique erunt ſpeculatiuæ philoſophiæ, mathematica, phyſica, theologia. manifeſtum eſt enim, quod ſicubi diuinum exiſtit, in tali natura exiſtit. Et honorabiliſſimam, oportet circa honorabiliſſimum genus eſſe, ſpeculatiuæ itaque, aliis ſcientiis præponendæ ſunt, hæc uero, ſpeculatiuis. Dubitauerit etenim aliquis, utrum prima philoſophia uniuerſalis ſit, an circa aliquod genus, & unam naturam. non enim idem modus ẽ, atq; in mathematicis. ſed geometria quidem, & aſtrologia, circa quandam naturam ſunt. illa uero, uniuerſaliter omnibus communis eſt. ſi igitur non eſt aliqua alia ſubſtantia præter eas, quę natura conſiſtunt, phyſica profecto' prima ſcientia eſt. Quod ſi eſt aliqua ſubſtantia immobilis, hæc prior, & philoſophia prima, & uniuerſalis ſic, quod prima. & de ente prout ens eſt, ac quid eſt, & quæ ei inſunt, prout ens eſt, ſpeculari, huius eſt.

Caput II.

Sed cum ens

Ed cum ens illud, quod ſimpliciter dicitur, multipliciter dicatur, quorum unũ quidem erat, quod ſecũdum accidens, aliud uero, quod ut uerũ, & non ens ut falſum, præter hæc autem ſunt prædicationis figuræ, ut quid, quale, quantũ, ubi quando, & ſiqd aliud hoc modo ſignificat, item præter hæc omnia, quod potentia, & actu, cum itaq; ens multipliciter dicatur, primo de eo, quod ſecundum accidens eſt, dicẽdum, ꝙ nulla circa illud ſpeculatio eſt. Signum autem, ꝙ nulli ſcientiæ curæ eſt illud, neq; actiuæ, neq; factiuæ, neq; ſpeculatiuæ. nec enim qui facit domum, facit ſimul quæ accidunt domui factæ. infinita nanq; ſunt. quibuſdam enim delectabilem, quibuſdam noxiam, quibuſdam utilem, nihil ꝓhibet factam eſſe, & (ut ita dicam) ob eas res omnes eſſe aliam, quarũ nullius factiua eſt ædificatiua. ſimili modo, nec geometra ea, quæ ita figuris accidunt, ſpeculatur, nec ſi diuerſus, triangulus, & triangulus duos rectos habens. & hoc rationabiliter contingit. nam quaſi nomine ſolum, ipſum accidens eſt. Quare Plato non male quodam modo circa Sophiſticam, ipſum non ens applicuit. ſophiſtarum etenim rationes, circa accidẽs (ut ita dicam) maxime omnium ſunt, utrum diuerſum an idem, muſicum & grãmaticum. & muſicus Coriſcus, ac Coriſcus. & ſi omne, quod eſt, non autem ſemper, factum eſt. quare ſi muſicus exiſtens grãmaticus factus eſt, & grammaticus, exiſtens muſicus. & quæcunq; aliæ orationum, tales ſint. Videtur etenim accidens, propinquum quiddam eſſe non enti. hoc autem ex his etiam orationibus, manifeſtum eſt. eorum etenim, quæ alio modo ſe habent, eſt generatio & corruptio. eorum autem, quæ ſecundum accidens, nõ eſt. Attamen dicendum eſt amplius de accidẽte, quoad poſſibile eſt, quę nam eius natura ſit, & ob quã cauſam eſt. ſimul autem patebit, & cur eius ſcientia nõ eſt. cum igitur in entibus ſint quædam ſemper ſimiliter ſe habentia, & ex neceſſitate, nõ ea, quæ ſecundum uim dicitur, ſed quã dicimus eo, ꝙ non contingit aliter, quædam ex neceſſitate quidẽ nõ ſunt, nec ſemper, ſed ut plurimum, hoc principium & huius cauſa eſt, ut accidens ſit. quodcũq; enim non ſemper, neq; ut plurimum eſt, hoc dicimus accidẽs eſſe. utputa ſi ſub cane tempeſtas, & frigus factum fuerit, hoc dicimus accidiſſe. non ſi ęſtus aut calor. quoniam hoc quidem, ſemper, aut ut plurimum. illud uero, non. hominem quoq; album eẽ, accidit. nec enim ſemper, nec ut plurimum. animal uero, non ſecũdum accidens. & fabrum ſanitatẽ feciſſe, accidens eſt. quoniam non eſt aptus ad ſanitatem faciendam faber, ſed medicus. uerum accidit, fabrum eſſe medicum. cocus etiam uoluptati intentus facit quicquam ſalubre, ſed non ſecundum pulmentariam. unde dicimus, quod accidit. & quodam modo quidem facit, ſimpliciter uero minime. illorum etenim aliæ quandoq; factiuæ potentiæ ſunt, horum uero nulla ars, nulla'q; potentia determinata eſt. eorum enim, quæ ſecundum accidens aut ſunt, aut fiunt, cauſa quoq; ſecundum accidens eſt. Quare cum non omnia ex neceſſitate, & ſemper aut ſint, aut fiãt, ſed multa ut plurimum, neceſſe eſt eſſe, quod ſecundum accidens eſt. utputa, nec ſemper nec ut plurimum albus muſicus eſt. cum autem aliquando fiat, ſecundum accidens erit. quod ſi non, cuncta ex neceſſitate erunt. Quare materia erit cauſa contingens eius, quod aliter accidit quã'm illud, quod ut plurimum eſt. Principium autem hoc ſumendum eſt. utrum nihil eſt, quod nec ſemper, nec ut plurimum, an hoc impoſſibile? Præter hæc igitur, aliquid eſt, quod utcunque contingit, & ſecundum accidens. ſed utrum, quod ut plurimum, quod'ue ſemper nulli ineſt, an aliqua ſunt ſempiterna, de his ſane' poſterius conſyderandum eſt. Quod autem non eſt accidentis ſcientia, patet. omnis enim ſcientia eius eſt, quod aut ſemper aut ut plurimum eſt. quomodo enim diſcet, aut alium docebit? oportet enim ut determinentur, aut per ſemper, aut per ut plurimum. utputa, febricitanti, proficuum melicratũ eſt ut plurimum. quod uero præter hoc eſt, nõ habebit dicere quando non, ut in nouilunio. nam etiam in nouilunio, aut ſemper aut ut plurimum. accidens uero, præter hæc eſt. Quid itaq; accidens eſt, & ob quam cauſam, & quod non eſt eius ſciẽtia, dictum eſt. Quod aũt ſint principia & cauſæ generabiles, & corruptibiles abſq; eo, quod generentur, & corrumpantur, manifeſtum eſt. eteni ſi nõ hoc, ex neceſſitate omnia erũt, ſi eius, qd' generat', & corrũpitur non ſecundum accidens cauſam aliquã neceſſe ſit eſſe. utrum eni erit hoc, an nõ. ſi hoc, fiet. ſin uero nõ? minime. hoc uero, ſi aliud. & hoc modo uidelicet (tẽpore ſemper dempto a' tempore finito) deuenies uſq; ad nunc. quare hic morietur ægritudine, aut ui, ſi exiuerit. hoc aũt, ſi aliud. & ſic deueniet ad id, qd' nũc eſt, aut aliqd eoꝝ, quę facta ſũt. utputa, ſi ſitiuerit. hoc uero, ſi comederit acuta. hoc uero aut eſt, aut nõ. quare, neceſſario morietur. aut non morietur. ſimiliter & ſiqs ad iam facta aſcenderit, eadẽ ratio eſt. iam enim hoc, in aliquo eſt. dico autem quod factum eſt. ex neceſſitate ergo erunt omnia futura. ut mori, uiuentem. iam enim aliqd factum eſt, utputa contraria, in eodem corpore. ſed ſi ægritudine, aut

ui, non dum. sed si hoc, factum fuerit. patet igitur, quod usq; ad aliquod uadit principium. hoc uero, non amplius ad aliud. erit igitur hoc eius, quod utcunq; contingit, causa'q; generationis eius nulla. Sed in quale principium, & qualem causam talis reductio est, utrum ut ad materiã, an ut ad cuius gratia, an ut ad mouens, maxime consyderandum est. De eo itaq;, quod secundum accidens est, dimittatur. determinatum enim sufficienter est. Quod autem tanquam ueꝛ ens, & non ens, ut falsum, quoniam circa compositionem, & diuisionem est, & omnino circa partitionem contradictionis (uerum etenim affirmationem in composito habet, negationẽ uero in diuiso, falsum uero huius partitionis cõtradictionem) quo autem modo, quod simul, aut quod separatim est intelligere accidit, alia ratio est. dico autem quod simul, et quod separatim, ut non consequenter, sed ut unum quid fiat non enim est falsum, & uerũ in rebus (ut quod bonum, uerum. quod uero malum, falsum) sed in mente. quæ uero circa simplicia, et circa ea, quę quid sunt, non quidem sunt in mente. quæcunq; igitur speculari oportet circa id, quod ita ens & non ens est, posterius perscrutandum est. cum autem compositio, & diuisio in mente, nõ in rebus sit, quod profecto ita est, diuersum a proprie dictis, ens est. aut enim quod quid est, aut quod quale, aut quod quantum, aut siquid aliud, copulat, aut diuidit mens. Quod autem tanquam accidens, & ut uerum ens, omittendum est. causa enim, illius quidem indeterminata. huius uero, mentis aliqua passio. & ambo, circa reliquum entis genus, & non extra ostendunt eã aliquam entis naturam. Propter quod, hæc quidem prætereantur. Consyderandæ autem sunt ipsius entis causæ, & principia, prout ens est. manifestum autem est in iis, quę determinauimus de eo, quoties unúquodq; dicitur, quod ens multipliciter dicitur.

SEPTIMVS METAPHYSICORVM ARISTOTELIS INTERPRETE BESSARIONE AD ALPHONSVM REGEM.

Ens multipliciter dicitur, quemadmodum in iis, quæ de quoties prius diuisimus. significat enim aliud quidem quid est, & quod quid. aliud uero, quod quale, aut quantum, aut singula aliorum, quæ ita prędicantur. Cum autem ens toties dicatur, patet primum horũ ens esse ipsum
e quid est, quod'q; substantiam significat. cum enim dicimus quale quippiam hoc, aut bonum dicimus, aut malum. sed non, tricubitum, aut hominem. cum autem quid est, non album, nec calidum, nec tricubitum, sed hominem aut deum. cætera uero entia dicuntur, eo quod entis ꝓprie dicti quædam sunt quantitates, quędam qualitates, quædam passiones, quædam aliquid aliud tale. Vnde dubitauerit aliquis, utrum ipsum ambulare, & sanũ esse, ac sedere, & unũquodq; horum, ens an non ens est, similiter & de quocunq; cæterorum similium. nihil enim horum est per se natura aptum, neq; possibile a substantia separari. sed magis, siquidem ambulans entium aliquid, & sedens, & sanum. hæc autem magis entia apparẽt, quoniam subiectum eis determinatum est. hoc autem substantia, & singulare est, quod in tali prædicatione apparet. bonum enim, aut sedens, absq; hoc non dicitur. patet igitur, quod ꝓpter hanc, illorum quoque singula sunt. Quare quod primo est ens, & non aliquod ens, sed simpliciter ens, substantia. Multis quidem modis primum dicitur, attamen substãtia & ratione, & cognitione, & tempore, & natura, omnium primum est. aliorum enim categorematum nullũ est separabile, sed hæc sola. ratione quoq;, hoc primum. necesse est enim in cuiusq; ratione inesse rationem substantiæ scire etiam, tunc putamus unũquodq; magis, cum quid est homo, aut ignis sciamus, quàm quale, aut quantum, aut ubi. nam & horum ipsorum tunc unũquodq; scimus, cum quid est ipsum quale, aut ipsum quantum sciamus. Quod quoq; tam olim, quàm nunc & semper quęritur, semper'q; dubitatur quidnam ipsum ens sit, hoc est quænã substantia est. hoc enim, quidam unum aiunt esse. quidam plura quàm unum. & quidam finita. quidam uero infinita. Quare nobis quoq; maxime, & primum, & solum (ut ita dicam) de ente hoc pacto, quid nam sit, speculandum est.

Caput II.

Videtur autem substantia existere, manifestissime qdẽ in corporibus. quare anima-
u lia, & plantas, & eoꝝ partes, substãtias esse dicimus, ac naturalia corpora, ut ignẽ, aquã, & terrã, cęteroꝝ quoq; singula. & quęcunq; aut hoꝝ partes, aut ex his sunt, aut partibus, aut oĩbus. ut cœlũ, & eius partes, sydera, luna, et sol. utrũ autem hę solæ substantiæ sint, an etiam aliæ, an haꝝ qdem nulla, sed aliquę alię, cõsyderandũ est. Videtur autem quibusdam

tem quibusdam, corporis terminos, ut superficiem, lineam, punctum & unitatem substantias esse, & magis quàm corpus, & solidum. Item præter sensibilia, quidam non putant aliquid esse tale. quidam, plura, & quæ magis sempiterna sunt. sicuti Plato, & ipsas species, & mathematica, duas substantias. tertiam uero, sensibilium corporum substantiam. Pseusippus uero, etiam plures substantias ab uno incipiens, & principia cuiusq; substantiæ, aliud numerorũ, aliud magnitudinum. deinde, animæ. & hoc modo, extendit substantias. Quidam autem, species quidem & numeros eandem habere naturam aiunt. cætera uero sequentia, lineas & superficies, usq; ad cœli substantiam, & sensibilia. De his igitur quid bene, quid'ue non bene dicat', & quæ substantiæ sint, & utrum aliquæ præter sensibiles sint, nec'ne, & hæ quomodo sint, & utrum est aliqua separata substantia, & cur, & quomodo, an nulla præter sensibiles, perscrutandum est, descripta primo substantia, quidnam sit.

Cap. III.

Dicitur autem substantia, si non pluribꝰ, saltem quatuor modis. maxime etenim qd'
d erat esse, & uniuersale, & genus, substantia cuiusq; esse uidetur. & quartum, subiectum. subiectum autem est, de quo cætera dicuntur, illud uero non amplius de alio. Quare primo de eo determinandũ est. maxime nanq; substantia, subiectum primũ esse uidetur. Tale uero, quodam modo qdem materia dicitur. quodam modo uero, forma. tertium uero, quod ex his est. dico autem materiam quidem, ut æs. formam autem, figuram ideæ. quod uero ex his est, totam statuam. unde si species prior materia est, & magis ens illud quoq; quod ex ambobus est, prius erit ob similem rationem. Nunc itaq; quidnam substantia sit, quasi in figura dictum est, quod non de subiecto, sed de quo cætera. Oportet autem non ita solum. non enim sufficiens est. & hoc nanq; ipsum, non est manifestum. Et item, materia, substantia est. nam si hæc non est substantia, quæ alia esset, fugeret nos. dẽptis etenim cæteris, nihil aliud remanere uidetur. cætera nanq;, passiones corporum, & effectiones, & potentiæ sunt. longitudo uero, latitudo, & profunditas, quantitates quædã, sed non substantiæ sũt. quantitas etenim non est substantia, sed magis cui hæc ipsa primo insunt, illud est substantia. enimuero ablata lõgitudine, latitudine, & profunditate, nihil uidemus reliquum, nisi siquid est, quod ab eis determinetur. ut ita consyderantibus, materiam solam necesse sit apparere substantiam. dico autem materiam, quæ per seipsam, neq; quid, neq; quantum, nec aliquid aliud quippiam dicitur quibus ens determinatur. est enim quid, de quo singula horum prædicantur. cui esse, ac cuiq; prædicationum, diuersum est. cętera nanq; de substantia prædicantur. hæc uero, de materia. Quare quod ultimum est per se, neq; quid, neq; quantum, nec aliquid aliud est, neq; etiam negationes. etenim hæ quoq;, secundum accidens erunt. ex his itaq;, speculantibus, accidit substantiam esse materiam. At impossibile est. etenim separabile, & quod quid esse, uidentur maxime inesse substantiæ. propter quod species, & quod ex ambobus, uidetur esse substantia magis, quàm materia. At illa substantia, quæ ex ambobus, dico autem quæ ex materia & forma est, omittenda est. posterior enim, & manifesta est. manifesta uero, quodam modo etiam ipsa materia. At de tertia, consyderandum est. hæc enim maxime dubitabilis. conceditur autem, quasdam esse substantias sensibilium. quare in his, primum quærendum est.

Cap. IIII.

Vm autem in principio diuiserimus quot modis substantiam determinamus, ac ho
c rum unum quiddam esse uideatur, quod quid erat esse, de eo consyderandum est. prodest etenim transcendere ad notius. ita nanq; disciplina fit omnibus, per minus nota natura, ad magis nota. & hoc opus est, ut in actibus ex eis, quæ cuiq; sunt bona facere, quæ simpliciter bona sunt, sint cuiq; bona, ita ex sibi notioribus, quæ natura nota sunt sibi facere nota. quæ autem singulis nota, & prima, sæpenumero parum nota sunt, & parum, aut nihil entis participant. attamen ex eis, quæ parum nota, sibi tamen nota sunt, conandum est noscere, quæ simpliciter nota sũt, per hæc ipsa (ut dictum est) transcendentibus. At primo quædam de eo logice dicemus. quod illud est, quod quid erat esse unúquodq;, quod secundum se dicitur. etenim tibi esse, non est musico esse. non enim secundum teipsum musicus es. quod ergo secundum teipsum. Nec tamen hoc totum. nec enim illud, quod ita secũdum se est, ut superficies alba. quoniam superficiei esse, non est albo esse. At uero, nec quod ex ambobus est superficiei albæ esse. Quare? quoniam hæc ineſt. in qua ergo ratione ipsum dicente, non inerit ipsum, hęc ratio eius, quod quid erat esse cuiq;. Quare si superficiei albæ esse, est superficiei læui esse, albo & læui esse unum, & idem est. Cum autem secũdum cætera quoq; prædicamenta composita sint (est etenim aliquod subiectum cuiq;, ut qualitati, & quantitati, & quando, & ubi, & motui) perscrutandũ est utrum est ratio eius quod qd erat esse cuiq; horũ, & utrũ ineſt

etiam his ipſum quod quid,erat,ut homini albo,quid erat albo homini.ſit autem nomen eius, ueſtis.qd ẽ ueſti eſſe?at uero,nec eorum eſt, quæ ſecundum ſe dicuntur.an hoc non ſecundum ſe dupliciter dicitur? & huius, eſt hoc quidem ex additione.iſtud uero,non.hoc enim dicitur, eo quod ipſum,quod definitur, alteri adiicitur.utputa,ſi albo eſſe,definiens dicit albi hominis rationem.iſtud uero,eo,quod aliud ipſi.ut ſi ueſtis album hominem ſignificat,ille uero deſiniat ueſtem ut album.quod autem eſt albus homo, eſt album quidem,non tamen quid erat eſſe albo homini,ſed ueſti eſſe. Vtrum quod quid erat eſſe, eſt qd,aut ſimpliciter,an non?ipſum enim quod quid erat eſſe,eſt ipſum quid erat eſſe.cum uero aliud de alio dicatur, non eſt ipſum quod quid.ut homo albus,non eſt quod quid.ſi ipſum quidem quod quid,ſubſtãtiis ſolis ineſt, quare quod quid erat eſſe illorum eſt, quorũcunq; ratio eſt definitio.Definitio autem eſt,non ſi nomen idem,quod oratio ſignificet(omnes etenim ſermones,definitiões eſſent.erit nanq; nomen idem cuicunq; ſermoni,quare & iliας definitio erit)ſed ſi primi alicuius,ſit.talia uero ſunt, quæcunq; dicuntur,non eo quod aliud de alio dicatur.non ergo ulli eorum,quæ nõ ſunt ſpecies generis,inerit quod quid erat eſſe,ſed his ſolum,hæc enim uidentur,non ſecundum participationem,& paſſionem,nec ut accidens dici.Sed oratio quidem cuiuſq; etiam alio rum erit quid ſignificat,ſi nomen ſit,quod hoc huic ineſt.aut pro ſimplici oratione,certior.definitio uero non erit,neq; quod quid erat eſſe.An definitio quoq; ut & ipſum quid eſt, multipliciter dicitur.etenim ipſum quid eſt, uno quidem modo ſubſtantiam & quod quid ſignificat.alio uero, ſingula eorum,quæ prædicantur,quantitatem,qualitatem & quæcunq; cætera talia ſunt.quemadmodum enim & ipſum EST ineſt quidem omnibus,non tamen ſimiliter,ſed huic quidem primo,illis uero conſequenter,ita & quod qd eſt,ſimpliciter ſubſtantiæ, cæteris uero quodam modo.etenim interrogare poſſimus,qd eſt ipſum quale.quare & ipſum quale eſt eorum,quoꝝ eſt quid eſt.non tamen ſimpliciter,ſed ſicut de non ente logice quidam aiunt eſſe ipſum non ens,nõ ſimpliciter,ſed non ens.ita, & ipſum quale.Oportet igit᷑ & conſyderare, quomodo de quocũq; dicere decet,nõ tamẽ magis,q̃ quomodo ſe habet. quare nũc quoq; cum manifeſtum,quod dicitur,ſit,ipſum etiam quod quid erat eſſe ſimiliter inerit primo quidem & ſimpliciter ſubſtantiæ,deinde cæteris ſicut & ipſum,quid eſt. non ſimpliciter quid erat eſſe,ſed qualitati aut quantitati quid erat eſſe.Oportet etenim,aut æquiuoce iſta eẽ, aut cũ additione uel ablatione.ſicut & quod non ſcibile ſcibile.nã rectius eſt neq; æquiuoce dicere,neq; eodẽ modo.ſed quẽadmodum medicinale,eo quod ad idem quidem & unum,non autem idem & unum.nõ tamẽ etiam æquiuoce.nullũ etenim medicinale,corpus,opus, & uas dicitur æquiuoce,neq; ſecundũ unum,ſed ad unũ.ſed hæc qdem quomodocunq; dicere qs uelit,nihil differt.Illud aũt manifeſtũ eſt,q̃ quæ primo & ſimpliciter definitio, & qd᷑ quid erat eſſe,ſubſtãtiaꝝ eſt.at cæteroꝝ quoq; ſimiliter eſt,nõ tamẽ primo.Nõ enim ẽ neceſſe,ſi hoc ponamus,huius definitionẽ eſſe quodcũq; oratione idẽ ſignificat,ſed quod aliqua oratione. hoc aũt ſi unius ſit,nõ cõtinuatione ſicuti ilias,aut quæcunq; cõiunctione,ſed ſi quoties dicit᷑ unũ. Vnũ aũt dicit᷑,ſicuti & ens.ens aũt quoddã,ipſum qd᷑qd.quoddã,quãtũ.quoddã,quale qd ſignificat.Quare & albi hoís erit oratio & definitio.alio uero mõ,& alibi & ſubſtãtię.

Caput V.

Abet autem dubitationem,ſiquis non dicat definitionem eſſe eam,quæ ex additione fit, orationẽ,cui⁹ erit definitio non ſimplicium,ſed copulatorum?ex additione enim,neceſſe ẽ manifeſtare.dico autem utputa,eſt naſus,& cõcauitas, & ſimitas,quod ex ambobus dicit᷑.eo q̃ hoc,in hoc,& nõ ſecũdum accidens.neq; cõcauitas,neq; ſimitas,paſſio naſi,ſed ſecundũ ſe.nec ut album Calliæ,aut homini,quoniã Callias albus,cui accidit homini eſſe.ſed ut maſculum animali,& æquale quãto,& cuncta,quæ per ſe eſſe dicuntur.hæc ſunt,in quibus ineſt aut ratio,aut nomen eius,cuius hæc paſſio eſt.& nõ cõtingit,ſeparatim oſtendere,ſicuti album abſq; homine cõtingit.ſed nõ fœmininum,abſq; aſalię iſtoꝝ,quod qd erat eſſe,& definitio,aut nulli⁹ eſt,aut ſi eſt,aliter eſt q̃ quẽadmodum diximus.Eſt autẽ alia quoq; de eis dubitatio.ſi enĩ idem ſimus naſus,& concauus naſus,idẽ erit ſimum,& cõcauũ.quod ſi nõ,ꝓpterea quod impoſſibile eſt dicere ſimũ abſq; ipſa re,cui⁹ per ſe paſſio eſt,& ſimũ erit cõcauitas in naſo,naſum ſimũ aut nõ eſt dicere,aut bis idẽ erit dictũ naſus naſus cõcauus.naſus nãq; ſimus,naſus naſus ꝯcauus erit.ꝓpter qd᷑,incõueniens eſt,talib⁹ in eſſe,qd᷑qd erat eẽ.q̃ ſi nõ,in infinitũ,ꝓgredie᷑.naſo nãq; naſo ſimo aliud ſierit.Patet igit᷑,q̃ ſolius ſubſtãtię definitio eſt.ſi.n.& cæteroꝝ quoq; ꝑdicamẽtoꝝ,neceſſe eſt ex additiõe eẽ.ut q̃litatis,& imparis.nõ enim ſine numero.nec huius,qd᷑ eſt fœmininũ,ſine animali.ex additione autem dico,

autem dico,in qbus accidit bis idem dicere,ſicut in iſtis.quod ſi hoc uerũ eſt, neq; copulatorũ erit.utpote,numeri imparis.Sed latet,quod non accurate dicuntur orationes.ſi autem & iſtorum ſunt definitiones,aut alio modo ſunt,aut(ſicuti dictum eſt)multipliciter eſt dicẽdum definitionem,& quod quid erat eſſe.Quare quodam modo qdem nullius erit definitio, nulli q̃ inerit quod qd erat eſſe niſi ſubſtantiis,quodam modo uero erit.Quod igitur definitio eſt ipſius qd erat eſſe oratio,& quod quid erat eſſe,aut ſubſtantiarũ ſolum eſt,aut maxime primo & ſimpliciter,manifeſtum eſt.

Caput VI.

Trum autem idem,eſt,an aliud ipſum quid erat eſſe,& unumquodq; , perſcrutandũ.proderit etenim aliqd,ad conſyderationem de ſubſtantia. nam & unũquodq;, non uidetur aliud eſſe a᷑ ſua ſubſtantia.& ipſum quid erat᷑ eſſe,dicitur eſſe uniuſcuiuſq; ſubſtantia.De his igitur,quæ ſecundum accidens dicuntur,uideri poſſit aliud eſſe.utputa albus homo aliud eſt,& albo homini eſſe.ſi enim idem homini eſſe,& albo homini idem.idem nanq; homo,& albus homo,ut aiunt.quare & albo homini,& homini.An non neceſſe eſt quæcunq; ſecundum accidens,eadem eſſe?non enim extrema,ſimiliter eadem fiũt. ſed fortaſſis illud uideatur accidere,extrema eadem ſecundum accidens fieri.utputa,albo eſſe, & muſico eſſe.Videtur autem minime.de his autem,quæ per ſe dicunt᷑,ſemper neceſſe eſt eadem eſſe.ut ſiquæ ſubſtantiæ ſunt,quibus diuerſæ ſubſtantiæ non ſũt,nec aliæ naturæ priores. quales aiunt aliqui eſſe ideas.ſi enim erit aliud ipſum bonum,& bono eſſe,& animal,& animali eſſe,& enti,& ipſum ens,erunt & aliæ ſubſtantiæ,& naturæ,ac ideæ præter eas,quæ dicuntur.& illæ priores ſubſtantiæ,ſi ipſum quod quid erat eſſe,ſubſtantiæ eſt.Et ſi abſolutæ abſeinuicem,harum quidem non erit ſcientia,illæ uero non erũt entia.dico autem abſolui, ſi nec ipſi bono eſt eſſe bono.nec huic,eſſe bonum.ſcientia nanq; cuiuſq; hæc eſt,quod quid erat illi eſſe.& de bono,& de cæteris ſimiliter ſe habet.unde ſi neq; ipſi bono eſſe bonum,nec ipſi enti ens,nec ipſi uni unum,ſimiliter autem omnia ſunt,certe nihil eſt,quod quid erat eſſe. quare ſi nec ipſi enti ens,nec aliorum alicui.Item cui non ineſt bono eſſe,non bonum eſt.neceſſe eſt igitur,unũ eſſe bonũ & bono eſſe,& honeſtum & honeſto eſſe,quęcũq; non per aliud dicunt᷑, ſed prima & per ſe.etenim hoc ſufficiens eſt,ſi exiſtit,etiam ſi non ſint ſpecies.fortaſſis autem magis,ſi ſpecies ſint.Simul autem patet etiam quod ſi ideæ ſint,quales eas qdam aiunt,quod etiam non erit ſubiectum ſubſtantia.has enim ſubſtantias qdem,neceſſe eſt non de ſubiecto qdem eſſe.eſſent enim ſecundũ participationem.ex his itaq; rationibus,unũ & idem eſt non ſecundũ accidens ipſum unũquodq;,& quod qd erat eſſe.& qd᷑ ſcire unũquodq;,hoc eſt,ipſum qd erat eſſe ſcire.quare,ſecũdum expoſitionem neceſſe eſt unum qddam,ambo eſſe.Quod autem ſecundum accidens dicitur,ut muſicum,aut albũ,propterea quod duplex ſignificat,non eſt uerũ dicere,quod idem ſit,quod qd erat eſſe,& ipſum.etenim,cui accidit albũ,et accidens. quare quodam modo qdem eſt idem,quodam modo uero non eſt idem,quod qd erat eſſe & ipſum.homini nanq;,& albo homini,non eſt idem.paſſione uero,idem.Abſurdum autem apparet,& ſiquis unicuiq; ipſorum quid erat eſſe nomen imponat.erit nanq; etiam præter illud, aliud,quod qd erat eſſe equo.at uero quid prohibet nunc quoq; eueſtigio eſſe quędam qd erat eſſe,ſi ſubſtantia qdem eſt,quod quid erat eſſe?enimuero non ſolum unũ,ſed ratio etiam eorum eadem,ut ex dictis patet.non enim ſecundum accidens unum,uni eſſe & ipſum unũ.Item ſi aliud erit,in infinitum procedet.etenim hoc quidem,erit quid erat eſſe uni eſſe. illud uero, unum.quare de illis quoq; eadem ratio erit.Quod igitur de primis & quæ per ſe dicuntur,uni cuiq; eſſe & unumquodq; idem,& unum eſt,patet.Sophiſticæ autem ad hanc poſitionem rediargutiones,manifeſtum eſt,quod eadem ſolutione ſoluuntur.& ſi idem Socrates,& Socrati eſſe.nihil enim differt,nec ex quibus aliquis interrogauerit, nec ex quib⁹ ſoluens obtinuerit. Quo igitur modo idem cuiq; eſt,quod quid erat eſſe,& quomodo non idem,dictum eſt.

Caput VII.

Orum autem,quæ fiunt, quædam natura,quædam arte,quædam a᷑ caſu fiunt. omnia uero,quæ fiunt,& ab aliquo,& ex aliquo,ac aliquid fiunt. aliquid uero dico,ſecundũ quodq; prædicamentum.aut enim,hoc,aut quantum,aut quale,aut ubi.generationes uero naturales qdem hæ eorum ſunt,quorum generatio ex natura eſt.ex quo autem fit,ea eſt,quam materiam dicimus.a᷑ quo uero,ꝗppiam eorũ eſt,quæ natura ſunt.ipſum autem aliquid,homo aut planta,aut quicquam aliud ſimilium,quæ maxime dicimus ſubſtantias eſſe.Cuncta uero,quæ aut natura, aut arte fiunt, habent materiam. poſſibile enim eſt eſſe,& non eſſe, eorum unumquodq;. hoc autem cuiq;,

materia. Vniuerſaliter uero & id, ex quo natura, & illud, per quod natura. quod enim fit, habet naturam ut planta, aut animal. Et a' quo, natura quæ ſm ſpeciē dicit', quæ eiuſdem ſpeciei eſt. hæc autem, in alio eſt. homo nanq; hominem generat. ſic igit' fiunt, q̄ ob naturā fiūt. cęteræ uero generationes, dicuntur effectiones. Omnes autem effectiones, aut ab arte, aut a' poteſtate, aut ab intellectu. harum autem quædam etiam a' caſu fiunt, & a' fortuna, perinde atque in iis, quæ a' natura fiunt. quædam enim & illic, eadem & ex ſemine, & abſq; ſemine fiunt. de his itaq; poſtea conſyderandum eſt. ab arte autem fiunt, quorum ſpecies in anima. ſpeciem autem dico, ipſum quid erat eſſe uniuſcuiuſq; & primam ſubſtantiam. Etenim contrariorū quodam modo eadem ſpecies eſt. priuationis nanq; ſubſtantia, oppoſita ſubſtantia. ut ſanitas, ægritudo. ſanitas uero eſt ratio, quæ in anima & in ſcidinis. illius enim abſentia, oſtenditur ægritudo. ſanitas uero eſt ratio, quæ in anima & in ſcientia eſt. fit itaq; ſanum, ita intelligente. cum hoc, ſanitas ſit. neceſſe eſt ſi ſanitas erit hoc, fieri utputa æqualitatem. q̄d' ſi hoc, caliditatem. & ita ſemper intelligit, donec redigat in illud, q̄d' ipſe poteſt ultimum facere. deinde motus, qui iam poſt hæc fit, effectio ad ſanitatem appellatur. Quare quodam modo ex ſanitate, ſanitatem accidit fieri, & domum ex domo. quæ ſine materia, eam, quæ habet materiā. ars enim medendi, & ædificandi, eſt ſpecies ſanitatis, & domus. dico autem ſubſtantiam abſque materia, quod quid erat eſſe. Generationum autem, & motuum. hæc quidem intellectio, hæc uero effectio uocatur. quæ quidem a' principio & ſpecie, intellectio. quæ uero ab ultimo ipſius intellectiōis effectio. ſimiliter autem & in cæteris mediis unumquodq; fit. dico autem utputa, ſi conualeſcet, oportet adæquari. quid igitur eſt adæquari? hoc. hoc autem erit, ſi calefiet. hoc autem quid eſt? hoc quidem. hoc autem poteſtate in eſt, hoc uero iam in ipſo eſt. Faciens igitur, & unde conualeſcendi motus incipit, ſi ab arte, ſpecies eſt, quæ eſt in anima. quod ſi a' caſu, ab eo, quod eſt faciendi principium illi, qui ab arte ſacit. ſicuti fortaſſis & in medendo principium a' calefaciendo fit. hoc autem facit, fricatione. calor itaq; in corpore, aut pars ſanitatis, aut ſequitur eum aliquid tale, quod eſt pars ſanitatis, aut plura. hoc autem ultimum faciens, & quod ita pars eſt ſanitatis. & domus, & aliorum, ut lapides. Quare quēadmodum dicitur, impoſſibile eſt fieri, ſi nihil præexiſtat. quod ſane' pars ex neceſſitate exiſtet, patet. materia nanq;, pars. ineſt etiam hæc, & fit. Sed utrum eorum etiā eſt, quę in ratione? utroq; quidem modo dicimus multos circulos quidnam ſint, & materiam dicentes, quod æs, & ſpeciem quod talis figura, & hoc eſt genus, in quo primo ponitur. æneus autem circulus, habet in ipſa ratione materiam. Ex quo uero tāquam materia fiunt aliqua, dicitur cum fit non illud, ſed illiuſmodi. ut ſtatua, non lapis ſed lapidea. homo autem conualeſcens, non dicitur illud, ex quo. cauſa uero eſt, quia fieri contingit ex priuatione, & ſubiecto, q̄d' dicimus materiam. utputa, & homo & ægrotus fit ſanus. magis tamen dicitur ex priuatiōe fieri, ueluti ex ægroto ſanus, quàm ex homine. quare ſanus, ægrotus quidem non dicitur, ſed homo, & homo ſanus. Quorum uero priuatio incerta & innominata eſt, ut in ære cuiuſcunq; figuræ, aut in lateribus & lignis domus, ex his non dicentur fieri, ſicuti illic ex ægroto. quare ſicut nec ubi ex quo, hoc non dicitur illud. nec hic, ſtatua lignum. ſed deriuatiue dicitur lignea, non lignum, & ænea non æs, & lapidea, & non lapis. & domus lateritia, ſed non lateres. cum neq; tanquam ex ligno fit ſtatua, aut ex lateribus domus (ſiquis accurate inſpexerit) profecto' ſimpliciter dicet. propterea quod oporteat fieri, mutato ex quo, ſed non permanente. propter hoc igitur, ſic dicitur.

Caput VIII.

c Vm autem & ab aliquo fiat, quod fit (hoc autem dico unde generationis principium eſt, & ex aliquo, fit autem hoc non priuatio, ſed materia, iam enim determinatum eſt, quēadmodum hoc dicimus, & quod fit, hoc autem eſt, aut ſphęra, aut circulus, aut quodcunq; cæterorum euenit, ſicuti neq; ſubiectum facit ipſum ęs, ita neq; ſphęrā, niſi ſecundū accidens, quia ænea ſphæra, ſphæra eſt. illam autem nō facit. hoc aliquid enim facere, ex omnino ſubiecto, hoc facere eſt. dico autem quod æs facere rotūdum, nō eſt ipſum rotūdum, aut ſphæram facere, ſed aliquid aliud, utputa ſpeciem hanc in alio. ſi enim facit, ex aliquo alio profecto' facit. hoc enim ſupponebatur, utputa facere ęneam ſphęram. hoc autem ita, quia ex eo, quod eſt æs, hoc facit quod ſphæra eſt. ſi igitur & hoc ipſum facit, patet q̄ ſimiliter faciet, & generationes in infinitū procedent. Manifeſtum igitur eſt, quod neq; ſpecies ſit, aut quodcunq; nominare oportet formā, quæ in ſenſibili eſt, nec eſt eius generatio. nec eſt hæc, ipſum q̄d erat eſſe. hoc enī eſt, q̄d' in alio fit, aut ab arte, aut a' natura, aut potētia æneā uero ſphęrā, eſſe facit. facit nāq; ex ære & ſphæra. in hoc enī hanc ſpeciē facit. & hoc eſt ſphęra ænea. hoc autem, ſphæræ eſſe. eius uero, q̄d' eſt ſphæræ eſſe, oīno ſi generatio eſt, ex aliquo aliquid erit.

quid erit. oportebit nāq; diuiſibile ſemper eſſe, quod fit. & eſſe, hoc q̄dem hoc. illud uero, hoc. dico autem, quod hoc quidem materiam. illud uero, ſpeciem. ſi itaq; ſphæra eſt figura, quæ a' medio æqualis eſt, huius hoc quidem eſt, in quo erit, quod facit. illud autem, in illo. totum uero, quod factum eſt, utputa ipſa ænea ſphæra. Manifeſtum igitur ex dictis eſt, q̄ illud quidem, quod ut ſpecies, aut ſubſtantia dicitur, non fit. copulatio uero, quæ ſecundum hanc dicitur, fit. & quod in omni, quod fit, materia ineſt. & eſt, hoc quidem hoc. illud uero, hoc. Vtrum igitur eſt aliqua ſphæra præter has, an domus præter lateres? an nec factum fuiſſet unquam, ſi ita eſſet quod quid, ſed quoniam tale ſignificat? hoc autem & terminatum non eſt. ſed facit, & generat ex hoc, tale. & cum generatum eſt, eſt hoc tale? totū autem hoc, Callias aut Socrates eſt, ſicuti ſphæra ænea hæc, homo uero, & animal ſicuti ſphæra ænea ſimpliciter? Patet ergo q̄d' ſpecierum cauſæ (quemadmodum quidam dicere ſolent ſpecies) ſi aliquæ ſunt, præter ſingularia, ad generationes, & ſubſtantias nihil proſunt. nec ſunt propter has, ſubſtantiæ ſecundum ſe. in quibuſdam etenim etiam manifeſtum eſt, quod generans tale eſt, quale quod generatur. non tamen idem, nec unum numero, ſed unum ſpecie. ut in naturalibus (homo nāq; hominem generat) niſi quid præter naturam fiat. ut equus, mulū. & hæc quoq;, ſimiliter. quod enim eſt commune equo, & aſino, non eſt nominatum propinquiſſimum genus. fuerint autem ambo fortaſſis, uti mulus. Quare patet, quod non oportet tanquam exemplar ſpeciem ponere. in his etenim maxime quærerentur. hæ enim maxime ſubſtantiæ ſunt. ſed generans ſufficiens eſt, ut faciat, & cauſa ſit ſpeciei eſſe in materia. tota uero iam talis ſpecies, in his carnibus, & oſſibus, Callias, & Socrates. & diuerſa quidem, propter materiam (diuerſa etenim) idem autem ſpecie. indiuiſibilis nanq; ſpecies eſt.

Cap. IX.

Vbitauerit autem aliquis, cur quædam & arte, & caſu fiunt, ut ſanitas. quędam autem minime, ut domus. Cauſa uero eſt, quod horum quidem materia, quæ principium generationis eſt, cum faciens ſit, & factum aliquid eorum, quæ ab arte ſunt, in qua eſt aliqua pars rei, quædam talis eſt, ut a' ſeipſa moueat', quædam non. & huius, quædam ſic poſſibilis eſt, quædam impoſſibilis. multa nāq; poſſibilia quidem a' ſeipſis moueri, ſed non ſic, utputa ſaltare. quorum cūq; itaq; talis materia eſt, ut lapides (impoſſibile eſt ſic moueri niſi ab alio, ſic tamen certe eſt) & ignis. propterea quædam non erunt abſq; eo, qui habet artem, quædam erunt. ab iis enim mouebuntur, quæ non habent quidem artem, moueri uero poſſunt ipſamet, aut ab aliis non habentibus artem, aut ex parte. Manifeſtum autem eſt ex iis, quæ dicta ſunt, & quod quodam modo omnia fiūt ex uniuoco, quemadmodum quæ natura ſunt. aut ex parte uniuoca. ut dom° ex domo, aut ab intellectu. ars enim ſpecies eſt, at ex parte, aut habente aliquam partem, ſi non ſecundū accidens fiat. cauſa enim faciendi prima ſecundum ſe, pars. calor enim in motu, calorem in corpore fecit. hic uero aut ſanitas eſt, aut pars, aut ſequitur eum aliqua ſanitatis pars, aut ipſa ſanitas. quare & dicitur facere, quia illud, quod ſequitur, & cui accidit calor, ſanitatem efficit. Quare ſicut in ſyllogiſmis, omniū principium ſubſtantia eſt (ex ipſo enim q̄d eſt, ſyllogiſmi ſunt) hic etiam generationes. Similiter ſe habent & quæ natura conſtituta ſunt. ſemen nanq; facit, ſicut ea, quæ ab arte ſunt. habet etenim poteſtate ſpeciem. & a' quo ſemen eſt, quodam modo uniuocum (non enim omnia ita oportet quærere, ſicuti ex homine homo. etenim mulier ex uiro. unde mulus non ex mulo) ſed ſi nō læſura fuerit. Quæcunq; uero quorum materia poteſt, & a' ſeipſa moueri eo motu, quo ſemen mouet, a' caſu, ſicut ibi fiunt. quorum autem non, hæc impoſſibilia ſunt aliter fieri, quàm ex ipſis. Non autem de ſubſtantia ſolum oſtendit ratio non fieri ſpeciem, ſed de omnibus primis ſimiliter communis ratio eſt, utputa quantitate, qualitate, & aliis prædicamentis. fit enim utputa ænea ſphęra, ſed non ſphęra, nec æs. & in ære fit. ſemper nanq; oportet præexiſtere materiam, & ſpeciē. ita & de quid eſt, & de qualitate, & quantitate, & aliis prædicamentis ſimiliter. non enim fit qualitas, ſed quale lignum. nec quantitas, ſed quantum lignum, aut animal. Cæterum ex his, proprium ſubſtantiæ accipere eſt. quod neceſſe eſt præexiſtere ſemper aliam ſubſtantiam actu exiſtentem, quæ facit, utputa animal ſi animal fit. quale uero, aut quantum non eſt neceſſe, niſi potentia ſolum.

Cap. X.

c Vm aūt definitio oratio ſit, omnis aūt oratio partes habeat, ac ſicuti oratio ad rē ſimiliter & pars orationis ad partem rei ſe habeat, dubitat' utrū oportet partiū oſonē ineſſe in oſone toti° an nō. in qbuſdā. n. uident' ineſſe. in qbuſdā uero nō. circuli. n. ratio nō habet rōnē inciſionū. ratio uero ſyllabæ habet rōnē elementoꝝ. atq circulus diuidit' in īciſiones, ſicuti ſyllaba in elemēta. Itē aūt ſi partes priores ſint toto, recti aūt acut°

eſt pars, & digitus animalis, prior erit acutus recto, & digitus homine. uidentur tamen iſta eſſe priora. ratione nanq; dicuntur ex iſtis. & eo q̄ ſint abſq; inuicem, priora ſunt. An multis modis dicitur pars? Quorum unus modus, ſecundum quantum menſurans. ſed hæc quidem præter mittatur. ex quibus uero ſubſtantia tanq̄ ex partibus eſt, hoc conſyderandum eſt. Si igitur hoc quidem materia eſt, hoc uero ſpecies, hoc uero ex his, & ſubſtantia eſt materia, & ſpecies, & quod ex his, quodam modo quidem materia etiam pars alicuius dicitur, quodam modo uero non. quandoquidem ex quibus ratio ſpeciei, utputa concauitatis, non eſt pars caro. hæc enim materia, in qua fit. ſimitatis autem, pars aliqua eſt. & totius quidem ſtatuæ, pars, ęs. eius autem, quod ut ſpecies dicitur ſtatuæ, minime. dicendum enim ſpecie & quatenus ſpeciem habet, unū quodq; materiale uero, nunquam ſecundum ſe dicendū (Quare circuli quidem ratio non habet eam, quæ inciſionum ratio eſt, ſed ſyllabæ eam, quæ elementorum eſt, quia elementa rationis partes, ſunt ſpeciei, & nō materia. inciſiones uero horum ſic partes tanq̄ materia, in quibus adueniunt. propinquiores tamen ſpeciei, q̄ æs, cum in ære rotunditas fiat. Quodā modo uero nec elementa cuncta, in ratione ſyllabę inerunt. utputa, hæc cerea, aut quæ in aere ſunt. iā enim etiam hæc, ſyllabæ pars ſunt, tanq̄ materia ſenſibilis. etenim linea non ſi diuiſa in medietates, corrumpitur. aut homo, in oſſa, & neruos, & carnes. propter hoc & ita ex his ſunt, tanq̄ ex iis, q̄ ſunt partes ſubſtantiæ, uerum tanq̄ ex materia. & totius quidem ſunt partes, ſpeciei uero & cuius ratio, minime. Propter hoc, nec in rationibus. quorūdam itaq; inerit talium partium ratio, quorūdam uero non oportet ineſſe, niſi ſit ſimul ſumpti. Propter hoc enim, nonnullæ ex iis tāquam principiis ſunt, in quas corrumpuntur. quædam uero non ſunt. Quæcunq; igitur ſimul ſumpta, ſpecies & materia ſunt, ut ſimum, aut æneus circulus, illa ſane` in hæc corrūpūtur. quæcunq; non ſimul, cum materia ſumuntur, ſed abſq; materia, ut rationes ſpeciei ſolum, hęc profecto` nō corrūpūtur, aut penitus, aut nequaq̄ ita. Quare illoꝝ dē principia & partes, quæ in eis ſunt, ſpeciei uero neq; partes, neq; principia huiuſmodi. & propterea lutea ſtatua in lutum corrumpitur & ſphęra in æs, & Callias in carnem & oſſa. item & circulus in inciſiones. eſt enī aliquid, quod cum materia ſumitur. æquiuoce nāq; dicitur circulus, & qui ſimpliciter dicitur, et ſinguli, propterea q̄ ſingulis non ſit proprium nomen. Dicta itaq; nūc quoq; ueritas eſt, adhuc tamen dilucidius dicamus repetentes, quæcūq; enim rationis partes, & in quas diuiditur ratio, hæ priores, aut omnes, aut aliquæ. ratio uero recti non diuiditur in acuti rationem, ſed acuti in rectum. utitur nāq; recto, qui definit acutum. minor etenim recto, acutus. ſimiliter autem circulus, & ſemicirculus ſeſe habent. ſemicirculus nanq; circulo definitur. & digitus, toto. talis enim hominis pars, digitus. Quare quęcunq; quidem partes ut materia, & in quas diuiditur ut in materiam, poſteriores. quæcunq; uero ut rationis, & ſecundum rationem ſubſtantiæ, priores, aut omnes, aut aliquæ. Quoniam uero animalium anima (hoc enim ſubſtantia animati) ſecūdum rationem, & ſpeciem ſubſtantia, & quod erat eſſe tali corpori, cuiuſcunq; nanq; pars, ſi probe definiatur, non ſine eo opere definietur, quod ſine ſenſu non exiſtet, ſane` partes eius priores, aut omnes, aut aliquę toto animali. & de unoquoq;, ſimiliter. corpus uero, & eius partes, poſteriores hac ſubſtantia. & diuidetur in eas ut in materiam, non ipſa ſubſtātia, ſed totū. Toto itaq; quodam modo qdē priores ſunt hæ, quodā modo uero non, quādoquidem nec eſſe poſſunt ſeparatæ. non enim qui quomodocūq; ſe habet, digitus animalis eſt. ſed æquocus, qui mortuus eſt. quædam uero ſimul, quæcunq; principales, & in qua prima, ratio & ſubſtātia, utputa ſi hęc cor, aut cerebrum eſt. nihil enim differt, utra talis ſit. Homo uero, & equus, & quę ita ſe habēt, in ſingularibus ſunt. uniuerſale uero ſubſtātia non eſt, ſed totum quiddam ex hac ratiōe & hac materia tanquā uniuerſali. ſingulare uero ex ultima materia, iam Socrates eſt. & de cæteris, ſimiliter. Pars itaq;, etiam ſpeciei eſt (ſpeciem autem dico, quod qd erat eſſe) & ipſius totius, qđ ex ſpecie, & ipſa materia eſt. ſed ratiōis partes, quæ ſpeciei, ſolum ſunt. ratio uero, eſt ipſius uniuerſalis. circulo nanq; eſſe & circulus, & animæ eſſe & anima, idē eſt. totius uero ut circuli huius & ſingularium alicuius ſenſibilis aut intelligibilis (dico autem intelligibiles quidem, ut mathematicos. ſenſibiles uero, ut æneos & ligneos) horum inq̄ non eſt definitio, ſed intellectione, aut ſenſu cognoſcuntur. cum uero abeant ab actu, non eſt manifeſtum utrum ſint aliquando, an non ſint, tamen ſemper dicuntur & cognoſcunt' uniuerſali ratiōe. materia uero, per ſeipſam incognita. materia uero, quædam ſenſibilis. quædam, intelligibilis. ſenſibilis quidem, ut æs, & lignū, & quæcunq; mobilis materia. intelligibilis uero, quæ in ſenſibilibus exiſtit, non ꝓput ſenſibilia. utputa, ipſa mathematica. De toto igitur, & parte, ac priore, & poſteriore quomodo ſe habeant, dictum eſt. Ad interrogationem uero neceſſe eſt occurrere, cum quis interroget utrū

rectus, & circulus

rectus & circulus, & animal priora, an in quas diuidunt', & ex qbus ſunt, partes, q̄ non ſimpliciter. nā etiam ſi anima aīal eſt, aut animatū, aut unūquodq;, aut uniuſcuiuſq;, & circulus circulo eſſe, & rectus recto eſſe, ſubſtātia quoq; recti, aliqd quidem & aliquo poſterius dicendū eſt, utputa iis, quæ in ratione, & aliquo recto. etenī qui cū materia æneus rectus, & q in ſingularibus lineis. qui uero abſq; materia iis qdem, quę in ratione ſunt, poſterior, partibus uero, quę in ſingulari ſunt, prior eſt. ſimpliciter autem nō eſt dicendū. & ſi diuerſa eſt, & nō eſt aīa animal, ſic etiam quaſdam dicendum, quaſdā non dicendum, ut dictum eſt. Cap. XI

Erito autē dubitat' etiam quęnam ſpeciei ſint partes, quę uero non, ſed eius, q đ' ſimul ſumit', cū & hoc nō exiſtēte manifeſto, nō ſit definire unūquodq;. uniuer-
m ſalis etenī, & ſpeciei, definitio eſt. quæ igit' partium ut materia ſunt, & quæ non, ſi nō ſint manifeſtę, nec ratio rei manifeſta erit. Quæcunq; igitur apparent aduenientia in diuerſis ſpecie, ut circulus in ære, ligno, & lapide, hęc quidem manifeſta eſſe uidentur. quoniā nihil ſubſtātiæ circuli æs, neq; lapis eſt, propterea q̄ ab eis ſeparetur. q̄ uero nō uident' ſeparari, nihil quidem ꝓhibet ſimiliter his ſe habere, quemadmodum ſi circuli oēs uiderent' æneī. nihil enim minus æs nō ſit ipſius ſpeciei. difficile tamē eſt, hoc mēte auferre. utputa ſpecies hominis ſemper in carnibus & oſſibus & talibus partibus apparet, utrū igit' ſint hæc partes ſpeciei & rationis, an nō, ſed materia? uerū quoniam nō adueniunt etiā in aliis, non poſſumus ſeparare. Cum autem hoc uideat' quidem contingere, quando uero nō eſt manifeſtum, quidam etiam de circulo, & triangulo dubitant, tanq̄ non deceat lineis & continuo definiri. ſed hęc omnia ſimiliter dici ſicuti carnes, aut oſſa hominis, & æs & lapis circuli. & cuncta, referunt ad numeros. & lineæ rationē, eam, quæ duorum eſſe dicūt. Eoꝝ etiam, q ideas dicunt, quidā ipſam lineam dualitatē. quidā, lineæ ſpeciem. quædā etenim eadē eſſe, ſpeciē & cuius ſpecies. utputa, dualitatis & dualitatis ſpeciē. in linea uero nō eſt. Accidit itaq; & unā multoꝝ ſpeciem eſſe, quoꝝ ſpecies uidetur diuerſa. quod etiā Pythagoricis accidebat. & contingit unam omnium facere ipſam ſpeciem, cætera uero non ſpecies. at hoc modo unū, omnia erūt. Quod itaq; habent aliquā dubitationem ea, quæ circa definitiones ſunt, & quā ob cauſam, dictum eſt. Quare cuncta ità reducere & auferre materiā, ſuperuacaneum eſt. quædam nāq; fortaſſe, hoc in hoc ſunt, aut ſic hæc habentia. Et comparatio de animali, quā iunior Socrates dicere ſolebat, nō bene ſe habet. abducit enim a` uero, & opinari facit tanq̄ contingeret hominē ſine partibus eſſe, quēadmodum abſq; ære circulum. hoc autem, nō eſt ſimile. etenim ſenſibile quiddam fortaſſis animal eſt, & abſq; motu definire non eſt. Quare neq; ſine partibus, quodā modo ſe habentibus. nō enim omnino pars hominis eſt manus, ſed illa, quę poteſt opus perficere. quare animata exiſtens, nō animata uero non eſt pars. Circa mathematica uero, cur ratiōes non ſunt partes rationū? ut circuli, ſemicirculi? hæc enim nō ſunt ſenſibilia. an nihil refert? erit nāq; quorūdam etiam non ſenſibiliū, materia, & omnis quod nō eſt, quid erat eē. circuli itaq; uniuerſalis quidem non erunt, ſingularium uero erunt hæ partes, ut prius dictum eſt. eſt etenī materia, quædam ſenſibilis, quædam intellectualis. manifeſtum autem eſt, quod anima quidē ſubſtantia prima, corpus uero materia. homo uero uel animal, quod ex ambobus, ut uniuerſale. Socrates uero & Coriſcus, ſi anima quidem, duplex. hi enim ut animam dicent, illi autem ut ipſum totum. quod ſi ſimpliciter anima hæc, & hoc corpus, quēadmodum uniuerſale, etiā & ſingulare. Vtrum autem præter materiam, huiuſcemodi ſubſtātiarū ſit aliqua alia, & oporteat quærere ſubſtātiā eoꝝ aliquā aliam, utputa numeros aut aliquid tale, poſterius cōſyderandum eſt. huius enī gratia, & de ſenſibilibus ſubſtantiis definire tentamus. quādoquidem quodā modo phyſicæ & ſecundæ philoſophiæ opus eſt, ea, quæ circa ſenſibiles ſubſtantias ſpeculatio ē. non enim ſolum de materia phyſicum cognoſcere oportet, ſed etiam de ea, quæ ſecundum rationem, & magis. In definitionibus uero, quo modo partes, quæ in ratione ſunt, & cur una ratio, definitio (patet etenim, quod res una) res autem quo modo una partes habens, poſtea cōſyderandum eſt. Quid igitur eſt, quod quid erat eſſe, & quomodo ipſum per ſeipſum, uniuerſaliter de omni, dictum eſt. & cur, quorundam ratio ipſius quid erat eſſe habet definiti partes, quorundam non. & quod in ratione quidem ſubſtantiæ, quę ita partes ſunt ut materia, non in erunt. non enim ſunt illius ſubſtantiæ partes, ſed totius. Huius uero eſt quodammodo ratio. & non eſt. cum materia nanq; non eſt. indefinitum etenim. ſecundum primam autem ſubſtantiam, eſt. ut hominis, animæ ratio. ſubſtantia enim eſt, ſpecies, quæ ineſt. ex qua & materia, tota dicitur ſubſtantia. ut concauitas. ex hac enim & naſo, ſimus naſus, & ſimitas eſt. bis nanq; in his inerit naſus. in tota uero ſubſtantia, ut naſo ſimo aut Callia, ineſt etiam materia. Et quod

quid erat esse, & unúquodq; in quibusdam quidem idem est, ut in primis substãtiis. utputa, cuiuitas & curuitati esse, si prima est. dico aút primã, quæ nõ dicitur eo, q; aliud in alio sit, & subiecto ut materia. Quæcunq; uero ut materia, uel ut simul cum materia sumpta sunt, non idẽ. neq; secundum accidens, unum, ut Socrates & musicum. hæc enim secundum accidens, eadẽ sunt.

Caput XII.

Vnc autem primo dicamus, quatenus in analyticis definitione non est dictum. dubitationem, quæ in illis dicta est, proderit rationibus de substantia. Dico autẽ, hanc dubitationem. quare unum est definitum, cuius rationem definitionem eẽ dicimus. ut hominis, animal bipes (sit nanq; eius ratio) cur igitur hoc unũ est, nõ autem multa, animal & bipes? homo enim & album, multa quidem sunt, cum nõ insint alterum alteri. unum uero cũ insint, & subiectũ, ut homo, aliquid patiatur. tunc enim albus homo, unũ fit, & est. hic uero non est alterum alterius particeps. genus etenim nõ uidetur particeps esse differentiarum. simul nanq; cõtrariorũ, idem participaret. differentiæ nanq; contrariæ, quibus genus differt. Quod si etiam participat, eadem ratio est, si differentiæ quidẽ plures sunt. ut gressiuum, bipes, implume. Cur enim unum, sed non multa sunt hæc, non enim, quia insunt. sic enim, ex omnibus erit unum. sed quia oportet unum esse, quæcunq; in definitione sunt, definitio nanq; ratio quædã una, & substantia est. quare unius cuiuspiã oportet ipsam esse rationem. etenim substantia, unum quiddam & quod quid (ut dicimus) significat. Oportet autem, primo consyderare de iis, quæ secundum diuisiones sunt, definitionibus. nihil enim aliud in definitione est, nisi (quod primum dicitur) genus, & differentiæ. cætera uero genera, sunt, & ipsum primum, & post hoc, quæ comprehenduntur differentię. utputa ipsum primum, est animal. consequens uero, animal bipes. & rursus animal bipes implume. similiter etiam, si per plura dicatur. & omnino nihil differt per multa an per pauca dicatur. neq; utiq; per pauciora quam duo. duorum uero, hoc quidem genus, hoc uero differentia. utputa huius, animal bipes, animal quidem genus, differentia uero alterum. Si igitur genus simpliciter non est præter eas, quæ ut generis species sunt, aut si est quidem, sed tãquam materia est (uox nanq; genus & materia, differentiæ autem species. nam elementa quoq; ex hac faciunt) manifestum est, quod definitio est ex differentiis ratio. At uero oportet etiam diuidi differentia differentiam. utputa animalis differentia est, ut pedes habere. rursus, animalis pedes habentis differẽtiam scire oportet, prout pedes habet. quare non est dicendum, pedes habẽtis aliud plumiferum, aliud implume, si bene dicatur (uerum quia non potest, faciet hoc) sed si, aliud fissos, aliud non fissos pedes habens. hæ enim pedis differentiæ sunt. fissio nanque pedum, aliqua peditas est. & sic semper procedi uult, donec ad indifferentia deueniat. tũ aút tot pedis species erũt, quot differẽtię. & pedes habentia aialia, æqualia differentiis. Si igit hęc ita se habeant, manifestũ est, q; ultima differẽtia, rei substãtia erit, & definitio, nec sane oportet crebro eadẽ in definitionibus dicere. superfluú nanq; est. Accidit autẽ, hoc. cũ enim animal pedes habẽs, bipes dicat, nihil aliud dixit, nisi animal pedes habens, duos pedes habens. & si hoc propria diuisione diuidat, crebro & æqualiter, ac differentias dicet. Si igitur differentię differentia fiat, una, quæ ultima est, erit species & substantia. Si autem secũdum accidens, ut si diuidat, habẽtis pedes aliud album, aliud nigrum, tot quot sunt sectiones. Quare manifestum est, q; definitio est ratio, quæ ex differẽtiis ẽ, & ex harum ultima secundum rectum. pateat autẽ hoc, siquis transponat tales definitiones (ut puta, hominis) dicens animal bipes, habens pedes. superfluum enim est habens pedes, dicto bipede. ordo uero, non est in substantia. quo nanq; modo, intelligere oportet, hoc qdem prius, illud uero posterius? De his igitur definitionibus, quæ secundum diuisiones fiunt, quales quædam sunt, hactenus dicta sint.

Caput XIII.

c Vm autẽ de substantia cõsyderatio sit, rursus redeamus. dicit aút, sicuti subiectũ substãtia esse. & quod qd erat esse. & qd ex his. & uniuersale. De duobus itaq; dictum est. etenĩ de qd erat esse, & de subiecto, q; dupliciter subiicit, aut qd qd existẽs, ut animal passionibus. aut, ut materia actui. Videtur autem etiam uniuersale causa quibusdam esse maxime, ac esse principium ipsum uniuersale. quare de hoc ẽt tractemus. Videt nanq; impossibile, substãtiam esse quodcũq; eorũ, quæ uniuersaliter dicunt. prima nãq; substãtia uniuscuiusq; quę ppria cuiusq; est, quæ alii nõ ineſt. uniuersale uero, cõmune. hoc enĩ dicit uniuersale, qd plurib⁹ natura aptũ est ineſſe. cui⁹ igit, hoc erit substãtia? aut enĩ oĩum, aut nullius. oĩum uero, non est possibile. unius autem si erit, cętera quoq; hoc erũt. quox enĩ substãtia una, & qd qd erat esse unũ, ipsa quoq; unũ sunt. Itẽ substãtia dicit, qd nõ de subiecto. uniuersale uero,

uersale uero, de subiecto aliquo dicitur semper. Sed utrum ita quidem non contingit, ut quod quid erat esse? in ipso autem ineſt, utputa animal in homine, & equo. patet igitur, quod erit aliqua eius ratio. differt autem nihil, si non omnium ratio est eorum, quæ in substãtia sunt. etenĩ, nihil minus hoc erit substantia alicuius. ut homo, hominis, in quo existit. quare iterum idem accidit. erit enim substantia, illius substãtia, ut animal speciei in qua ut proprium existit. Item impossibile, ac inconueniens est ipsum, quid & substantiam esse, si ex aliquibus non ex substãtiis, nec ex eo, quod quid est, sed ex quali. prius nanq; non substantia, & quale erit, q̃ substantia, & quod quid. quod impossibile est. nec ratione enim, nec tempore, nec generatione, possibile est passiones priores substantia esse. essent nanq; separabiles. Item Socrati substãtiæ, inerit substãtia. quare, duobus erit substantia. & omnino si homo, & quæcunq; ita dicuntur, substantia est, accidit nihil eorum, quæ in ratione sunt, alicuius substantiam esse, nec sine ipsis existere, nec in alio. dico autem utputa, non esse aliquid animal præter aliqua, nec ullum aliud eorum, quæ in ratione sunt. Ex his itaq;, consyderantibus patet, nihil eorum, quę uniuersaliter existunt, substãtiam esse, nihilq; eorum, quæ communiter prædicantur, quod quid, sed tale significare. quod si non, & alia multa accidunt, ac tertius homo. Item sic quoq; patet. impossibile enim est, substantiam ex substãtiis esse, quæ sic insunt, ut actu. quæ enim duo sic actu sunt, nunq̃ unum actu sunt. sed si potentia, duo sunt, erunt unum. ut duplum, ex duobus dimidiis potentia. actus nanq; separat. Quare si substantia unum, non erit ex substantiis inexistentibus. & secundum hunc modum, quem recte Democritus dicit. impossibile enim ait esse, ex duobus unum, aut ex uno duo fieri. magnitudines nanq; indiuisibiles, substantias facit. Patet igitur, quod similiter & de numero se habebit. si numerus quidem compositio unitatum est, ut a` quibusdam dicitur. aut enĩ non est unum dualitas, aut non ineſt in ea unitas actu. Habet autem, quod accidit, dubitationem. si enim nec ex uniuersalibus possibile est ullam substantiam esse, propterea quod tale, & non, quod quid significant, nec ex substantiis actu contingit ullam substantiam esse compositam, quicquam incompositum erit profecto` omnis substantia. quare, neq; ratio ullius substantiæ erit. At cunctis uidetur. & iam dictum est, aut solius substantiæ, aut maxime definitionẽ eẽ. nunc uero, nec huius. nullius igitur definitio erit. An quodam modo quidem erit, quodam modo uero non? manifestum autem, quod dicitur, magis erit ex posterioribus.

Caput XIIII.

X his autem ipsis, id etiam patet, quod accidit illis, qui ideas pariter substantias & separatas esse dicunt. & pariter, ex genere & differentiis faciunt speciem. Si
e enim species & animal in homine sunt, & equo, aut unum & idẽ numero sunt, aut alterum. ratione nanq; patet, quod unum. eãdem enim exhibebit rationem, qui dicit in utroq;. Si itaq; aliquis homo est ipsum per se, quod quid & separatũ, necesse est, ut etiam illa, ex quibus (sicuti animal, & bipes) quod quid significent, et separata, ac substantiæ sint. quare & ipsum animal. si idem igitur, & unum quiddam etiam in equo, sicuti tu tibiipsi, quomodo in separatim existentibus unum erit? & cur nõ etiam absq; seipso erit animal hoc? Deinde si participabit quidem bipede & multipede, impossibile quiddam accidit. cõtraria nanq; simul inerunt ipsi uni, & huic quidem enti. sin minus, quis modus est, cum aliquis dicat animal, & bipes aut progressiuum esse? Sed fortassis componuntur, & tangunt, aut miscẽtur. At cuncta, inconueniẽtia sunt. Sed diuersum, in unoquoq; est. Infinita igitur (ut ita dicam) ea erunt, quorum substantia, animal est. non enim, secundum accidens, ex animali homo est. Item multa erit, ipsum animal. nam & substantia, animal est, quod in unoquoq; est. non enim secundum aliud dicitur. Quod si non, ex illo erit homo, & genus eius, illud. Ac item omnia, ex quibus homo, ideæ. non igitur alterius quidẽ idea erit, alterius uero substãtia? impossibile nãq; est. ipsum ergo animal erit unũquodq; eorum, quę in animalibus sunt. Item ex aliquo hoc ipso erit, & quomodo ex ipso animali? aut qũo ẽ possibile eẽ animal, quod hoc ipsum substantia ẽ, præter ipsum animal? Itẽ in sensibilibus, & hæc accidunt, & his absurdiora. Quod si impossibile est ita se habere, patet, quod non est eorum idea ita, ut quidam aiunt.

Cap. XV.

Vm autem substãtia altera sit ipsum scilicet totum, & ratio, dico autem, quod illa qdem ita substantia, est cũ materia simul accepta ratio. hæc uero, ratio simpli
c citer. Quæcunq; igitur illo modo dicuntur, eorum quidẽ est corruptio. nã & generatio. rationis aút non ẽ, ita ut corrumpat. nec enim generatio ẽ (non enim fit domui esse, sed huic domui) sed absq; generatiõe, & corruptiõe sunt, & nõ sunt. ostẽsum ẽ enim, q; nullus hæc generat, neq; facit. Propterea ẽt substãtiax sensibiliũ singulariũ,

neq definitio, neq demonstratio est, eo, quod habet materiam. cuius natura talis est, ut esse & non esse contingat. Quare corruptibilia sunt oía singularia eaꝝ. Si igit' demonstratio & definitio scientifica necessarioꝝ est, & nō ǒtingit sicuti neq scientiā, quandoq; scientiam, qñq; ignorantiā esse, sed qd' tale est, opinio est, ita neq demōstrationē neq definitionem. sed opinio est eius, qd' ǒtingit & aliter se habere. patet, q neq demonstratio, neq definitio eoꝝ est. corruptibilia nanq, nō sunt manifesta iis, qui scientiā habent, cum a' sensu abscesserint. & rationib⁹ eisdem in animo saluis, non erit amplius neq definitio neq demonstratio. Quare cū qs eoꝝ, quę ad definitionem quicq̄ singularium definiat, oportet non ignorare, quod semp perimendum est. non enim, cōtingit definire. Nec ullam ideā, est definire. singularium enim (ut aiūt) idea ē, & separata. necessarium autem, ex nominibus rationē esse nomen uero nō faciet, qui definit. ignotum enim erit. quæ uero posita sunt, omnibus cōmunia sunt. necesse est igitur, & aliis talia inesse. Et siqs te definiat, animal dicet gracile, aut albū, aut aliqd aliud qd' & in alio sit. Quod siquis dicat, nihil prohibere seperatim qdem omnia multis simul uero huic soli inesse. primum qdem, quod etiam ambobus. ut animal bipes, animali & bipedi. & hoc in sempiternis qdem etiam necesse est esse, cum priores existāt, & partes compositi. at uero etiam separabilia, si hoc quidem, quod homo, separabile. nam aut nullum, aut ambo. si igitur nullū, non erit genus præter species. quod si erit, erit ēt differentia. deinde quoniam priora ipso esse, hæc sane non uicissim perimuntur. Deinde si ex ideis ideæ, minus profecto cōposita sunt ex quibus. Item de multis oportebit etiā illa prædicari, ex quibus idea, ut animal & bipes. Quod si non, quomodo scietur? erit nanq aliqua idea, quā impossibile est de pluribus prædicari q̄ de uno. nō uidet' autem, sed omnis idea uidet' esse participabilis. Quēadmodum igit' dictū est, latet, qd' impossibile est in perpetuis definire, maxime uero quæcunq; unica sunt, ut sol, aut luna. nō solum enim in hoc peccant, quod talia addunt, quibus ablatis, adhuc erit sol, utputa, quod circuit terram, aut quod nocte absconditur (si enim steterit, aut apparuerit, non erit amplius sol) sed inconueniens est, si non. sol enim substantiam quandam significat. Item quæcunq; in alio contingunt, ueluti si alter fiat talis, patet, q erit sol. cōmunis ergo, rō. at sol singulariū erat, sicut Cleon, aut Socrates. Cæterum cur nemo eorum definitionem profert ideæ? fiet enim profecto manifestum tentantibus, uerum esse, quod nūc dictum est. Caput XVI.

m Anifestum autem est, quod etiam eorum, quæ uidentur esse substātiæ, plures potentiæ, & partes animalium sunt. nihil enim eorum, separatum est. cum autem separarentur, tum etiam ut materia omnia, terra, ignis, & aer. nihil enim eorum, unum est, sed quasi cumulus, ante quam digerātur, & ex eis unum fiat. Maxime autem aliquis, animatorum partes putauerit, & animæ propinquas ambas fieri, ut sint & actu, & potentia, eo quod principia motus ab aliquo, in iuncturis habēt. Quare quædam animalia, diuisa uiuunt. sed tamen potentia omnia erunt, cū unum & continuū fuerit natura, sed non ui, aut copulatione. tale nāq; lęsio est. Cum autem unum dicatur, sicuti & ens, & substantia unius una, & quorum una numero unum numero, manifestum, quod neq; unū, neq; ens contingit substantiam esse rerum, sicuti neq; elemēto esse, aut principio. Sed quærimus qd ergo principium, ut ad notiora referamus. magis igitur his substātia est ens & unum, quam principium & elementum & causa. sed necdum ista, si nec aliud quidem commune ullum substantia est. nulli enim inest substantia nisi sibiipsi, & habenti eam, cuius substantia est. item ipsum unum, in pluribus non erit simul. commune uero, simul in pluribus est. quare patet, quod nihil uniuersalium seperatim præter singularia est. Sed qui species dicunt, partim recte dicunt separantes eas, si substantiæ quidem sunt. partim non recte, quoniam unam in multis speciē dicūt. causa uero est, quod non habent reddere quænam tales incorruptæ substantiæ præter singulares, & sensibiles, sint. faciunt igitur easdem specie iis, quæ sunt corruptibiles (has enim cognoscimus) ipsum hominem & ipsum equum addentes uocabulum ipsum, sensibilibus. attamen etiam si non uideremus astra, nihil minus (ut puto) essent substantiæ perpetuę, præter eas, quas nos sciremus. Quare nunc quoq; si non habeamus quænam sint, necesse tamen fortassis fuerit aliquas esse. Quod igitur nec eorum quicquam, quæ uniuersalia dicuntur, substantia sit, nec ulla sit substantia, ex substantiis patet. Caput XVII

q Vid uero & quale, quid substantiam dicere oporteat, rursus aliud quasi principium facientes, dicamus. fortassis enim ex his erit manifestum de illa quoq; substantia, quæ est separata a' sensibilibus substantiis. Cum igitur substantia principiū & causa q̄dā sit, hinc est ꝓcedendū. Quęrit' uero ipsum ꝓ qd, semp sic. ꝓ qd aliud alii alicui ineſt.

cui inest. quærere nanq; propter quid musicus homo musicus homo est, certe quærere est, qd' dictum est, propter quid homo musicus est, aut aliud. Quærere igitur propter quid ipsum est ipsum, nihil est quærere. oportet enim ipsum quod, & ipsum esse, existere manifesta entia. dico autem utputa, quod luna patitur eclipsim. ipsius autē quod id ipsum, non nisi una rō, una' q; causa in omnibus (propter quid homo est homo, aut musicus musicus) siqs dicat, quod unumquodq; ad seipsum indiuisibile est. hoc autem erat unum esse. sed hoc, & commune de omnibus, & breue est. Quærat autem aliquis, propter quid homo, animal tale quoddam est. hoc igitur manifestum est, quod non quærit propter quid is, q est homo, homo est. aliqd ergo de aliquo quærit, propter quid inest. quod autem inest, oportet manifestum esse. si enim non ita, nihil quærit. utputa, propter quid tonat? quia sonus, in nubibus fit. ita nanq; aliud de alio est, qd' quæritur. & propter quid hæc utputa lateres & lapides, domus sunt? manifestum itaq; & est, quod causam quærit. hæc autem, est quod quid erat esse, ut logice dicam. quæ in quibusdam quidem, est cuius gratia. utputa fortassis, in domo & lecto. in quibusdam uero, quod primum mouit. causa nanq; etiam hoc. sed talis quidem causa quæritur, dum quippiam fit uel corrumpitur. altera uero, etiam dum est. Latet autem præcipue, quod quęritur, in iis, quæ non de aliis dicunt' (utputa, q̄ritur homo qd est) eo quod simpliciter dicitur, neq; determinatur quod hæc uel hoc. Oportet igitur recte disponentes quærere. quod si non, commune fit eius, quod nihil est quærere, & eius, quod aliquid quærere. Cum autem & habere & existere ipsum esse oporteat, manifestum est, quod propter quid est, ipsam materiam quærit. utputa, hæc sunt domus. propter quid? quia hæc existūt. quod erat domui esse, & homo hoc, aut corpus hoc tale habēs, quare? causa materiæ quæritur. hæc autem, est species qua aliqd est. hæc autem, est substantia. Patet itaq; quod de simplicibus non est aliqua quæstio neq doctrina. sed alius talium quæstionis modus. Cum uero quod ex aliquo compositum, ita ut unum totum sit, non est ut cumulus, sed ut syllaba. syllaba uero, non est ipsa elementa. nec idem, B & A. nec caro, ignis & terra. dissolutis nanq;, hæc quidem amplius non sunt, ut caro & syllaba. elementa uero, ignis & terra, sunt. est ergo syllaba aliquid, non solum elementa, uocalis & muta, sed etiam aliquid aliud. & caro, non solum ignis & terra, aut calidum & frigidum, sed etiam aliquid aliud. Si igitur necesse est illud quoq;, aut elementum, aut ex elementis esse, si elementum qdem, rursus eadem ratio erit. ex hoc enim & igne & terra erit caro, et item alio. q̄re in infinitum ꝓgredietur. si uero ex elemento, patet qd' non ex uno sed ex pluribus q̄ idipsum, erit. quare iterum de hoc, eandem rationem dicemus, quā de carne, aut syllaba. Videatur aūt esse aliquid tale, & nō elementū, ac causam, sed hoc carnem, hoc uero syllabā esse. similiter & de cæteris. Substantia uero cuiusq; q dem, hoc. hoc nāq; prima ipsius eē causa ē. cum aūt quędam non substantię reꝝ sint, sed q̄cūq; substantię secundum naturam & natura constitutæ sint, uideri possit profecto aliquibus hæc quoq; natura, substantia esse, quæ non elemētum, sed principium est. elemētum autē est, in qd' inexistēs diuiditur ut materiam. utputa syllabę, ipsum A & B.

OCTAVVS METAPHYSICORVM ARISTOTELIS INTERPRETE BESSARIONE AD ALPHONSVM REGEM.

e Xiis igitur, quæ dicta sunt, colligere oportet. ac congregando summatim, finē imponere. Dictū autem est, quod substantiarum, causę principia, & elementa quæruntur. Substantiæ uero quædam, ab omnibus concessæ sunt. de quibusdam separatim enuntiauerunt quidam. concessæ quidem, quæ naturales sunt. ut ignis, tarra, aq, & cætera simplicia corpora. deinde plantæ, & partes earū. & animalia, & partes eorum, & tandem cœlum, & partes cœli. separatim autem, substantias quidam esse dicunt species, & mathematica. alias uero accidit ex orationibus substātias esse, quod quid erat esse & subiectum. Item aliter genus magis quam species, & uniuersale quam singularia. Vniuersali uero & generi, ideæ quoq; copulantur. eadem nanq; ratione substantiæ uidentur esse. Cum autem quod quid erat esse substantia, huius autem ratio,

definitio, ideo de definitione, & de ſecundum ſe determinatum eſt. Quoniam uero definitio, oratio, oratio autem partes habet, neceſſe quoꝯ de parte erat uidere, quænam ſubſtantiæ partes, & quæ non. & ſi has, definitionis quoꝯ eſſe oportet. Item etiam, nec uniuerſale ſubſtantia eſt, neꝯ genus. De ideis uero & mathematicis, poſterius conſyderādum eſt. etenim præter ſenſibiles ſubſtantias, has quidam eſſe dicunt. Nunc uero de conceſſis ſubſtantiis tractemus. hæ autem ſunt, quæ ſenſibiles ſunt. ſenſibiles uero cunctæ ſubſtantiæ, materiam habent. Eſt autē ſubſtantia, idipſum, quod ſubiicitur. aliter quidem materia, & aliter ratio. materiā autem dico, quæ cum non quod quid actu ſit, potentia eſt, quod quid. aliter autem ratio & forma, quod cum ſit, quod quid, ratione ſeparabile eſt. tertium uero, quod ex his eſt. cuius generatio ſolius, & corruptio eſt. & ſeparabile ſimpliciter. earum enim ſubſtantiarum, quæ ſecūdum rationem, quædam ſunt ſeparabiles, quædam uero non. Quod autem materia quoꝯ ſubſtātia eſt, patet. in cunctis nanꝯ oppoſitis tranſmutationibus, eſt aliquod tranſmutationibus ſubiectum. utputa ſecundum locum, quod nunc hic, rurſus alibi. & ſecundum augmentationem, quod nūc tātum, rurſus minus aut maius. & ſecundum alterationem, quod nunc ſanum, rurſus ægrum. ſimiliter autem & ſecundum ſubſtantiam, quod nunc in generatione, rurſus in ꝯruptione. & nunc quidem ſubiectum, ut quod quid. rurſus autem ſubiectum, ut ſecundum priuationem. Et ſequuntur hanc etiam aliæ tranſmutationes. cæterarum uero aut unam, aut duas, hæc non ſequitur. non enim eſt neceſſe, ſiquid materiam habet localem, hoc generabilem etiam & corruptibilem habere. uerum quæ inter ſimpliciter fieri, & non ſimpliciter differentia ſit, in phyſicis dictum eſt.

Caput II.

Vm autem quædam ut ſubiecta & ut materia, concedatur ſubſtantia, hæc autē eſt quæ potentia eſt, reſtat illam, quæ ut actus ſubſtantia ſenſibilium eſt, quęnam
c ſit dicere. Democritus igitur tres differentias eſſe uidetur exiſtimare. ſubiectum enim corpus, materiam, unum & idē. differre aūt, aut rhyſmo qđ eſt figura. aut trope, quod eſt ſitus. aut diathige, quod eſt ordo. Videntur autem multæ differē tię eſſe. utputa quædā compoſitione dicūtur materiæ, ſicuti quæcunꝯ, miſtura, quēadmodum melicratum. quædā clauo, ut arca. quædam ligamine, ut faſcis. quædam glutine, ut liber. quædam pluribus ex his. quædam poſitione, ut limen & ſuperliminare. hæc enī, eo qđ modo quo dam ſita ſint, differunt. quædam tempore, ut cœna, & prandium. quædā loco, ut uēti. q̄dā ſenſibilium paſſionibꝰ, ut duritie & mollitie, & denſitate & raritate, & ſiccitate, et humiditate. & quædā qbuſdā ex his. quædam oĩbus his. & ſimpliciter, quædā, redundantia. quædā, defectu. Quare patet, quod & ipſum eſt, toties dicit᷑. limē enī eſt, quoniā ita ſitū eſt. & eē, ſic ipſum poni ſignificat. & glaciē eſſe, ſic denſari. quorūdam uero eſſe, & his oĩbus definietur. eo, qđ quædam miſcētur. quædā, temperant᷑. quædā, ligant᷑. quædā, denſant᷑. quædā, cæteris differentiis utunt᷑, ſicuti manus aut pes. Accipienda igit᷑ genera differētiarū. hæc enim, principia exiſtētiæ erunt. ut quæ in magis & minus, aut denſo & raro, & cæteris talibus cuncta etenim hæc, redūdantia & defectus ſunt. quod ſiqd figura, aut læuitate, aut aſperitate, oĩa recto & curuo. his uero eſſe, erit miſceri. oppoſito aūt modo, nō eſſe. Manifeſtū igitur ex his eſt, qđ ſi ſubſtantia cauſa eſt, ut unūquodꝯ ſit, in his quærendum eſt, quænam ut horum ſingula ſint, cauſa eſt. Subſtātia itaꝯ nihil hoꝝ eſt, neꝯ cōbinatū. attamē ꝓportionale in unoquoꝯ. & quēadmodum in ſubſtantiis, qđ de materia p̄dicatur, ipſe actus eſt, & in aliis definitionibus maxime. utputa, ſi limē oportebit definire, lignum, aut lapidem ſic poſitū dicemus. & domū, lateres, aut ligna ſic poſita (an etiam & cuius cauſa in quibuſdā eſt᷑) ſi uero glaciē, aquā cōgelatam, aut ſic denſatā. conſonantia uero, eſt acuti & grauis miſtio talis. eodem autem modo, et in cæteris. Manifeſtū itaꝯ ex his eſt, quod actus alius alterius materiæ, & ratio. quorūdam enim, compoſitio. quorūdam, miſtio. quorūdam, aliqd aliud eorū, quæ dicta ſunt. Quare eorū, qui definiunt, hi quidem, qui dicunt, qd eſt domus, ꝙ lapides, lateres, ligna, potentia domū dicūt. materia enim, hæc ſunt. qui uero, uas cōſeruatiuum reꝝ & corpoꝝ, aut aliqd aliud tale addentes, actum dicūt. qui porro hæc ambo componūt, tertiam, & quę ex his eſt, ſubſtantiam (uidetur etenim ea quidē, quę ex differentiis ratio fit, ſpeciei & actus eſſe. quæ uero ex iis, quæ inſunt, materiæ magis) ſimiliter, & quas Archytas approbat definitiones. etenim, ſimul utriuſꝯ ſunt. utputa, quid eſt ſereni tas? quies in multitudine aeris. materia quidem aer, actus uero & ſubſtantia quies. qd eſt trāq̄l litas? maris planities. ſubiectū qdē, ut materia, mare. actus uero & forma, planities. Manifeſtum itaꝯ ex dictis eſt. quænam ſenſibilis ſubſtantia, & quomodo ſit. etenim, hæc quidē ut materia. hæc autem, ut forma, quoniā actus. tertia uero, ex his.

Caput III.

Oportet autem

Portet autem non ignorare, quod aliquando latet, utrum nomen compoſitam ſubſtantiam ſignificet, an actum & formam. utputa domus utrum eſt ſignum cō
o munis, quod operimentū eſt ex lapidibus, & lateribus ſic poſitis, an actus & ſpeciei, quod eſt operimentum. & linea, utrū dualitas in longitudine, an quod dualitas. & animal, utrum anima in corpore, an anima. hæc enim, ſubſtātia & actus alicuius corporis. erit autem utiꝯ in utriſꝯ animal, non ut una ratione dictum, ſed ut ad unum. Sed hæc ad aliud quidem aliquid conferunt, ad quęſtionem autem ſubſtantiæ ſenſibilis nihil. etenim quod quid erat eſſe, ſpeciei & actui eſt. anima nanꝯ & animæ eſſe, idem eſt. homini uero & homo, non idem, niſi & anima homo dicatur. ſic autem alicui quidem, alicui uero non. Non uidetur itaꝯ quærentibus, quod ſyllaba ex elementis, & compoſitione ſit. neꝯ domus, lateres, & compoſitio. & hoc, recte. compoſitio enim & miſtio, non eſt ex iis, quorum eſt compoſitio, aut miſtio. Similiter, nec aliorum ullum. utputa, limen, poſitione. nō ex limine poſitio, ſed magis iſtud ex illa. nec homo, eſt ipſum animal & bipes (ſed aliquid eſſe oportet, quod præter hæc eſt) ſi hæc materia ſunt. ſed nec elementum, nec ex elementis, ſed ſubſtantia, quod materiā auferentes, dicunt. Si itaꝯ hoc ipſius eſſe cauſa, & hoc ſubſtantia, ipſam ſubſtantiam utique nō dicerent. neceſſe autem eſt, aut ſempiternam hanc eſſe, aut corruptibilem abſꝯ eo, quod corrūpatur, & factam eſſe abſꝯ eo, quod fiat. oſtenſum autem eſt, & declaratum in aliis, quod ſpeciem nullus facit, neꝯ generatur. ſed efficitur, hoc. fit autem, quod ex his. Si uero corruptibilium ſubſtantiæ ſunt ſeparatę, non dum eſt manifeſtum, niſi quod quorundam non contingit. patet, ut ea, quæ non poſſunt præter particularia eſſe. ut domum, aut uas. fortaſſis nec ſubſtātiæ ſunt hæc ipſa, nec aliorum quicquam quæcunꝯ non natura conſiſtunt. naturam etenim ſolam profecto quis ponet eam, quę in corruptibilibus eſt, ſubſtantiam. Quare dubitatio qua Antiſthenici, & hoc pacto pariter indocti dubitabant, habet aliquid temporis, ut ſoluatur, quod nō eſt ipſum quid eſt definire (definitionem enim longum eſſe ſermonem) ſed quale quid eſt, contingit etiam docere. quemadmodum argentum quid eſt, non. qđ autem, quale ſtānum. Vt tamen ſubſtantiæ, eſt quidem, cuius contingit definitionē & rationem eſſe. utputa, compoſitę, ſiue ſenſibilis, ſiue intellectualis ſit. ex quibus autem hoc primis, non eſt. ſiquidem aliquid de aliquo ſignificat ratio definitiua. & oportet hoc quidem ut materiam, illud uero formā eſſe. Manifeſtum autem hoc etiā eſt, quod ſi aliquo modo ſubſtantię numeri ſunt, ita ſunt. & nō, quemadmodum quidā dicūt, unitatū, nā & definitio, numerus quidā eſt. diuiſibilis etenim, & in indiuiſibilia. non enim infinitæ rationes. numerus uero, tale quid eſt. & quemadmodum de numero, ablato aut addito aliquo, ex quibus numerus eſt, non eſt amplius idem numerus, ſed diuerſus, etiam ſi minimum auferatur, aut addatur, ita nec definitio, nec ipſum quid erat eſſe, erit amplius ablato aliquo aut addito. & numerum oportet aliquid eſſe quo unus, quod nunc non habent dicere quo unus, ſi unus eſt. an enim non eſt, ſed quaſi congeries? aut ſi eſt, dicendum eſt quidnam illud ſit, quod unum ex multis facit, & definitio, una eſt. Similiter autem, nec hāc dicere habent. & hoc, merito accidit. eiuſdem enim rationis, & ſubſtantia eſt, ut unum. nō (ut quidam aiunt) ut unitas quędam exiſtens, aut pūctum, ſed actus & natura quędam unaquęꝯ, & quemadmodum nec numerus habet magis & minus, ita neꝯ ſubſtantia, quæ ſecūdum ſpeciem eſt. ſed ſi eſt quidem, ea eſt, quæ ſecundum materiam eſt. De generatione igitur, ac corruptione dictarum ſubſtantiarum, quomodo accidit, quoꝯ modo impoſſibile eſt, deꝯ reductione ad numerum, hactenus determinatum ſit.

Cap. IIII.

E materiali uero ſubſtātia oportet nō latere, ꝙ etſi ex eodē omnia primo, aut eiſ
d dem tanq̄ primis, & eadē ſit materia ut principiū illis, quę fiunt, eſt tamen quędā cuiuſꝯ ꝓpria. utputa, flegmatis prima materia, ipſa dulcia aut pinguia. choleręꝯ uero, amara, aut aliqua alia. fortaſſis autē hæc, ex eodē. fiūt autē plures materiæ, eiuſdem, cū alterius altera ſit. utputa, flegma ex pingui & dulci, ſi pingue ex dulci. ex choleræ uero eſſe, ob reſolutionē choleręꝯ in primā materiā. Dupliciter enim hoc ex hoc, aut quoniā ex eo qđ ꝓcedet, aut quoniā ex eo, qđ reſolutum fuerit in principiū. Cōtingit aūt, una exiſtente materia, diuerſa fieri ꝓpter mouētem cauſam. ut ex ligno, fit arca & lectus. Quorūdā aūt, diuerſa materia neceſſario, diuerſis exiſtētibus. utputa, ſerra nunq̄ fiet ex ligno. nec eſt hoc in cauſa mouēte. nō enim faciet ſerrā ex lana, aut ligno. Si aūt idē ꝓtingit ex alia materia facere, patet ꝙ ꝓncipiū & ars, quę eſt ut mouēs, eadē eſt. etenī ſi materia diuerſa & mouens, et ipſum qđ factū eſt. Cū itaꝯ qſquā quænam ſit cauſa quærat, quoniā multipliciter cauſæ dicunt᷑, oēs ꝓtingentes cauſas dicere oportet. utputa, hoís, quę cauſa ut materia, nō ne mēſtrua? quę uero ut mouēs, utrū ſper

mā quæ uero ut ſpecies, quod quid erat eſſe? quæ autem ut cuius cauſa, finis? fortaſſis autem hæ ambæ, eadem ſunt. Oportet autem proximas cauſas dicere. quæ materia, non ignem uel terram, ſed propriam. In naturalibus igitur & generabilibus ſubſtātiis, neceſſe eſt ita procedere, ſiquis recte procedet. ſiquidem, hæ, totq; cauſæ ſunt. & oportet cauſas cognoſcere. De naturalibus autem, aut perpetuis ſubſtātiis, alia ratio eſt. fortaſſis etenim quædam non habent materiam, aut non talem, ſed ſolum quæ ſecundum locum mobilis eſt. Nec quæcunq; natura quidem, non autem ſunt ſubſtantiæ, his materia eſt, ſed quod ſubiicitur, ſubſtātia, utputa, quæ cauſa eclipſis, quæ materia? non enim eſt, ſed luna eſt, quæ patitur. quæ cauſa ut mouens, atq; corrumpens lumen? terra. cuius uero cauſa? forſan non eſt. quæ uero ut ſpecies? definitio. ſed non manifeſta definitio, niſi cum ipſa cauſa ſit. utputa, quid eclipſis? priuatio luminis. ſi uero addatur a` terra in medio interpoſita, hæc eſt cum ipſa cauſa definitio. De ſomno uero non eſt manifeſtum, quid eſt primum, quod patitur. ſed nunquid animal? ita. attamen hoc ſecundum aliquid. & quid primum, cor an aliquid aliud? deinde, a` quo? deinde, quę paſſio, quæ illius & nō totius? quia talis immobilitas, ita. ſed hęc, eo quod aliquid patiatur ipſum primum. Cap. V

c Vm autem quędam abſq; generatione, & corruptione ſint, & nō ſint, utputa pūcta ſi ſint quidem, & omnino ſpecies & formę (non enim albedo fit, ſed lignum album, ſi ex aliquo & aliquid fit omne, quod fit) profecto` non omnia contraria fiūt uiciſſim. ſed aliter albus homo ex nigro homine, et albedo ex nigredine. nec omnium materia eſt, ſed quorúcunq; generatio, & tranſmutatio inuicem ſunt. quæcunq; uero abſq; eo, quod tranſmutentur ſunt, aut non, horum materia non eſt. Habet autem dubitationē, quonam modo ad contraria cuiuſq; materia ſe habeat. utputa, ſi corpus potentia ſanum, ꝓtrarium uero ſanitati infirmitas, utrum ambo potentia. & aqua, potentia, uinum & acetum. an huius q dem ſecundum habitum & ſecundum ſpeciem, materia eſt, illius uero ſecundum corruptionē & priuationem præter naturam? At quædā dubitatio eſt, cur uinum non ſit materia aceti, neq; potentia acetum, tametſi fiat ex eo acetum. & uiuens potentia mortuus, an non, ſed ſecundum accidens corruptiones. Ipſa uero animalis materia, ſecundum corruptionem mortui potentia & materia, aqua quoq; aceti eſt. fiunt etenim ex illis, quemadmodum ex die nox. & quæcunq; ita inuicem tranſmutantur, ad materiam oportet redire. utputa ſi ex mortuo animal, primum ad materiam. deinde, animal. & acetum, ad aquam. deinde, uinum. Cap. VI.

E dubitatione autem dicta, & circa definitiones, & circa numeros, quæ cauſa eſt ut unum ſint? omnium nanq; quæcunq; plures partes habent, & non eſt totum

d quaſi coaceruatio, ſed ipſum totum eſt aliquid aliud præter partes, eſt aliqua cauſa. nam & in corporibus quibuſdam, tactus eſt cauſa, ut unum ſint. quibuſdā uero, uiſcoſitas, aut aliqua alia talis paſſio. definitio uero oratio eſt una non coniunctione ut ilias, ſed eo quod unius eſt. quid eſt igitur quod hominem facit unum, & cur unum & non multa ſunt animal & bipes, præſertim ſi (quemadmodum quidam dicūt) ſit quid ipſum animal, & ipſum bipes? cur enim non illa, homo eſt, & erunt ſecundum participationem homines, non hominis unius, ſed duorum, animalis & bipedis? & omnino profecto`, homo non erit unum, ſed plura, animal & bipes. Manifeſtum itaq; eſt, quod ita quidem tractantibus (ut ſolēt definire & dicere non eſt poſſibile reddere rationem, & ſoluere dubitationem. Quod ſi quem admodum dicimus, hoc quidem materia, hoc uero forma eſt, & hoc quidem potentia, hoc uero actu, profecto` non uideatur amplius dubitatio eſſe, quod quęritur. etenim dubitatio eſt eadem, ac ſi definitio ueſtis, eſſet æs rotundum. eſſet etenim hoc nomen, rationis ſignum. quare quod quęritur eſt, quænam cauſa ſit, ut rotundum & ęs unum ſint. amplius uero non apparet dubitatio, quoniam hoc quidem materia, illud uero forma eſt. Quæ igit' huius cauſa eſt, ut qđ potentia eſt, actu ſit in quibuſcunq; generatio eſt, præter illud, quod fecit? nulla enim alia cauſa eſt, ut actu ſphęra ſit, quæ potentia ſphęra erat. ſed hoc erat, ipſum quid erat eſſe utriq;. Eſt autem materia, quædam intellectualis. quædam ſenſibilis. & ſemper, rationis hoc quidem materia, hoc uero actus eſt. ut circulus, figura plana. Quæcunq; uero neq; intellectualem, neq; ſenſibilem materiam habent, ſtatim unum quiddam eſſe, unūquodq; eſt. quemadmodū ipſum ens, hoc quidem, hoc. hoc quale. quantum. quare non ineſt in definitionibus, nec ens, nec unum. & ipſum quid erat eſſe, ſtatim unum quiddam eſt, quemadmodum & ens quiddam. Propterea non aliqua alia cauſa ulli iſtorum, ut unum ſint, nec ut ens quiddam ſint. ſtatim etenim unumquodq; eſt ens quiddam & unum quiddam, non ut in genere in ente & uno, nec tāquam ſint ſeparata præter particularia. Ob hanc autem dubitationem, quidam participationem aiunt, &

cauſam

cauſam quandam participationis, & quidnam ſit illud participare dubitant. Quidam copulā animæ (ſicuti Lycophron ait) ſcientiam eſſe ipſius ſcire & animæ. Quidam cōpoſitionem aut coniunctionem animę, cum corpore, ipſum uiuere. Attamen eadem de omnibus ratio erit. et enim ipſum ſanum eſſe, aut copula, aut compoſitio, aut coniunctio animæ & ſanitatis erit. & æs eſſe triangulum, compoſitio æris & trianguli. & album eſſe, compoſitio ſuperficiei & albedinis. cauſa uero eſt, quoniam potentiæ & actus, rationem quærunt unientem, & differentiā. eſt autem (ut dictum eſt) ultima materia & forma, idem. & hoc potentia, hoc qdem actu. Quare ſimile eſt quęrere quidnam unius cauſa ſit, & ut unum ſit. unum enim quiddā, ununquodq;. & quod potentia, & quod actu, unum quodam modo eſt. Quare nulla alia cauſa eſt, niſi ſiqd fuit, tanquam ex potentia in actum mouens. Quęcunq; uero non habent materiam, cūcta ſimpliciter entia, ſunt ipſum quid.

NONVS METAPHYSICORVM ARISTOTELIS INTERPRETE BESSARIONE AD ALPHONSVM REGEM.

E primo itaq; ente, & ad quod cęteræ omnes entis prædicationes referuntur, hoc eſt de ſubſtantia, dictum eſt. nam ſecundum ſubſtantiæ rationem cætera dicuntur entia, quantum, & quale, ac cætera, quæ ita dicuntur. cuncta etenim habebunt ſubſtantiæ ratio-

d nem, ut in primis ſermonibus diſſeruimus. Cum autem ens dicatur, hoc quidem quid, aut quantitas, aut qualitas, hoc uero ſecundum potentiam & entelechiam, ac actum, determinemus etiam de potentia & entelechia. Et primo de potentia, ea quidem, quæ dicitur maxime proprie, nō ſane` eſt utilis ad quod nūc uolumus. potentia nanq; & actus in plus eſt, q̄ illa, quæ ſecūdum motum ſolum dicuntur. Sed cum de ea dixerimus in determinationibus de actu, oſtēdemus etiā de aliis. Quod igitur multipliciter potentia & poſſe dicatur, determinatum eſt a` nobis in aliis. Harum uero quæcunq; quidem æquiuoce dicuntur potentiæ, prætermittantur. quædam etenim ſimilitudine quadam dicuntur, ut in geometria & poſſibilia, ac impoſſibilia dicimus, eo quod quodam modo ſint aut non ſint. Quæcunq; uero ad eandem ſpeciē, omnes, aliqua principia ſunt, & ad unam primam dicuntur, quę eſt principium trāſmutationis in alio prout aliud eſt. aliqua enim eſt patiendi potentia, quæ in ipſo patiente principium eſt tranſmutationis paſſiuę ab alio prout aliud eſt. aliqua uero, habitus impaſſibilitatis, quæ in deterius eſt, & corruptionis, quæ ē ab alio prout aliud eſt, principio tranſmutatiuo. in his enim omnibus definitionibus, ineſt primæ potentiæ ratio. Rurſus autem, hæ potentiæ dicuntur, aut ipſius faciendi ſolum, aut patiendi, aut ipſius bene. Quare in harum quoq; rationibus, quodam modo inſunt priorum potentiarum rationes. Manifeſtum igitur eſt, quod quodam modo quidem una eſt ipſius facere & pati potentia (potens enim eſt, & eo quod ipſum, habeat patiendi potentiam, & eo quod aliud ab eo) quodāmodo uero, alia. Hęc enim in patiente eſt. propterea enim quod habet aliquod principium, & quod materia aliquod principium eſt, patitur quod patitur, & aliud ab alio. pingue nanq; combuſtibile eſt. cedens uero, ſic preſſibile. & ſimiliter de cæteris. Hæc uero, in facente. utputa, calidum, & ædificatiua. hoc quidem, in calefactiuo, hæc uero, in ædificatiuo. Propter quod nullum prout connaturale factum, ipſum a` ſeipſo patitur. unū etenim, & non aliud eſt. At impotentia quoq; & impotens, atq; quæ tali potentiæ contraria eſt, priuatio eſt. Quare eiuſdem & ſecundum idem, potentia, impotentia' q; omnis. Priuatio autem multifariam dicitur. etenim quod non habet, & quod natura aptum eſt, ſi non habet, aut omnino, aut cum natura aptum ſit, aut ſic utputa omnino aut quomodocunq;. in qbuſdam autē ſi natura apta habere, ui non habeant, priuari ea dicimus. Caput II.

c Vm autem quædam in inanimatis talia principia inſint, quædam uero in animatis, & in anima, & in animæ ea parte, quæ rationem habet, patet quod potentiarum quoq; quædam irrationales, quædam cum ratione erunt. Quare omnes artes & factiuæ ſcientiæ, potentiæ ſunt. principia enim, tranſmutatiua in alio p/ ut aliud eſt. Et quæ quidem cum ratione omnes, eædem contrariorum ſunt. irrationales uero, una unius. ut calidum, ipſius calefaciendi ſolius. medicandi uero potentia, infirmitatis & ſanitatis. cauſa uero, eſt quia ſcientia, ratio eſt. ratio autem eadem, manifeſtat & rem & priuatio

nem, nisi quod non similiter. & quodam modo quidem amborum est, quodam modo uero eius magis, quod existit. Quare necesse est, tales etiam scientias esse quidem contrariorum. esse uero huius quidem per seipsas, illius uero non per seipsas. etenim ratio huius quidem secundum seipsam, huius uero quodam modo secundum accidens. negatione enim & sublatione, manifestat contrarium. prima nanq; priuatio, contrarium est. hæc autem, alterius demptio est. Sed quoniam contraria non sunt in eodem, scientia uero potentia eo, quod habet rationem, anima quoq; motus principium habet (salubre quidem sanitatem solum facit. & calefactiuum caliditatem, & frigefactiuum frigiditatem, sciens autem ambo. ratio enim amborum quidem est, non tamen similiter, & in anima, quæ motus principium habet) ambo profecto` ex eodem mouebit principio ad idem coniungens. Quare quæ secundum rationem potẽtia sunt, cõtraria iis faciunt, quę absq; ratione potentia sunt. unum nanq; principium, continetur ratione. Manifestum autem est, quod & ipsius bene potentiam, sequitur solius faciendi aut patiendi potentia. hanc uero illa non semper. qui enim bene faciat, necesse est ut etiam faciat, qui uero solum facit, non necessario & bene facit.

Cap. III.

Vnt autem quidam, ut Megarici, qui dicunt tunc solum posse cum agat. cum uero non agat, non posse. utputa, eum, qui non ædificat, ædificare non posse. sed
s ædificantem, cum ædificat. similiter quoq; & de cæteris. Quibus quæ inconuenientia accidunt, non est difficile uidere. patet nanq;, quod nec ædificator erit, si non ædificat. ædificatori enim esse, ipsum posse ædificare est. similiter autem & de aliis artibus. si igitur impossibile est huiusmodi artes habere nisi quandoq; discat, & accipiat, & non habere, nisi amittat aliquando (aut enim obliuione, aut quadam passione, aut tempore. non enim re corrupta. semper nanq; est) cum cessauerit, non habebit artem. rursus autem statim ædificabit, quomodo accipiens? Et inanimata etiam similiter. nec enim frigidum, neque calidum, neque dulce, nec omnino ullum sensibile erit non sentientibus. quare Protagoræ opinionem accidet eis dicere. Atqui nec sensum aliquid habebit, si non sentiat, aut operetur. si igitur cæcum est, quod non habet uisum, natura tamen aptum, & quando aptum, & item prout natura aptum est habere, iidem sæpius in eodem die cæci & surdi erunt. Item si impossibile id est, quod priuatur potentia, quod non fit, impossibile est fieri. quod uero impossibile est fieri, q dicit esse aut futurum esse, mentietur. impossibile enim hoc significabat. Vnde illæ orationes, & motum & generationem perimunt. semper etenim & quod stat stabit, & quod sedet, sedebit. si enim sedet, non surget. impossibile nanq; erit surgere, qđ nõ est possibile surgere. Quod si non est possibile ista dicere, manifestum autem est, quod potentia & actus aliud & aliud est. illæ uero orationes, idem faciunt potentiam & actum. propter quod, non parum quiddã quærunt perimere. Quare contingit possibile quidem esse quiddam, non esse autẽ. & possibile nõ esse, esse uero. similiter in cæteris quoq; prædicamentis. quicquam possibile ambulare, nõ ambulare. & possibile non ambulare, ambulare. Hoc autem possibile est, cui si illius insit actus, cuius potentiam habere dicitur, nihil impossibile erit. dico autem ut si possibile sedere est, & sedere contingit, huic si extiterit ipsum sedere, nihil impossibile erit. etsi moueri quicquam aut mouere, aut stare, aut sisti, aut esse, aut fieri, aut non esse, aut non fieri, similiter. Nomẽ uero, actus qui ad entelechiam annectitur, aduenit etiam in aliis, maxime ex motibus. uidetur etenim maxime, motus, actus esse. Quare, non entibus non attribuunt ipsum moueri, sed alias quasdam prædicationes, utputa intelligibilia, & desyderabilia esse, ipsa non entia, non autem mota. hoc autem, quia cum non sint actu, erunt actu. non entium enim, quædam potentia sunt, non autem sunt, quoniam entelechia non sunt.

Caput IIII.

I autem possibile est, quod dictum est quatenus sequitur, manifestum est, quod non potest uerum esse dicere, quod possibile quidem est hoc, non tamẽ erit. alio
s qui quænam impossibilia sint, hoc modo fugiunt nos. dico autem, ut siquis dicat posse diametrum commensurari, non tamen commensurabitur, non cogitãs quidnam impossibile sit, quia nihil prohibet aliquid possibile existens, aut esse, aut fieri, non esse, nec futurum esse. Attamen ex iis, quæ posita sunt, illud necessario sequitur. quia si supponamus esse, aut factum esse, quod nõ qdem est, possibile autem est, nihil impossibile erit. at accidet quidem. cõmensurari enim, impossibile est. Enimuero non est idem falsum & impossibile. te nanq; nunc stare falsum quidem, sed non impossibile est. Simul autem manifestum est, quod si A existente, necesse est B esse, ita etiam A existente possibile eẽ, necesse est B quoq; possibile esse. nam si non est necesse possibile esse, nihil prohibet non esse possibile eẽ.

sit itaq; A,

sit itaq; A, possibile. cum igitur A possibile sit esse, si ponetur ipsum A, nihil impossibile esse accidit, at tum ipsum B necesse est esse. attamen impossibile erat. Sit igitur impossibile, quod si impossibile, necesse est A esse. necesse autem est B esse. sed erat A, possibile. ergo, etiam B. si igitur A possibile sit, B etiam possibile erit. si ita quidem se habebant, ut A existente, necesse sit etiam B esse. si itaq; sic se habentibus A B. nõ ita possibile sit B, nec ipsum B se habebit ut positum est. & si A possibile existente necesse est B possibile esse, si A est, necesse est B etiam esse, possibile nanq;, esse necessario B esse si A possibile, hoc significat, si A sit, & quando, & sicuti erat possibile esse, illud quoq; tunc & ita necesse esse.

Caput V.

Vm autem omnium potentiarum, quędam natura nobis insitæ sint ut sensuum, quædam consuetudine, ut tibiis canendi, quædam doctrina ut artium, has quidẽ
c necesse est eos, qui primo operati sunt, habere, quæcunq; scilicet cõsuetudine & rõne. quæcunq; uero non tales, sed patiendi potentiæ sunt, nõ est necesse. Quoniam uero quod potest, aliquid potest, & aliquãdo & aliquo modo, & quæcũq; alia necesse est adesse in definitione, & quędam quidem cum ratione possunt mouere, & potẽtiæ eorum cum ratione, quædam uero irrationalia, & potentiæ irrationales, & illas quidem necesse est in animato esse, has uero in ambobus, huiusmodi quidem potentias necesse ẽ, ut cũ (quoad possint) actiuum & passiuum approximẽt, hoc quidem faciat, illud uero patiatur, illas uero non est necesse. hæ enim omnes, una unius factiua. illæ uero ꝓtrariorum. Quare simul ne faciet contraria? hoc uero impossibile est. necesse est igitur, aliud quiddam esse, quod dominetur. dico autem, siue appetitum siue electionem. quodcunq; enim appetat, principaliter hoc faciet, cum quoad possit approximet passiuo. Quare omne secundum rationem potens, necesse est, ut cum appetat id, cuius potentiam habet, & uti habet, hoc faciat. habet autem passiuo præsente, & sic se habente, facere. sin minus, facere non poterit. nullo enim extrinsecus prohibente, separationem faciendo, nihilo opus amplius est. potentiam enim habet, ut eius, quod est potestate faciendi. at non quomodocunq;, sed aliquo modo se habentibus, a` quibus separabunt' etiam extrinsecus prohibentia. remouentur enim hæc eorum quædam, quæ in definitione assunt. Quare nec si simul uelit aut desyderet duo, aut contraria facere, faciet. non enim ita potẽtiam eorum simul habet, nec est potentia simul faciendi. at quorum est, ita faciet.

Caput VI.

Vm autem de potentia, quæ secundum motum dicitur, dictum sit, de actu determinemus quidnam actus, & quale quid sit. etenim possibile quoq; simul manife
c stum erit, si diuiserimus, quod non solum hoc dicimus possibile, qđ natura aptũ sit aliud mouere, aut moueri ab alio, aut simpliciter, aut quodam modo, sed etiã aliter. propter quod cum inquiramus, de his etiã tractabimus. Est autem actu rẽ existere, non ita quemadmodum dicimus potestate. dicimus autem potestate, ut in ligno mercurium, & in tota dimidiam, eo quod auferri possit. & scientem etiam illum, qui non speculatur, modo speculari possit. est autẽ hoc actu (manifestum autem quod dicere uolumus, per inductionem in singularibus, & non oportet omnium definitionem quærere, sed etiam quod proportionale est, conspicere (quoniam ut ædificans ad ædificatiuum, & uigilans ad dormiens, & uidens ad conniuens habens tamen uisum, & segregatum a` materia ad materiam, & elaboratum ad inelaboratum, huius autem differentiæ alteri parti actus applicatus sit, alteri uero possibile. Dicuntur autem actu, nõ omnia similiter, sed proportionaliter. ut hoc in hoc, aut ad hoc, ita illud in illo, aut ad illud. quædam enim, ut motus ad potentiam. quædam, ut substantia ad aliquam materiam. Aliter autem infinitum & uacuum, & quæcunq; huiusmodi. quam pleraq; entium potentia & actu dicuntur, ut quã uidens, ambulans, & uisum. etenim hæc quidem contingunt, & simpliciter & quandoq; uera esse. uisum enim, hoc quidem quoniam uidetur, hoc uero quoniam uideri possibile est. infinitum uero non ita potentia est, ut actu futurum separatum, sed cognitione. etenim potentia esse hunc actum attribuunt diuisioni, ne deficiat, nõ autem ut separetur. Quidnam igitur, & quale quid sit, quod actu est, & his & huiusmodi manifestum nobis sit.

Caput VII.

Vando autem potentia unũquodq; est & quando non, determinandum est. nõ enim quandocunq;. utputa, terra'ne homo est potentia, an non, sed magis cum
q iam fuerit sperma? nec hoc adhuc fortassis. quẽadmodum nec a` medicina quod cunq; utiq; sanetur, nec a` fortuna, sed aliquid est, quod possibile est. & hoc, potẽtia sanum. Determinatio uero eius, quod potentia ens est, cum a` mente actu fit,

est quando, quod uult fiat, nullo eorum, quæ extrinsecus sunt prohibente. ibi enim in eo, qui sanatur, est, cum nihil eorum, quæ in eo sunt, prohibeat. similiter autem & domus potentia, si nihil eorum, quæ in ea re & in materia sunt, ut domus fiat prohibeat, nec est, quod aut addat, aut tollatur, aut mutetur, hoc est potentia domus. similiter autem de cæteris, quorum extrinsecus generationis principium, & quorum in habente ipso, quæcunq; nullo exteriori prohibente, per seipsa erunt. quale, sperma non dum est. oportet nanq; in alio esse & trāsmutari. cum autem iam per suum principium tale fuerit, hoc iam potentia est, illud uero altero principio indiget. quēadmodum terra, nō dum est potētia statua. transmutata nanq; æs erit. Videtur autē eē, quod dicimus, nō hoc, sed illiusmodi. ut arca, nō lignum, sed lignea. neq; lignum terra. sed terreum. Rursus terra si sic non aliud, sed qđ illiusmodi, ipsum semper potentia, simpliciter posterius est. ut arca, neq; terrea, neq; terra, sed lignea. hoc enim, potentia arca, & materia arcæ hæc. simpliciter quidem, eius, qđ simpliciter est. huius autem, hoc lignum. Quod si est aliquid primum, qđ non secundum aliud dicitur illiusmodi, hoc prima materia. utputa, si terra aerea, aer uero nō ignis, sed igneus, ignis prima materia est, tanq̄ quod quid & substantia. hoc enim uniuersale, & subiectum differt eo, qđ ē, quod quid eē, aut non esse. utputa, quod subiicitur passionibus, homo, corpus, & anima. passio uero, musicum, & album. dicit' autem, musica aduenientem, illud non musica, sed musicum. & homo, nō albedo, sed album. nec ambulatio, neq; motus, sed ambulans, aut motū, sic quod illiusmodi. Quæcunq; igitur ita, ultimum substantia est. quæcunq; autem non ita, sed species aliqua, & quod qd est, quod prædicatur, ultimum materia & substantia materialis est. Et recte sane` accidit, illiusmodi dici secūdum materiam, & passiones. ambo etenim indeterminata sunt. Quando igitur dicendum est potentia, & quando non, dictum est.

Caput VIII.

q Voniam autem quot modis dicatur prius, determinatū est, manifestū est, quod actus prius potentia est. dico autem non solum illa potentia determinata, quę dicitur principium transmutatorium in alio, prout aliud est, sed prorsus omni motiuo, & statorio principio. etenim natura, in eodem fit. in eodem enim genere, cū ipsa potentia. principium enim motiuum, non tamen in alio, sed in ipso prout ipsum. omni itaq; tali, prior est actus, & ratione & substantia. tempore uero, quodā modo qđē est, quodā modo uero nō. Quod aūt rōne prior, patet. potēs enim est, quod primo potest, propterea, quod cōtingit operari. utputa, ædificatiuum, qđ potest ędificare. & uisiuū, quod potest uidere. & uisibile, quod potest uideri. eadē autē de cęteris quoq; ratio ē. quare necesse, ut ratio præcedat & notitia notitiā. Tempore aūt prius, sic. quod idem specie agit prius, numero uero nō. dico autē hoc, quod eo qdem homine, qui actu iam est, & frumento, & uidente prior tempore materia, & sperma, & uisiuū ē, quæ potentia quidem homo, & frumentū & uidens sunt, actu uero non dum. sed his, alia tempore priora actu existētia, e` quibus hæc facta fuerunt. semp etenim, ex eo, quod potentia est, fit actu ens ab actu existente, ut homo ex homine, musicus ex musico, semper aliquo primo mouēte. mouens autē, actu iam ē. Dicitur autem in sermonib⁹ de substantia habitis, quod omne, quod fit ex aliquo aliquid & ab aliquo fit. & hoc, specie idem. Quare uidetur impossibile, eē ædificatorem, qui nihil ædificauerit, aut citharœdum, qui nihil citharizauerit, q enim discit citharizare, citharizando discit citharizare. similiter etiam alii. Vnde argumentatio sophistica oriebatur, quod aliquis non habens scientiam, faciet id, cuius scientia. qui nanq; discit, non habet. Sed quoniam eius, quod fit, aliquid factum est, & eius, quod aliquo modo mouetur, aliqd motum ē (hoc autem inde motu manifestum est) discentem quoq; necesse fortasse est, aliqd scientiæ habere. At ex hoc quoq; patet, q̄ actus prior potentia, & generatione, & tempore est.

Caput IX.

a T uero substātia ēt, primo qđē qa quę generatione posteriora, specie & substantia priora sunt. ut uir, puero. & homo, spermate. illud enī, iam habet speciē. hoc uero, nō. Et qm̄ omne, quod fit, ad principium & finē progredit'. etenī cuius causa, principium est. generatio uero, finis gratia. finis uero, actus. & huius gratia, potētia sumit'. nō enim ut uisum habeant, aīalia uidēt. sed ut uideant, uisum hñt. similiter ēt, ædificatiuā, ut ædificēt. & speculatiuā, ut speculētur. nō ut speculatiuā hēant speculant', nisi q exercitant'. hi uero nō speculant', sed aut sic, aut qa nō indigēt speculari. Itē materia ē potētia, qa ꝓgredi pōt ad speciē. cū uero actu sit, tunc in specie est. similiter ēt de cæteris, & quoq; motio finis. Quare quēadmodū docētes, cū discipulum ostēdant operantē, putāt imposuisse finē, similiter ēt natura. si enī nō ita fit, erit Mercurius Passonis. nō enī erit manifestū, an intra uel extra sit scientia,

quemadmodum

quemadmodum etiam ille. opus enim, finis. operatio uero, opus. unde nomen operatio, dicitur ab opere, & tendit ad perfectionem. Cum autem quorundam quidem ultimum sit usus, ut uisus uisio, & nihil præter hanc aliud a` uisu fiat opus, a` quibusdam uero fiat aliud, ut ab ædificatiua domus præter ædificationem, nihilo minus tamē illic quidem finis, hic uero magis finis potentiæ est. ædificatio nāq;, in ædificato simul & fit & est cum domo. Quoruncūq; itaq; aliud quiddam præter usum est id, quod fit, horum actus in eo, quod fit, est. ut ędificatio, in eo, quod ædificatur. & contexio, in eo, quod contexitur, similiter & de aliis, & omnino motus in moto. Quorum uero non est aliud quodam opus præter actionem, in ipsismet actio est. ut uisio, in uidente. & speculatio, in speculante. & uita in anima. Quare, felicitas etiam. uita nanq; quædam est. Vnde patet, quod substantia & species, actus est. & secundum hanc igitur rationem manifestum est, quod prior substantia actus, quām potentia. Et, quemadmodum diximus, tempore semper præcedit actus, alius ante alium, usq; ad eum, qui est primo mouentis, ueruntamen etiam magis principaliter. æterna enim priora corruptibilibus substātia sunt. nihil uero potentia, ęternum est. ratio autem hęc, omnis potentia simul contradictionis est. quod enim non est possibile esse, non inerit alicui. omne uero possibile, contingit non agere. quod igitur est possibile esse, contingit esse & non esse. quod uero est possibile non eē, contingit non esse. quod autem contingit non esse, corruptibile est, aut simpliciter aut hoc ipsum, quod dicitur, contingere non esse, siue secundum locum, siue secundum quantum, siue secundum quale. simpliciter uero, quod secundum substantiam. Nihil igitur simpliciter incorruptibilium, simpliciter potentia est. secundum aliquid autem, nihil prohibet, ut quale, aut ubi. Actu´ne ergo omnia? Nec eorum, quæ necessario sunt, licet hæc prima. si enim ipsa non essent, nihil esset profecto´. nec siquis motus æternus, aut si quid æternum motum est, est secundum potentiam motum, nisi unde, quo. huius autem, materiam nihil prohibet esse. Quare, semper agit sol & stellæ, totum´q; cœlum. neq; timēdum ne quando stet, quod metuunt quidam physici. non enim fatigantur, cum hoc faciunt, eo quod motus eis non est circa contradictionis potentiam (quemadmodum corruptibilibus (ita ut laboriosa eis sit motus continuatio. substantia nanq; materia, & potentia existens non actu, huius causa est. Imitantur autem incorruptibilia, illa entia, quæ transmutantur ut terra, & ignis. etenim semper hæc agunt, secundū se enim & in seipsis, habent motum. Cæteræ uero omnes potentiæ ut determinatum est, contradictionis sunt (qđ enim potest sic mouere, potest etiam non sic) quæcunq; scilicet secundum rationem. Irrationales uero, eo ipso quod adsunt & absunt, contradictionis erunt eædem. Si igitur aliquæ naturæ, siue substantiæ tales sunt, quales dicunt in sermonibus ideas, multo magis sciens aliquid erit quām ipsa scientia, & motum quām motus. illa enim magis actus, hæ uero horum potentiæ. Quod igitur actus prior, & potentia. & omni transmutatiuo principio est, patet.

Cap. X

Vod autem melior ac præstantior q̄ ipsa bona potentia actus sit, ex his patebit. quæcunq; enim secundum posse dicuntur, idem est potens ꝺria. ut quod dicitur

q posse sanum esse, idem est etiam ægrotans, & simul. eadem enim potentia est sanum & ęgrotum esse, & quiescere & moueri, & extruere, & destruere. & extrui, & destrui. posse itaq; contraria, simul est. contraria uero simul esse, impossibile est. ut sanum & ęgrotum esse. quare necesse est unum eorum bonum esse, ipsum autem posse utrūq;, simul, aut neutrum actus igitur, melior. Necesse autem est etiam in malis, finem & actū deteriorem potentia esse. etenim potens est idem, ambo contraria. Patet igitur, quod malum non est præter res. malum nanq;. natura posterius potentia est. Non igitur quicquam in iis, quę a` principio & quæ perpetua sunt, malum est neq; error, neq; corruptum. etenim corruptio de malis est.

Cap. XI.

Iguræ quoq; actu, inueniuntur. diuidentes nanq; inueniūt. quod si diuisæ essent, manifestę essent. nunc autem insunt potentia. Cur trriangulum duo rectis?

f Quia circa unum punctum anguli, duobus rectis æquales sunt. si igitur qui circa latus est, educeretur, uidenti mox esset manifestum. Cur in semicirculo, uniuersaliter rectus? Quia si tres, æquales. & q basis est, duo & qui ex medio supra stat rectus, uidenti manifestū erit ei, qui illud sciat. Quare patet q̄ quę potētia sunt, redacta in actū inueniūtur. causa aūt est, quia intellectio est actus ōre ex actu, potētia, & ob hoc agēdo cognoscunt. posterior nāq; generatiōe est. qui secūdū numerū actus est.

Cap. XII.

c Vm autem ens & non ens dicatur, quoddam quidem secundum figuras prædicamētorum, quoddā autē secūdū potētiam, aut actū horū, aut cōtraria, quoddā uero

maxime proprie ens uerum aut falsum, hoc autem in rebus est cõpositione uel diuisione. Quã/
obrem uerum dicit, q diuisum diuidi, & cõpositũ cõponi putat. falsum aũt, q contra q̃ res se ha
beant, aut qñ sunt, aut non sunt. Quare qđ uerum aut falsum dicit, qđ profecto hoc dicimus,
cõsyderandũ est. non enim ꝓpterea quod nos te uere putamus album esse, tu albus es, sed pro/
pterea quod tu albus es, nos q dicimus, uerum dicimus. Si quædam itaq; semp cõposita & im
possibilia diuidi, quædam uero semper diuisa & impossibilia componi sunt, quædam uero cõ/
tingit cõtraria esse (esse quidem est componi, & unũ esse. non esse uero, nõ cõponi, sed plura eẽ)
ergo circa contingentia quidem, eadem fit falsa & uera opinio, & eadem oratio. & contingit
quandoq; ueram, quãdoq; falsam esse. Circa uero ipossibilia aliter se habere, nõ fit quãdoq; ue
rum, quandoq; falsum, sed hæc semper uera, & falsa sunt. Circa incõposita uero, quid esse, aut
non esse, & uerum & falsum? Non enim est compositum, ut sit quidem si componatur, non sit
autem si diuisum sit (sicuti album lignũ, aut diametrum incommensurabilem esse) nec uerum
& falsum, similiter etiam in illis erit. An quẽadmodum neq; uerũ est, idẽ in his, ita nec ipsum
esse? Certe illud quidem uerum, hoc uero falsum est. Attingere nanq; ac dicere, uerum est. non
enim est idem, affirmatio & dictio. non attingere uero, est ignorare. Nõ est profecto decipi cir
ca, quod quid est, nisi secũdum accidens. similiter autem est, circa non compositas substãtias.
non enim est decipi. Et cunctæ sunt actu, non potentia. generarentur etenim profecto, ac corrũ
perentur. nunc autem ipsum ens, non fit, neq; corrumpitur. ex aliquo enim utiq; generaretur.
Quæcunq; itaq; sunt uere ipsum esse quid, & actu, circa hæc non est decipi, sed aut intelligere,
aut non. Verum quod quid est de eis quæritur, si talia sint an nõ. esse uero, ut ueꝝ est. & nõ eẽ,
ut falsum. unum quidem si componitur, uerũ. si uero non cõponitur, falsum. unũ uero si est, q/
dem ens sic, ẽ. sin uero non ita, non ẽ. uerum autem, intelligere hæc. falsum uero, non est dece/
ptio, sed ignorantia. non qualis cæcitas est. etenim cæcitas quidem, sicuti si omnino non habe
ret aliquis intelligendi potentiã. Manifestum autem est, quod neq; de immobilibus deceptio ẽ
secundũ quando, siquis immobilia putet. utputa si triangulum nõ putet mutari, nõ opinabitur
modo duos rectos habere, modo nõ. mutaretur etenim. uerũ aliquid quidẽ, aliquid uero nõ. ut
puta, parem numerum, primum nullũ esse. aut quosdam quidem, quosdam uero non. quo ad
numerũ autẽ circa unũ, nec hoc. non amplius enim, quædã quidẽ, quædã uero nõ putabit. sed
uerum dicet aut falsum, tanq̃ ita semper se habeat.

DECIMVS METAPHYSICORVM ARISTOTELIS INTERPRETE BESSARIONE AD ALPHONSVM REGEM.

Vod unũ multis dicat modis, in diuisione de quoties, dictum est prius.
Cũ autem multipliciter dicat, primoꝝ & eorũ, quæ secundum se nõ se/
cũdũ accidẽs dicunt unũ, quatuor in summa, modi sunt. Et ipsum nãq;
q ꝓtinuũ, aut simpliciter, aut maxime, qđ natura, & nõ tactu neq; ligatio/
ne. & hoꝝ illud magis unũ & prius, cuius motus indiuisibilior & magis
simplex est. Item tale etiã magis est, quod totũ est, aliquãq; formã & spe
ciẽ habẽs. & maxime, quodcũq; natura tale sit, & nõ ui, quẽadmodum
q̃cunq; aut glutine, aut clauo, aut ꝓiũctione. at habeat in se, qđ causa ei
sit, ut ꝓtinuũ sit. tale uero est, cui unus motus loco, & tpe indiuisibilis sit. Quare manifestũ ẽ, ꝙ
sit, ut ꝓtinuũ sit. tale uero est, cui unus motus loco, & tpe indiuisibilis sit. Quare manifestũ ẽ, ꝙ
siqđ natura motiõis primæ principiũ habet primũ (dico aũt, lationis circulationẽ) id prima ma
gnitudo una. quædã itaq; ita unũ, aut ꝓtinuum, aut totũ sunt. Quædã autẽ, quoꝝ una ratio est.
talia uero, quoꝝ intellectio una. talia aũt, quoꝝ indiuisibilis. indiuisibilis uero, ei⁹ est, quod aut
specie, aut numero indiuisibile est. numero igit indiuisibile, est singulare. specie uero, cognosci
bili & scientia. Quare unũ utiq; erit primũ, quod substãtiis, ut unũ sint, causa est. Toties igit di
cit unũ. qđ natura ꝓtinuũ est. totũ. singulare. & uniuersale. hæc aũt oĩa unũ sunt, eo, ꝙ quorun
dam motus, quorũdam intellectio, aut rõ, indiuisibilis est. Oportet aũt ꝓsyderare, ꝙ non est eo
dẽ modo accipiendũ, cum dicat, quæ unũ dicunt, & quid est uni eẽ, quæ ue rõ eius est. unũ et
enim, toties dicit. & unũquodq; eoꝝ, cui aliqs hoꝝ modoꝝ insit, unũ erit. Esse aũt uni, q̃nq; q/
dem alicui hoꝝ erit, q̃nq; uero alteri, qđ & magis ꝓpinquũ nomini est. illa uero, potentia. quẽ/
admodum si de elemento, & causa oporteat dicere, & de ipsis rebus, determinãdo & noĩs de/
finitionẽ reddẽdo. ignis etenĩ, quodã modo quidem est elementũ (fortassis uero, secundum se
etiã ipsum infinitũ, aut aliqđ aliud tale) quodã modo uero minime est. nõ enim est, idẽ igni, &
elemẽto esse. sed tanq̃ res quædã & natura, ignis elemẽtũ est. nomẽ aũt significat, ꝙ hoc ei cõ/
petat, quod

petat, quod ex eo tanquam ex primo inexistente aliquid sit. ita & de causa & uno, & cunctis
huiusmodi. Propter quod unum esse, est indiuisibile esse ipsum re uera ens, & inseparabile,
aut loco, aut specie, aut mẽte, aut toto atq; determinato. Cap. II.

Axime autem mensuram esse cuiusq; generis primum, & maxime proprie quan
titatis. hinc etenim ad alia aduenit. mensura enim id est, quo quantum cognosci
m tur. cognoscitur autem quantum ut quantum aut uno aut numero. omnis uero
numerus, uno. Quare omne quantum prout quantum, uno cognoscitur, & quo
primo hoc cognoscitur, ipsum unum. propter quod, unum principium est nume
ri prout numerus est. Hinc autem & in aliis id dicitur mensura, quo primo unumquodq; co/
gnoscitur. & cuiusq; mensura unum est. in longitudine, in latitudine in profunditate, in graui/
tate, in celeritate. Grauitas enim & celeritas, comunis est in contrariis. duplex enim & unum/
quodq; horum est. ut grauitas, & quæ quantuncunq; ponderis habet, & quæ excedit ponde/
re, & celeritas, quæ quantuncunq; motũ habet, & quę excedit in motu. etenim, est aliqua tar/
di celeritas, & leuis grauitas. In his itaq; omnibus, mẽsura & principium, unũ quiddã & indiui
sibile est. nã & in lineis, utuntur pedali tanq̃ indiuisibili. ubiq; etenim mẽsuram, unum quiddã
& indiuisibile quærunt. hoc autẽ, simplex, aut quali aut quanto. ubi itaq; uidet nõ esse, aut au/
ferendum, aut addendũ, illa certa mẽsura est. Quare, numeri certissima est. unitatẽ etenim po/
nunt, quæ omnino indiuisibilis est. in cæteris uero, imitantur huiusmodi. ex stadio nãq; & ta
lento, ac semper a maiore, magis profecto latebit, & additum aliquid & demptũ, q̃ ex mino/
re. Quare a quo primo secundũ sensum nõ contingit, hoc oẽs mensuram, & humidoꝝ, & sic/
corum, & grauis, & leuis faciunt, & tunc putant cognoscere quantum, cũ per hanc mensuram
sciant. ac etiam motũ, simplici & uelocissimo motu. minimũ enim tempus, hic habet. Quapro
pter in astrologia, tale unũ, principium & mensura est. motũ enĩ ęqualem & uelocissimũ cœli,
supponunt. ad quẽ, cæteros iudicãt. & in musica, diesis, qa minimum. & in uoce, elementum.
& hæc oĩa, ita unũ quiddam, nõ ut cõmune quiddam unũ, sed ut prædictũ est. Cap. III.

On semper autem mẽsura, numero unũ est, uerum aliq̃ plura. utputa dieses duę,
quæ non secundũ auditũ, sed in rationibus sunt. & uoces plures, quibus mẽsura/
n mus. & diameter, duobus mensuratur. & latus, & oẽs magnitudines. Sic igitur
mensura omnium, unum est, quia cognoscimus ex quibus substãtia est, aut secũ/
dum quantũ, aut speciem diuidentes. Et propterea unum indiuisibile est, qa sin
guloꝝ quorũcunq; indiuisibile est. nõ tamẽ oĩa similiter indiuisibilia sunt (ut pes, & unitas) sed
hoc qdem oĩno, illud uero uult ad indiuisibilia secundũ sensum, ut iam dictũ est. fortassis etenĩ
oẽ ꝓtinuum diuisibile est. Semp autem mẽsura, cõgenea est. magnitudinũ nanq;, magnitudo.
& secũdum unũquodq;, longitudinis, longitudo. latitudinis, latitudo. uocũ, uox. grauitatis, gra
uitas. unitas, unitatũ. ita enim accipere oportet, & nõ ꝙ numerũ numerus. At oporteret, si simi
liter. Non tamẽ similiter censet, sed ac si unitatũ unitates & nõ unitatẽ cẽseret esse mensuram.
numerus enim, unitatum est multitudo. At scientiã quoq; & sensum, mẽsuram reꝝ dicim⁹ esse,
ꝓpterea quia ꝑ ea aliqd cognoscimus. Atq mẽsurant magis q̃ mensurent. sed accidit nobis, ac
si alio nos mensurante cognosceremus quanti nã sumus, eoq; toties nobis cubitalis mensura ad
mota est. Protagoras autem, hoĩem ait mensuram esse cunctorũ, perinde ac si scientem, aut sen
tiẽtem diceret. istos autẽ, quia habẽt, ille quidẽ scientiã, hic uero sensum, quæ dicimus obiecto
rum mensuras esse. nihil itaq; dicentes, superfluum aliquid dicere uidentur. Quod itaq; uni esse
(maxime secundum nomẽ, quod determinant) mensura quædã est, maxime ꝓprie quantitatis,
deinde qualitatis, manifestum est. tale aũt erit, si hoc quidẽ secundum quãtitatẽ, hoc uero secũ
dum qualitatem indiuisibile sit. Quare unum, aut simpliciter, aut prout est unum, indiuisibi/
le est. Caput IIII.

Ecundum substantiam autem & naturam, quonam modo se habeat quærendũ
est, quemadmodum in dubitationibus tractauimus quidnam unum sit, & quo/
s modo de eo opinari oporteat. utrum ut ipsum unum, substantia sit, quemadmo
dum Pythagorici dixerunt prius, & Plato posterius. an magis aliqua subiicitur
natura. & quo modo oporteat notius dici. & an magis, sicuti physici. illorũ enĩ
quidam, amicitiam ipsum unum ait esse. quidam aerem. quidam infinitum. Si autem nihil uni
uersalium possibile est substantiam esse, quẽadmodum in sermonibus de substantia, & de ente
habitis dictum est, nec hoc ipsum, ut unum quid præter multa, substantiam esse possibile est (cõ
mune nanq;) sed ut predicatio solum, patet, quod nec ipsum unum. ens enim & unũ, & uniuer

ſaliter maxime de omnibus prædicatur. Quare neq; genera, naturę quædam & ſubſtãtiæ a' cæteris ſeparabiles ſunt. nec ipſum unũ, genus contingit eſſe. neq; ſubſtantiam ꝓpter eaſdem cauſas, propter quas nec ens. adhuc autem ſimiliter in oĩbus neceſſe eſt ſe habere. dicuntur autem æqualiter, ens & unum. Quare cum in qualitatibus ſit aliquid ipſum unum & aliqua natura, ſimiliter autem & in quãtitatibus, manifeſtum eſt, quod omnino quęrendum eſt, quidnam unũ ſit, ſicuti quid ens. tanq̃ non ſufficiens ſit, qđ hoc ipſum eius natura ſit. at uero in coloribus, eſt unus color utputa album. deinde alii, ex hoc & nigro fieri uident nigrum autem, priuatio albi eſt, ſicuti tenebræ lucis. hæ autem, lucis priuatio ſunt. Quare ſi entia colores eſſent, aliquis ꝓfecto' numerus entia eſſent. ſed quoꝝ patet, qđ coloꝝ. & ipſum unũ, eſſet utiq; aliqd unũ, utputa albũ. ſimiliter ſi entia modulationes eſſent, numerus eſſent profecto'. attamẽ dieſeos, & non eſſet numerus ſubſtantia eoꝝ. & ipſum unũ eſſet aliqd, cuius ſubſtantia nõ ipſum unũ, ſed dieſis. ſimiliter autẽ & in ſonis elemẽtorum eſſent entia profecto' numerus, et ipſum unum elemẽtum uocale. & ſi figurę linearum rectarum, figurarũ profecto' numerus eſſent, & ipſum unum, triangulum. eadem uero ratio & in cæteris generibus eſt. Quare ſi cum in paſſionib⁹, qualitatibus, quãtitatibus, ac in motu numeri ſint, & unũ quoddã in omnibus, & ipſe numerus aliquoꝝ ſit, & ipſum unum aliquid unũ, non autem hoc ipſum ſubſtãtia eius ſit, neceſſe eſt, ut etiam in ſubſtantiis ſic ſe habeat. ſimiliter nãq; in oĩbus ſe habet. Quot igit' in omni genere ipſum unũ aliqua natura eſt, & quod nullius hoc ipſum unũ natura eſt, patet. quemadmodũ enim in coloribus ipſum unũ unus color quærendus eſt, ita & in ſubſtãtia una ſubſtantia ipſum unũ. Quod autẽ idẽ quodã modo ſignificat unũ & ens, patet etiã ex eo, qđ ęqualiter ſequitur prædicamẽta. & in nullo eſt, nec in qd eſt, nec in quale, ſed ſimiliter ſe habet ſicuti ens. & ex eo, ꝙ in prædicatione unus homo, nõ addit aliqd aliud q̃ homo, ſicut nec ipſum eẽ prẽter qd eſt, aut quale, aut quãtum. & uni eſſe, eſt unicuiq; eſſe.

Caput V.

Pponuntur aũt unũ & multa multis modis. quoꝝ uno, unũ & multitudo, ut indiuiſibile, & diuiſibile. quod enĩ aut diuiſum, aut diuiſibile eſt, multitudo quędam dicitur. quod uero indiuiſibile, aut nõ diuiſum, unum. Cũ autem oppoſitiones quatuor ſint modis, horum alius ſecũdum priuationẽ dicat', cõtraria erunt profecto', & neq; ut cõtradictio, nec ut ea, quæ ad aliqd dicunt'. Dicit' autẽ ex cõtrario ipſum unũ, & ſignificat' ex diuiſibili indiuiſibile, eo ꝙ magis multitudo & diuiſibile ſenſibile eſt. Quare multitudo, rõne prior q̃ indiuiſibile ꝓp ſenſum eſt. Itẽ unius qdẽ eſt (quẽadmodum & in diuiſione ꝓriorum deſcripſimus) idẽ, ſimile, & æquale. multitudinis uero, diuerſum, diſſimile, & inęq̃le eſt. Cũ autẽ idẽ multipliciter dicat', uno qdẽ mõ ſm numeꝝ, qđ q̃ dicimus ipſum. hoc uero ſi rõne & numero unũ ſit. utputa tu tibiipſi & ſpecie & materia unum. Itẽ ſi primæ ſubſtãtiæ rõ una ſit. ut æquales lineæ rectæ, eædẽ. & æqualia & ęqualiũ angulorũ q̃drata, tametſi plura ſint, æq̃litas tamẽ in eis, eſt unitas. Similia uero, ſi cum non ſint eadẽ ſimpliciter, nec ſm ſubſtantiã ſubiectã indifferentia, ſm ſpeciẽ eadẽ ſint. quẽadmodũ maius q̃dratum, minori ſile eſt. & lineæ inæquales. hæ enĩ ſimiles qdem, uerũ non eædẽ ſimpliciter ſunt. Quædã uero, ſi cũ eandẽ ſpeciẽ habeãt, in qbus magis & minus ſit, neq; magis, neq; minus ſit. Quædã autẽ, ſi eadẽ & una ſpecie paſſio ſit. ut ualde albũ & min⁹, ſimilia eſſe aiunt, quia una ſpecies eoꝝ ẽ. Quædã uero ſi plura habet eadem q̃ diuerſa, aut ſimpliciter, aut quæ in promptu ſunt. ut ſtãnum, argẽto q̃ auro. auꝝ uero, igni, ꝓut flauus, & rufus eſt. Quare manifeſtũ eſt, ꝙ diuerſum, & diſſimile multipliciter dicunt'. aliud' q; & idẽ, oppoſite. Vñ oẽ ad omne, aut idẽ, aut aliud eſt. hoc uero, niſi ſit & materia, & rõ una (quare tu & ꝓpinquus. diuerſum) tertium autẽ, ſicuti illa, quæ in mathematicis ſunt. Diuerſum igit' aut idẽ ideo oẽ ad oẽ dicit', ꝙ quæq; unum & ens dicunt'. nõ eſt enim ꝟdictio ipſius eiuſdem. Quare nõ dicitur de non entib⁹ (at nõ idem, dicit') ſed de omnibus entibus. aut enĩ unum, aut nõ unum natura aptum ens, & unum eſſe. diuerſum igit' & idẽ, ita opponuntur. Differentia uero & diuerſitas, aliud eſt. diuerſum nãq; & illud, a' quo diuerſum, nõ eſt neceſſe aliquo eſſe diuerſum. oẽ etenĩ quodcunq; fit ens, aut idẽ aut diuerſum eſt. differẽs uero ab aliquo, aliquo differens eſt. Quare neceſſe eſt aliquid idem eſſe, quo differunt. hoc uero idẽ, aut genus aut ſpẽs eſt. oẽ nãq; differẽs, aut genere aut ſpecie differt. genere, quoꝝ nõ eſt cõis materia, neq; mutua generatio. utputa, quoꝝ alia ꝑdicatiõis figura ẽ. ſpecie uero, quoꝝ idẽ gen⁹. dicit' aũt gen⁹, quo (ambo q̃ differunt) ſm ſubſtãtiã idẽ dicunt'. Cõtraria uero, differẽtia, & ꝓrietas quędã differẽtia ẽ. Quod aũt recte hoc ſupponim⁹, ex ĩductiõe patet. cuncta enĩ differre uident', et nõ ſolũ diuerſa eẽ. ſed quędã ſm genus diuerſa. q̃dam, ĩ ea dẽ ꝑdicationis coordinatione. Quare & quæ eadẽ ſpecie, in eodẽ genere ſunt. determinatũ autem in aliis

tem in aliis eſt, quæ eadem, aut diuerſa genere ſunt.

Cap. VI.

c Vm aũt contingat inuicem differre, quæ differunt, & plus & minus, eſt etiam quædam maxima differentia. & hanc, dico contrarietatem. Quod autem maxima differentia eſt, manifeſtum eſt ex inductione. quæ enim genere differũt, non habent ad ſe mutuo uiam, ſed plus diſtant, & non conueniunt. illis uero, quæ ſpecie differunt, generationes ex contrariis tanquam ex ultimis ſunt. diſtantia uero ultimorum, maxima eſt, quę etiam contrariorum. Atqui quod maximum eſt in quoq; genere, perfectum eſt. etenim maximum eſt, cuius non eſt exceſſus. perfectum uero, extra quod non eſt poſſibile aliquid habere. finem nanq; habet, perfecta differentia. quemadmodum cætera perfecta dicuntur, eo quod habeant finem. extra finem autem nihil eſt. ultimum enim in re omni eſt, & continet. quare, nihil extra finem eſt. nec indiget aliquo, quod perfectum eſt. Quod igitur contrarietas, eſt differentia perfecta, ex his patet. Cum autem multipliciter dicantur contraria, ita perfectum ſequitur, ſicuti eis ineſt eſſe contrariis. His autem exiſtentibus, patet quod non contingit, uni plura contraria eſſe. nec enim, ultimo ulterius aliquid erit. nec unius diſtantiæ, plura quam duo ultima. & omnino ſi contrarietas differentia eſt, differentia uero duorũ eſt, ergo & ipſa, perfecta. Neceſſe autem alias contrariorũ definitiones ueras eſſe. etenim, plurimum differt perfecta differentia. nanq; non eſſe aliquid ſumendum extra ea, quæ & genere differunt, & ſpecie, oſtenſum eſt. quia ad ea, quæ extra genus ſũt, non eſt differentia. horum autem, hæc maxima eſt. Et quæ in eodem genere plurimum differũt, contraria ſunt. maxima enim horum differentia eſt, quæ perfecta eſt. Et quæ in eodem ſuſceptiuo plurimũ differunt, contraria ſunt. materia enim, eadem contrariis. Et quæ, ſub eadem potentia plurimum differunt. etenim ſcientia circa unum eorum genus, una, in quibus perfecta differentia, maxima eſt.

Cap. VII.

p Rima uero contrarietas, habitus & priuatio eſt. non tamen omnis priuatio (multipliciter enim priuatio dicitur) ſed quæcunq; perfecta ſit. Cætera uero contraria, ſecundũ hæc dicentur. quædam, eo quod habeant. quædam, eo quod faciant, aut factiua ſint. quædam, eo quod accipiant aut abiiciant hæc, aut alia contraria. Si opponuntur itaq; contradictio, priuatio, contrarietas, & ad aliquid, horum autem primum contradictio, contradictionis uero nihil medium eſt, contrariorũ autem contingit, patet quod non idẽ eſt contradictio & contraria. Priuatio uero, quædam contradictio eſt. aut enim, quod omnino impoſſibile eſt habere, aut quod, cum natura aptum habere ſit, non habeat, priuatum eſt. aut totaliter, aut modo quodam, determinatum. multipliciter enim hoc (ut in aliis diuiſum à nobis eſt) dicimus. Quare priuatio, quædam contradictio eſt, aut impoſſibilitas determinata, ſiue ſimul accepta cum ſuſceptiuo. Ideo contradictionis quidem non eſt medium, ſed priuationis alicuius eſt. omne enim, aut æquale, aut non æquale. æquale uero, aut inæquale, non omne niſi ſolum in ſuſceptiuo æqualitatis. Si itaq; generationes ipſi materiæ ex contrariis (fiũt autem aut ex ſpecie, & habitu ſpeciei, aut ex aliqua priuatione ſpeciei, & formæ) patet quod omnis qdem contrarietas, priuatio eſt. priuatio uero non omnis fortaſſe, contrarietas eſt. cauſa uero eſt, quia multipliciter priuari contingit, quod priuatum eſt. e' quibus enim ultimis tranſmutationes, hęc contraria ſunt. hoc autem & per inductionem manifeſtum eſt. omnis nanq; contrarietas habet alterius contrariorum priuationem, uerum non omnia ſimiliter. inæqualitas enim, æqualitatis. diſſimilitudo uero, ſimilitudinis. uitiũ autem, uirtutis. Differt autem, ut dictũ eſt. etenim hoc quidem, ſi ſolum priuatum ſit. hoc uero, ſi ſit aut quando, aut in aliquo. utputa in aliqua ætate, aut in principali, aut omnino. Ideo, horum quidem eſt aliquid medium. & eſt, nec bon⁹ homo, nec malus. illorum uero non eſt, ſed neceſſe eſt eſſe parem uel imparem. Præterea quædam habent ſubiectum determinatum, quædam non. Quare manifeſtum eſt, quod ſemper alterum contrariorum, ſecũdum priuationem dicitur. Sufficit uero etiam ſi prima & genera contrariorum, utputa unum & multa. cætera enim ad hęc reducuntur.

Cap. VIII.

c Vm autem unum uni contrarium ſit, dubitauerit quiſpiam quonam modo unum & multa opponuntur, & æquale magno, & paruo. ipſum enim utrũ, ſemper in oppoſitione dicimus. utputa, utrum album, an nigrum. utrum album, an non album. utrum uero homo an album, non dicimus, niſi ex ſuppoſitione, & quærentes, utputa utrum Cleon uenit, an Socrates. ſed hoc, in nullo genere neceſſe eſt. Verum hoc quoq;, illic aduenit. ſola nanq; oppoſita non contingunt ſimul eſſe. quo & hic utitur, in eo, quod eſt uter uenit. nam ſi ſimul contingeret, ridicula eſſet interrogatio. quod ſi etiam ita, ſimiliter etiam in oppoſitionem cadit, ad unum, aut multa. utputa utrum ambo uenerunt, an alter, ſi ſane' ipſius

utrum, quæstio semper in oppositis fit. Dicitur autem utrum maius an minus, an æquale, quę nam æqualis ad hæc oppositio est? nec alteri soli contrarium, nec ambobus est. cur enim, magis maiori, quàm minori? Præterea, inæquali æquale contrarium. quare in pluribus, quàm uno erit. quod si inæquale idem ambob⁹ simul significat, erit quidem ambobus oppositum. Et dubitatio iuuat illos, qui dicunt inæquale dualitatem esse. uerum accidit unum duobus contrariũ esse, quod impossibile est. Item æquale quidem, medium magni & parui uidetur. contrarietas uero, neq; media uidetur, neq; ex definitione possibile est. non enim esset perfecta, si alicui⁹ media esset. sed magis, semper aliquid suiipsius medium habet. restat itaq;, aut ut negationem ponì, aut ut priuationem. alterius igitur, non contingit (cur enim magis magni quàm parui?) amborum ergo priuatiua negatio. ideo ipsum utrum ad ambo, non ad alterum solum dicitur. utputa, utrum maius an æquale, uel utrum æquale an minus, sed tria, semper. non autem priuatio, necessario. etenim non omne, quod nõ maius, aut min⁹, æquale est, sed in qbus apta, natura sunt illa esse. Est igitur æquale, quod cum nec magnum, nec paruũ sit, natura tamen aptũ est magnum, aut paruum esse. & ambobus, tanquam priuatiua negatio opponitur. ideo & medium est. & quod nec bonum, nec malum est, ambobus opponitur. uerum innominatum est. multipliciter nanq; utrunq; dicitur, & susceptiuum non est unum. sed magis, quod nec album, neq; nigrum, neq; tamen hoc dicitur unum. sed determinati quodammodo colores sunt, de q̃bus priuatiue hæc negatio dicitur. necesse est enim, aut fuscum, aut pallidum, aut huiuscemodi aliquid aliud determinatum esse. Quare non recte reprehendunt, qui similiter putant omnia dici. ut calcei & manus medium sit, quod neq; calceus, neq; manus est, quandoquidem & qđ nec bonum, nec malum est boni & mali, ac si omnium esset aliquod medium. Verum non est necesse, ut hoc accidat. etenim hæc negatio simul oppositorum est, & quorum aliquod mediũ, ac aliqua distantia, natura apta est esse. illorum autem non est differentia. in alio enim genere ea sunt, quorum simul erant negationes. quare quod subiicitur, non est unum. Cap. IX.

f Imiliter autem, de uno, & multis quispiam dubitare possit. etenim si multa uni simpliciter opponuntur, accidunt quædam impossibilia. unum etenim paucũ, aut pauca erit. multa etenim paucis opponuntur. Præterea duo sunt multa (siquidem duplex, multiplex) dicitur autem duplum a` duobus. quare ipsum unum, paucum erit. ad quid enim ipsa duo dicerentur multa, nisi ad unum & paucum? nihil nanq; est minus. Præterea, si ut in longitudine longum, & breue, ita in multitudine multum, & paucum, & quodcunq; sit multum & multa, & rursus, quæ multa etiam multum, nisi forte in continuo facile terminabili differat, quod paucum est quædam multitudo erit. quare ipsum unũ, multitudo quædam est. siquidem, & paucum. hoc uero necesse est, si ipsa duo multa sunt. Verũ fortassis, multa dicuntur quidem sicuti, & multum, sed ut differens (ueluti aqua) multum, multa uero minime. sed quæcunq; diuisibilia sunt, in his dicuntur. uno quidem modo, siqua multitudo sit, excessum aut simpliciter, aut ad aliquid habens. paucum'q; similiter, multitudo defectũ habens. hoc uero, ut numerus, q̃ solũ uni opponit̃. ita. n. dicim⁹ unũ, aut multa, quẽadmodũ siqs dicat unũ, & ipsa una, aut albũ, & ipsa alba, & mensurata ad mensurã, & mensuratũ. sic & multiplicia dicunt̃. multa nanq; unusq̃sq; uno numerus, qa multa una, & qa unusq̃sq; mensurabilis. & tanq̃ uni, nõ pauco, oppositus. Hoc itaq; mõ, multa sunt, & ipsa duo. tanq̃ uero multitudo, aut ad aliquid, aut simpliciter excessum habens, non sunt, sed prima. simpliciter uero sunt pauca, ipsa duo. multitudo nanq; est prima, defectum habens. Quare non recte fuerit dicens Anaxagoras. quod simul cunctæ res erant, multitudine & paruitate infinitæ. decebat nanq; pro paruitate dicere, & paucitate. non enim infinitæ, cum paucum, non propter unum (ut quidam aiunt) sed propter duo. Opponuntur autem unum & multa, quæ in numeris, ut mensura mensurato. hæc uero, ut ea, quæ ad aliquid. Quæcunq; eorum, quæ ad aliquid non secundum se dicuntur (distinctum autem a` nobis in aliis est, quod ea, quæ ad aliquid dupliciter dicuntur) quædam ut contraria, quædam ut scientia ad scibile eo quod aliquid aliud dicatur ad ipsum. Vnum uero, aliquo minus esse, utputa duobus, nihil prohibet. non enim si minus est, etiam paucum est. multitudo autem quasi genus numeri est. numerus etenim est, multitudo uno mensurabilis. Et quodam modo unum & numerus opponuntur, non ut contraria, sed (quemadmodum dictum est) ut quædam eorum, quæ ad aliquid. quatenus enim hoc quidem mensura, illud uero mensurabile est, eatenus opponuntur. Ideo non omne, quod unum sit, numerus est. utputa, si quid indiuisibile sit. Cum autem similiter dicatur scientia ad scibile, non similiter assignatur. uideri nanq; possit scientia quidem mensura esse, scibile uero quod mensuratur. Accidit autem omnem

omnem quidem scientiam scibile esse, scibile non omne scientiam esse, eo quod modo quodã scientia scibili mensuratur. Multitudo autem neq; pauco contraria est, sed huic multũ tanquam excedens multitudo, excessæ multitudini. nec uni omnino. sed hoc qdem (ut dictum est) quod diuisibile. hoc indiuisibile, tanquam ad aliquid, quemadmodum scientia scibili si fuerit numerus. unum uero, mensura est. Cap. X.

c Vm uero contrariorum contingat aliquid medium esse, & quorundam sit, necesse ex contrariis media esse. omnia enim media, & illa, quorum media sunt, in eodem genere sunt. media nanq; illa dicimus, in quæ necesse est, primo transmutari, quod transmutatur. utputa si ab hypate in netem paulatim pertranseat, prius ad medios sonos ueniet. & in coloribus, si ex albo, ad nigrum ueniat, prius ad puniceum, & fuscum, quàm ad nigrum ueniet. similiter autem & in aliis. Transmutari uero ex alio genere in aliud genus, non est nisi secũdum accidens. ut ex colore in figuram. necesse igitur, ut media, & sibiinuicem, & quorum media sunt, in eodem genere sint. At uero omnia media, aliquorum oppositorum sunt. ex his nanq; solis, per se transmutari est. Quare impossibile est, media esse non oppositorũ. esset nãq; profecto`, transmutatio etiã ex non oppositis. Oppositorũ uero contradictionis qdem, nullũ est mediũ. hoc enim est contradictio, oppositio cuius cum nihil habeat medium, cui cũq; altera pars adest. cæterorũ uero, quædam ad aliqd, quædã priuatio, quędã contraria sunt. Eorũ uero, quæ ad aliqd, quæcũq; non sunt ꝯtraria, non habent mediũ. causa uero, quia non in eodem genere sunt. quid nanq;, scientiæ & scibilis medium? uerum, magni & parui est. Quod si media in eodem genere sunt (ut ostensum est) & contrariorum media, necesse est ea ex his contrariis componi. aut enim erit aliquod gen⁹ eorum, aut nullum. & si genus quidem ita erit, ut aliquid prius contrariis sit, differentiæ priores contrariæ erunt, quæ faciunt contrarias species, tanquam generis. ex genere nanq; & differentia, species sunt. utputa si album & nigrum contraria sunt, est autem illud segregatiuus color, hoc uero congregatiuus, hæ differentiæ congregatiuum, & segregatiuum, priores. quare hæc priora inuicem contraria sunt. at uero quę cõtraria, differentiæ sunt, magis contraria sunt. cætera quoq; & media, ex genere, & differentiis erunt. utputa quicunq; colores medii inter album & nigrum sunt, hos oportet, ut & ex genere dicantur (est autem genus color) & ex quibusdam differentiis. hæ uero non erunt prima contraria. quod si secus, unumquodq; aut album, aut nigrum erit. ergo aliæ. mediæ igitur primorũ contrariorum, hæ erunt. primæ uero differentiæ, segregatiuum & congregatiuum. Quare hoc primum quærendum est, quæcunq; contraria non in genere, ex quo media eorum? quæ enim in eodem genere sunt, necesse est, ut aut ex incompositis genere componantur, aut incompositis sint. Et quidem contraria inuicem incomposita, propterea quod principia sunt. Media uero, aut omnia, aut nullum. ex contrariis uero, aliquid fit. quare erit in hoc transmutatio, antequàm in illa. utroq; enim, & magis & minus erit. medium igitur contrariorum, hoc etiam erit. Ergo cætera quoq; media, composita sunt. id enim, quod uno minus, altero magis est, compositum ex illis quodam modo est, quorum uno minus, altero magis dicitur esse. Cum uero contrariorũ alia priora eiusdem generis non sint, omnia media profecto` ex contrariis erunt. quare & omnia inferiora, tum contraria, tum media, ex primis contrariis erũt. Et qdem, qđ cũcta media in eodẽ genere, & contrariorũ media sint, ac ex contrariis componant̃, patet. Cap. XI.

d Iuersum autem specie ab aliquo, diuersum aliquid est. & hoc, ambobus inesse oportet. ut si animal specie diuersum, ambo animalia. necesse est igitur in eodem genere esse, quæ specie diuersa sunt. huiuscemodi enim appello genus, quo unũ & idem ambo dicuntur, non secundum accidens differentiam habens, siue ut materia existens, siue ut aliter. etenim non solum commune oportet existere, ut ambo animalia, uerum etiam utriq; diuersum hoc ipsum animal. ut hoc quidem equum, hoc uero hominem. quare hoc commune, diuersum specie uicissim est. erit itaq; secundum se, hoc quidem tale quid animal, hoc uero tale quid. ut hoc quidem equus, hoc uero homo. Necesse igitur, hanc differentiam generis diuersitatem esse. dico nanq; differentiam generis diuersitatem, quæ diuersum hoc ipsum facit. Contrarietas igitur hæc erit. patet autem ex inductione. cuncta nãq; oppositis diuidunt̃. & quod contraria in eodem genere sint, ostensum est. contrarietas enim, perfecta differentia erat. Omnis uero specie differentia ab aliquo, aliquid. quare hoc & idem, & genus in ambobus. ideo in eadem coordinatione prædicationis, sunt omnia contraria quæcunq; non genere differunt, & inuicem maxime diuersa. perfecta nanq; differentia. & simul inuicem non fiunt. differentia ergo, contrarietas est. Hoc enim est diuersa specie esse, quod cum in eodem genere

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſint, contrarietatem habent indiuidua exiſtentia. Eadem autem ſpecie, quæcunq; contrarietatem non habent indiuidua exiſtentia. in diuiſione nanq;, & in mediis fiunt contrarietates, ante quam ad indiuidua deueniatur. Quare manifeſtum eſt, quod ad íd, quod uocatur genus, nec eadem, neq; diuerſa ſpecie, ulla, quæ ut generis ſpecies conueniunt. materia nanq; negatione oſtenditur. genus uero, materia eius eſt, cuius genus dicitur. non ut quod Heraclidarum, ſed ut quod eſt in natura. Nec ad ea, quæ non in eodem genere ſunt, ſed ab illis genere different, ſpecie uero ab iis, quæ in eodem genere ſunt. etenim differentiam, neceſſe eſt eſſe contrarietatem eius, a` quo ſpecie differt. hæc autem iis ſolis ineſt, quæ in eodem genere ſunt. Cap. XII.

d Vbitabit autem quiſpiam, cur mulier a` uiro non ſpecie differat, cum mas, & fœmina contraria exiſtant, differentia uero contrarietas ſit? neq; diuerſum ſpecie animal maſculinum, & fœmininum, cum tamen hæc differentia per ſe animalis ſit, & non ut albedo, & nigredo, ſed quatenus animal & maſculinum, & fœmininum inſint? Hæc autem dubitatio fere` eadem eſt, & cur hęc quidem contrarietas diuerſa ſpecie faciat, hęc uero non. ut greſſibile, & uolucre, albedo uero, & nigredo non. an quoniam illa quidem propriæ paſſiones generis ſunt, hęc uero minime? & cum illud quidem ratio, hoc uero materia ſit, quæcunq; in ratione contrarietates ſunt, ſpecie differentiam faciunt, quæcũq; uero in coaſſum pto materiæ, minime faciunt. Quare hominis albedo, uel nigredo non facit, nec hominis albi ad hominem nigrum ſecundum ſpeciem differentia eſt, etiam ſi unum nomen ponatur. homo nãq;, ut materia eſt. materia uero non facit differentiam. non enim hominis ſpecies, ſunt homines. Quare & ſi carnes, & oſſa, ex quibus hic, & hic eſt, diuerſa ſint, attamen totum diuerſum quidem, ſpecie uero non eſt diuerſum, quoniam in ratione non eſt contrarietas. hoc autem eſt ultimum indiuiduum. Callias uero, ratio cum materia eſt. & albus homo, quoniam Callias albus. per accidens igitur homo eſt albus. nec æneus, & ligneus circulus, ſiue triangulus æneus, & circulus ligneus ob materiam ſpecie differunt, ſed quoniam in ratione contrarietas ineſt. Vtrum autem materia non faciat diuerſa ſpecie, cum quodam modo diuerſa ſit, an aliquo modo facit? cur enim hic equus ab hoc homine diuerſus ſpecie, cum rationes eorum cum materia ſint? an quoniam in ratione contrarietas ineſt? etenim hominis albi, & equi nigri ſpecie diuerſitas eſt, non tamen prout hic quidem albus, hic uero niger. ſiquidem & ſi ambo albi eſſent, nihil minus ſpecie diuerſi eſſent. Maſculinum enim & fœminínũ, propriæ quidem animalis paſſiones ſunt, ſed non ſecundum ſubſtantiam, uerum in materia, & corpore. quare ídem ſperma aliquam paſſionem paſſum, aut fœmina, aut mas fit. Quid igitur ſit ſpecie diuerſum eſſe, & cur quædam ſpecie differant, quædam non, dictum eſt. Cap. XIII.

c Vm uero contraria, ſpecie diuerſa ſint, corruptibile autem, & incorruptibile cõtraria ſunt (priuatio nanq;, determinata impotentia) neceſſe eſt diuerſum genere eſſe corruptibile, & incorruptibile. nunc autem igitur, de his, uniuerſalibus nominibus diximus. Videatur autem non eſſe neceſſe quodcunq; corruptibile, & incorruptibile, diuerſa ſpecie eſſe. quemadmodum nec album, & nigrum. idem enim contingit, & ſimul eſſe, modo uniuerſalium ſit. ſicuti homo profecto` eſſe poſſit & albus, & niger. & ſingularium, fuerit ſane` idem (non ſimul) & albus, & niger, tametſi album nigro contrarium ſit. Verũ contrariorum quædam ſecundum accidens quibuſdam inſunt, ut ea, quæ nunc dicta ſunt, ac alia multa. quædam, impoſſibile eſt. quorum eſt corruptibile, & incorruptibile. nihil enim ſecundũ accidens corruptibile eſt. accidens nanq; contingit non eſſe. corruptibile uero eorum eſt, quæ neceſſario inſunt iis, quib⁹ inſunt, aut unum & idem corruptibile, & incorruptibile erit, ſi contingit non ineſſe ei corruptibile. aut ſubſtantiam igitur, aut in ſubſtantia cuiq; corruptibilium, neceſſe eſt corruptibile eſſe. eadem autem ratio & de incorruptibili eſt. eorũ enim ambo ſunt, quæ neceſſario inſunt. prout igitur & ſecundum quod primum hoc quidem corruptibile, illud uero incorruptibile, oppoſitionem habent. quare neceſſe eſt, genere diuerſa eſſe. Manifeſtum itaq; eſt, quod non contingit tales ſpecies eſſe, quales quidam aiunt. erit nãq; & homo hic quidem corruptibilis, ille uero incorruptibilis, quáuis ſpecies eædem ſpecie cum particularibus eſſe dicantur, & non æquiuocæ. quæ uero genere diuerſa ſunt, plus diſtant quàm quæ ſpecie.

Vndecimus

VNDECIMVS METAPHYSICORVM ARISTOTELIS INTERPRETE BESSARIONE AD ALPHONSVM REGEM.

Vod itaq; ſapientia ſcientia quædam circa principia eſt, patet ex primis, in quibus ad ea, quæ ab aliis, de principiis dicta fuerunt, dubitatum eſt. Ambigat autem quiſpiam, utrum ipſam ſapientiam par ſit unam eſſe ſcientiam, an plures. ſi enim unam, una certe ſemper con-

q trariorũ eſt. at principia, contraria non ſunt. quod ſi non unam, quales has ponere oportet. Item demonſtratiua principia ſpeculari, utrũ unius eſt, an plurium. nam ſi unius, cur huius magis quàm cuiuſcũq;. quod ſi plurium, quales has ponere oportet. Præterea, utrum omnium ſubſtantiarum, an non. nam ſi non omnium, difficile erit qualiũ nam ſit reddere. ſi autem omniũ una, incertum eſt, quonã mõ contingit plurium eandẽ ſcientiam eſſe. Præterea, utrum circa ſubſtantias ſolũ, an etiam circa accidentia. ſi enim circa accidentia demonſtratio eſt, circa ſubſtantias non eſt. quod ſi altera, quænam utraq;. & utra ſapientia ſit, demonſtratiua qdem ſapientia, quæ circa accidentia eſt, an uero, quæ circa ipſa prima, quæ ſubſtantiarum eſt. At nec circa cauſas, quę in naturalibus dictæ ſunt, quam quærimus, ſcientia ponenda eſt. neq; enim circa ipſum, cuius cauſa. tale enim, eſt bonum. hoc uero, in agendis, & iis, quæ ſunt in motu, exiſtit. & hoc primum mouet. tale nãq; finis eſt. in immobilibus uero, primum mouens non eſt. Et omnino dubitationem habet, utrum circa ſenſibiles ſubſtantias eſt, quæ nunc quæritur, ſcientia, an non, ſed circa alias quaſdam. etenim ſi circa alias, aut circa ſpecies erit profecto`, aut circa mathematica. quod autem ſpecies non ſint, manifeſtum eſt. Attamen etiam ſiquis eas ponat eſſe, dubitationem habet, cur non, ita ſe habet de cæteris, quorum ſpecies ſunt, quemadmodũ de mathematicis? dico autem, quod mathematica quidem, media ponunt ſpecierum, & ſenſibilium eſſe, quaſi tertia quædam præter ſpecies, & ea, quæ hic ſunt. at tertius homo non eſt, nec equus, præter ipſum, & particulares. Quod ſi, ut aiunt, non ſunt, circa qualia ponendum eſt, quod mathematicus tractet? non enim circa ea, quæ hic ſunt. nihil enim horum tale eſt, quale mathematicæ ſcientiæ quęrunt. At uero nec circa mathematica eſt, quæ nunc quæritur ſcientia. nihil enim horum ſeparatum eſt. Verũ nec ſenſibilium ſubſtantiarum. corruptibiles nãq; ſũt. Et omnino dubitare aliquis poſſit qualiſnam ſcientiæ ſit, de mathematicorum materia dubitare. nec enim naturalis, eo quod circa ea, quę in ſe principium motus & quietis habent, omnis naturalis intentio eſt. Nec illius, quæ de demonſtratione, & ſcientia tractat. circa nanq; id ipſum genus, conſyderationem facit. Reſtat itaq; philoſophiam propoſitam, de hiſce rebus tractare. Dubitauerit autem quiſpiam, profecto`, ſi hæc, quæ quærit, ſcientia, ponenda ſit circa principia, quę a` quibuſdam elementa uocantur. hæc autem, omnes ineſſe conpoſitis ponũt. At magis uideatur, uniuerſaliũ eam oportere eſſe, quæ quæritur ſcientia. omnis enim ratio, omnis'q; ſcientia, uniuerſalium non ultimorum eſt. quare ſic erit utiq; primorum generum. hæc autem ſane` fuerint ens, & unum. hæc enim maxime putabuntur cuncta entia continere, & maxime principiis aſſimilari, eo quod natura, prima ſint. corruptis nãq; eis, ſimul cætera quoq; pereunt. omne enim, ens & unum. Quatenus autem neceſſe eſt, ut differentiæ participent his, ſiquis hæc genera ponat, nulla uero differentia participat genere, hoc pacto non uideatur ea genera ponere, neq; principia. Item ſi magis principium eſt, quod ſimplicius, quàm quod minus tale ſit, ultima uero eorum, quæ ex genere ſunt ſimpliciora, quàm genera ſint (hęc enim indiuidua ſunt. genera uero, in plures ſpecies, & differentes diuiduntur) magis ſpecies, quàm genera uideantur principium eſſe. quatenus uero ſpecies ſimul cum generibus pereunt, genera magis aſſimulantur principiis. principium nanq; eſt, quod cointerimit. Hæc itaq; & huiuſcemodi alia ſunt, quæ dubitationem habent. Cap. II.

i Tem utrum ponendum eſt quicquam præter particularia, an non, ſed horum eſt, quæ quæritur, ſcientia. at hæc infinita ſunt. quæ uero præter ſingularia ſunt, aut genera, aut ſpecies ſunt. neutrius autem horũ, quæ quæritur, ſcientia eſt. cur enim hoc impoſſibile ſit, dictum eſt. Etenim omnino hæſitationem habet, utrum arbitrandũ ſit aliquam ſeparatam ſubſtantiã præter ſenſibiles ſubſtantias, & has, quæ hic ſunt, an non, ſed illa eſſe entia, & circa illa ſapientiam uerſari. quærere nãq; uidemur aliam quandam, & hoc eſt nobis propoſitum, dico autem uidere ſiquid per ſe ſeparabile ſit, & in nullo ſenſibiliũ exiſtens. Item ſi præter ſenſibiles ſubſtãtias eſt aliqua alia ſubſtantia, præter quales ſenſibiles ea ponen-

da esset. cur enim magis præter homines, quàm pręter equos, aut alia animalia, aut omnino eti am inanimata, ponenda sit at his sensibilibus, & corruptibilibus substantiis alias sempiternas æquales ponere, profecto extra rationem cadere uideretur. Quod si id, quod nunc quæritur principium, non est a corporib⁹ separabile, quod aliud magis, quàm materiam quis ponet? at hęc, actu quidem non est, potentia uero est. Magis itaq; ac principalius ea uideatur esse principium, species & forma. uerum hæc quoq; corruptibilis est. quare omnino, non est perpetua substan tia, & per se separabilis. Sed hoc, inconueniens est. uidetur nãq; esse, ac ab ipsis maxime gratia præditis quæritur, tanquam sit tale principiũ, ac talis substantia. quo nãq; pacto ordo erit, non existente aliquo perpetuo separato, ac permanente? Item si est aliqua substantia, & principiũ natura tale, quale nunc quærimus, & hoc omnibus unum, & idem, perpetuis, atq; corruptibili bus, dubitationem habet, cur cum idem principiũ sit, quædam, quæ sub illo principio sunt, æter na sunt, quædam non. & hoc enim inconueniens est, si aliud quidem corruptibiliũ principiũ, aliud æternorum est. Si etiam corruptibilium, æternũ est, similiter dubitabimus. cur enim prin cipio æterno existente, non sint æterna, quæ sub æterno sunt? corruptibili uero existente, aliud quoddam huius principiũ sit, & illius aliud, & hoc in infinitum procedet. Quod si quis rursus (quę maxime uidentur immobilia principia esse) ens & unum ponat, primo quidem nisi quod quid & substantiam utrúq; eorũ significet, quomodo separabilia, & per seipsa erunt? talia nãq; prima & æterna principia quærimus. Quod si substantiam, & quod quid utrunq; eorũ signifi cet, omnia entia substantiæ sunt, cum de omnibus ens prædicet. de qbusdam uero, etiam unũ. cũcta uero entia substantiam esse, falsum est. Item illis, q primum principium ipsum unũ aiunt, & hoc substantiam esse, ex uno uero, & materia, primo numerũ generant, & hũc substantiam esse dicunt, quomodo contingit uerũ esse, quod dicit? dualitatem nãq; & cæterorũ composito rum numerorum unũquęq; quonam modo unũ intelligere oportet? de hoc enim nec dicũt ali qd, nec ut dicãt facile est. Siqs uero lineas, aut quæ has sequuntur (dico aũt primas superficies) principia esse ponat, hæc non sunt substantiæ separabiles. uerum decisiones, & diuisiones, illæ qdem superficierum, hæ uero corporum. pũcta uero lineaꝝ sunt, & etiam ipsarũ earúdem ter mini. hæc autem omnia, in aliis sũt, & nihil separabile est. Item quonam modo arbitrandũ sit, unius & pũcti substantiam esse? omnis nãq; substantiæ, generatio est. pũcti uero, minime. pũctũ enim diuisio est. Præbet autem dubitationẽ hoc etiam, quod omnis qdem scientia uniuersaliũ est, & eius, quod tale est. substantiam uero nõ esse uniuersaliũ, sed magis ipsum, quod quid & separabile. quare si scientia circa principia est, quonam modo arbitrãdum sit principiũ substan tiam esse? Item utrum est aliqd præter cunctum, dico autem materiam, & qd cũ ea est, an nõ? nam si nõ est, quæ in materia sunt, omnia corruptibilia sunt. quod si est aliquid, species & for ma profecto fuerit. hoc itaq;, in quibus est, in qbus ue non est, difficile determinare est. in qbus dam enim, manifestum est non esse speciem separabilem, utputa domo. Item principia, utrum specie, an numero eadem sint. si enim numero unum, omnia erunt eadem. Cap. III.

c Vm autem philosophi sciẽtia sit entis prout ens, uniuersaliter, & non secũdum par tem, ens uero multipliciter, & nõ secũdum unum modum dicatur, si æquiuoce, & non secũdum aliquid cõmune dicitur, nõ est sub una sciẽtia. talium enim, non est unũ genus. quod si secũdum aliquod cõmune, erit utiq; sub una sciẽtia. Videtur au tem prædicto modo dici, quẽadmodum medicatiuum, & salubre. etenim utrũq; horum, multi pliciter dicitur. dicitur nãq; hoc modo unũquodq; eorum, eo quod hoc qdem ad medicãdi sci entiam quodam modo referat, hoc uero ad sanitatem, hoc uero aliter, unúquodq; uero ad idẽ. medicatiuus nãq; sermo, & cultellus, dicit, eo quod ille quidem a medicãdi sciẽtia, hic uero ei utilis. similiter & salubre. hoc enim, qa sanitatis significatiuũ. hoc uero, quoniam factiuũ. idem autem modus, & de cæteris est. eodem autem modo, & omne ens dicitur. eo nãq; quod entis prout ens est, passio, aut habitus, aut dispositio, aut motus, aut aliquid huiuscemodi sit, dicitur ens unũquodq; eorum. Cum autem omnis entis ad unũ quid, & cõmune reductio fiat, contra rietatum quoq; singulæ ad primas differentias, & contrarietates entis reducentur, siue multitu do, & unũ, siue similitudo, & dissimilitudo primæ sunt entis differentiæ, siue aliquæ aliæ. sint autem hæ speculatione perceptæ. Nihil autem interest, ad ens uel ad unũ, entis reductionẽ fie ri. etenim si non idem, sed aliud sit, attamẽ cõuertitur. & ipsum enim unũ, quodam modo ens, & ipsum ens, unũ est. Cum autem unius & eiusdem sciẽtiæ sit cuncta contraria speculari, unũ quodq; autem horum secundũ priuationem dicatur (licet de qbusdam, quoꝝ aliqd intermediũ est, quẽadmodũ iusti & iniusti dubitaret qspiam quonã modo secũdum priuationẽ dicantur)

circa hæc

circa hæc omnia sane priuatio ponenda, nõ totius rationis, sed ultimæ speciei. utputa si iustus est secundũ habitum quẽdam, legibus obtemperans, iniustus nõ erit oĩno tota ratiõe priuatus. circa uero obedientiã legum deficiẽs, aliquo pacto, & ob hoc ei priuatio inerit. eodem aũt mo do et de aliis. Quẽadmodum autẽ mathematicus circa abstracta speculat (tollẽdo nãq; omnia sensibilia, ita speculat. utputa grauitatẽ, & leuitatẽ. duritiem, & contrarium, itẽ autem calidita tem, & frigiditatem, & cæteras sensibiles ꝓtrarietates) solum uero dimittit quãtum & ꝓtinuũ, hoꝝ qdem ad unum, hoꝝ uero ad duo, hoꝝ autem ad tria, & passiones eorum prout quãta, & continua sunt, non prout aliqd aliud speculat, & horum qdem situs adinuicẽ cõsyderat, & ea, quæ eis insunt, hoꝝ uero cõmensurationes, & incõmensurationes, horum autẽ rationes, atta men in unã omniũ, & eãdem scientiam ponimus geometriã, eodẽ modo etiam circa ens se ha bet. quæ. n. ei prout ens est accidunt, & eius ꝓut ens cõtrarietates, nõ est alterius sciẽtiæ, q̃ phi losophiæ speculari. physicæ nãq; speculationẽ de eis nõ ꝓut entia, sed prout motu participant, attribuere queat qspiam. dialectica uero, & sophistica, de iis, quę accidunt qdem entibus sunt, uoꝝ non prout entia sunt, nec circa ipsum ens prout ens ẽ. unde restat, philosophum esse circa, prædicta speculatiuũ prout entia sunt. Cum uero & omne ens, secũdum unũ qd, & cõmune di cat, multipliciter dictum, cõtraria quoq; eodẽ modo (ad primas nãq; cõtrarietates, & differen tias entis reducuntur) huiuscemodi uero possibile sit sub una sciẽtia esse, soluet profecto dubi tatio a principio dicta. dico autẽ in qua dubitat, quonam modo multoꝝ & genere differẽtium una quædam sciẽtia erit. Cũ autẽ etiam mathematicus proprie specialiter cõmunibus utatur, hoꝝ quoq; principia speculari, primæ philosophiæ ꝓfecto crit. quod. n. ab æqualibus demptis æqualibus, æqualia sunt, quę restant, cõmune qdem in omnibus quãtis est. mathematica uero accipiens, circa quãdam suæ materiæ partem speculatur, ut circa lineas, aut angulos, aut nume ros, aut aliqd cæteroꝝ quãtoꝝ. non tamen prout entia, sed prout unum quodq; hoꝝ ad unum, uel duo, uel tria continuũ est. philosophia uero, de particularibus qdem, prout unicuiq; horum aliqd accidit, non consyderat. circa uero ens prout ens, unũquodq; horum speculatur. Eodem autem modo circa etiam naturalẽ sciẽtiam se habet, quo mathematica. physica nãq;, accidẽtia & principia entium prout mouent, & non prout entia sunt, speculat. primã uero scientiam, ho rum diximus esse, prout ipsa subiecta entia sunt, & non ꝓut aliqd aliud. Propter quod & illã, & mathematicam scientiam, sapientiæ partes esse ponendum est. Cap. IIII.

e St autem aliquod in entibus principium, circa qd dicere falsum nõ erit, sed necesse est semp contrarium facere, dico autem uerum dicere. utputa, quod non contingit idem secũdum unum, & idem tempus esse, & nõ esse. & cætera eodẽ atq; hæc, op posita. & de his talibus, simpliciter qdem demonstratio non est, ad aliquẽ autẽ est. non est. n. ex certiore principio syllogismũ ipsius eiusdẽ facere, qd esse oporteret, si simpliciter demonstrare esset. ad illum uero, qui dicit locutiones oppositas, accipiẽdum est ab eo, q mon strat hoc falsum esse, aliqd tale, quod idem erit qdem ei, qd nõ contingit secundũ unũ, & idem tempus idẽ esse, & non esse, non autẽ appareat idem esse. sic. n. solũmodo demonstret ad eum, q dicat oppositas locutiones de eodẽ uerificari. Qui autẽ sermonẽ inuicẽ cõmunicaturi sunt, oportet ut aliquatenus inuicẽ intelligant. hoc. n. nõ facto, quo modo erit eis inuicem sermonis cõicatio? Oportet igit nominũ unũquodq; notũ esse, & aliqd significare, nec multa, sed unum. Quod si plura significet, manifestare ad qd eoꝝ nomen fert. Qui igit dicit esse hoc & nõ esse, hoc ipsum, qd oĩno esse dicit, nõ dicit. quare id quod nomẽ significat, idipsum non significare dicit. hoc autẽ impossibile est. unde siqdem significat aliqd hoc. s. esse hoc, impossibile est con tradictionem de eodẽ uerificari. Item si nomen aliqd significat, & hoc uerificatur, oportet hoc necessario esse. qd uero necessario est, nõ contingit, tunc nõ esse. oppositas ergo non est possi bile locutiones de eodem uerificari. Item si nihil magis affirmatio, q̃ negatio uerificatur, q dicit hominem, uel non hominẽ, nihil magis ueꝝ dicet. attamen uideri potest, qd si hominem non equũ esse dicat, aut magis, aut nõ minus uerum dicere, q̃ si non hominẽ. unde etiam si eũdem dicet equum esse, ueꝝ dicet. oppositas enim similiter erit ueras esse. Accidit igit eundẽ, & ho minem, & equum esse, aut cæteroꝝ animaliũ aliquod. Haꝝ sane nulla est simpliciter demon stratio, ueꝝ ad eum, q hæc ponit, demonstratio est. Facile autem & ipsum Heraclitum qspiam hoc modo interrogans, cõcedere cogeret, nunq̃ possibile esse oppositas locutiones de eodẽ ue rificari. nunc uero, cum seipsum qdnam diceret, non intelligeret, hãc opinionẽ habuit. Simplici ter autem si hoc, quod ab eo dicitur, ueꝝ est, nec hoc ipsum ueꝝ erit, scilicet inquã quod contin git idem secũdum unũ & idem tempus esse, & non esse. quẽadmodum. n. & ipsis diuisis nihil

magis affirmatio, quàm negatio uerificatur, eodem modo ſimul utroq; ac complexo, acſi una quædam affirmatio eſſet, nihil magis negatio, q̃ totum tanq̃ in affirmatione poſitum uerifica/ bitur. Item ſi nihil eſt uere aſſerere, id etiam ipſum falſum erit dicere, aſſertionem nullam uerã eſſe. quod ſi aliquid ſit, ſoluetur profecto, quod ab illis dicitur, qui ad huiuſcemodi inſtant, & qui totaliter ipſum diſputare perimunt. Simile autẽ dictis eſt, & quod a Protagora dictum eſt. & ille nãq; omnium rerum menſuram hominem aiebat eſſe, nihil aliud dicens, niſi quod id, qd̃ unicuiq; apparet, hoc etiam indubitato eſſe. hoc autem poſito, idem accidit eſſe & nõ eſſe, & malum & bonum eſſe, & cætera, quæ ſecundum oppoſitas locutiones dicuntur. propterea qd̃ plerunq; his quidem hoc apparet, iſtis uero contrarium eſſe bonum. menſurã autem eſſe, quod unicuiq; appareat. V.

Caput

Oluetur autem hæc dubitatio, uiſo unde huius opinionis principium uenit. uidetur ſ etenim quibuſdam quidem, ex phyſicoꝝ opinione ſumpſiſſe principium. quibuſdã uero, ex eo quod non omnes eadem de eiſdem cognoſcant. ſed qbuſdam hoc appa rere delectabile, quibuſdam contrarium. nihil enim ex non ente fieri, omne uero ex ente, fere omnium phyſicorum eſt dogma. Cum igitur non album ex perfecte albo fiat, & mi nime ex non albo, nunc uero factum non album, ſi fieret ex non ente albo, quod fit nõ album fieret profecto ex non ente ſecundum illos, ſi non erat idem album & nõ album. Nõ eſt autem difficile, hanc dubitationem ſoluere. dictum eſt enim in naturalibus, quomodo ex nõ ente, & quo modo ex ente fiant, quæ fiunt. At ſimiliter utriſq; opinionibus, ac phantaſiis eorum, q ſibi ex aduerſo addubitant, attẽdere, ſtolidum eſt. manifeſtum eſt enim, quod alteros eorum neceſ ſe eſt falſum dicere. Hoc etiam ex illis patet, quæ ſecundum ſenſum fiunt. nunq̃ enim idem qui buſdam dulce, qbuſdam contrarium apparet, nõ corruptis, & lęſis alteris organo ſenſus, & iu dicatiuo prædictorum ſaporum. hoc autem ita ſe habente, alteros qdem putandum menſuram eſſe, alteros uero minime. Similiter autẽ, & de bono & malo, & turpi, & aliis huiuſcemodi di co. nam non ponere eſſe, niſi ea, quæ apparent, nihil differt ab iis, qui digitum uiſui ſupponen tes, ex uno duo apparere faciunt, ac duo eſſe putant propterea quod tot apparent. & rur/ ſus unum. illis nanq;, qui uiſum non mouent, unum apparet, quod unum eſt. Simpliciter au/ tem inconueniens eſt ex eo, quod præſentia uidentur mutabilia, & nunquam in eiſdem per/ manentia, ex hoc de ueritate iudicare. oportet etenim ex eis, quæ ſemper ſimiliter ſe ha/ bent, nullam'q; mutationem faciunt, ueritatem uenari. talia uero ſunt, quæ per mundum. hæc enim non quandoq; quidem talia, rurſus autem alia apparent, uerum ſemper eadem, nullius mutationis participantia. Præterea ſi motus, & aliquid motũ eſt, omne uero ex aliquo in aliquod mouetur, oportet igitur quod mouetur eſſe in eo, ex quo mouetur, & non eſſe in eo, & ad hoc moueri, ac eſſe in eo, aut contradictionem non uerificari ſecundum eos. At ſi ſecun/ dum quãtum præſentia fluunt & mouentur, & hoc aliquis ponat, q̃uis uerum nõ ſit, cur ſecun dum quale non manent? uidentur autem haud minime ea, quæ ſecundum ꝓtradictiones ſunt, de eodem prædicare, ex eo, quod putant quãtum in corporibus non manere, propterea qd̃ idẽ & quatuor cubitorum eſt, & non eſt. ſubſtantia uero, ſecundum quale. hoc enim determinatæ naturæ. quãtum uero, indeterminatæ eſt. Itẽ cur cum hunc cibum præcipiat medicus, ſumunt? quid nãq;, magis hoc, panis q̃ non panis ſit? quare nihil differt comedere, uel non comedere? nunc uero tanq̃ uerũ dicente circa id ipſum, & hoc cibo exiſtente, q ꝑceptus fuit, ſumunt illum. At non oportebat, cum nulla natura in ſenſibilibus firmiter maneat, ſed oẽs ſemp fluãt, ac mo/ ueantur. Item ſi ſemp qdem alteremur, & nunq̃ iidem ꝑmaneamus, qd mirum ſi nunq̃ nobis eadẽ apparent, quẽadmodum etiã ægrotis? etenim his eo quod nõ ſimiliter diſpoſitus habitus eorum ſit, ut cũ ſani erant, non ea apparent ſimilia, quæ ſecundũ ſenſus. cũ ipſa qdem ſenſibi/ lia nullã mutationem propter hoc participent, diuerſas tñ ægrotis, & non eaſdem ſenſationes faciunt. Eodem igitur modo fortaſſe neceſſe eſt ſe habere, ſi dicta mutatio fit. Quod ſi nõ mu/ tamur, ſed iiſdem ꝑmaneamus, ſit aliqd profecto ꝑmanẽs. Ad eos igitur, q ex oratione, prædi ctas dubitationes habẽt, non eſt facile diſſoluere, ſi nihil ponãt, nec huius orationẽ quærãt. hoc enim modo, omnis oratio, omnis'q; demonſtratio fit. ſi. n. nihil ponunt, ipſum diſputare, & o/ mnino orationẽ perimunt. quare ad eos qdẽ, non eſt ſermo. ad illos uero, q hæſitant, facile eſt ex iam traditis dubitationibus obuiare, & ea diſſoluere, quæ faciũt in eis dubitationẽ. ut ex prę dictis patet. Quare manifeſtũ eſt ex his, qd̃ non eſt poſſibile locutiones oppoſitas de eodẽ, uno & eodẽ tempore uerificari. Nec ipſa cõtraria, cũ omnis ꝓtrarietas ſecũdum priuationẽ dicatur. hoc aũt patebit, reſoluentibus ad principiũ rationes ꝓtrariorum. Similiter nec mediorũ quicq̃,

poſſibile

poſſibile eſt, de uno & eodẽ prædicari. ſi. n. album ſit aliquod ſubiectum, dicentes illud, nec ni/ grum, nec album falſum dicemus. accidet enim, illud album eſſe & non eſſe. alterum. n. cõple/ xorum, de eo uerificabitur. hoc autem eſt, albi contradictio. Neq; igitur ſecũdum Heraclitũ di/ centibus, uera dicere poſſibile eſt, neq; ſecũdum Anaxagorã. aliter accidet, contraria de eodem prædicari. cũ. n. in omni re, dicat omnis rei partem eſſe, non magis dicit eſſe dulce, q̃ amarum, aut quãcũq; cæterarum contrarietatum, ſi omnia qdem non ſolum in omni potentia, uerũ eti/ am actu, & ſeiunctim inſunt. Similiter autem, nec omnes locutiones falſas, nec ueras poſſibile eſt eſſe, tum propter alias multas difficultates, quę ob hanc poſitionem euenirẽt, tum etiã quo/ niam ſi cunctæ falſæ ſint, nec cum hoc ipſum aliquis dicet, uerum dicet. ſi autem ueræ, cum o/ mnes falſas dicet, non falſum dicet. VI.

Caput

Mnis autem ſcientia, circa unũquodq; eorũ, quæ ſub ea ſcibilia ſunt, principia quæ/ o dam & cauſas quærit. ut medicatiua, & exercitatiua ac ſingulæ effectiuarũ, uel ma thematicarum. harum etenim unaquæq; circa quoddã circũſcriptum genus, tanq̃ exiſtẽs & ens, non tñ prout ens eſt, tractat. ſed hæc, alia quædam ſciẽtia præter illas ſcientias eſt. dictarũ uero ſcientiarũ unaquæq; accipiẽs aliquo modo ipſum qd eſt in unoquoq; genere, cætera uel debilius, uel exactius conatur oſtẽdere. Accipiũt autẽ ipſum qd eſt, quædã ꝑ ſenſum, quædã ſupponẽtes. unde ex hac inductione patet, ſubſtãtiæ & ipſius, qd eſt demõſtra/ tionẽ nõ eſſe. Cum aũt ſit aliqua de natura ſcientia, patet qd̃ & a practica, & ab effectiua diuer ſa erit. effectiuæ nãq;, in faciẽte non in eo, qd̃ fit, motus principium eſt. & hoc, aut ars quædã, aut alia uis eſt. Similiter & practicæ, nõ in eo, qd̃ agitur, ſed magis in agẽtibus motus eſt. phyſi ca uero ſciẽtia, circa ea, quæ in ſeipſis habẽt motus principiũ eſt. Quod itaq; neq; practicã, neq; effectiuã, ſed ſpeculatiuã eſſe naturalẽ ſcientiam neceſſe ſit, ex his patet. in unũ nãq; horum ge/ nus, eam cadere neceſſe eſt. Cum uero unicuiq; ſciẽtiarũ neceſſe ſit aliquo modo ipſum qd eſt ſcire, & hoc, ut principio uti, oportet non latere quonã modo definiẽdum phyſico ſit, quo uel modo ſubſtãtiæ ratio ſumẽda ſit. utrum ut ſimũ, an magis, ut ꝓcauum. horum. n. ſimi qdem ra/ tio una cum materia rei dicitur, ꝓcaui uero abſq; materia. ſimitas nãq; in naſo fit. & ideo, ratio quoq; eius cum eo dicitur. ſimum. n. eſt naſus ꝓcauus. manifeſtum eſt igitur, etiã carnis, & ocu/ li, cæterarum'q; partium rõnẽ cum materia reddẽdã eſſe. Cum autẽ quædã ſit entis ſciẽtia ꝑut ens, & ſeparabile eſt, ꝓſyderãdum eſt utrum eã, eãdẽ cum phyſica ponẽdum ſit, an magis aliã? phyſica ſane, circa ea eſt, quæ motus principium in ſeipſis habẽt. mathematica uero, ſpeculati/ ua qdem eſt, & hæc quædam circa manẽtia, non tñ ſeparabilia. Circa ſeparabile igitur ens, & immobile, alia præter has ambas, ſciẽtia eſt. ſi aliqua qdem talis ſubſtantia eſt, dico autẽ ſepa/ rabilis, & immobilis, quod tẽtabimus oñdere. & ſiqua talis in entibus natura ſit, illic profecto diuinitas erit, & hoc erit primum & principale principium. Patet igitur tria gña ſpeculatiuarũ eſſe ſcíarum, phyſicã, mathematicã, theologiã. Optimũ igitur ſpeculatiuaꝝ qdẽ ſcíaꝝ gen⁹, ha rum ſanè ipſaꝝ ea, quæ ultimo dicta eſt. circa nãq; honorabiliſſimum entium eſt. unaquæq; ue/ ro melior, aut deterior dicitur, ſecũdum propriũ ſcibile. Dubitauerit aũt qſpiam, utrũ entis ꝑut ens eſt, ſcientiam uniuerſaliter ponere oportet, an non. mathematicarum etenim unaquæq;, cir ca unum quoddam determinatum genus eſt. uniuerſalis uero, cõmunis de omnib⁹ eſt. Si itaq; naturales ſubſtantiæ, primæ ſint entiũ, ipſa quoq; naturalis ſcientia, prima ſcientiarum erit. qd̃ ſi alia natura, atque ſubſtantia ſeparabilis, & immobilis eſt, neceſſe eſt, ut ſcientia quoq; eius alia ſit, & naturali prior, & uniuerſalis prior. VII.

Caput

Vm autem ſimpliciter ens pluribus eſſe modis dicatur, quorũ unus eſt, q ſecundum c accidens dicitur eſſe, primo de ente hoc pacto conſyderandũ eſt. Quod igitur nul/ la ſciẽtiaꝝ, quæ traditæ ſunt circa accidẽs uerſetur, patet. nèc. n. ars ædificatoria, qd nam illis, q uſuri ſunt, domo accidit conſyderat. utputa, ſi anxie, uel econtrario ha/ bitabunt. neq; textura neq; ſutura. qd̃ uero propriũ ſibiipſi eſt, ſolum, unaquæq; iſtaꝝ ſciẽtiaꝝ conſyderat. hoc autem finis proprius eſt. neq; quatenus muſicum, & grãmaticum. nec qd̃ is q muſicus ẽ, factus grãmaticus ſimul ambo erit, cũ prius nõ eſſet. qd̃ aũt cum non ſemp eſſet, eſt, hoc fiebat. quare ſimul muſicus, & grãmaticus fiebat. Hoc aũt nulla earũ, quæ certæ ſcientiæ ſunt, quærit, præter ſophiſticã. hæc. n. ſola, circa accidẽs uerſatur. Quare non male Plato ait, cũ dixit, ſophiſticã circa non ens immorari. Q d̃ autẽ nec ſit poſſibile accidẽtis ſciẽtiam eſſe, mani feſtũ erit, ſi uidere conabimur qdnã accidẽs ſit. oẽ, itaq; dicimus, quoddã qdem ſemp, & ex ne ceſſitate eſſe (ex neceſſitate aũt non ea dico, quæ ſecũdũ uiolẽtiã dicit, ſed qua in demõſtratiõi bus utimur) quoddã uero, ut plurimũ, quoddã autem, nec ut plurimum, nec ſemp & ex neceſſi

tate, sed ut contingit. utputa sub cane fiat frigus, sed hoc nec ut semp ex necessitate, nec ut plu-
rimum fit, quandoq; tamen accidet. accidens ergo est, quod fit quidem, nō semper tamen, nec
ex necessitate, nec ut plurimum. Quid itaq; accidens sit, dictū est. Cur uero nō sit huiuscemodi
scientia, patet. omnis nanq; scientia, eius est, qđ semper, aut ut plurimum est. accidens uero, in
neutro horū est. Quod autem entis secūdum accidens non sint causæ & principia talia, qualia
per se entis, manifestū est. essent enim oīa, ex necessitate. nā si hoc existēte, hoc erit. & hoc, hoc
(atq; id, nō ut contingit, sed ex necessitate) illud quoq; ex necessitate erit, cuius hoc causa erat
usq; ad ultimum dictū causatum. hoc uero secūdū accidēs erat. quare ex necessitate omnia erūt,
& de entibus auferetur. tum quod ad utrūlibet se habet, tum ipsum contingere, & fieri & non
fieri. At & si causa non ut ens, sed ut ea, quę fit, supponat', eadē accident. omne nanq; ex necessi
tate fiet. etenī crastina eclipsis fiet, si hoc fiat. hoc uero, si aliud quiddā. & hoc, si aliud. & hoc
itaq; modo, si ab eo tpe finito, quod a' nunc est usq; cras demat' tēpus, deueniet aliquando ad
existens. quare cum hoc sit, cūcta, quæ sequūtur, ex necessitate profecto' fient. unde ex necessi-
tate omnia fient. Quoddam aūt ut uerum & nō secundum accidens est ens, quod est in men-
tis cōplexione, & passio in ea. quare circa illud, quod ita est ens, non quęrunt' principia, uerum
circa id, quod extra & separabile ens est. Quoddā uero nō necessariū, sed infinitū, dico autem
qđ secūdū accidens est. huius uero, inordinatæ & infinitæ causæ sunt. Ipsum uero alicuius gra
tia, in eis est, quæ a' natura aut a' mente fiunt. fortuna uero est, cum aliquid horum secundū ac
cidens fiat. Quēadmodum enim & ens quoddā per se, quoddā secundum accidens est, ita &
causa. fortuna uero, secundū accidēs causa est in eis, quæ secundū electionē alicuius gratia fiūt.
Quare circa idem, fortuna & mens. electio nanq; absente mente nō est. Causæ uero, quib⁹ ea fi
ant, quæ a' fortuna sunt, indeterminatæ sunt. quare humanę cogitationi incertæ sunt. & causa
per accidens est, simpliciter uero nullius. Bona uero fortuna & mala dicitur, cum bonū aliqđ,
aut malum euenerit. forsfortuna uero & infortunium, circa magnitudines horum. Cum autē
nihil secundum accidens prius iis sit, quæ secundum se sunt, nec igitur causæ. Si itaq; fortuna,
aut casus cœli causa est, prior, mens & natura causa erit.

Caput VIII.

e St autem hoc quidem, actu solum. illud uero, potentia. hoc autē, potētia & actu.
hoc quidem, ens. illud uero, quantum. hoc autem, cæterorum aliquid. Non est
autem motus, præter res. mutatur enim semper, secundum entis prædicationes.
commune autem, nihil in his, in ulla prędicatiōe. unūquodq; uero, dupliciter o-
mnibus inest uelut hoc. nā hoc ut forma, hoc uero, ut priuatio. ac secūdum quali
tatem, hoc album, illud nigrum. secundum quantitatem, hoc perfectum, illud imperfectum. eo
dem modo & secundum lationem. nam hoc sursum, illud deorsum, aut leue aut graue. Quare
motus & mutatiōis tot sunt species quot entis. Cum autem unūquodq; genus in actum & po-
tentiam diuidatur, actum eius, quod potentia est prout tale est, dico esse motum. Quod autem
uera dicimus. hinc constat. cum enim ædificabile prout tale, ipsum dicimus esse actu quatenus
ædificatur, & hoc, est ædificatio. similiter eruditio, curatio, uolutatio, ambulatio, saltatio, sene-
scentia, ac increscētia. Accidit autem moueri, cum actus ipse fuerit, & neq; prius, neq; posteri⁹.
actus autem eius, quod est potentia, cum actu ens agat non prout ipsum, sed prout mobile, mo
tus est. dico autem prout, sic nam æs potentia est statua, non tamen actus æris prout ęs, motus
est. non enim idem est æri esse, & alicui potentiæ. Quod si idem esset simpliciter, ac secundum
ratiōem, esset profecto' æris actus, motus quidam. at nō est idem, quod & in contrariis patet.
siquidem posse sanari, posse'q; ęgrotare, nō est idem. alioq, & sanari & ægrotare idē foret. sub-
iectum uero, qđ sanabile, aut ægrotabile est, siue humor, siue sanguis, unū, idem'q; est. Cū non
sit igitur idem, sicut nec color, ac uisibile idem est, constat motum esse actum rei possibilis pro-
ut possibilis est. Quod igitur ipse est, & quod tunc cōtingit moueri, cum actus ipse sit, & quod
nec ante nec post, manifestum est. nam contingit, unūquodq; aliquando quidem operari, ali-
quando minime. uelut ædificabile, prout ædificabile. & ædificabilis, put ædificabilis, actus, ędi
ficatio est. aut enim hoc, ædificatio in ædificabili actus, aut domus. at ubi domus sit, non ultra
ædificabile erit. ædificatio uero eius est, quod ædificabile est. necesse itaq;, ædificationem, actū
esse. ædificatio uero, motus quidam est. eadem'q; in cæteris motibus ratio est. Quod uero hæc
sint recte dicta, ex his quoq; constat, quæ alii de ipso referunt. tum ex eo, q; non facile est ipsum
aliter definire. nec enim licebit cuiquā in alio genere eum collocare. Et patet ex iis etiam, quæ
alii ptulerunt. qdam enim alteritatē, in æqualitatē, & ipsum nō ens. quoꝝ nullū necesse est mo
ueri. at neq;

ueri. at neq; mutatio hæc, neq; ex his potius' quam ex oppositis est. Causa uero, propter quam
in his motum statuerunt, ea est, quod indefinito quiddam uidetur esse motus. alterius uerum
coordinationis principia, utpote priuatiua, indefinita sunt. nam nec quod qd, nec tale, nec alio
rum prædicamentorum ullum, ipsorum est. Quod uero motus indefinitus esse uideatur, ea est
causa, quod neq; inter ea, quæ sunt potentia entia, nec quę secundum actum, ponere ipsum est.
nec enim quod potest quantum esse, moueri necessarium est. nec actu quantū. At motus, actus
quidam esse uidetur, quāquam imperfectus. causa uero est, quod imperfectum est possibile, cu
ius actus est. quāobrem, difficile ipsum comprehendere, quidnam sit. nam aut in priuationem
necessario reponetur, aut in potentiam, aut in actum simplicem. horum autem nullum, uidetur
contingere posse. supereſt igitur quod dictum est, esse & actum, & non actum, qui dictus est.
qui & si difficilis cognitu sit, tamē contingit esse. Simul & illud perspicuum est, motum esse in
moto. actus enim ei⁹ est, a' motiuo. Neq; alius est, motiui actus. oportet enim utriusq; actū esse.
nam motiuū est, eo qđ possit, mouens uero, eo qđ operet'. uerū actiuū, est ipsius mobilis. eodē
itaq; modo unus utriusq; actus, quēadmodū eadem distantia ad duo unius, & ad unum duoꝝ,
ascensus quoq;, ac descensus. at esse, nō est unū. ita etiā in mouente, & in moto. Cap. IX.

i Infinitum uero est, aut quod impossibile est pertransire, eo quod non sit aptum per
meari, quemadmodum uox inuisibilis. aut quod transitum habet inconsumabilē,
aut quod uix. aut quod natura aptum est habere, nequaquam tamen transitum, aut
finem habet. Item secūdum appositionem, aut ablationem, aut ambo. Separatum
sane' ipsum quicquam esse impossibile est, nam si nec magnitudo, nec multitudo est, sed infini
tum substantia eius est, & non accidens, indiuisibile erit. siquidem diuisibile, aut magnitudo,
aut multitudo est. quod si est indiuisibile, non est infinitum, nisi quemadmodum uox inuisibi-
lis est. uerum nec sic aiunt, nec nos sic quærimus, sed tanquam in permeabile. Præterea quonā
modo continget esse per seipsum infinitum, si nec numerus, nec magnitudo sit, quorum infini
tum passio est? Præterea si secūdum accidens, non esset sane' rerū elementū prout infinitū est,
sicuti nec inuisibile locationis, tametsi uox inuisibilis est. Quod autem infinitū non potest esse
actu, patet. erit' nāq; quæq; pars eius infinita, quæ accipit'. nam infinito esse, atq; infinitū idem, si
qdem infinitū substantia, & nō de subiecto sit. aut igit' inuisibile, aut p infinita diuisibile, si par
tibile est. ueꝝ multa infinita, idē esse impossibile est. quēadmodū. n. aeris aer ps, ita & infinitū
infiniti, si substātia, & principiū sit. impartibile igit', & indiuisibile est. ueꝝ hoc impossibile, actu
esse ens infinitū. necessariū. n. q̄tum esse. secundū accidēs igit' existit. at hoc modo dictū est, non
posse principiū esse, ueꝝ id potius, cui accidit numeꝝ, uel par esse. sed hæc fortasse inq̄sitio, uni
uersalis est. Quod uero insensibilibus nō est, hinc p̄stat. nā si est corporis ratio, hoc, esse sup̄ficie
definitū, non sane' fuerit infinitū corpus, nec intelligibile, nec sensibile. Cæteꝝ nec numerus ita
est, tanq̄ separatus, atq; infinitus. q̄ppe cum numerus, aut qđ habeat numeꝝ, numerabile sit.
Quod si physice potius p̄templemur, ex his patet. neq;. n. cōpositum, neq; simplex poterit esse.
cōpositum nāq; non erit corpus, si finita qdem sunt multitudine elemēta. oportet nāq; p̄traria
æquari, nec esse unū eoꝝ infinitū. nā etsi q̄tumuis inferior sit alterius corporis uirtus, corrūpet'
finitum ab infinito. nec possibile est unūquodq; esse infinitū, si corpus qdem est, qđ undecūq;
habet dimensionē. infinitū uero, qđ infinite distat. quare infinitū corp⁹, undecūq; infinitū erit.
Nec uero unū & simplex, p̄tingit infinitum esse corpus. nec (ut qdā aiūt) præter elemēta, unde
hæc generāt. tale nāq; corpus præter elemēta, nō est. nā cuncta, ex qb⁹ sunt, in ea etiā resoluunt'.
hoc uero non uidet', præter simplicia corpora. Neq; ignis, neq; aliud ullum elemētoꝝ. etenim
absq; eo, qđ aliquod horꝝ infinitum, impossibile est, uniuersum. & si finitū sit, aut esse, aut fieri
aliqđ eoꝝ unū, ut Heraclitus dicit, oīa quādoq; ignē fieri. Eadē ratio. & de uno est, qđ faciunt
præter elemēta physici. oē. n. ex p̄trario in cōtrarium, uelut ex calido in frigidū transit. Item cor
pus sensibile, alicubi est, idēq; partis, ac totius locus. uelut terræ. quare si uniforme sit, aut īmo-
bile erit, aut semp pellet'. hoc uero, impossibile ē. qd. n. deorsum potius quam sursum, aut usq;
uelut si gleba sit, quo mouebit', aut ubi manebit? locus. n. cōgenei corporis illius, infinitus est. cō
tinebit igit' totū locū. At qūo? Quę igit' mansio, motusq; eius? An ubiq; manebit? Non moue-
bit' ergo. An ubiq; mouebit'. Non ergo stabit. Quod si uniuersum dissimile sit, loca quoq; dissi
milia erunt. ac primū qdē nō unū uniuersi corpus, nisi tactu. deinde aut finita erūt hęc, aut īfini
ta specie. finita qdē, īpossibile. nā quędā īfinita erūt, q̄dā minime, si totū infinitū sit, uelut ignis,
aut aq̄. at hoc erit p̄riis corruptio. qđ si īfinita, ac simplicia, loca quoq; īfinita, & elemēta īfinita
erūt. Qđ si ē īpossibile, locaq; finita sint, totū itē necessario finitū erit. Et oīno īpossibile īfinitū

esse corpus & locum corporibus. si oē quidē corpus sensibile, aut grauitatē habet aut leuitatē. aut enim ad medium, aut sursum mouebitur. uerum ipossibile, infinitū aut totū aut medium, aut quodcūq; passum esse. quo enī modo diuides, aut quo pacto infiniti hoc qdē surſū fuerit, hoc uero deorsum, aut extremum, aut medium? Omne item corp⁹ sensibile, in loco uero species, sex. in corpore uero infinito, hæ esse nō possunt. & simpliciter si ipossibile est locū infinitū eē, corp⁹ quoq; impossibile est. quod enim in loco est, id alicubi est. hoc uero aut sursum, aut deorsum, aut aliquid cæterorum significat, quorum unumquodq; terminus quidam est. Infinitum uero non idem in magnitudine, motu, & tempore tanquam una quædam natura, sed ipsum poste/rius secundum prius dicitur. uelut motus, secundum magnitudinem, super quam fit motus aut alteratio, aut augmentatio. tempus uero, propter motum. Cap. X.

Permutatur uero quod permutat, hoc quidem secūdum accidens. ueluti cū dici/
p mus, musicum ambulare. illud uero eo q̄ eius q̄ppiā mutetur, simpliciter dicitur mutari. ut quæ secundū partem dicūtur. sanatur nanq; corpus, quoniam oculus.

Est præterea, quod per se primum mouetur. & hoc, est p se mobile. Est itē de mo/uente quoq; eodē modo. mouet nāq; quoddam p accidēs, quoddā, secūdū partē, quoddā p se. Est rursus aliquid, quod primo mouet. & est aliqd, quod mouetur. Item tempus, in quo. ac p̄/terea, ex quo. demum, & ad quod. species uero, passiones q̄, ac locus, ad q̄ mouent mota, ea im mota sunt. ueluti scientia & calor. est uero motus, non caliditas, sed calefactio. Mutatio autem non per accidens, haudquaquam in oībus est, sed in cōtrariis ac mediis, atq; etiā i cōtradictio/ne. cuius rei fides in inductione est. Mutatur autem quod mutatur, aut ex subiecto in subiectū, aut ex non subiecto in non subiectum, aut ex subiecto in nō subiectū, aut ex nō subiecto in sub/iectum. aio autem subiectum, quod affirmatione explanatur. Quare necesse est tres mutatio/nes esse. illa enim, quæ ex non subiecto in nō subiectum nō est mutatio. nec enī cōtraria, neq; cō tradictio est, quia neq; oppositio. Mutatio igitur ex non subiecto in subiectum secundum con/tradictionem, generatio ē. quæ quidem simpliciter, simplex. q̄ uero cuiusdā, q̄dā. at q̄ de subie/cto in non subiectum, corruptio. quæ simpliciter, simplex, quę cuiusdā, quędā. Si itaq; non ens multifariā dicitur, & nec quod secundū cōpositionē, aut diuisionē dicit, moueri cōtīgit, nec itē quod secundum potentiā, qđ oppositum est ei qdē, qđ simpliciter est (nō albū enī aut nō bonū, cōtingit nihilo min⁹ secundum accidēs moueri. esse nāq; hō potest, nō albū) q đ uero simpliciter non hoc, id nequaquam. nā ipossibile est, nō ens moueri. si igit hoc, et generationē motū es se. fit enim non ēs. nā etsi maxime secundum accidēs fit, attamē uerū est dicere de eo, quod simpliciter fit, q̄ est non ēs. Eodem modo igit & qescere. Hæc itaq; oīa accidūt absurda. si qcqd mouetur, in loco est, non ēs uero in loco non est. esset enī usq̄. Nec corruptio igit motus. siqdē motui motus aut qes contrariū est. corruptio uero generationi est cōtraria. At cū oīs mot⁹, mutatio quædam sit, mutationes uero tres, quę dictę sunt, harum uero, quę secūdū generationē & corruptionem minime sit motus (sunt autem illæ secundum contradictionem) necesse ex subie/cto in subiectum mutationem solam, motum esse. subiecta uero, aut cōtraria, aut media, nam & priuatio contrarium esse ponatur, quādoqdem & affirmatio declarat, ueluti nudū, cæcū, & ni/grum. Si igitur prædicamenta, substantia: qualitate, loco, facere, pati, ad aliquid & quantita/te diuidantur, tres esse motus necesse est, qualis, quanti, & loci. Secundum uero substantiam, minime. propterea, quod substantię nihil cōtrarium est. Nec eius qđ ad aliqd. etenī altero mu/tato, uerificat alterę nullaten⁹ mutatū. q̄re sm accidēs, hoc motus erit. Nec p̄terea agētis aut pa/tiētis, neq; oīno moti, ac mouētis. cū nō sit, motionis motus, nec generatiōis generatio, nec de/niq; mutatiōis mutatio. Bifariā enī ꝓtingit motionis motū eē. nā aut tanq̄ subiecti. ut hō moue/tur, qa ex albo in nigrū mouet. q̄re sic ēt mot⁹, aut calefit, aut frigefit, aut loco transfert, aut cre/scit. id uero ipossibile est, cū motus non sit aliqđ subiectorū. Aut eo, q̄ aliud quoddā subiectū, ex mutatione in aliā speciē mutet. ut hō ex morbo in sanitatē. at nec hoc possibile, p̄terq̄ per ac/cidens (oīs nāq; mot⁹ in aliud ex alio mutatio est. & generatio item ac corruptio, eodē mō. ueꝝ tñ q̄ ex oppositis sic aut sic, nō sunt motus) alioq simul ex sanitate in morbum mutat, atq; ex ea ipsa mutatiōe in aliā. cōstat itaq;, q̄ cū ægrotauerit, i quāuis mutat⁹ erit. ꝓtinget enī qescere. ac p̄/terea nō semp in quācunq;, & illa quoq; ex aliquo in aliud qddā erit. Quare opposita erit qua/lescentia. uerum ex accidēti, ut ex reminiscentia in obliuionē mutat, qa id, cui inest, qñq; in scię/tiā, qñq; in sanitatē mutat. In infinitū p̄terea ꝓcedet, si mutationis mutatio, & generatiōis ge/neratio fuerit. necesse igit & priorē fore, si posterior fuerit. ut si simplex aliqñ fiebat generatio, illud quoq;, qđ fiebat, simpliciter fiebat, q̄re nō dū erat qđ simpliciter fiebat, sed qđ fit aliquid,

aut quod

aut quod iam fiebat. si igitur hoc etiam aliquando fiebat, cui non dum erat, quod tunc fiebat? cum uero in infinitis non sit aliquid primum, non erit primum. quamobrem neq; consequens erit. nec fieri igitur, nec moueri, nec mutari quicquam, possibile est. Eiusdem præterea motus contrarius, atque quies, generatio q̄, & corruptio. quare quod fit, cum factum fuerit, quod fit, tunc corrumpitur. nec enim statim, cum fiat, nec post. nam esse opus est, quod corrumpitur. Item necesse materiam subesse ei, quod fit, & mutatur. quę sane erit uelut alterabile quiddam, aut corpus, aut anima, ita quiddam etiam eius, quod fit, aut motus, aut generatio. & aliquid itē ad hoc mouetur. nam opus est aliquid huius ex hoc in hoc, quod motus non est, esse motum. Quonam igitur modo? Non erit, doctrina doctrinæ. quare, neq; generatio generationis. Cum uero neq; substantię, nec ad aliquid, neq; faciendi, ac patiendi, supereſt secundū quale, & quantum, & ubi, motum duntaxat esse. quandoquidem in horū singulis, contrarietas est. quale autem dico, non quod in substantia (siquidem differentia, quale est) uerum passiuum quale, quo dicitur res aut pati, aut impassibilis esse. Immobile autem est, & quod omnino impossibile est moueri, & quod in multo tempore uix mouetur. aut quod tarde incipit. & quod natum quidem est moueri, non possit autem, quando natum est, & ubi, & quomodo. quod sane inter immobilia solum, uoco quiescere. contraria enim quies motui. Quare priuatio erit susceptiui.

Caput XI.

Simul secundum locum esse dicuntur, quæ in uno loco primo sunt. Et separata, quę
f in diuerso. Tangi autem, quorum extrema sunt simul. Medium, in quod natum est prius uenire, quod mutatur, quam ad quod ultimum mutatur, secundum naturam continue mutatum. Contrarium secundum locum, quod secundum rectitudinem plurimum distat. Consequens, est cuius principium sequentis, aut solo situ, aut specie, aut aliquo quodam modo definito. atque illius, cuius est consequens, nihil est medium eorum, quæ in eodem genere sunt. uelut linea lineæ, aut unitas unitatis, aut domus ipsius domus. aliud uero medium esse, nihil prohibet. Consequens nāq;, alicuius consequens, ac quoddam posterius est. non enim unum, consequens duorum. neq; nouilunium, consequens secundæ. Attiguum uero, quod consequens tangit. Cæterum cum omnis mutatio in oppositis sit, hęc uero contraria, ac contradictio, contradictionis uero nihil medium est, cōstat quod medium in contrariis est. Continuum sane, quoddam attiguum, aut tangens est. dicitur uero continuum, cum idem fiant, atq; unus, utriusq; termini, quibus tangunt, & se continuant. Quare patet in his esse continuum, ex quibus unum quiddam natum est secundum contactum fieri. Quod consequēs, primum sit, constat. consequens nanq; non tangit. hoc uero consequens est. & si continuum est, tangit. quod si tangit, non dum continuum est. in quibus uero non est tactus, in his non est cohærentia. Quare non est punctum idem unitati. nam illorum est tactio, harum uero minime, sed consequenter. & illorum quidem est aliquid intermedium, harum uero minime.

DVODECIMVS METAPHYSICORVM ARISTOTELIS INTERPRETE BESSARIONE AD ALPHONSVM REGEM.

Peculatio nobis de substantia est. siquidem substantiarum principia & causæ quæruntur. etenim siue ut totum aliquid uniuersum est, substantia, prima pars est. siue ex consequēti, hoc quoq; modo primum
f est substantia, deinde quale, postea quantum. At simul (ut ita dicam) nec entia sunt ista simpliciter, uerum qualitates, & motus. quemadmodum, non album, & non rectum. dicimus nanq; hæc quoq; esse, ueluti est, non album. Præterea, cæterorum nullū separabile est. At hoc idem, re ipsa testantur antiquiores. quippe qui principia, elementa, & causas substantiæ quærebant. Recētiores uero, uniuersalia magis ponunt esse substantias. genera nanq; uniuersalia sunt, quæ asserunt magis principia, atque substantias esse, propterea quod logice quærunt. antiquiores uero, singularia (ut ignem & terram) non autem corpus commune. Cap. II.

Erū substantiæ, tres sunt. una, sensibilis. cuius quædam, sempiterna, quædam, cor/
u ruptibilis, quam omnes concedūt, ueluti plantæ, & animalia. Sempiterna uero (cuius elementa siue unū, siue multa sint, accipere necesse est) alia immobilis, quā aliqui separabilem aiunt esse, quidam in duo diuidentes, qdam in unam ponentes na

turam tam ſpecies quàm mathematica, quidam ex his mathematica ſolum. illæ itaq; philoſophiæ naturalis. cum motu nanq; ſunt. iſta autem alterius eſt, ſi nullum eis commune principium eſt. ſenſibilis uero ſubſtantia, mutabilis eſt. Si itaq; ex oppoſitis, aut mediis mutatio ſit, oppoſitis uero non omnibus (album enim non ex uoce, uerum ex contrario) neceſſe eſt aliquid ſubeſſe, quod in contrarietatem mutetur. non enim contraria tranſmutantur. Præterea hoc quidem permanet, contrarium uero non permanet. eſt igitur aliquid tertium præter contraria, ipſa materia. Si itaq; tranſmutationes ſunt quatuor, aut ſecundum ipſum quid, aut ſecundum quale, aut quantum, aut ubi, ac generatio ſimplex & corruptio, quæ ſecundum quod qd fit augmẽtatio & diminutio, quæ ſecundum quantum, alteratio, quæ ſecundum paſſionem, latio uero, quæ ſecundum locum, profecto in contrarietates in uno quoq; mutationes ſunt. neceſſe eſt igitur mutari materiam, quæ ambo poſſit. Cum autem duplex ſit ens, omne mutat ex potẽtia ente in actu ens, ut ex potentia albo, in actu albũ. eodẽ autem modo, & de augmẽtatione & diminutione. Quare nõ ſolum per accidens, ex nõ ente fieri contingit, ſed etiã ex ente oía fiũt, uerũ potentia quidem ente, actu uero ex non ente. Et hoc eſt, Anaxagoræ unũ. melius nãq;, q̃ cũcta ſimul, & q̃ miſtura Empedoclis, ac Anaximandri. et, ut Democritus quoq; ait, ſimul oía potentia erant, actu uero minime. quare materiam tetigerunt. Cuncta uero quęcunq; mutantur, materiam habent, ſed diuerſam. nam & ipſorum ſempiternorũ quæcũq; non ſunt generabilia, ſed latione mobilia, attamẽ non generabilem, ſed unde, quo. Dubitare uero quiſpiã poſſit, ex quo non ente generatio fiat. tripliciter enim, non ens dicit. Si igit quippiam eſt potentia (uerũtamẽ non ex quocũq;) ſed cum alterũ ex altero. Nec id ſufficit, q; ſimul omnes res erant, quia differũt materia. cur enim infinita facta fuiſſent, & nõ unum, cum intellectus unus ſit? quare ſi materia una, illud actu fuiſſet factum, cuius materia potentia erat. Tres itaq; cauſę, & tria principia. duo qdem ipſa contrarietas, cuius hoc quidem ratio & ſpecies, hoc uero priuatio, tertium uero materia.

Caput III.

p Oſt hæc oſtendendum eſt, quod neq; materia fit, neq; ſpecies. dico autem, extrema. omne enim, qd̃ tranſmutatur, aliqd eſt, & ab aliquo in aliquod tranſmutatur. ab aliquo quidẽ, primo mouente. in quo uero, materia. in quod autem, ſpeciem. in infinitum itaq; ꝓcedet, ſi non ſolũ æs rotundum fiat, uerum ipſum rotundũ, aut æs. quare, neceſſe eſt ſtare. Deinde quod, aliquid eſt, quælibet ſubſtãtia eſt, quæ ab uniuoco fit. Quædam enim natura ſubſtãtiæ ſunt, quædam autem alia. aut enim natura, aut arte, aut fortuna, aut caſu fiũt. ſed ars quidem, principium, in alio. natura uero, principiũ in ipſo. homo nãq;, hominem generat. cæteræ cauſæ, priuationes hoꝝ ſunt. Subſtantiæ uero, tres. quædam materia, quæ qd̃ quid, eſt eo ipſo, quod apparet. quæcunq; enim tactu, non coadhærentia ſunt, materia & ſubiectum ſunt. quædam uero, natura, quod quid, & qdam habitus ad quẽ. tertia itẽ, quæ ex iis, quæ ſingularis eſt. ut Socrates, aut Callias. In quibus igit, quod qd nõ eſt præter cõpoſitam ſubſtantiã (ut domus forma, nõ niſi ab ipſa arte) nec eſt generatio aut corruptio eorũ, uerum alio modo ſunt. & nõ ſunt, tũ domus, quæ abſq; materia, tum ſanitas, & omne, quod ſecundum artem eſt. ſed ſiquidem ſunt, in iis ſunt, quæ natura fiunt. Propter qd̃ non male Plato dixit, quod ſpecies eorum ſunt, quæ natura ſunt. ſiquidem ſpecies, ſunt alię ab his. ut ſunt ignis, caro, caput. cuncta nãq; materia ſunt, & maxime eius ſubſtãtiæ, quæ eſt ultima. Cauſæ itaq; mouentes, tanq̃ antea ortæ exiſtunt. quæ uero ut ratio, ſimul ſunt. cum enim ſanus ſit homo, tunc etiam ſanitas eſt. & forma æneæ ſphæræ, ſimul atq; ænea ſphæra. Si autem aliqd poſterius permanet, conſyderandum eſt. in qbuſdam enī, nihil prohibet. ueluti ſi anima tale ſit, non omnis, ſed intellectus. omnem nanq; fortaſſis impoſſibile eſt. Manifeſtum itaq; eſt, q; præter hæc non oportet ideas eſſe. homo nãq; hominem generat. ſingularis, aliquẽ. ſimiliter etiam in artibus. medendi enim ars, ratio ſanitatis eſt.

Caput IIII.

c Auſæ uero, atq; principia, quodam qdem modo alia aliorum ſunt, quodam uero modo non. ſiquis uniuerſaliter dicat, & ſecundum analogiã, omniũ eædem. Dubitare nanq; quiſpiam poſſit, utrum alia, an eadem principia & elementa ſubſtantiarum ſint, & eoꝝ, quæ ad aliquid ſunt. & eodẽ modo in quolibet prædicamento. At abſurdum eſt, ſi omnium eadem ſunt. ex eiſdem enim, erit ad aliquid & ſubſtantia. quid igitur hoc erit? præter enim ſubſtantiã & alia, quæ prædicant, nihil cõe eſt. pr⁹ aũt elemẽtũ ẽ, q̃ ea, quoꝝ eſt elemẽtũ. At uero nec ſubſtãtia, eoꝝ, q̃ ad aliqd ſunt, elemẽtũ eſt. nec aliqd hoꝝ, ſubſtãtię. Itẽ quo mõ ꝓtinget, oíum eadẽ eẽ elemẽta? nullũ enī elemẽtoꝝ idem põt eẽ ei, qd̃ ex elementis componitur. ueluti ipſi BA, ipſum B & ipſum A. neq; ſane ullum intellectualium, ut unum

ut unum uel ens elementũ eſt. hæc enim, unicuiq; compoſitoꝝ inſunt. nullũ igit eoꝝ, neq; ſubſtantia, nec ad aliqd erit. at neceſſariũ eſt. non ſunt ergo omniũ eadẽ elementa. An (ut dixim⁹) quodã modo qdẽ ſunt, quodã modo uero non? ueluti fortaſſis corporũ ſenſibiliũ, calidũ tanq̃ ſpecies, & alio modo frigidum, ut priuatio. materia uero, quod primo per ſe potentia hæc erat. ſubſtantiæ uero, tum hæc, tum ea ex iis, quorum hæc principia ſunt. aut ſiquid ex frigido, & calido fit unum, ut caro, aut os, neceſſe profecto eſt aliud ab his eſſe illud, quod factum eſt. horũ itaq; eadem elementa, atq; principia ſunt, alia uero aliorum. Omnium uero ita quidem dicere non eſt, ſed analogice. quemadmodum ſiquis dicat, quod principia ſunt tria, ſpecies, priuatio, & materia. uerum unumquodq; horum, circa unumquodq; genus aliud eſt. ut in coloribus, album, nigrum, ſuperficies. lumen, tenebræ, aer. ex his uero, dies & nox. Cum uero illæ non ſolum, quæ inſunt cauſæ ſint, ueꝝ etiam ex iis, quæ extrinſeca ſũt illud, quod mouet, paret, quod aliud eſt principium, aliud elementum. ambo uero, cauſę ſunt. & principium, in hæc diuiditur. quod autem ut mouens, uel ſiſtens eſt, principium quoddam, & ſubſtantia eſt. Quare elementa quidem analogice tria, cauſæ uero, atq; principia quatuor. aliud uero, in alio. & prima cauſa, ut mouens, in alio alia. ſanitas, morbus, corpus, mouens, ars medendi. ſpecies, inordinatio talis, lateres, mouens ædificatiua. & nimirum in hæc diuiditur principium. Cum autem mouẽs, in naturalibus quidem homo, in iis uero, quæ a mente fiunt, ipſa ſpecies, uel contrariũ ſit, modo quodam tres profecto cauſæ erunt, alio uero modo quatuor. ſanitas nanq;, quodam modo eſt ars medendi. & ædificatiua, ſpecies domus. & homo, hominem generat. præter hæc item cuncta mouens, tanquam omnium primum.

Caput V.

c Vm autem quædam ſeparabilia, quædam inſeparabilia ſint, illa ſũt ſubſtantiæ. propter quod hæc, omnium cauſæ ſunt. ſiquidem abſq; ſubſtantiis, paſſiones & motus non ſunt. deinde hæc erunt, anima fortaſſis & corpus. aut intellectus, appetitus, & corpus. Item alio modo, analogice principia ſunt eadem, ut actus, & potentia. uerũ hæc etiam, in aliis alia, & alio modo ſunt. in quibuſdam enim, idem quandoq; actu, quandoq; potentia eſt. ut uinum, aut caro, aut homo (at hæc, in prædictas cauſas cadunt. actus nanq; eſt ſpecies, ſi ſeparabilis ſit) item quod ex ambobus. priuatio etiam, ut tenebræ, aut ægrotans. potentia autem, materia. hoc nanq; eſt, quod ambo fieri poteſt. Aliter autem actu potentia q; differunt, quorum non eadem materia eſt, quorum non eadem ſpecies, ſed diuerſa eſt. ueluti hominis cauſa, elementa, ignis, & terra, & materia. & propria ſpecies. & ſiquid aliud extrinſecus eſt, ut pater. & præter hæc, ſol, & obliquus circulus, quæ nec materia, nec ſpecies, nec priuatio, nec eiuſdem ſpeciei ſunt, uerum mouentia. Præterea uidere oportet, quod quædam eſt uniuerſaliter dicere, quædam minime. Omnium itaq; prima principia, quod actu, primum, & aliud, quod potentia. At illa, quæ uniuerſalia dicimus, non ſunt. ſingulare nanq;, principium eorum eſt, quæ ſingularia ſunt. homo enim hominis uniuerſalis, profecto nullus eſt. uerum Peleus, Achillis. tui autem, pater. & hoc quidem ſit B. ipſius B, A. & ipſum B, omnino. ipſius B, A ſimpliciter. deinde ſpecies eæ, quæ ſubſtantiarum ſunt. uerum aliorum aliæ cauſæ, ac elementa, ut dictum eſt, ueruntamen eorum, quæ non in eodem genere ſunt colorum, ſonorum, ſubſtantiarum, quantitatis, eo quod analogon. eorum quoq;, quæ in eadem ſpecie, ſunt diuerſa, non ſpecie, ſed quoniam ſingularium aliud, & tua materia, & ſpecies, & quod mouit, & ſpecies, ac mea materia. uniuerſali uero ratione, eadem. Quæſtio igitur quænam principia, ſiue elementa ſubſtantiarum, ad aliquid, & qualitatum ſint, & utrum eadem an diuerſa, patet, quod cum multipliciter dicantur, uniuſcuiuſq; ſunt. at ſi diuidantur, non eadem, ſed diuerſa, niſi qd̃ aliquo modo eadem. analogice nanq; eadem. quia materia, ſpecies, priuatio, mouens. ac illo modo ſubſtantiarum cauſæ, quaſi omnium cauſæ ſunt. quia peremptis, perimuntur. Præterea quod primum, actu eſt. illo uero modo, alia prima, quæcũq; contraria, quæ nec ut genera, neq; multipliciter dicuntur, item & materię. Quę itaq; ſenſibiliũ principia ſunt, & quot, quo ue modo eadem, & diuerſa, dictum eſt.

Caput VI.

c Vm uero tres ſint ſubſtantię, duę quidem naturales, alia autem immobilis, de hac eſt dicendum, quod neceſſe eſt perpetuam aliquam, & immobilem ſubſtantiam eſſe. etenim ſubſtantię, primę entium ſunt. & ſi cunctę corruptibiles, omnia corruptibilia ſunt. at impoſſibile eſt, aut generari motum, aut corrumpi. nam ſemper erat. neq; tempus. cum non ſit poſſibile, prius & poſterius eſſe, tempore non exiſtente. & motus ſane, ita continuus eſt, ſicuti & temp⁹. aut enim idem, aut quędam ipſius mot⁹ paſſio eſt. motus uero non eſt continuus, præter hunc, qui ſecũdum locum, & hunc, qui circularis eſt. At uero ſi

motiuum aut effectiuum est, non autem operans aliquid, non est motus. possibile nanq; est non operari, quod potentiam habeat. nulla igitur utilitas erit, ne quidem si perpetuas substantias faciamus, quemadmodum qui faciunt species, nisi aliquod principium insit, quod mutare possit. Non igitur sufficiat illa quidem, nec alia substantia præter species, nam si non operabitur, motus non erit. nec item si operabitur quidem, substantia uero eius potentia fit. non enim erit perpetuus motus. quod enim potentia est, contingit non esse. oportet igitur esse tale principium, cuius substantia actus sit. Item has oportet esse substantias, absq; materia. sempiternas enim esse oportet, si aliquid quidem æternum est. actu igitur sunt. Atqui dubium est. nam omne quidem agens posse quoq; uidetur, potens uero non omne, agere. quare, potentia, erit prior. Verũ si hoc ita sit, nihil entiũ erit. ꝓtingit enim posse qdem esse, non dum uero esse. At si ut theologi, qui ex nocte cuncta generant. siue, ut physici dicunt, omnes res simul erant, idem impossibile erit. quo nanq; modo mouebuntur, si nulla erit, actu causa, non enim ipsa materia seipsam mouebit, neq; opifex uirtus. neq; mẽstrua, neq; terra, neq; semina, atq; humanũ semen. Propter quod qdam faciũt semper actum. ueluti Leucippus & Plato, cum semper esse motum dicant. cur uero uel quem, non aiunt. nec cur sic, nec causam. nihil enim, susq; deq; mouet, sed oportet, ut semper aliquid præexistat. sicuti nunc, natura quidem hoc modo. ui etiam aut ab intellectu, aut ab aliquo alio, hoc modo. deinde, quisnam primus sit. differt enim quammaxime. At neq; Platoni possibile est dicere id, quod quandoq; putat principium esse, quod seipsum mouet. posterior enim pariter cœlo est anima, ut ait. Arbitrari itaq; potentiam actu priorem, quodam modo quidem bene est, quodam modo uero minime. dictum autem est, quo modo. Quod autem actus sit prior, Anaxagoras testatur. intellectus, nanq;, actu est. & Empedocles. amicitiam & contentionem ponens. & qui semper esse motum aiunt, ut Leucippus. Quare nõ erat tempore infinito chaos, aut nox, uerum semper eadem circuitiõe, aut aliter, si actus quidem prior potentia. Si uero semper idem circuitione, oportet ut aliquid semper simliter operando permaneat. Quot si futura est generatio & corruptio, aliud operans aliter & aliter esse oportet. Necesse igitur est hoc quidem modo, illud secundum se operari, hoc uero secundum aliud. aut igitur secundum diuersum. aut secundum primum. necesse autem est ut secũdum hoc. hoc nanq; rursus, & sibi & illi causa est. Dignius ergo est, quod primum est. hoc nãq;, ut semper si militer se habeat, causa erat. ut uero aliter, aliud. ut autem semp, aliter, ambo scilicet. Patet igitur, quod motus quoq; ita se habent. cur igitur alia quærere oportet principia?

Cap. VII.

Vm uero & ita contingat (& si non sic, ex nocte & simul omnibus & ex non entibus erunt) hæc profecto` soluentur. & aliquid, quod semper iceſſabili motu mouetur. hic uero, circularis est. & hoc non solum ratione, uerum etiam opere patet. Quare æternum est profecto` primum cœlum. est'q; aliquid, quod mouet. Cum uero id, quod mouetur, et mouet, medium sit, est etiam aliquid, quod nõ motum mouet, quod æternum, substantia & actus est. Hoc autem modo, concupiscibile & intelligibile mouet, non motum. horum autem prima, eadẽ sunt. desyderabile nanq;, quod apparet bonum. primum uero uoluntate affectabile, qđ est bonũ. magis uero appetimus, quia uidetur, q̃ uideatur quia appetimus. principium uero, intellectio. ac intellectus, ab intelligibili mouet'. Intelligibile uero, alter ordo est, qui per seipsum est. & huius, substantia prima, atq; huiusce, quæ simplex & secundum actum est. Est autem unum, & simplex, non idẽ. siquidem unum, significat mẽsuram. simplex uero, quo modo se habeat ipsum. At uero bonũ quoq; & qđ per se eligibile est, in eodem ordine sunt. & semp, primũ est optimum, aut analogum. Quod uero cuius gratia in immobilibus sit, ipsa diuisio manifestat. est enim id, cuius gratia alicui eorũ, quorum hoc quidem ẽ, hoc uero nõ est. mouet itaq;, ut quod amatur. quod mouet' autem, cętera mouet. At siquid mouetur, ꝓtingit etiam aliter se habere. Quare si latio prima etiam actus est, quo mouetur, hoc modo sane` contingit aliter se habere secundum locum, quãuis non secundũ substantiam. Cum autem aliquid sit mouens ipsum immobile existens, actu ens, hoc nullo modo contingit aliter se habere. latio nanq; prima mutationũ est. huius autẽ, quę circularis est. hãc autem illud mouet. Ex necessitate itaq;, est ens. & prout necessitas, bene est. & sic, principium necessarium nanq;, toties dicit', quoddam ui, quia præter inclinationem. quoddã, sine quo nõ bene esset. quoddam, quod non aliter ꝓtingit se habere, sed simpliciter est. a` tali ergo principio, tum cœlum, tum natura dependet. Degentia. uero (qualis nobis pauco tempore) optima illi ẽ. siqdem ita semper illud est nobis autẽ profecto` id impossibile est) quoniã & delectatio, actus huius est. Et ob hoc uigilatio, sensus, intellectio, maxime delectabile est. spes autem ac memoriæ, propter

riæ, propter hęc. Ipsa uero intellectio secundum se, eius est, quod secundum se optimum est. & quæ maxime est, eius quod maxime est. seipsum uero intellectus intelligit assumptione intelligibilis. intelligibilis nanq; fit attingens & intelligens, ita ut idem intellectus & intelligibile sit. susceptiuum enim intelligibilis & substantiæ. intellectus est. operatur autem, habens. Quare istud magis quàm illud, est id diuinum quod ĩtellectus uidetur habere. & speculatio optimum & maxime delectabile est. Si igitur ita bene se habet deus semper, ut nos aliquando, admirabile est. quod si magis, adhuc admirabilius est. at ita se habet. Cæterum, uita quoq; profecto` inexistit. siquidem ĩtellectus operatio, uita est. ille uero, est actus. actus uero per se, illius uita optima & perpetua est. Dicimus itaq; deum, sempiternum, optimum'q; uiuens esse. Quare uita & æuum continuum & æternum deo inest. hoc enim 'est deus. Quicunq; uero (ut Pythagorici & Pseusippus putant) optimum & pulcherrimum non esse in principio, eo quod plantarũ quoq; ac animalium principia, causæ quidem sunt, bonum uero & perfectum in iis esse, quæ ex his sunt, non recte putant. sperma nanq; ex aliis prioribus perfectis est. neq; sperma primũ est, sed quod perfectum est. ueluti hominem dicere quispiam possit priorem spermate esse, non illum, qui eo generatur, sed alium, ex quo ipsum sperma est. Quod itaq; est quædam ęterna immobilis'q; substãtia & a` sensibilibus separata, constat ex dictis. Ostensum autem est, quod nec ullam magnitudinem possibile est hanc substantiam habere, uerum impartibilis, indiuisibilis'q; est. nam infinito tempore mouet. nihil uero finitum, infinitã potentiã habet. cũ uero oĩs magnitudo aut infinita, aut finita, sit, finitam quidem propter hoc non haberet magnitudinem, infinitam uero, quoniam omnino nulla est infinita magnitudo. At uero & quoniam quid impassibile & immutabile est. omnes nanq; reliqui motus, posteriores eo sunt, qui secundum locum est. Et quidem hæc, propter quid hoc se habeant modo, dilucida sunt.

Caput VIII.

u Trum autem una sit ponenda talis substantia, an plures, & quot, non oportet nos latere, sed meminisse quoq; aliorum sententias, quod de pluralitate nihil qđ dictu egregium sit, dixerunnt. De ideis nanq; opinio nullam accommodatam cõsyderationem habet. numeros nanq; dicunt ideas, qui dicunt ideas esse, de numeris uero quandoq; ut de infinitis aiunt. quandoq; tanquam usq; ad denarium determinatis. qua uero de causa tanta numerorum pluralitas sit. nihil cum diligentia demonstratiua dicitur. Nobis uero ex præsuppositis atq; determinatis dicendum est. Principium enĩ ac primum entium, tum per se, tum per accidens immobile est. mouẽs autem, primo, sempiterno & uno motu. Cum uero quod mouetur necesse sit ab aliquo moueri (primum'q; mouens immobile per se esse) ac motu ęterno ab ęterno moueri, & uno ab uno, uideamus'q; præter simplicem lationem totius. quam dicimus primam substantiam & immobilem mouere, cæteras etiam lationes, quæ errantium sunt, sempiternas esse (sempiternum nanq; & irrequiescibile, circulare corpus est. monstratum autem est de his in physicis) necesse est haꝫ quoq; lationum unanquanq;, a` per se immobili & æterna substantia moueri. nam & stellarum natura, perpetua substantia quædam existens. & quod mouet, perpetuum, & prius est moto. & quod prius substantia est, substantia sit necesse est. Constat itaq;, necesse esse tot substantias esse natura perpetuas, & per se immobiles, ac absq; magnitudine, ob causam prius dictam. Quod igit' substantiæ sunt, & harum quænam prima, quæ'ue secunda secundum eum ordimem, quem & lationes syderum habent, patet. Pluralitatem uero lationum, ex peculiarissima philosophia mathematicarum scientiarum, uidelicet ex astrologia, consyderandum est. hæc enim de substantia sensibili quidem, at sempiterna speculatur. cæteræ uero de nulla quidem substantia, ueluti quæ circa numeros, atque quæ circa geometriam. Et quidem quod plures sint eorum, quæ feruntur lationes, manifestum etiam est iis, qui parum attigerunt. pluribus enim quàm una, errantiam astrorum ununquodq; fertur. Quod uero hæ sint, nunc quidem nos ea, quæ quidam mathematicorum aiunt, intelligendi gratia dicimus, & ut aliquam determinatam, mente pluralitatem percipiamus. Deinceps quædam qdem nos ipsos quærere decet, quędam autẽ a` quærẽtibus scisciscitari siquid pręter ea, quæ nũc dicta sunt, iis uideatur, qui circa hæc uersantur. diligere quidem utroq;, adhærere uero certioribus. Eudoxus igitur Solis & Lunæ utriusq; lationẽ in tribus posuit sphæris esse. quarum primã quidem eam esse, quæ nõ errantium stellaꝫ. Secũdam uero, ſm id, quod per mediũ zodiacũ. Tertiã porro` secundũ eũ, q in latitudine zodiaci obliquatur. in maiori aũt latitudine obliquari eum, ſm quẽ Luna fert', q̃ ſm quẽ Sol. Errãtiũ uero stellaꝫ uniuscuiusq; in quatuor sphæris. quarũ primam quidem & secũdam, eandem illis esse.

etenim quæ non errantium eſt, eam illam eſſe, quę omnes fert, at eam, quæ ſub ipſa ordinata ē, ac quæ ſecundum zodiacum lationem habet, communem omnibus eſſe. tertiæ uero omnium, polos in eo, quod per medium zodiacum eſſe. quartę autem lationem, ſecūdum eum, qui obliquatus ad medium eius eſt. eſſe uero tertiæ ſphæræ polos aliarum quidem proprios, Veneris autem & Mercurii, coſdem. At Calippus, ſitum quidem ſphærarum eundem Eudoxo ponebat, hoc eſt diſtantiarum ordinem. pluralitatem etiam ſtellæ quidem Iouis ac Saturni, eādem illi attribuebat. Soli uero & Lunæ duas adhuc putabat ſphæras addendas eſſe, ſiquis eorum, quæ ſenſibiliter apparent, cauſas aſſignare debeat. cæteris uero errantium, unicuiq; unam. neceſſe uero eſſe ſi debent omnes ſimul poſitæ, quæ apparent, reddere, ſecundum unamquanq; errantium alteras ſpheras una pauciores eſſe, quæ reuoluant, & ad idem poſitione, ſemper primam eius aſtri ſphærā, quod inferius ordinatum eſt, conſtituant. hoc enim modo ſolum contingit errantium lationem omnia facere. Cum igitur in quibus ipſa quidem feruntur ſphæris, hæ quidem octo, hæ uero uigintiquinq; ſint, harum ſane` illas ſolas non oportet reuolui in quibus fertur, quod infime ordinatum eſt. quæ quidem duarum primarum ſphæras reuoluunt, ſex erunt. quæ uero poſteriorum quatuor, ſedecim. cunctarum uero numerus tum earum, quæ ferunt, tum quę reuoluunt eas quinquaginta quinq;. Quod ſi Lunę & Soli non addat aliquis, quos diximus, motus, omnes ſphærę erūt ſeptem & quadraginta. Pluralitas itaq; ſphærarum tanta ſit. Quare ſubſtantias quoq; & principia tum immobilia, tum ſenſibilia, tot rationabiliter arbitrandum eſt eſſe. quod enim neceſſarium eſt, relinquatur potentioribus dicendum. Quod ſi nullam lationem poſſibile eſt eſſe, quæ non ordinetur ad lationem ſtellæ, omnem item naturam, omnem'q; ſubſtantiam impaſſibilem & per ſe, arbitrari oportet optimū ſortitam finem eſſe, nulla profecto` præter has, alia natura erit, ſed hunc neceſſe eſt numerum ſubſtantiarum eſſe. ſi etenim aliæ ſunt, utiq; mouebunt, cum lationis finis ſint. Sed eſſe alias lationes præter dictas, impoſſibile eſt. hoc autem ex iis, quæ feruntur, rationabile eſt accipere. ſi enim omne, quod fert, eius gratia, quod fertur, ſuapte natura eſt, omnis'q; latio alicuius, quod fertur, eſt, nulla latio ſui gratia erit profecto`, nec alterius lationis, uerum ſtellarum cauſa. Si nanq; latio lationis cauſa erit, illam quoq; oportebit aliarum gratia eſſe. Quare cum non ſit proceſſus in infinitum, finis omnis lationis erit diuinorum corporum aliquod, quæ in cœlo feruntur. Quod autem cœlum ſit unum, manifeſtum eſt. ſi enim plures eſſent cœli ut homines, principium uniuſcuiuſq; erit ſpecie unum, numero multa. at quæcunq; multa numero, materiam habent. una etenim & eadem multorum ratio eſt, ueluti hominis. Socrates uero, unus. ipſum uero, quid erat eſſe primum, non habet materiam, cum actus ſit. unum ergo, tum ratione, tum numero, primum mouens immobile ens eſt. id etiam igitur, quod ſemper continuo'q; mouetur. unum ergo tantum cœlum eſt. Tradita autem ſunt quædam a` maioribus noſtris, & admodū antiquis, ac in fabulæ figura poſterioribus relicta, quod hi dii ſint, uniuerſam'q; naturam diuinum contineat. Cætera uero fabuloſe ad multitudinis perſuaſionem & ad legum ac eius, quod conferat opportunitatem, iam allata ſunt. hominiformes nāq;, ac aliorum animalium nonnullis ſimiles eos dicunt, ac alia conſequentia, & ſimilia iis, quæ dicta ſunt. quorum ſiquis ipſum ſolum primum ſeparando accipiat, quod deos arbitrabantur primas ſubſtantias eſſe, diuine profecto` dictum putabit. & (ut ueriſimile eſt) ſæpius quaq; arte & philoſophia quoad poſſibile fuit, inuenta, corrupta'q; rurſus. has illorum opiniones quaſi quaſdam reliquias, nunc uſq; ſaluatas eſſe. Paterna itaq; ac priorum opinio, in tantum nobis manifeſta ſit. Cap. IX.

A uero, quæ circa mentem ſunt, quaſdam dubitationes habent. uidetur enim eorum, quæ apparent, quid diuiniſſimum eſſe. quo uero modo ſe habens, talis erit,
e difficultates quaſdā habet. ſiue enim nihil intelligat, ſed ita ſe habeat, ut dormiens, quidnam præcellens erit? ſiue intelligat, huius uero aliud ſit principale (non enim id, quod eſt eius ſubſtantia, intellectio erit, ſed potentia) profecto` non erit optima ſubſtantia. ſiquidem eo quod intelligit, ei honorabilitas ineſt. Præterea ſiue mens, ſiue intellectio eius ſubſtantia ſit, quid intelligit? aut enim ipſa ſeipſam, aut aliquid aliud. quod ſi aliud, aut idem ſemp, aut aliud. Vtrū autem differt aliquid an nihil intelligere bonū, uel quodcunq;? An uero de quibuſdam ipſam etiam & cogitare abſurdū eſt? Manifeſtum itaq; eſt, quod illud intelligit, quod diuiniſſimum, honorabiliſſimum'q; eſt. Neq; mutatur in deterius, nāq; mutatio fieret, ac motus, quod huiuſmodi iam eſſet. Primo igit' ſi nō eſt intellectio, ſed potentia, rōnabile eſt laborioſam ei cōtinuationē intelligēdi eſſe. deinde dilucidum, q̄ aliqd aliud honorabilius eſſet q̄ mens, id ſcilicet, qd' intelligit'. Et intelligere ꝓfecto', ac itellectio, & qd' peſſimū

intelligenti,

intelligenti, inerit. quare fugiendum hoc ſit. Etenim quędam melius eſt non uidere quam uidere, alioqui non fuerit, quod optimum, intellectio. Seipſam ergo intelligit, ſi eſt quidem, quod optimum eſt. & eſt intellectio, intellectionis intellectio. At uidetur ſemper alterius eſſe, tum ſcientia, tum ſenſus & opinio, ac mens, ſin uero ipſius, præter neceſſitatem. Si aliud præterea intelligere, aliud intelligi ſit, ſecundum quod horum ineſt ei bene eſſe, quandoquidem non eſt idem intellectioni eſſe & intellecto? An in quibuſdam ſcientia eſt ipſa res? in effectiuis quidem abſq; materia, ſubſtantia, & ipſum quid erat eſſe. in ſpeculatiuis uero, ratio, res, & intellectio. Cum igitur non ſit diuerſum ab eo, quod intelligitur & intellectus, quæcunq; non habent materiam, idem erunt, ac intellectio, una eius, quod intelligitur. Item reſtat dubitatio, utrum compoſitum ſit, quod intelligitur. mutaretur etenim in partibus totius. An omne non habens materiam indiuiſibile eſt? quemadmodum humanus intellectus, an cōpoſitoq;, ſe in aliquo tempore habet. nā non bene eſſe habet in hoc aut in hoc, uerum in toto quoddā, quod optimū eſt, aliud ab ēo exiſtens. ſic autem ipſa ſuiipſius intellectio, per totū æternum ſe habet.

Caput X

Erſcrutandum autem etiam hoc, quonam modo natura uniuerſi habeat ipſum bonum, & ipſum optimum. utrum ſeparatū quiddā. & ipſum, an per ſe, an ipſo
p ordine, an utroq; modo quemadmodum exercitus. etenim bene eſſe eius, in ordine, & dux ipſe eſt, ac magis ipſe. non enim ipſe propter ordinem, uerum ordo ꝓpter ipſum eſt. Cuncta autem coordinata quodam modo ſunt, uerum non ſimiliter, & natantia & uolatilia, & plantæ. nec ita ſe habent, ut ſit ullum alteri ad alterum, ſed ſunt ad quippiam. ad unum nāq; coordinata ſunt omnia. Verum quemadmodum in domo liberis quidem minime licet quodcunq; facere, ſed ea omnia, aut plurima, quæ ordinata ſunt, mancipiis uero & beſtiis parum, quod ad commune conferat, ſed ut plurimum quodcunq; contingit (tale nanq; principium cuiuſq; eorum, natura eſt) dico autem pariformiter, quod neceſſe eſt omnia in diſcrimen uenire. & alia ita ſunt, quibus omnia communicant ad uniuerſum complendum. Quæcunq; uero impoſſibilia ſiue abſurda aliter dicentibus accidunt, quæ'ue dicunt gratioſius dicentes, ac in quibus minime dubitationes ſunt, non decet nos latere. omnes nanq; ex contrariis omnia faciunt. At non recte id, omnia. neq; id ex contrariis. Quibus autem cōtraria inſunt, quonam modo ex contrariis erunt, non dicunt. quandoquidem contraria, impaſſibilia ſunt ab ſe inuicem. A` nobis autem rationi conſentaneæ hoc ſoluitur. cum aliquid tertium ſit. Quidam uero alterum contrariorum materiam faciunt, quemadmodum qui inęquale ęquali, aut uni multa. Soluitur autem etiam hoc eodem modo. nam materia una nulli cōtrarium eſt. Item cuncta participabunt malo præter ipſum unum. alterū nanq; elementoq; ipſum malū eſt. at alii, neq; principia bonū & malum, q̄q̄ in omnibus maxime ipſum principium ipſum bonū ſit. Quidam autem hoc quidem recte, quod principium, quo uero modo ipſum bonū principium ſit, utrum ut finis, an ut mouens, an ut ſpecies, non dicūt. Empedocles quoq; abſurde amicitiam facit bonum, cum hæc principium ſit, & ut mouens (ſiqdem congregat) & ut materia, nam miſti pars eſt. At ſi etiam eidem accidat, & ut materiæ, principio eſſe & ut mouēti, ipſum tamen eſſe non idē eſt, ſecundum quod igitur horum, amicitia eſt? Inconueniens item eſt contentionem incorruptibilem eſſe, cum hęc ipſa, mali natura ſit. Anaxagoras autem, bonum ponit principium, ut mouens. mens enim mouet. uerum alicuius gratia mouet. Quare alterum, ni ſi ſit, ut nos dicimus. ars enim medendi, quodam modo ſanitas eſt. Inconueniens etiam eſt, qđ non fecerit aliquid bono, menti'q; contrarium. Porro` nulli eorum, qui ponunt contraria, utuntur contrariis, ſiquem inquirere non pigeat. & cur quædam corruptibilia, quædam incorrupti bilia, nemo dicit. omnia nanq; entia, ex eiſdem principiis faciunt. Præterea, quidam ex nō ente faciunt entia. quidam ut hoc non cogantur, unū, cuncta faciūt. cur item ſemper generatio erit, quid'q; generationis cauſa ſit, dicit nemo. At tum illis, qui duo principia faciunt, aliud principalius principium neceſſe eſt eſſe. tum illis, qui ſpecies. quia aliud principalius principium eſt, cur enim participauit, aut participat? Et aliis quidem neceſſe eſt, ſapientiæ, ac nobiliſſimę ſcientiæ aliquid contrarium ponere eſſe, nobis uero minime. nihil enim eſt primo contrarium. quando quidem cuncta cōtraria materiam habent, & potentia hæc ſunt. cōtraria uero ignorātia, ad cōtrarium. primo autem nihil contrarium eſt. Præterea, ſi non erunt alia præter ſenſibilia, nō erit principiū, ordo, generatio, ipſa cœleſtia, ſed ſp ꝑncipii ꝑncipiū, ut theologis, phyſicis'q; cūctis. Si aūt erūt ſpecies aut numeri, nulli° cauſę erūt. ſi uero, nō ſaltē ipſi° mot°. Quo nāq; itē mō, ex nō habētibus magnitudinē, magnitudo, ꝑtinuum'q; erit? numerus nāq;, non faciet ꝑtinuū, neq;

ut mouens, neq; ut ſpecies. Cæterum nihil contrariorum erit ipſum & factiuum & motiuum. alioqui contingere ſane' poſſit non eſſe. uerú enimuero & facere poſterius q̃ potentia eſt. Entia ergo non erunt ſempiterna. attamẽ ſunt. interimendum igitur aliquid horum eſt. hoc autem aliquo pacto dictum eſt. Item quomodo numeri ſunt unum, aut anima, & corpus, & omnino ſpecies & res, nemo aliquid dicit, nec dicere poſſit, niſi (ut nos) dicat, quod ut mouens faciat. Qui uero dicunt mathematicum numerum primum, & ita ſemper aliam attiguam ſubſtantiã, ac alia cuiuſq; principia, inconſpirãtem uniuerſi ſubſtantiam faciunt (nihil enim altera alteri cõ fert, ſiue ſit, ſiue non ſit) & principia multa. at entia. nolunt male gubernari. nõ eſt bonum plu ralitas principatuum. unus ergo princeps.

TERTIVS DECIMVS METAPHYSICORVM ARISTOTELIS INTERPRETE BESSARIONE AD ALPHONSVM REGEM.

E ſenſibilium itaq; ſubſtantia quænam ſit, dictum eſt. in traditiõe quidem naturalium, de materia, poſterius uero de actu. cum autẽ hæc conſyderatio ſit, utrum præter ſenſibiles ſubſtantias, aliqua ſit immobilis & æterna nec'ne, & ſi ſit, quænam ſit, quæ ab aliis dicuntur, primo ſpeculandum eſt. ut tum ſiquid non recte dicant,
d non ſimus eiſdem cõſcii. tum ſiquod nobis & illis commune dog ma ſit, hoc ſeparatim non contra nos grauiter feramus. ſufficiens enim erit, ſiquis quædam melius dicat, quædam non deterius.
Duæ autem de his opiniones ſunt. Quidam etenim ipſa mathematica ſubſtantias eſſe aiunt, ut numeros, lineas, & quæ his eiuſdem generis ſunt. Et rurſus, ideas. Cum autem quidam ideas, numeros'q; mathematicos duo genera faciãt, quidam unam amborum naturam, quidam autem alii mathematicas tantum ſubſtantias eſſe dicant. primum quidem de mathematicis conſyderandum eſt, nullam aliam eis addendo naturam, ueluti utrum ideæ ſint nec'ne, & utrum principia, ſubſtantiæ'q; entium an non. uerum tantum, ut de mathematicis, utrum ſint, an non ſint. & ſi ſint, quonã modo ſint. deinde poſtea, ſeorſum de ipſis ideis ſimpliciter, & aliquantulum legis gratia, diuulgata nanq; plurima ſunt, etiam in exterioribus rationibus. Præterea ad illam conſyderationem, oportet maiorem ſermonis partem attendere, cum de his conſyderationibus, utrum ſubſtantiæ, principia'q; entium numeri ac ideæ ſint. poſt enim ideas, hæc tertia conſyderatio reſtat. Neceſſe autem, ſi mathematica ſunt, aut in ſenſibilibus ea eſſe, quemadmodũ aliqui dicunt, aut a' ſenſibilibus ſeparata, & hoc etiam modo quidam aiunt. aut ſi neutro modo ſunt, aut alio modo ſunt. Quare dubitatio nobis non de ipſo eſſe erit, uerum de modo.

Caput II.

T quidem quod ſenſibilibus ea eſſe impoſſibile eſt, quod'q; ſimul fictitia ratio ẽ, dictum ſane' in dubitationibus eſt, quod ſimul duo ſolida eſſe impoſſibile eſt. Itẽ
e quod eiuſdem rationis eſt, cæteras quoq; potentias & naturas in ſenſibilibus eſſe, ac nullam ſeparatam. hæc itaq; prius dicta ſunt. Verum ad hæc etiam conſtat, quod impoſſibile eſſet quodcunq; corpus diuidi. diuideretur enim ſecundum ſuperficiem. & hæc ſecundum lineam. & iſta ſecundum punctum. quare ſi punctum. impoſſibile eſt diuidere, etiam lineam. quod ſi hanc, cætera quoq;. Quid igitur differt aut has eſſe tales naturas, aut non eſſe quidem in eis tales naturas? idem nanq; accidet. diuiſis enim ſenſibilibus, diuidentur, aut nec ipſe ſenſibiles. At nec ſeparatas eſſe tales naturas poſſibile eſt. Nam ſi erũt præter ſenſibilia ſolida ſeparata ab his diuerſa, priora'q; ſenſibilibus, patet, quod etiam præter ſuperficies, alias neceſſe eſt eſſe ſuperficies ſeparatas, puncta quoq;, & lineas. quãdoquidem eadem ratio eſt. Quod ſi hæc rurſus præter mathematici ſolidi ſuperficies, lineas & puncta, alia ſeparata. ſiquidem incompoſita, priora compoſitis ſunt. & ſi ſenſibilibus priora ſunt corpora non ſenſibilia, eadem ratione ſuperficiebus etiã, quæ in ſolidis immobilibus ſunt, priores ſunt eæ, quæ per ſeipſas exiſtunt. Quare aliæ ſunt hæ, tum ſuperficies, tum lineæ, ab iis, quæ ſimul cum ſeparatis ſolidis ſunt. hæ nanque ſimul cum mathematicis ſolidis. illæ uero eis priores ſunt. rurſus illarum ſuperficierum lineæ erunt, quibus priores alias oportebit eadem ratione

dem ratione lineas, puncta'q; eſſe. & eorum, quæ in prioribus lineis, alia puncta priora, quibus non erunt amplius alia priora. at abſurda ſane' coaceruatio fit. accidit nãq; ſolida quidẽ, unica præter ſenſibilia eſſe. ſuperficies uero triplices, præter ſenſibiles, illę ſcilicet præter ſenſibiles, q̃ in mathematicis ſunt ſolidis, quæ'q; præter eas, quæ in his ſunt. lineæ autem quadruplices. puncta autem quincupla. Quare circa qualia horum, mathematicæ ſcientiæ erunt? non enim circa ſuperficies, lineas, & puncta, quæ in immobili ſolido ſunt. quandoquidem ſemper ſcientia circa priora eſt. Eadem ratio de numeris quoq;. pręter enim quælibet puncta, aliæ unitates erunt. ac præter quælibet entia ſenſibilia, deinde præter intelligibilia. quare numerorum mathemati corum infinita genera erunt. Item quonam modo, quæ in dubitationibus enumerauimus ſoluere poſſunt? etenim ea circa, quæ Aſtrologia eſt, ſimili modo præter ſenſibilia ſunt, ac circa q̃ Geometria. eſſe uero cœlum, & partes eius quonã modo poſſibile eſt, aut aliud quodcunq; motum habens? Similiter autem perſpectiuæ & harmonicæ obiecta? erit nanq; uox, & uiſus pręter ſenſibilia, & particularia. Quare patet, quod alii ſenſus etiã, alia'q; ſenſibilia ſunt. cur enim magis illa q̃ iſta? quod ſi hęc ſunt, animalia quoq; erunt, ſiquidem & ſenſus. Item quædam a' mathematicis uniuerſaliter præter has ſubſtãtias ſcribuntur. erit igitur hæc quoq; alia quædã ſubſtantia ſeparata, ac media inter ideas, ac media, quæ nec numerus, nec puncta, nec magnitudo, nec tempus ſit. quod ſi hoc impoſſibile eſt, conſtat quoq; illa, impoſſibile eſſe a' ſenſibilibus ſeparata. Et omnino contrarium, tum uero, tum ei, quod exiſtimari ſolitum eſt, accidit. ſiquis ita eſſe mathematica ponat, ut quaſdam naturas ſeparatas, neceſſe ꝓfecto' eſt propterea quidem, quod ita ſe habeant, priores ſenſibilibus magnitudinibus eſſe. ſecundum autem ueritatem, poſteriores. ſiquidem imperfecta magnitudo, generatione prior, ſubſtantia poſterior ſit ut inanimatum, animato. Item quo & quando magnitudines mathematicæ unum erunt, quę quidem interdum animę, aut parti animę, aut alicui, quæ particeps eſt rationis, inſunt. quod ſi non, multa erunt, ac diſſoluentur. Illis uero (cum diuiſibiles, quantę'q; ſint) quidnam cauſæ eſt, ut unum ſint, coniunctę'q; maneant? Item ipſæ etiam generationes hoc manifeſtant. quandoquidẽ, qđ primum eſt, ad longitudinem, deinde ad latitudinem, & tandem ad profunditatem fit, ac finẽ nactũ eſt. ſi itaq; ſubſtantia prius, quod generatione poſterius eſt, corpus profecto' tum ſuperficie, tum longitudine prius erit. & hac rõne profectum magis, atq; totum, quia fit animatũ. Linea uero, ſiue ſuperficies, quonam modo animata erit? ſupra nanq; noſtros ſenſus hæc certe poſtulatio erit. Item corpus quidem, ſubſtantia quædam ſit quippe, quod iam perfectionẽ quodã modo habet, lineæ uero quonam modo ſubſtantiæ erunt? nec enim ut ſpecies, & forma quædam, ueluti ſi anima ſit, quod tale eſt. nec ut materia, ueluti corpus. nihil enim, ex lineis, neq; ex ſuperficiebus, neq; punctis uideť conſiſtere poſſe. atqui ſiqua materialis ſubſtantia eſſet, hoc pati poſſe profecto' uideretur. Ratione itaq; prior ſit. non tamen omnia quæcunq; ratione priora, ſubſtantia quoq; priora ſunt. ſubſtantia nanq; priora, quæcunq; ſeparata, excedũt eſſentia. ratione uero, iis, quorũ rõnes ex rationibus. hæc autem non ſunt ſimul. ſi enim paſſiones nõ ſint præter ſubſtantias, ueluti quiddam motũ uel albũ, homine albo ſecũdũ rõnem albedo prior ẽ, nõ ſecundum ſubſtãtiam. non enim poteſt ſeparata eſſe. uerum ſemper una' cum toto eſt. dico autem totum, hominem album. Quare manifeſtum eſt, neq; prius eſſe, quod ex ablatione eſt, neq; poſterius, quod ex appoſitione eſt, ex appoſitione nãq;, ipſa albedine albus homo dicitur. Quod igitur nec ſubſtantiæ ſint magis q̃ corpa, nec eſſentia ſenſibilibus priora ſint, uerum ſola rõne, nec uſquã eſſe ſeparata poſſibile eſſe, ſatis dictũ eſt. Cũ uero nec in ſenſibilibus ea eſſe cõtingat, manifeſtum eſt, qđ aut omnino non ſunt, aut modo quodã ſunt, & ob hoc non ſimpliciter ſunt. multipliciter nãq; ipſum eſſe dicimus.

Caput III.

Vemadmodũ enim uniuerſalia in mathematicis nõ ſunt de ſeparatis pręter magnitudines, numeros'q;, ueꝝ de his, q̃q̃ nõ quatenus talia, ut magnitudinẽ habeq ant, aut diuiſibilia ſint, patet, quod ẽt de magnitudinibus ſenſibilibus, rõnes & demonſtrationes ſunt, ueꝝ nõ ꝓut ſenſibiles, ſed prout tales ſunt. quẽadmodum enĩ ꝓut mota ſolũ multæ rõnes ſunt, abſq; eo, qđ qd ſit unũquodq; eoꝝ, ac eis ac cidentiũ cõſyderet, & non eſt neceſſe ꝓpterea idem aliquid motũ a' ſenſibilibus ſeparatũ eſſe, uel in eis aliquã naturã ſegregatã eſſe, ita de motis ẽt erunt rõnes, atq; ſcientiæ, nõ tñ quatenus mota, uerum quatenus corpora tantum, & rurſus ꝓut ſuperficies tantum, & ꝓut longitudines tantum, & quatenus diuiſibilia, & quatenus indiuiſibilia ſitum habentia, & prout indiuiſibilia tantum. Quare cum ſimpliciter uerum ſit dicere non ſolum ſeparabilia, ſed & non ſeparabilia eſſe ueluti mota, & mathematica, quia (etiam qualia dicunt) uerum eſt ſimpliciter di-

cere, & talia esse. & quemadmodum cæteras, scientias simpliciter uerum est dicere huius esse, non eius, quod ei accidat, ueluti albi (si salubre album sit) uerum prout salubre est, ac illius, cui unaquaq; est, si salubris salubre, si uero hominis prout homo est, ita & geometriam. Non si accidit sensibilia esse quoq; est, non est autem eorũ, prout sensibilia sunt, non erunt sensibiliũ mathematicæ scientiæ. non profecto propter hæc aliorum separatorum erunt. Multa uero per se rebus accidunt, prout unũquodq; talium est. quoniam & quatenus fœmininũ animal, & quatenus masculinum, propriæ sunt passiones, & si nõ est quicquam fœmininum, neq; masculinũ, separatorum animalium. Quare etiam prout longitudines solum, & prout superficies, & quãto de prioribus ratione, ac simplicioribus, tanto magis id certitudinem habet. hoc autem simplex est. quare absq; magnitudine magis quam cum magnitudine, & maxime absq; motu. qd si habet motum, primum maxime. siquidem hic simplicissimus est, & huius, qui regularis est.

Eadem ratio de harmonica, & perspectiua est. neutra nanq; prout uisus, uel prout uox speculatur, uerum prout lineæ, & numeri. at hęc, propriæ illorum passiões sunt. mechanica quoq; simi liter. Quare siquis ab accidentibus separet, ac de eis aliquid quatenus talia sunt, consyderet, mi minime propter hoc mentietur. quemadmodum nec cum in terra describat, ac eam, quæ pedalis non est, pedalem dicat. non enim in propositionibus falsitas inest. Optime uero ita unumquodq; profecto consyderabit, siquis separans ponat, quod non est separatum, quod arithmeticus, geometraq; facit. unum etenim & indiuisum est homo prout homo. ille uero posuit unũ indiuisum. deinde speculatus est, siquid homini prout indiuisus est, accidit. At geometra nec prout homo, nec prout indiuisus, uerum prout solida, quæ certe (etiam tametsi nullibi erat indiuisus) inerant ei. patet, quod etiam absq; his, contingit ei posse inesse. Quare propter hoc nõ male geometræ dicunt, & de entibus differunt, & entia sunt. duplex enim est ens. hoc quidem actu, hoc uero materia. Cum autem bonum & pulchrum differant (siquidem illud semper in operatione, pulchrum uero etiam in immobilibus est) qui dicunt mathematicas scientias nihil de bono uel pulchro dicere, falsum dicunt. dicunt etenim, & maxime ostendunt. nam etsi nõ nominant, cum tamen opera & rationes ostendunt, non ne dicunt de eis pulchri nanq; maxime, species sunt, ordo, commensuratio, & definitum, quæ maxime ostendunt mathematicę scientiæ. Et cum hæc multorum causæ esse appareant (dico autem ueluti ordo & definitũ) patet, quod etiam similem causam, quæ ut bonum causa est, quodam modo dicant. magis autẽ aperte in aliis dicemus. De mathematicis igitur, & qd entia sunt, & quomodo entia, & quoq; modo priora, & quomodo non priora, tot dicta sint.

Cap. IIII.

E ideis autem, primo ipsam, quæ de idea est, opinionem consyderãdum, ad numerorum naturam nihil consortii habentem, sed quemadmodum opinati sunt,
d a principio, qui primi ideas esse dixere. Accidit uero de ideis opinio illis, qui dixerunt, propterea quod de ueritate adhæserant Heracliti rationibus, tanquã oía sensibilia semper fluant. Quare siqua cuiuspiam scientia, prudentiaq; erit, oportet alias quasdam naturas permanentes esse, præter sensibiles. non enim fluentium esse sciẽtiã. cum uero Socrates circa morales uirtutes uacaret, & de his uniuersaliter definire primus quęreret (naturalia enim parũper Democritus tetigerat solum, & aliquatenus calidum & frigidũ definierat. Pythagorici etiam prius de quibusdam paucis, quorũ rationes ad numeros reducebãt, ueluti quid est tempus, aut iustum, aut nuptiæ) ille sane rationabiliter quærebat ipsum quid ẽ. syllogizare enim quærebat. syllogismorum uero, principium est ipsum quid est. nõ dum enim tunc erat uis dialectica, unde & possent absq; eo ipso quid est, contraria consyderare, utrum cõtrariorum eadem scientia esset. Duo nanq; sunt, quæ Socrati iure proprio attribuat quispiam, inductiuas orationes, & definitionẽ uniuersalis. hęc enim ambo circa principium scientię sunt. At Socrates quidem uniuersalia nõ ponebat separata, nec definitiones. qdam uero separarunt, ac talia, entium ideas appellarũt. quare fere accidebat eis eadẽ ratione, oíum, quę uniuersaliter dicuntur ideas esse. At simile est sicuti siqs numerare uolens, cum qdem pauciora existant arbitret nõ posse, cum uero plura faciat, numeret. plures etenĩ (ut ita dicam) species sunt, q̃ sensibilia particularia. de quibus cum causas quæreret, ex his ad illas, pcesserunt. nã & fm unũquodq; eiusdem noís sunt, & præter substantias. cęteroq; quoq; in multis est unũ, & in his, & sempiternis. Cæteq; qbus modis ostenditur, qd species sunt, fm nullum horum apparet. e qbusdã nãq; non est necesse fieri syllogismum, e quibusdam uero, etiam quorum non putant, horum species fiunt. Secundum nanq; rationes, quæ ex scientiis, species erunt omnium, quorum scientiæ sunt. secundum uero unum in multis, etiam negationum. & secundum quod intelligimus aliquid

aliquid eius, quod corruptum est, etiam corruptibilium. siquidem horum aliqua conceptio est. Insuper quædam rationum, eorum etiam, quę ad aliqd sunt (quippe cũ exactissimæ sint) ideas faciunt, quorum non dicimus esse per se genus. Quædam etiam, tertium hominem dicunt. Et simpliciter hæ de speciebus rationes, illa perimunt, quæ magis quam ipsas ideas esse uolunt, q species dicũt. Accidit enim non esse prius dualitatẽ, sed numerum, & eo, quod est aliquid, etiã id, quod per se est. & cuncta quæcunq; cum quibusdam sequerẽtur de ideis opiniones, aduersa facere principiis. Item secundum existimationem, secũdum quam dicunt ideas esse, non solum substantiarum uerum etiam multorum aliorum species erunt. etenim unus conceptus, nõ solum de substantiis, sed de non substantiis etiam est. Et scientiæ, non solum substantiæ erunt. & alia id genus accidunt infinita. Secundum uero necessitatẽ & opiniones de eis, si species participabiles sunt, necesse est substantiarum solum esse ideas. non enim secundum accidens participatio earum est, sed eatenus unaquaq; participare est, quatenus dicitur non de subiecto. dico autem ut siquid ipso duplo participat, hoc etiam æterno participat, sed secundum accidens. accidit enim duplo æternum esse. quare species, substantia erunt. Hęc autem hic & ibi substantiã significant. an aliquid erit dicere esse præter hæc, ipsum quid unum in multis? etsi eadem quidem species est idearum, & participãtium, erit aliquid commune. cur enim magis de corruptibilibus dualitatibus, & pluribus quidem, sed ęternis, dualitas unum & idem sit, quam de hac et aliqua? quod si non est eadem species, æquiuoca erit. pfecto, & simile, ac siquis & Calliam, & lignum homines appellarit, nullam inspiciens communicationem eorum. Si autem cætera quidem, communes uidelicet rationes speciebus conuenire ponemus, ueluti ad ipsum circulum figuram planam & cæteras rationis partes, et quod ei, cuius est, apponatur, consyderandum est, ne omnino uanum hoc sit. cui nanq; apponetur? medio, an plano, an cũctis? Omnia enim, quæ in substantia sunt, ideæ sunt, ut animal & bipes. Item patet, quod ipsum quoq; necesse est, qd esse, ueluti planum naturam quandam, quæ omnibus speciebus ut genus inerit.

Cap. V.

Otissimum uero quispiam dubitabit, quidnam species conferant, aut sempiter
P nis sensibilium, aut illis, quæ fiunt, & corrumpuntur. nec enim motus, nec alicuius transmutationis, eis ipsis causæ sunt. At nec ad sciẽtiam aliorum prosunt. nec enim horum illæ substantiæ sunt. in his etenim essent. Nec ad esse. quippe cum non insint participantibus. Ita etenim fortassis causæ putabuntur esse, ut album mistum albo. Sed ista ratio facile redargui potest, quam Anaxagoras prior, Eudoxus uero posterior dubitans, & alii quidam dixerunt. facile enim est multa & impossibilia ad hanc opinionem cõgerere. At nec ex speciebus cætera sunt secundum ullum illorum modorum, qui dici solent. dicere uero exemplaria, eas esse, & cætera eis participare, uana & figmenta poetica est dicere. quid enim est, quod agit, ad ideas inspiciens? Possibile enim est, & esse, & fieri quodcũq;, etiam non eximagine. Quare & existente Socrate & non existẽte, fiet utiq; quale Socrates est, similiter etiam dilucidum, si Socrates sempiternus esset. Et eiusdẽ erunt plura exemplaria. quare & species utputa hominis, animal, & bipes, simul autem & idealis homo. Item non solum sensibilium exemplaria species erunt, uerum etiam ipsarum. utputa genus specierũ, quæ ut generis sunt. quare idem erit, exemplar, & imago. Item uideretur impossibile, esse separatam substantiam, & id, cuius substantia. Quamobrem quomodo ideæ, cum rerum substãtiæ sint, separatæ erunt? in Phædone uero hoc modo dicitur, quod tum ipsius esse, tum ipsius fieri, species causæ sunt. attamen quãuis species existant, non fiunt, si non sit, qui moueat. & multa alia fiũt ut domus & annulus, quorum non dicunt species esse. Quare patet cætera quoq;, quorũ aiunt ideas esse, posse & esse & fieri propter tales causas, quales eorum sunt, quæ nunc dicta sunt, & non propter species. Sed de ideis quidem, & hoc modo, & per alias tum magis dialecticas, tũ certiores rationes multa iam consyderatis similia, congregari possunt.

Caput VI.

Vm autem de his determinatum sit, decet rursus, quæ circa numeros illis accidunt, qui eos substantias separatas dicunt, ac entium causas primas speculari. Ne
c cesse uero est, si numerus quædam natura est, nec est alia quædam eius substantia, sed hoc ipsum, ut quidam aiunt, aut quoddã eius primum esse, quoddam consequens, quod sit secũdum, quod q̃ specie diuersum, & hoc aut in unitatibus cõfestim existit, & est quæcunq; unitas cuiq; unitati incomparabilis, aut sunt confestim consequẽter omnes, & quæcunque quibuscunq; combinabiles, qualem aiunt mathematicum numerum esse (in mathematico enim nulla unitas alia ab alia differt) aut quasdam combina-

nabiles, quasdam non, ueluti si post unum est prima dualitas, deinde trinitas, & sic alius numerus. Sunt autem unitates in unoquoq; numero, ueluti, quæ in prima dualitate sunt, inuicem combinabiles, & quæ in prima trinitate sunt, inuicem, & ita in cæteris numeris. Quæ uero in ipsa dualitate, incomparabiles eis, quæ in ipsa trinitate sunt. & similiter de aliis consequentibus numeris. Ideo mathematicus quidem numeratur, post unum duo, cũ anteriori uno aliud unum. tria quoq; cum his duobus aliud unum. & reliquus qdem similiter. iste uero post unũ, duo alia absq; primo uno. & trinitas absq; dualitate. similiter autem & reliquus numerus. Aut igitur quendam numerorum esse oportet qualis primus dictus est, quẽdam autem qualem mathematici dicunt, tertium uero qualis ultimo dictus est. Item istos numeros aut separatos a` rebus esse, aut non separatos, sed in ipsis sensibilibus. non autem ita ut prius cõsyderabamus, sed ut ex numeris inexistentibus ipsis sensibilibus, aut quendam eorum esse, quendam non, aut omnes esse. modi quidem, secundum quos contingit eos esse, hi sunt necessario soli. At hi etiam, qui dicunt ipsum unum principium, substantiam, ac elemẽtum omnium esse, & ex hoc & alio quodam numerum esse, fere` singuli, horum aliquem modorum dixerunt præterquam quod omnes unitates incombinabiles sint. & rationaliter accidit. non enim cõtingit alium modum esse, præter eos, qui dicti sunt. Quidam itaq; ambos numeros esse aiunt. illum quidem, qui prius & posterius habet ideas. mathematicum uero, præter ideas & sensibilia. ac ambos, a` sensibilibus separatos. Quidam mathematicum solum numerum esse primum entium, ac a` sensibilibus separatum. Pythagorici quoq; unum ipsum mathematicum, uerum non separatum, sed ex eo sensibiles substantias constare dicunt. totum enim cœlum ex numeris construunt, præter id quod non ex monadicis, sed unitates existimant habere magnitudinem. Quo autem modo primum unum constitit magnitudinem habens, dubitare uidentur. Alius autem quidam primum numerum, ipsum specierum unum esse. alii uero ipsum mathematicum, hunc eũdem eẽ. Simili modo, etiam circa longitudines, & plana, & solida. quidam enim, alia esse mathematica. & alia, quæ post ideas. Eorum uero, qui alter dicunt, quidam mathematica, & mathematice dicunt, quicunq; ideas non faciũt numeros, nec esse ideas aiunt. quidam, mathematica nõ mathematice. non enim secari omnem magnitudinem in magnitudines, neq; quascunq; unitates dualitatem esse. monadicos autem numeros esse ponunt omnes, præter Pythagoricos, qcunq; unum, elementum, atq; principium entium aiunt esse. illi enim habentia magnitudinem aiunt, ut prius dictum est. Quot igitur modis contingat de eis dici, quod'q; omnes modi dicti sint, ex his manifestum est. Sunt autem cuncta quidem impossibilia, magis uero fortassis altera alteris.

Caput VII.

Rimo itaq; consyderandum est, utrum combinabiles sint unitates, an incõbinabiles. Quod si incombinabiles, quonã modo, ut diuisimus. est enim quancunq; cuicunq; unitati incombinabilem esse. est autem eas, quæ in ipsa dualitate sunt, ad eas, quæ in ipsa trinitate. & sic eas, quæ in unoquoq; numero primo sunt, incombinabiles inuicem esse. Si omnes igitur unitates combinabiles & indifferentes sint, mathematicus numerus fit, & unus solus. neq; cõtingit ideas, numeros esse. qualis nãq; numerus, idealis homo, aut animal, aut aliqua alia specierum erit? Idea nanq; una uniuscuiusq; ueluti ipsius hominis una, & ipsius animalis alia una. hi uero similes & indifferentes infiniti. Quare nihil magis hæc trinitas ipse idealis homo erit, quam quæcunq;. Quod si ideæ nõ sunt numeri, nec omnino possibile est eas esse. ex quibus nanq; principiis ideæ erunt? numerus enĩ ex uno & dualitate indeterminata est. ac principia & elementa ipsius numeri dicuntur, neq; ea contingit aut priora, aut posteriora numeris ordinare. Si uero unitates incombinabiles sunt, & ita incombinabiles, ut quæcunq; cuicunq;, nec mathematicum hunc contingit esse numerum. mathematicus nanq;, ex indifferentibus est. & quæ de eo ostenduntur, tanquam in tali cõueniunt. Nec hunc esse specierum. non enim erit dualitas prima, ex uno & indeterminata dualitate. Deinde consequentes numeri, ut dicitur, dualitas, trinitas. quaternitas. simul etenim quæ sunt in prima dualitate unitates, generantur. siue quemadmodum qui prius dixit, ex inæqualibus (factis nanq; æqualibus fiebant) siue aliter. Deinde si altera unitas prior altera erit, dualitate etiam, quæ ex his fit, prior erit. cum enim aliquid sit, quoddam prius, quoddã posterius, & qd ex his, hoc quidem prius, illo uero posterius est. Item cum primum quidem ipsum unum sit, deinde cæterorum aliquod unum, secundum uero post illud, & rursus tertium, quod secundum est post secundum, tertium erit post primum, unum. Quare priores profecto erunt unitates, q̃ numeri, qui eas complectũtur. ueluti in dualitate erit tertia unitas, ante quam tria sint. & in tri-

p

nitate, quarta

nitate, quarta & quinta, ante quam hi numeri sint. At nemo eorum hoc modo dixit unitates in combinabiles. uerum secundum quidem principia eorum, ita esse rationabile est. secundum autem ueritatem, impossibile est. etenim unitates priores & posteriores esse rationabile est, si & quædam quidem prima unitas est, unum'q; primum. & dualitates similiter, si & prima quidẽ dualitas est. post nãq; primum, rationabile & necessarium est, secundum quiddam esse. & si secundum, tertium. & ita, cætera consequenter. Simul uero utrunq; dicere, unitatem'q; primam post unam esse, atq; secundam & primam dualitatem, impossibile est. hi uero unitatem quidẽ & unum primum faciunt, secundum uero, & tertium nequaquam. ac dualitatem primam, secundam uero, & tertiam minime. Cõstat autem quod si omnes unitates incombinabiles sunt, non contingit dualitatem ipsam esse, ac trinitatem, & sic cæteros numeros. siue nanq; sint unitates indifferentes, siue differentes singulę a` singulis, necesse est numerum numerari per additionem. ueluti binarium, ad unum uno alio addito. ternarium quoq; alio uno ad duo appositio. & simili modo, quaternarium. Quare cum ita sint, impossibile est numerorum esse generationem, quemadmodum ex dualitate & unitate generant. binarius nanq;, pars ternarii fit. & hic, quaternarii. eodem autem modo & in consequentibus accidit. At ex primo binario, indeterminato'q; binario, fiebat quaternarius, duo binarii præter ipsum binariũ. quod si non, pars erit ipse binarius. alter uero adhuc, erit unus binarius. & binari⁹ erit ex ipso uno & alio uno. Quod si est, non est possibile alterum elementum esse indeterminatum binarium. unam enim unitatem generat, sed non determinatum binarium, Item præter ipsum ternarium, ipsum'q; binarium, quomodo erunt alii ternarii & binarii? quo'ue modo ex prioribus & posterioribus unitatibus componuntur? hęc enim omnia & fictitia sunt, & impossibile esset esse primum binarium, deinde ipsum ternarium. at necesse est postquam unũ quidem & indeterminatus binarius elementa erunt. quod si quæ accidunt, impossibilia sunt, hæc quoq; principia impossibile est esse. si itaq; unitates quæcunq; a` quibuscunq; differãt, hæc & alia huiuscemodi necessario accidũt. Si autem quæ quidem in alio differentes sunt, quę uero in eodem numero indifferentes inuicẽ solæ, non pauciora difficultatem ingerentia, hoc quoq; modo accidunt, ueluti in ipso denario, decem unitates sunt. cõponitur autem denarius, tum ex his, tum ex duobus quinariis. cum uero ipse denarius non sit, quicunq; numerus, nec ex quibuscunq; quinariis componatur sicuti, nec unitatibus, necesse est unitates, quæ in hoc denario sunt, differre. nam si non differant, nec quinarii different, ex qbus denarius est. cum uero differant, unitates quoq; differẽt. si igitur differant, utrũ nõ erunt quinarii alii, sed hi duo tantũ, an erunt? siue igit' nõ erũt, incõueniẽs est, si ue erunt. q̃lis ex eis, denarius erit? nõ est enĩ in denario alius denarius, p̃ter ipsum. at uero etiam necesse est, ut non ex quibusuis binariis, quaternarius componatur. Indeterminatus nanq; binarius (ut aiunt) determinatum accipiens binarium, duos binarios effecit. eo enim, quod cepit, binarii fuit efficiens. Item quonam modo contingit, binarium præter duas unitates, ac ternarium præter tres unitates, aliquam esse naturam, siue certe alterũ altero participabit? (quemadmodum albus homo præter album & hominem? his enim participat) siue cum alterum quædam alterius differentia sit? quemadmodum homo præter animal & bipes? Item quædam tactu, quædam mistione, quædam positione sunt unum, quorum nihil unitatibus, ex quibus binarius atq; ternarius fit, competit. sed quemadmodum duo homines non sunt unum quid præter utrunq;, ita de unitatibus quoq; necesse est. Et non quoniam indiuisibile, idcirco different. etenim puncta quoq; indiuisibilia sunt, ueruntamen dualitas eorum nihil aliud est præter duo. At uero nec hoc latere decet, quod accidit priores, posteriores'q; dualitates esse, similiter autem & alios numeros. Binarii enim, qui in quaternarios sunt, sint inuicem simul, sed ipsi iis, qui octonario insunt, priores sunt & genuerunt (quemadmodum binarius ipsos) ipsi q̃ternario, qui in ipso octonario sunt. Quare si & primus binarius idea, hi quoq; quædam ideę, erunt. Eadem ratio de unitatibus etiam est. quæ enim in prima dualitate sunt unitates generant quatuor, quę in quaternario sunt. Quare omnes unitates, ideæ fiunt, & componetur idea ex ideis. Quamobrem patet, quod etiam illa, q̃orum hæ sunt ideæ, composita erunt. ueluti siquis animalia dicat ex animalibus cõponi, horum ideę sunt, ex animalibus ideæ erunt. Et omnino facere unitates, quomodocunq; differentes, absurdum & fictitium est. dico autem fictitium, quod ad suppositionem coactum est. nec enim secundum quantum, nec secundum quale, uidemus differre unitatem ab unitate. necesse'q; est aut æqualem aut inæqualem esse omnẽ quidem numerum, sed præcipue monadicum. quare si nec maior neq; minor, æqualis æqualia uero & omnino indifferentia, eadem putamus esse in numeris. Quod si non ita sit, nec duali-

tates, quę in hoc denerario sunt, indifferentes erunt, cum æquales sint. quam enim causam dicturus est, qui dicit indifferentes esse? Item si omnis unitas & unitas alia, duo faciunt, unitas q̄ ex ipso binario, & quæ ex ipso ternario erit binarius, & ex indifferentibus. Et utrum ternario prior an posterior? Magis nanq; uidetur necessarium priorem esse. hęc nanq; unitatū simul ternario, illa uero simul dualitati. Et nos quidem omnino putamus unum & unum siue æqualia siue inæqualia sint, duo esse ueluti bonum & malum, & hominem & equum. qui uero ita dicunt, nec ipsas unitates. siue autem non est maior numerus ipsius ternarii quam dualitatis, mirum est. siue est maior, constat quod ęqualis etiam dualitati ineſt. quare ipse indifferens ab ipsa dualitate. uerum non contingit, si primus aliquis numerus est, & secundus. Nec erunt ideæ numeri. hoc enim ipsum recte aiunt, qui unitates differentes debere esse arbitrantur. siquidem erunt ideæ (ut prius dictum est) una profecto` erit species. Si uero unitates indifferentes, dualitates quoq; ac ternarii indifferentes erunt. quare necesse est eis dicere, ita numerandū esse, unū, duo, non superaddito iam præexistēti. nec enim generatio ex indeterminata dualitate erit, nec ideam esse contingit. inerit nanq; altera idea in altera, cunctæq; species, unius partes. quare secundum suppositionem quidem, recte dicunt, simpliciter uero, non recte. multa nāq; perimūt. Cum autem hoc ipsum habere quandam profecto` dicant dubitationem, utrum cum numeremus & dicamus unum, duo, tria assumentes numeramus, an utroq; modo facimus? quapropter ridiculum est, hanc ad tantam substantiæ differentiam reducere.

Caput VIII.

Nte autem omnia probe se habet, determinare quænam numeri, & unitatis differentia est, si est. necesse autem est, aut secundum quantum, aut secundum quale differre. neutrum autem horum uidetur posse esse. uerum prout numerus, secūdum quantum. si itaq; etiam unitates quantitate differrent, numerus quoq; a` numero differret, qui ęqualis est, plenitudine unitatum. Item utrum primæ maiores, an minores, & postea crescant, an econuerso? hæc enim omnia absurda sunt. At uero nec secundum qualitatem differre contingit. nullam enim eis inesse passionem possibile est. etenim numeris quoq; posterius aiunt inesse qualitatem quam quantitatem. Item nec ab uno hoc ipsæ patientur, nec a` dualitate. hoc enim non est quale, illa uero quantum, quale. nam ut entia multa sint, hæc natura causa est. Si igitur aliter quoquo modo se habet, dicendum hoc maxime in principio est, & de differentia unitatis determinandum. maxime quidem & propter quid necesse est existere. qd' si non, quā dicunt? & quidem si ideæ numeri sunt, dilucidū est, q̄ neutro modorum contingit, nec combinabiles cunctas unitates esse, nec inuicem incombinabiles. At nec, ut alii quidam de numeris dicunt, recte dicitur. sunt autem hi quicunq; ideas quidem esse non putant, nec simpliciter, nec ut numeros quosdam existentes, mathematica uero eē & numeros entium primos, ac eorum principium esse ipsum unum. Absurdum nanq; est, unum qdem esse quid primum unorum, ut illi aiunt. dualitatem uero non esse dualitatum, neq; ternarium ternariorum. eiusdem enim rationis omnia sunt. Si igitur ita se habeāt quæ circa numerū sunt, & solum mathematicum quis esse ponat, ipsum unum non est principiū. necesse enim esset, ut tale unum differret ab aliis unitatibus. quod si hoc, dualitatem quoq; primam, a` dualitatibus. similiter autem cæteros quoq; consequentes numeros. si autem ipsum unum est principium, necesse magis est quæ circa numeros sunt se habere (ut Plato aiebat) ac esse dualitatem primam & ternarium, nec esse numeros ad seinuicem combinabiles. siquis uero rursus, hæc ponat, dictum est, quod multa impossibilia accidunt. At necesse est aut hoc, aut illo modo se habere. quare si neutro modo, non est possibile numerum esse separatum. Constat autem ex his, quod tertius modus pessime dicitur, eundem uidelicet esse mathematicum & specierum numerum. necesse est enim in unam opinionem duos errores conuenire. nec enim mathematicum numerum contingit hoc modo esse, sed proprias suppositiones supponentem necesse est prolixum esse. & insuper quęcunq; accidunt eis, qui ut species numerum dicunt, hæc etiam necesse est dicere. Modus uero Pythagoricorum, partim pauciores habe difficultates quam prius dictæ sint, partim alias proprias. nam non separatum facere numerum, aufert multa impossibilia. Corpa uero ex numeris esse composita, & hunc numerum mathematicum esse, impossibile est. nec enim indiuiduas magnitudines dicere, uerum est. deinde quia hoc modo maxime se habent, unitates uero non habent magnitudinem. magitudinem uero ex indiuisibilib⁹ componi, quonam modo possibile est? At uero numerus arithmeticus, monadicus est. illi uero, numerum, entia dicunt. speculationes enim adaptant corporibus, tanquam existentibus. ex ipsis numeris. Si igitur necesse quidem

esse quidem est horum aliquo dictorum modorum esse, numerus quidem aliquid per se entiū est, nullo autem horum esse contingit, constat non esse aliquam talem numeri naturam, qualē asserunt, qui eum separatum faciunt. Item utrum unaquęq; unitas ex magno & paruo adęquatis sit, aut hæc quidem e` paruo, illa uero ex magno? Si itaq; sic, nec ex omnibus elementis unū quodq; est, nec unitates sunt indifferentes. in hac quidem magnum, in hac uero paruum inest, suapte natura contrarium existēs. Item quæ in ipso ternario quonam modo sunt? una enim superflua est. sed propterea fortassis, ipsum in impare medium faciunt. Quod si utraq; unitatum ex ambobus est adæquatis, quonam modo dualitas una quædam existens natura, ex magno et paruo erit? aut quid ab unitate differet? Item unitas prior dualitate. perempta nanq;, perimitur dualitas. ideam igitur ideæ necesse est eam esse, cum prior idea sit, ac priorem factam fuisse. ex aliquo igitur. indeterminata enim dualitas, dualitatis efficiens erat. Item aut finitum, aut infinitum necesse est numerum esse. numerum enim separatum faciunt. quare non est possibile non esse horum alterum. Et quidem quod infinitum esse nō cōtingit, patet. infinitus enim, nec par nec impar est. generatio uero numerorum, aut imparis numeri, aut paris semper est. cum enim unum hoc non cadat in parem, impar efficitur. cum uero hoc modo dualitas incidat in eum, q ab uno duplicatur, sit quidem imparium alius, par. Item si omnis idea alicuius est, numeri uero ideæ sunt, infinitus quoq; numerus erit alicuius uel sensibilium, uel alicuius alterius idea. q̄uis nec secundum positionem, neq; secundum rationē contingit, ita tamen ordinant ideas. Quod si finitus, usquequo? hoc enim dici oportet, nō solum, quod est, uerum etiam propter quid est. At uero si numerus ad denarium usq; ut quidam aiunt, primo quidem cito deficiēt species. puta si ternarius est homo idealis, quis numerus erit idealis equus? etenim ad denariū usq; numerus est idealis, ideo necesse est quosdam eorum numerorū in eis esse. hi enim, substātiæ, ideæq; sunt. attamen deficient, si species quidem animalis excedent. Simul autem cōstat, quod si hoc modo ternarius idealis homo sit, & cæteri quoq; ternarii, cum similes sint, qui in eisdem numeris sunt. quare infiniti homines erunt, aut unusquisq; idealis homo, si unusquisq; ternarius idea est. aut si non, saltem homines. Et si minor pars sit maioris, qui ex iis combinabilibus unitatibus est, quę in eodem sunt numero, si alicuius idea sit ipse quaternarius ueluti equi aut albi, homo erit pars equi, si homo dualitas sit. Absurdum item est denarii quidem ideam esse, undenarii autem non, neq; sequentium numerorum. Item & sunt & fiunt quædam, quorū species nō sunt, unde qua de causa non sunt illorum species? non sunt ergo species, causæ. Item inconueniēs est, si numerus usq; ad denarium magis quid ens, & ipsius denarii species, tametsi huius qdem non sit generatio tanq̄ unius, illius tamen sit. tentant autem, tanquam si is, qui ad denarium usq; est profectus numerus sit. generant porro`, quæ sequuntur, ueluti uacuū, proportionem abundans, cætera'q; huiusce modi. infra denarium, quędam quidem principiis attribuunt puta motum, stationem, bonum, malum. alia uero, numeris. ideo unum, impar est. si enim in ternario, quomodo quinarius impar? Magnitudines item & quæcunq; similia quousq; quanta? ueluti prima linea indiuisibilis, deinde dualitas, deinde hæc etiam ad denariū usq;. Item si numerus separatus est, dubitauerit quispiam utrum unum prius, an ternarius & binarius. quatenus enim numerus compositus est, unū est. quatenus uero uniuersale & species, prior numerus est. unaquæq; enim unitatum, pars numeri, ut materia est. ille uero, ut species. ac quodam quidem modo rectus prior acuto, quia & in ratione definiente positus est. quodam uero modo, acutus, quia pars est, ac in hūc diuiditur. tanq̄ igitur materia, acutus, elemētum, & unitas, prius. ut uero secundum speciem, & eam, quæ secundum rationem est, substātiam, rectus, ac totum, quod ex materia & specie. quod enim ambo est, propinquius est specie & ei, cuius ratio est, generatiōe uero posterius. Quo igitur modo ipsum unum, principium est? quia non est diuisibile aiūt, sed indiuisibile, tum uniuersale, tum particulare, & elementum. uerum, alio modo. illud quidē secundum rationem, hoc uero secundum tempus. Vtro itaq; modo ipsum unum est principium? ut enim dictum est, & rectus acuto, & iste illo prior esse uidetur, & uterq; unus. utroq; igitur modo, ipsum unum faciunt principium. at impossibile. hoc enim ut species, & substantia, hoc uero ut pars & materia. est nanq; quodammodo unum, utrunq; secundum ueritatem, quidem potētia. Siqdem unum quid est numerus, & non aceruus, sed aliud ex aliis (ut aiūt) unitatibus, actu sane' non est utraq; unitas. causa uero erroris, qui accidit, quia simul ex mathematicis & uniuersalibus rationibus uenabantur. Ita ut ex illis quidem tanquam punctum posuerint ipsum unum & principium. unitas enim, punctum sine positione est. quemadmodum igitur quidam ex animo entia composuerunt, ita & isti. quare unitas efficitur numerorum materia, simulq; duali-

tate prior. rursus' q posterior, tanquam dualitate existente toto quodam, & uno, & specie. ex eo uero quod uniuersale quærebant prædicatum unum, & ita ut partem dixerunt. at simul hęc eidem inesse, impossibile est. Quod si ipsum unum solum sine positione esse oportet (in nullo enim differt, nisi quod principium est, & dualitas quidem diuisibilis, unitas uero non) similior erit profecto ipsi uni unitas. si autem unitas illud quoq; unitati quàm dualitati, ea quoq; de re utraq; unitas prior dualitate erit. at non dicunt. generant sane denarium primo. Item si dualitas ipsa unum quid est, ac ipsa trinitas, ambo dualitas, ex quo igitur hæc dualitas?

Caput IX.

d Vbitabit autem quispiam quod cum tactus quidem in numeris minime sit, consequentibus quidem iis quarũcũq; non est aliquid medium unitatibus, uelut iis, quæ in dualitate, ternario ue sunt utrum consequentes sint ipsi uni an non. & utrum dualitas prior est iis, quæ consequuntur, an quacunq; unitatum. Simili modo hæ difficultates de posterioribus etiam numero, generibus, linea, plano, & corpore accidunt. Quidam enim ex magni & parui speciebus faciunt (ueluti ex longo quidẽ & breui) longitudines. ex lato uero & stricto, plana. ex profundo autem & humili, moles. hæ autem magni & parui species sunt, principium uero, quod secundum ipsum unum est. Alii ea, quæ eorum sunt, aliter posuerunt. At etiam in his infinita uidentur impossibilia & fictitia & omnibus rationabilibus ꝓtraria. absoluta nãq; abinuicẽ accidet ea esse, si principia ẽt non consequuntur ut sit latum & strictum, longum & breue. at si hoc erit, planũ erit linea, & solidũ planum. Anguli item & figurę & huiusmodi, quonam modo assignabũtur? idem' q accidit, quod eis, quę circa numerum. hę nanq; magnitudinis sunt passiones, non ex his magnitudo. quemadmodum nec ex recto & curuo longitudo, nec ex læui, & aspero solida. His autem omnibus commune, quod in speciebus, quæ sunt ut generis, dubitare accidit, cum quis uniuersalia põat. utrum animal ipsum an animali, an alterum ab ipso animali. hoc nanq; si sit non separatum, nullã dubitationẽ faciet. si uero sit, quẽadmodũ, q hęc dicunt separatũ ab uno & numeris, nõ est facile soluere. si nõ facile, dicere oportet, quod impossibile est. cum enim unum qs in dualitate intelligat. & omnino in numero, utrum ipsum quid, an aliud intelligit? Quidam itaq; ex tali materia magnitudines generant, quidam ex puncto (punctum autem eis non unum, sed quale unum esse uidetur) & altera materia qualis est multitudo, sed non multitudine. De quibus, nihil minus eadem accidit dubitare. Nam si materia una est, idem linea, planum, & solidum sunt. ex eisdem enim unum & idem erit. Quod si materiæ plures, & altera quidem lineæ, altera plani, altera solidi, aut sequunt' inuicem, aut non. quare hoc etiam modo, eadẽ accident. planum etenim, aut non habebit lineã, aut linea erit. Item quo quidem modo cõtingit ex uno & multitudine numerum esse nihil dicere conantur. quomodocunq; autem dicant, eædem difficultates accidunt, quæ illis quoq;, qui ex uno, & indeterminata dualitate dicebant. Quidã nãq; ex eo, quod uniuersaliter prædicatur, & nulla multitudine, numerum generat. quidam, ex aliqua multitudine, prima tamen. dualitatem nanq; primam multitudinem esse. Quare (ut ita dicam) nihil differunt, sed eædem dubitationes sequentur siue mistio sit, aut positio, aut temperamentum, aut generatio, & quæcunq; alia similia. Maxime autem aliquis inquirat, si una sit, quæq; unitas, ex quonam est? non enim erit unaquæq; ipsum unum. necesse autẽ est, aut ex ipso uno, & multitudine esse, aut ex parte multitudinis. atqui multitudinem dicere unitatem esse, impossibile est, cum indiuisibilis sit. Quod autem ex parte sit, alias habet multas difficultates. unãquãq; enim partium, aut indiuisibilem, aut multitudinem necesse est esse, ac unitatem diuisibilem. & ipsum unum, ac multitudinem, non esse elementum. quandoquidem unaquæq; unitas, non est multitudine, ac uno. Item qui hoc dicit, nihil aliud q̃ alium numerum facit. multitudo nanq;, indiuisibilium numerus est. Item quærendum etiam ab eis, qui sic dicunt, utrum numerus infinitus an finitus sit. erat nanq; ut apparet, multitudo quoq; finita, ex qua & uno sunt unitates finitę. aliud' q est ipsa multitudo, multitudo' q infinita. qualis itaq; multitudo, & unũ, est elementum? Similiter autem de puncto quoq; aliquis quæreret, ac elemento, ex quo faciũt magnitudines. non enim unum solum punctum, hoc est. ex quo nãq; unũquodq; alioꝝ puncto rũ? nõ enim ex quadam dimensione, ipso' q puncto. At uero nec partes diuisibiles esse contingit partes dimensionis, quẽadmodum multitudinis, ex quibus unitates. numerus nanq; ex indiuisibilibus cõponit', magnitudines uero minime. Hęc itaq; omnia, cætera' q similia manifestãt, q; impossibile sit numeꝝ, ac magnitudines separatas esse. Præterea q; ipsi primi de numeris discordant, signũ est ipsas res, cum non sint ueræ, ipsis præbere cõfusionẽ. Quidã enim, qui mathematica

thematica tantum faciunt præter sensibilia, cum uiderent difficultatem, atq; fictionem circa species, destiterunt a numero ideali, ac mathematicũ fecerunt. Quidam uero, cum species simul et numeros facere uellent, neq; uiderent quonam modo si quis hæc principia ponat, mathematicus numerus præter idealem esset, eundem idealem, ac mathematicum numerum fecerunt ratione. quia autem opere sublatus est mathematicus, ꝑprias profecto & nõ mathematicas suppositiones dicunt. Qui uero primus species & numeros esse posuit, species & mathematica eẽ rationabiliter separauit. quare accidit omnes secundũ quid recte dicere, omnino uero non recte. ac ipsi etiam fatentur non eadem, sed contraria dicentes. causa uero est, quod suppositiões atq; principia falsa sunt. difficile autem est (ut ait Epicharmus) ex nõ bene præsuppositis, bene dicere. comprimum enim aliquid dicitur, confestim apparet non bene dictum. Sed de numeris quidem sufficiant, quæ dubitata, & quæ determinata sunt cuicúq; nanq; persuasum est, magis ei ex pluribus persuasus fuerit. ut autem illi persuadeatur, cui nõ est persuasum, nihil magis. De primis uero principiis, primis' q causis & elementis, quæcunq; quidem dicunt, qui de sola sensibili substantia determinant, quædam in naturalibus dicta sunt, quædã non sunt præsentis sciẽtiæ. Quæcunq; uero aiunt, qui dicunt præter sensibiles esse alias substantias, consequens est dictis speculari. Cũ igitur quidam ideas, ac numeros tales esse dicant, elementa' q eorũ elementa, principia' q entium esse, consyderandum de his, quid & quonã modo dicũt. uerum qui numeros tantum & hos mathematicos faciunt, posterius examinãdi sunt. Eorum autem, qui ponũt ideas, simul quispiam, & modum profecto uiderit, & dubitationem, quę de eis fit. simul nanq; uniuersales substantias faciunt ideas, & rursus ut separatas & singularium. hæc uero quod non contingant, dubitatum est prius. Causa uero eis, q uniuersales ideas dicunt, ut eas in idem conIungant, fuit, quia sensibilibus nõ faciebant easdem substantias. singularia etenim, quæ in sensibilibus, fluere putabant, nec aliquid hoꝝ manere. uniuersale autem præter hæc, tũ esse, tũ aliud quid esse. Hoc autem (ut antea dicebamus) mouit quidem Socrates propter definitiones, nõ tamen a singularibus separauit. & hoc recte intellexit, non separans. constat autem ex operibus. etenim absq; uniuersalibus quidem non est accipere scientiam. separare autem, causa difficultatum, quæ circa ideas accidunt, est. Quidam uero tanquam necessarium sit, si substantiæ quædam præter sensibiles, & fluentes erunt, separatas esse (alias quidem non habebant) eas sane, quæ uniuersales dicuntur, attulerunt. ut fere accidat, easdem naturas uniuersales, ac particulares esse. at hæc ipsa per seipsam erit difficultas eorum, de quibus dictum est.

Caput X.

q Vod uero & iis, qui dicunt ideas, & iis, qui nõ dicunt, aliquã dubitationem habet, quod & a principio in dubitationem dictum est prius, modo dicamus. Nã siquis substantias nõ ponat esse separatas, & hoc modo sicuti entiũ singularia dicuntur, perimet substantiam quẽadmodum dicere uolumus. Quod siqs substantias separatas ponat, quomodo principia earum & elementa ponet? si singulare nanq; & uniuersale, tot erunt entia, quot elementa. neq; scibilia elementa. sint etenim syllabæ q dem, quæ in uoce sunt, substantiæ. elementa uero earum, elementa substantiarum. necesse autem est B A & unãquãq; syllabarum unam esse, si non uniuersaliter quidem & specie eędem, sed una numero unaquæq; & quod quid, nec æquiuocum. Item ipsum quod est unũquodq;, unum ponunt. quod si syllabæ, ita illa quoq;, ex quibus sunt. non erunt igitur plura A q̃ unum, nec aliorum elementorum ullum secundum eandem rationem, secundum quã nec aliarum syllabarum eadem altera & altera. at uero si hoc, præter elementa non erunt alia entia, sed solum elementa. nec item erunt scibilia elementa, cum non sint uniuersalia, scientia uero uniuersaliũ sit. constat uero ex demonstrationibus, ac definitionibus. non enim fit syllogismus, q' hic triãgulus duobus rectis, nisi quod omnis, duo recti. nec quod hic homo animal, nisi q' omnis homo animal. at uero si principia uniuersalia sunt, aut etiam substantiæ, quæ ex his fiunt, uniuersales sunt, erit non substantia prior substantia. uniuersale nanq;, non est substantia. elementum uero & principium, uniuersale est. est autem elementum & principium, prius iis, quibus principium & elementum est. Hæc itaq; omnia rationabiliter accidunt, tum cum ex elementis ideas faciunt, tum cum præter eas ideas, substantias' q, quæ eandem speciem habent, unum quid separatum esse censent. quod si nihil prohibet, quẽadmodum in uocis elementis multa A, multa' q B esse, nihilq; præter multa ipsa A, ipsa' q B esse, erunt ob hoc infinitæ similes syllabæ. Quod autẽ omnis scientia uniuersalium sit, quãobrẽ necesse sit, tũ entium principia uniuersalia esse, tũ non esse separatas substãtias, hoc plus q̃ alia prędicta maxime dubitationẽ habet. At quodã qdem modo uerũ, q' dicitur est, quodã autẽ modo nõ ueꝝ. Sciẽtia nãq; sicut & ipsum

ſcire duplex eſt, quoꝝ aliud potentia, aliud actu eſt. potentia igitur, cū ſit tanꝝ materia ipſius uniuerſalis, ac indefinita, uniuerſalis, indefiniti'q; eſt. actus uero, determinatus, & determinati, cum quod quid huius'q; alicuius ſit. uerum per accidens uidet uiſus colorem uniuerſalem, eo quod hic color, quem uidet, color eſt. quod & grammaticus hoc A, ſpeculatur, alpha eſt. Nam ſi neceſſe eſt principia uniuerſalia eſſe, neceſſe eſt illa quoq; ex his, uniuerſalia eſſe, quemadmodum in demonſtratiōibus eſt. quod quidē ſi ita eſt, nihil erit ſeparatum, ne ſubſtantia quidem. ſed conſtat, quod quodam modo quidem ſcientia uniuerſalis eſt, quodā modo uero minime.

QVARTVSDECIMVS METAPHYSICORVM ARISTOTELIS INTERPRETE BESSARIONE AD ALPHONSVM REGEM.

E hac itaq; ſubſtantia tot dicta ſint. omnes uero, quemadmodum in naturalibus, ſimiliter etiam circa immobiles ſubſtantias, principia contraria faciunt. Si autem nullis principiis poſſit pri⁹ aliquid eſſe, impoſſibile erit profecto principium aliquid aliud exiſtens, principium eſſe. ueluti ſi quis dicat album eſſe principium non pro
d ut aliud, ſed prout album, eſſe tamen de ſubiecto, & aliquid aliud exiſtens album eſſe, illud ſanè prius erit. at uero cuncta ex contrariis fiunt tanquam cuiuſdam ſubiecti. neceſſe ergo eſt, maxime hoc contrariis ineſſe. ſemper igitur cuncta contraria de ſubiecto ſunt, & nullum eſt ſeparabile. Cæterum quemadmodum apparet, ratio'q; teſtatur, nihil ſubſtātię contrarium eſt. nullum ergo contrariorum, omnium proprie principiū eſt, ſed alterū. Quidam uero alterum contrariorum materia faciunt. quidam, uni ſcilicet æquali inæquale, quaſi hoc natura multitudinis ſit. quidam, uni multitudinē. generātur enim numeri a' quibuſdam ex dualitate inæqualis, magno ac paruo. a' quodā, ex multitudine. ambobus tamē ab ſubſtantia unius. etenim qui inæquale & unū dicit elementa. inęquale uero ex magno & paruo dualitatem, tanꝝ unū ſint inęquale & magnū ac paruū dicit. nec determinat qđ rōne. numero uero minime. at uero p̄ncipia etiā quę elementa uocāt, non bñ aſſignant. Cū autem quidā magnum & paruum pariter cum uno hæc tria numerorū elementa dicunt, duo quidem materiā, unum uero formam. Quidam uero multū & paucum, quia magnum & paruum magnitudini magis ſecūdum naturā peculiaria ſunt. Alii autem quod magis uniuerſale in his, excedens & exceſſum. At nullum iſtorum aliquid differt (ut ita dicā) quoad quędam, quæ accidunt, niſi ad logicas tantū difficultates, a' qbus cauent, propterea quod alii quoq; logicas aſſerunt demonſtrationes. eiuſdē tamen rationis eſt excedens & exceſſum, at non magnū & paruum, principia eſſe, ac numerum dualitate priorē ex elementis ponere. ambo nāq; magis uniuerſalia ſunt. at illud quidē dicunt, hoc uero minime. Quidā uero alterum & aliud, ad unum opponūt. alii aūt multitudinē & unū. Si igit' entia (ut uolūt) ex ꝺ̄riis ſunt, uni uero aut nihil ꝺ̄riū, aut ſi eſt, multitudo eſt. & inęquale ęquali, & alterū, eidem. etiam aliud, eidē. Maxime quidem qui unū opponunt multitudini, aliqua opinione nituntur, nec hi tamen ſufficiēter. unum etenī erit paucū, quandoqdem multitudo paucitati, multū uero pauco opponit'. Vnū uero, q̄ mēſurā ſignificet, manifeſtū ē. ac in cūctis eſt aliqd aliud ſuppoſitū ueluti. in harmonia, dieſis. in magnitudine, digitus aut pes, aut aliqd ſimile. & in rhythmis, gradus aut ſyllaba. ſimiliter in grauitate, pondus aliquod determinatū eſt. ac eodē mō de oībus. in qualitatibus, quale qd. in quātitatibus, quātum qd. menſura enī indiuiſibile, quędā ſecūdum ſpecię, quędā ſm ſenſum, tanꝝ unū nō ſit aliqua per ſe ſubſtantia. & hoc rōnabiliter. unū nāq; ſignificat, q̄ mēſura cuiuſdā multitudinis eſt. ac numerus, multitudo mēſurata, & multitudo mēſuraꝝ. Quare rōnabiliter unū nō eſt numerus. neq; enī mēſura, mēſuræ. Veꝝ tā mēſura q̄ unum, principiū eſt. Oportet aūt ut mēſura ſemp idē cum oībus ſit. ueluti ſi equus mēſura, equis. & ſi homo, hominibus. q̄ ſi hō et equus, ac deus, animal, numerus quoq; eoꝝ fortaſſis animalia erit. ſi autē hō & albū, ac ambulans, minime qdē hoꝝ numerus ē, eo, q̄ eidē, uni'q; ſm numeꝝ oīa inſunt. attamē numerus horū, geneꝝ erit, aut alicuius alterius ſimilis appellationis. Qui uero inæquale ut unū qd, dualitatē aūt indeterminatā ex magno, paruo'q; faciunt, uehemēter longe, tū ab apparētibus tū a' poſſibilibus dicūt. paſſiōes nāq; magis hęc, & accidētia, q̄ ſubiecta numeris & magnitudinib⁹ ſunt. multum nāq;, & paucū numeri, ac magnū & paruū magnitudinis. ſicuti par & impar, læue & aſperum,

aſperū, rectū & curuū. Præterea ad hūc quoq; errorē, ēt neceſſe eſt magnū, & paruū, & q̄cūq; ſimilia ab aliquo eſſe. Ad aliqd uero minime prædicamētoꝝ oīum, natura q̄dā aut ſubſtantia eſt. ac poſterior tum quali, tū quanto, & q̄dā quanti paſſio (ut dictum eſt) ſed nō materia, aut aliquid aliud q̄ oīno cōmune ad aliqd, partibus'q; eius, & ſpeciebus. nihil enim eſt, nec magnum, nec paruum, nec multū, nec paucū, nec oīno ad aliquid, qđ non aliqd aliud exiſtens, multū aut paucū, aut magnū aut paruū, aut qđ ad aliqd eſt. Quod aūt ad aliqd minime aliqua ſubſtātia, aut ens aliquod ſit, ſignum eſt. quod eius ſolum nō eſt generatio, neq; corruptio, neq; motus, quēadmodum ſecundū quantum augmentatio & diminutio, ſecundū quale alteratio, ſecundū locū latio, ſm ſubſtātiam ſimplex generatio & corruptio. At ſecūdū ad aliqd, minime. abſq; enī quod moueaṫ, qñq; maius, qñq; minus, aut æquale erit, altero ſm quātum moto. Neceſſe item eſt cuiuſq; materiā eſſe, qđ potentia tale eſt. quare etiā ſubſtātiæ eſt. ad aliqd uero, neq; potentia, neq; actu ſubſtātia eſt. incōueniens itaq; eſt, immo impoſſibile, ſubſtantiæ elemētum facere nō ſubſtātiam, ac prius. poſteriora nanq; omnia prædicamēta ſunt. Itē elementa, nō prædicantur de iis, quoꝝ elementa ſunt. multū uero & paucū, ſeorſum & ſimul prædicaṫ de numero. ac longum & breue, de linea. planū'q; latū & ſtrictū eſt. q̄ ſiqua multitudo eſt, cuius ſemp ipſum paucum ſit, ut dualitas (nā ſi eius multū ſit, unū profecto paucū erit) & ſi multū ſimpliciter, nimirū erit ueluti denārius multū, & (ſi hoc pacto nō eſt) plus q̄ dena millia. quo igit' modo ita ex pauco, multo'q; numerus erit? aut enim ambo prædicari oportebat, aut neutrum. nunc uero alterum tantum prædicatur.

Caput II.

Impliciter autem cōſyderandum eſt, utrū poſſibile ſit æterna ex elementis compo
s ni. materiā nanq; habebunt. oē nanq; quod ex elemētis eſt, cōpoſitū eſt. Si itaq; neceſſe ſit, ex quo quid eſt (ſiue ſemp ſit, ſiue factum ſit) ex eo fieri, omne uero fiat ex eo, quod potētia eſt id, quod fit (nec enim ex impoſſibili factū fuiſſet, nec eſſet) qđ uero poſſibile eſt, contingit, ut & quis agat, & non, numeꝝ quoq; (& ſi q̄maxime ſemp ſit) aut quodcunq; aliud materiam habens contingat profecto nō eſſe haud ſecus, & quod unū diem habet, & quod annos quotcunq;, ſi uero ſic & tēpus cum tantū ſit, ut cuius non eſt terminus, nō erunt ergo æterna. ſiqdem qđ contingit nō eſſe, non eſt æternū, quēadmodū in aliis tractatum eſt. Quod ſi ueꝝ uniuerſaliter eſt, qđ nūc dicit' nullā ſubſtantiā ęternā eſſe, ſi nō ſit actu, elemēta uero, materia ſubſtantiæ ſint, nullius p̄fecto æternæ ſubſtantię elemēta erūt, ex qb⁹ inexiſtentibus ſit. Sunt aūt q̄dam, q dualitatem qdē indeterminatā una cum uno faciunt elementū. inæquale uero haud ab re ſpernunt, p̄pter impoſſibilia, quæ accidunt. a' quib⁹ tot ſolum de difficultatibus adēptæ ſunt, quotcunq; neceſſe eſt illis accidere, qui inæquale & ad aliqd faciūt elementū. quotcunq; uero præter hanc opinionē ſunt, has illis quoq; neceſſe eſt accidere, ſiue idealem numerum, ſiue mathematicum ex eis faciant. Multæ igitur cauſæ ſunt, quare in has cauſas lapſi ſunt. maxime uero ea, quæ ob antiquitatem dubitatio eſt. uidebatur nanq; eis oīa entia fore unum ſcilicet ipſum ens. niſi quis ſoluat, conſentaneę etiā Parmenidis rationi incedat oportet. nunquam enim hoc, ullo modo, eſſe non ens. Verum neceſſe eſſe oſtendere, quod non ens ſit. hoc nanq; modo ex ente & aliquo alio entia fore. ſi multa ſunt. profecto in primis quidem ſi ens multipliciter dicatur, quoddā enim, quia ſubſtantiā ſignificat, quoddā, quia quale, quoddam, quia quantum, & reliqua quoq; prædicamenta, quale igitur unum omnia entia erūt, ſi nō erit non ens? utrum ſubſtantiæ, an paſſiones, & alia quoq; ſimiliter, an cūcta? & erit unum hoc, & tale, & tantū & alia quæcunq; unum quid ſignificant? At inconueniens eſt, immo uero impoſſibile unā aliquam naturam factā cauſam, & huius entis & eiuſdem entis ſit quoddam hoc, quoddam tale, quoddam tantum, quoddam uero ubi. Deinde ex quali nō ente, ac ente entia? Multipliciter enim, & quod non ens, ſicuti etiam ens. etenim quod non hominē ſignificat, nō eſſe hoc. quod non rectū autem, non eſſe tale. quod non tricubitum uero, nō eſſe tantū. ex quali igitur ente & non ente, multa entia erunt? Vult itaq; falſum, & hanc naturam nō ens dicere, ex quo & ente multa entia, qua de re dicebat, quod oportebat aliquod falſum ſupponere, quē admodum geometræ pedalem eſſe, quæ non ſit pedalis. At impoſſibile eſt, hæc ita ſe habere. nec enim geometræ ullum ſupponunt falſum. nō enim id in ſyllogiſmo, propoſitio eſt. neq; entia fiunt ex ita non ente, neq; corrumpuntur. uerum quoniam non ens, quod ſecūdum caſus dicitur, æque ac prædicamenta dicitur. præter hæc autem non ens dicitur, quod ut falſum, ac id, quod ſecundum potentiam. ex hoc generatio eſt. ex non homine, potētia uero homine, homo. & ex non albo, potentia uero albo, album. ſimiliter, ſiue unum quid, ſiue multa fiant. Videtur autem quæſtio, quomodo ens, quod ſecundum ſubſtantias dicitur, multa ſit, cum profecto nu

meri, longitudines, & corpora, ea ſint, quæ generantur. Inconueniẽs itaq; eſt, quo modo qui/
dem ens, quod quid eſt multa ſit quęrere, non autem quo modo, aut qualia, aut quanta. nõ enĩ
indeterminata dualitas, nec magnum & paruũ cauſa eſt, ut duo alba, aut multi colores, aut ſa/
pores, aut figuræ ſint. numeri nanq; hęc etiam erunt, ac unitates. At uero, ſi hęc cõſyderaſſent,
uidiſſent profecto, quid etiam in eis cauſæ eſt. eadem enim & ꝓportionalis cauſa eſt. ipſa enĩ
tranſcenſio, cauſa. & id, qd̃ quęrebãt, enti & uni oppoſitum, ex quo & his entia facerẽt, cauſa
fuit, ut ad aliquid & inæquale ſupponerent, quod neq; ꝓtrarium, neq; negatio illorum eſt, ſed
una natura entiũ, quẽadmodum quid & quale. Oportebat igitur hoc etiã quærere, quonã mõ
ad aliquid multa eſſet, & non unum. Nũc uero quo qdem modo multæ unitates præter primũ
unũ, quęritur, quo mõ uero multa inæqualia, minime. Quãuis utuntur & dicunt magnũ, par/
uũ, quęritur, quo mõ uero multa inæqualia, minime. Quãuis utuntur & dicunt magnũ, par/
uum, multũ, paucum, ex quibus numeri, longum, breue, ex quibus lõgitudo, latũ, ſtrictũ, ex qb⁹
planũ, profundum, humile, ex qbus moles, etiã adhuc plures ſpecies eius dicũt, qd̃ ad aliqd eſt.
qd igit̃ his cauſæ eſt, ut multa ſint? Neceſſe itaq; eſt (quẽadmodũ dicimus) unicuiq; ſupponere
potentia ens. nã & ille, q hæc dixerat, hoc quoq; cõmonſtrauit, quod aliquid potentia ſit ens,
hoc'q; ſubſtantia, non ens autem per ſeipſum, uidelicet qa ad aliquid. ac ſi diceret, tale qd̃ neq;
potentia, eſt unũ, aut ens, neq; unius, aut entis negatio eſt, uex unũ quid entiũ eſt. at multo ma
gis (ut dictum eſt) ſi quæſiuiſſet, quonã mõ entia multa ſunt, nõ quæ in eodem prædicamento,
quo modo multæ ſubſtantiæ, aut multa qualia quærẽdo, uerum quo modo multa entia. quędã
nãq; ſubſtantiæ, q̃dã paſſiones, quædã ad aliquid ſunt. In aliis igitur prędicamẽtis habet aliam
ẽt quandã conſyderationem, quonam modo multa ſint. Etenim propterea q̃ non ſunt ſepara/
bilia, eo q̃ ſubiectum multa ſit, & eſt, qualia quoq; multa ſunt, & quanta. & q̃uis oportet uni/
cuiq; generi aliquã eſſe materiã, ſeparabilẽ tamẽ a ſubſtãtiis impoſſibile eſt. In iis autem, quæ
quod quid ſunt, habet quãdam rõnem quomodo multa ipſum, quod quid ſunt, ſi nõ qd erũt,
& quod quid, & q̃dam talis natura. hæc uero dubitatio illinc magis eſt, quomodo multæ actu
ſubſtantiæ, & non una. At uero ſi non idem ſit hoc & quantũ, nõ dicitur quomodo, & cur en/
tia multa ſunt, ſed quo modo & quare multa quãta. Omnis nãq; numerus quãtũ qd ſignificat.
& unitas non eſt niſi menſura, quia ea eſt, quæ ſecundum quantũ indiuiſibilis eſt. ſi igitur quã
tum, & quod qd eſt alterum, nõ dicitur, quod qd eſt, ex quo, neq; quomodo multa. ſi autẽ idẽ,
multas ſuſtinet contradictiones, qui hæc dicit. Suggerere autem qſpiam de numeris etiam con
ſyderationem poſſit, unde nã ſit accipienda fides, quod ſint. apud eũ nanq; q ponit ideas, præ
bent quandã entibus cauſam. ſiqdem unuſquiſq; numerorum idea quædã eſt, idea ſane cæte/
ris ut ſint, quomodocunq; cauſa eſt. Sit enim hoc eis ſuppoſitũ. Illi uero, q hoc qdem modo nõ
putet, ꝓpterea quod uideat difficultates, quæ circa ideas exiſtunt, ita ut propter hæc, eas nõ fa/
ciat numeros, faciat uero numerum mathematicũ, unde credendum eſt, qd̃ talis numerus ſit,
ac q̃ quicq̃ cæteris utilis? nullius nãq;, nec ille ait, q dicit eum eſſe. uerum ut quãdam ipſam per
ſe exiſtentem naturam eẽ dicit, nec apparet eum cauſam eſſe. quãdoqdem omnia arithmetico/
rum theoremata, etiam de ſenſibilibus (ut dictum eſt) erunt. Caput III.

q Viigitur ponũt ideas eſſe, ac numeros eas eſſe, dicere tentant, quomodo, & qua
de cauſa ſint, eo q̃ ſecundum expoſitionẽ cuiuſq; unũ qd præter multa accipiũt
unũquodq;. At uero quoniam hæc neq; neceſſaria, neq; poſſibilia ſunt, neq; nu/
meꝝ propter hæc eſſe aſſerendum eſt. Pythagorici uero, eo q̃ multas numeroꝝ
paſſiones ſenſibilibus ineſſe corporibus uidebant, numeros quidẽ eſſe entia fece/
runt, non tamen ſeparatos, uerum ex numeris entia. Cur autem? quoniã numeroꝝ paſſiones in
harmonia ſunt, & in cœlo, cæteris'q; multis. Illis uero, qui mathematicum ſolum numeꝝ eſſe
dicunt, nihil tale ſecundum ſuppoſitiones dicere contingit, uerũ q̃ nõ erunt, de eis ſciẽtiæ, dice
batur. nos autẽ dicimus eẽ, quemadmodum diximus prius. Et patet, q̃ mathematica non ſunt
ſeparata. ſi enim ſeparata eſſent, non ineſſent corporibus paſſiones eorum. Pythagorici uero
ſecundum tale, nullius culpabiles exiſtunt. At ſecundũ q̃ naturalia corpora ex numeris faciũt
ex non habentibus grauitatem uel leuitatẽ, grauitatẽ & leuitatẽ habentia, uidentur de alio cœ/
lo, corporibus'q; aliis, nõ autem de ſenſibilibus dicere. Qui uero faciũt ſeparatum, eo q̃ digni/
tates nõ ſunt in ſenſibilibus, quod'q; uera ſunt, quæ dicunt', & animæ adblandiunt', & eẽ exiſti
mãt, & ſeparata eẽ, ſimiliter quoq; & magnitudines mathematicas. At dilucidum eſt, q̃ oratio
quoq; cõtraria, dicet ꝓria, & quod iam dubitatũ eſt, ſoluit' ab illis hoc pacto ſciſcitantibus, quã
ob cauſam, ſi nullatenus ea ſenſibilibus inſit, paſſiones eorum in ipſis ſenſibilibus ſint? Sunt au
tem quidam, qui ex hoc, q̃ termini, extrema'q; ſunt, punctum lineæ, hæc ſuperficiei, iſta ſolidi,
putant

putant debere tales naturas ex neceſſitate eſſe. Oportet igitur & hanc rationem conſyderare,
non'ne nimium debilis ſit. Nec enim ſubſtãtiæ ſunt extrema, immo omnia hæc termini. Cum
& ambulationis, & omnino motus aliquis terminus ſit, is'ne igitur eſt quod quid, & ſubſtan/
tia quædam. at abſurdum eſt. At uero etſi ſunt, ſenſibilia ſane omnia erunt. in his nanq; eſſe,
ratio dixit. cur igitur ſeparata erũt? Item inquiret quiſpiam, qui non admodum facilis ſit ad cre
dendum, de omni quidem numero, & mathematicis, hoc ipſum, quod nihil conferãt inuicem
priora poſterioribus. nam & numero non exiſtente, nihil minus magnitudines erunt illis, qui
mathematica ſolum eſſe aiunt. & his non exiſtentibus, anima, & corpora ſenſibilia. Ex iis uero,
quæ apparent, non uidetur natura inconnexa, quemadmodum uitioſa tragœdia. Qui uero po
nunt ideas, hoc quidem eos fugit. ex materia nanq;, & numero faciunt magnitudines. ex bina/
rio quidem longitudines. ex ternario uero fortaſſis, plana. Ex quaternario, ſolida, aut ex aliis
numeris. nihil enim intereſt. ſed utrum hæc erunt ideæ? aut quis modus earum eſt, quid ue con
ferunt entibus? Nihil profecto quemadmodum neq; mathematica, nec iſtæ conferunt. at ue/
ro nec ullum theorema de eis eſt, niſi quis uelit mathematica motum efficere, ac proprias quaſ
dam opiniones facere. non eſt autem difficile eos, qui quaſcunq; ſuppoſitiones ſumunt, proli/
xum quippiam facere, atque connectere. hi quidem hoc modo mathematica ideis annectẽtes,
peccant. Primi autem duos numeros facientes, tum idealem, tum mathematicum, nullo mo/
do dixerunt, nec dicere habeant, quomodo, uel ex quo mathematicus erit. faciunt enim eum
medium inter idealem, & ſenſibilem. ſi enim ex magno, & paruo, idem erit illi, qui idearum
eſt. Verum ex alio quodam magno, & paruo, magnitudines ſane facit. ſi autem aliud quoddã
dicet, plura elementa dicet. Et ſi principium utriuſq; unumquid eſt, commune quid in his, id
unum erit. at quærendum eſt, quomodo hæc multa unum ſint? Et ſimul ſecundum eum, aliter
quam ex uno, & indeterminata dualitate, numerum fieri impoſſibile eſt. Hæc itaq; omnia irra
tionabilia ſunt, ac ipſa ſibiipſis, & bene ratione utentibus compugnant. uidetur'q; in eis eſſe lõ
gus Simonidis ſermo. fit nanq; longus ſermo, quemadmodum is, qui ſeruorum eſt, cum nihil
ſanum dicant. ipſa quoq; elementa magnum, & paruum uidentur conqueri, quod extrahunt'.
non poſſunt enim ullo modo generare numerum, niſi eum, qui ab uno duplicatur. Inconueni/
ens etiam eſt, immo impoſſibile generationem quoq; eorum facere, cum perpetui ſint. utrum
autem Pythagorici faciant, an non faciant generationem, nihil dubitãdum eſt. manifeſte nãq;
dicunt, quod uno conſtituto ſiue ex planis, ſiue ex colore, ſiue ex ſemine, ſiue ex quibus egent
dicere, confeſtim infinito propinquiſſimum trahebatur, terminabatur'q; a termino. Ve⁊ quo/
niam de mundi factura, ac naturaliter hæc dicere uolunt, decens erat aliquid eos de natura in/
ueſtigare, a præſenti uero uia diſcedere. Caput IIII.

Værimus nanq; principia, quæ in immobilibus ſunt. quare talium numerorum ge/
q nerationem conſyderare oportet. Imparis itaq; generationem non dicunt, quaſi
uidelicet paris generatio ſit. Parem uero, primo ex inæqualibus magno, & paruo
æquatis, quidam conſtituunt. neceſſe itaq; eſt, prius eſſe ipſis inæqualitatem, quam
ipſum adæquari. ſi autem ſemper adæquata fuiſſent, non fuiſſent inæqualia prius. ipſo enim
ſemper, nihil eſt prius, quare patet, quod non contemplandi gratia faciunt generationem nu/
merorum. Habet autem dubitationem, & a bene dubitante reprehenſionem, quonam modo
ad bonum, atque pulchrum elementa, principia'q; ſe habent. dubitationem quidem hanc, utrũ
aliquod iſtorum tale ſit, quale uolumus ipſum ideale bonum, & optimũ dicere, an non, ſed po/
ſterius genita ſint. A quibuſdam enim recentioribus theologis cõceſſum eſſe uidetur, qui non
aiunt, niſi quod entium natura procedente, bonum quoque, ac pulchrum apparet. hoc uero fa
ciunt, ueram ueriti difficultatem, quæ accidit dicentibus, quemadmodum quidam, ipſum unũ,
principium. difficultas autem eſt, non quoniam principio bonum tanquam inſitum attribue/
runt, uerum propterea quod ipſum unum, ipſum poſuerunt principium, & principium, ut ele/
mentum. numerũ quoque ex uno. Poetæ uero antiqui ſimiliter quo modo regnare, eo & prin
cipia eſſe aiunt. non enim primos ueluti noctem, & cœlum, aut chaos, aut etiam oceanum, ſed
Iouem. At uero his quidem, eo quod mutant entium principes, talia dicere accidit. quia ii qui/
dem eorum, qui miſti fuerunt, nec omnia fabuloſe dicunt (ut Pherecydes, & alii quidam) pri/
mum generans optimum ponunt. ac etiam Magi. & poſteriorum quoque ſapientum, ut Em/
pedocles, & Anaxagoras, cum hic quidem amicitiam, ille uero intellectum principium fecerit.
eorum uero, qui immobiles ſubſtantias eſſe dicunt, quidam ipſum unũ, ipſum bonũ eſſe aiunt.
ſubſtantiam tamen eius, ipſum unum maxime putabant eſſe. Dubitatio quidem hæc eſt, utro

modo dicendum est. Mirabile autem est, si primo, & perpetuo, ac sibiipsi sufficientissimo, hoc ipsum primum, per se sufficientia, & salus, non insit tanquam bonum. enimuero propter nihil aliud incorruptibile, uel sibi sufficiens est, nisi quoniam bene se habet. Quare dicere quidem principium tale esse, rationi consentaneum est, uerum esse. hoc uero esse, ipsum unum. Aut si non hoc, elementum, & numerorum elementum esse impossibile est. accidit enim multa difficultas, quam cum quidam fugerent, qui unum quidem fatebantur primum principium esse, ac elementum ipsius tamen mathematici numeri abnegarunt. cunctę nanq; unitates re uera fiunt aliquod bonum, & magna bonorum erit abundantia. Item si species numeri, omnes species ipsum bonum aliquod. At uero cuiuscunq; uelit, ponat quis ideas esse, siquidem bonorum solum ideæ, non erunt substantiæ. Quod si etiam substantiarum, cuncta animalia, & plantæ bona sunt, & etiam participantia. Hæc itaq; inconuenientia accidunt. Et ad hæc contrarium elementum (siue multitudo, siue inæquale & magnum, & paruum sit) ipsum malum erit. Quare quidam fugiebat bonum uni copulare, tanquam necesse sit, cum generatio sit, ex contrariis, natura multitudinis malum esse. quidam, inæquale, mali naturam dicunt. accidit igitur omnia entia, præter unum, quod est ipsum unum, malo participare. & numeros eo magis puro participare, quàm magnitudines. & malum locum esse boni, ac participare, & appetere corruptiuú. contrarium nanq; corruptiuum contrarii est. At si, quemadmodum dicebamus, quod materia est id, quod potentia unumquodq; ueluti ipsius actu ignis, quod est potẽtia ignis, malum erit, ipsum potentia bonum. hęc igitur omnia accidunt. quoddam quidem, quia omne principium, faciunt elementum. quoddam, quia contraria principia. quoddam, quia ipsum unum, principium. quoddam, quia numeros primas substantias, & separabiles, ac species.

Cap. V.

f Igitur tum non ponere bonum inter principia, tum ita ponere impossibile est, constat, quod non recte assignantur principia, neque primæ substantiæ. At etiam nec is recte putat, qui uniuersi principia, animalium plãtarum'q; principio assimilat, quia ex indeterminatis, ac imperfectis semper perfectiora. & ideo etiam in primis, ita se habere aiunt, ut nec ens aliquod sit ipsum unum. Verum etiam hic perfecta principia sunt, ex quibus hæc sunt. homo enim hominem generat, nec sperma primum est. Absurdum item est, locum simul cum solidis mathematicis facere. locus nanq; singularium proprius. quare loco se parabilia sunt. mathematica uero, non sunt alicubi. at insuper dicere quidẽ, quod alicubi erunt, quid uero locus sit, non absurdum est. Decebat uero eos, qui entia dicebant esse ex elementis, prima'q; entium numeros, diuidere qualiter aliud ex alio sit. & ita dicere, quonam modo numerus ex principiis sit. utrum mistione? At non est omne miscibile, quod & fit. alterum non erit separabile, unum ipsum, nec altera natura, neque uolunt. At compositione, dicent, ut syllabam? Sed situm necesse est esse. & qui intelligit, seorsum intelliget unũ, & multitudinem. hoc igitur numerus erit, unitas, & multitudo, aut unum, & inæquale. Et cum id, quod est ex aliquibus esse, est quidem, ut ex iis, quæ insunt, est uero, ut non, utro nã modo numerus est? Sic enim ut ex iis, quæ insunt, non sunt nisi ea, quorum generatio est. Sed tanquam à spermate erit? At non est possibile, ab indiuisibili aliquid abire. Verum fortassis tanquam ut ex contrario non permanente? At quæcunq; ita sunt, ex alio quoque quodam permanente sunt. Cum autem unum quidam quidem ut contrarium multitudini, quidam uero inæquali ponat, uno ut æquali utens, tanquam ex contrariis erit numerus profecto'. est igitur quippiam aliud, ex quo permanente, & altero est, aut factus est. Præterea cur cætera quidem, quæcunq; ex contrariis sunt, aut ea, quibus contraria sunt, corrumpuntur, numerus uero, & si ex omni sit, minime? de hoc enim nihil dicitur, quãuis contrarium tam quod ineſt, quàm quod non ineſt, corrumpat, ut contentio misturam. attamen non oportebat. non enim est illi contraria. Nihil autem determinatum est, qualiter numeri substantiarum, & existentiæ, causæ sunt. utrum ut termini, ueluti pũcta magnitudinum, &, ut Eurytus ordinabat, hæc numerus huius. puta, hic quidem hominis. hic uero, equi. quemadmodum illi, qui numeros ad figuras, triangulum, & quadratum reducunt, ita plantarum formas supputationum calculis assimulãs. An quoniam ratio, & symphonia numerorum, similiter etiam homo, & aliorum unumquodq;? At passiones, qualiter sunt numeri, album, dulce, & calidum. Quod uero numeri non sint substantia, neq; causæ formæ, patet. substantia nanq; ratio est, numerus uero materia. ueluti carnis, aut ossis numerus substantia, sic tria ipsius ignis, terræ uero duo. & semper numerus quicunq; fuerit, aliquorum est, uel igneus, uel terrenus, uel monadicus. uerum substantia tantum, ad tantum esse secundum mistionem, hoc sane' non est numerus, sed ratio mistionis numerorum corporalium, aut quorumcunq;. Nec igitur eo

igitur eo quod faciat, causa, numerus est. nec omnino numerus monadicus, aut materia, aut ratio, & species rerum est, sed nec quidem ut id, quod cuius causa.

Caput VI.

d Vbitauerit autem aliquis, quidnam sit illud bene, quod a' numeris, si mistio in numero rationali, aut impari sit. nunc etenim nihil salubrius, ter tria, si melicratum sit mistum. sed magis proderit fortassis, si in nulla proportione sit, & aquosum, aut si in numero sit purum. Item rationes mistionum, in additione numerorum, non in numeris sunt. ueluti tria ad duo, non ter duo. idem enim genus esse oportet, in multiplicationibus. Quare ipso A, mensurare oportet ordinem, in quo A B G. & ipso D, eum, in quo D E Z. quare, eodem omnia. erit igitur ipsius ignis B E G Z, & aquæ numerus bis tria. Si autem necesse est omnia numero participare, necesse est multa eadem accidere, & numerũ eundem huic, & alii esse. Vtrum igitur hoc est causa, & propter hoc res est, an id immanifestũ? ueluti est quidam Solis, ac rursus Lunæ lationum numerus, & uitæ, ac ætatis uniuscuiusq; animalium. Quid igitur prohibet, quosdam eorum quadratos esse, quosdam cubos, & æquales, alios duplos? Nihil enim prohibet, sed necesse est in hos conuerti, si omnia numero participabant, & quę differunt, contingebat sub eodem numero cadere. Quare si quibusdam idem accidens acciderit, eadem inuicem illa erunt, eãdem habentia numeri speciem. puta, Sol & Luna, eadem. Sed propter quid causæ eædem? septem quidem uocales, septem autem chordæ, aut harmoniæ, septem uero pleiades, in septem autem quædam emittunt dentes, quædam uero non, septem etiam, qui ad Thebas. utrum igitur quoniam talis quidam numerus suapte natura aptus est, ideo aut illi fuerunt septem, aut pleias septenarum stellarum est? an hi quidem propter portas, aut aliam quandam causam? Illam uero nos ita numeramus, ursam autem duodecim, quidã autem plures. nam ξ ψ ζ, symphonias aiunt esse. & quoniã illæ tres, hæc quoq; tria. quod autem mille talia sint, nemo curat. ipsi enim γ & ϱ, esse possit unum signum. Si autem quoniam duplum aliorum unumquodq;, aliud uero minime, causa quidem est, quia cum tria loca sint, unum in unoquoq; infertur ipsi σ propterea tria tantum sunt, sed non quoniam consonantiæ tres. nam plures consonantiæ sunt. hic uero non amplius possunt. Similes uero hi quoque sunt antiquis homericis, qui paruas similitudines uident, magnas uero non uident. Dicunt autem quidam, quod multa talia sunt, ueluti ipsæ mediæ. quædam nouem. quædam octo. & carmen, decem & septem his esse æquale numero. ascendit autem in dextro quidẽ nouem syllabis, in sinistro uero octo. & quod æqualis distantia, tam in literis ab α ad ω quàm in tibiis a' grauissimo bombo ad acutissimam neten, cuius numerus æqualitas est omnimodæ cœli melodiæ. Videre autem non decet talia. nam nullus dubitaret neque dicere, nec inuenire in perpetuis, quoniam & in corruptibilibus. Vtrum quæ in numeris naturæ laudatæ, & quę his contraria, ac omnino, quæ in mathematibus, ut quidã dicunt, & causas naturæ faciunt, uidentur hoc modo consyderantes fugere. secundum nullum enim modum eorum, qui circa principia determinati sunt, ulla eorum causa est. Vt tamen manifestũ faciunt, quod ipsum bene est, & quod de coordinatione ipsius boni est impar, rectum, æquale, quæ quorundam numerorũ sunt potentiæ (simul nanq; anni tempora, & talis numerus) & cætera, quæcunq; colligunt, ex theorematibus mathematicis hanc potentiam omnia habent. Quare assimilantur casualibus accidentibus. sunt enim accidentia quidem, sed conuenientia inuicem omnia. unum autem, quod proportionale est. In unaquaq; enim entis prædicatione est, quod proportionale est. ut rectum in longitudine, ita in latitudine æquale, in numero uero fortassis impar, in colore autem album. Præterea harmonicorum, atque similium non sunt causa numeri, qui in speciebus sunt. Illi nanq; æquales ab inuicem, specie differunt. etenim ipsæ quoque unitates. quare propter hæc, non sunt faciendæ species. Quæ igitur accidunt hæc, & alia etiam his plura si colligerentur, uidetur id indicio esse multis male affici circa generationem eorum, & nullo modo posse connecti, eo quod mathematica non sint a' sensibilibus (ut quidam dicunt) separata, nec ipsa quidem sint principia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1 IBELLVM hunc Andronicus, & Hermippus non agnoſcunt. Nec enim prorſus de eo mentionem fecere, in librorum Theophraſti deſcriptione. At Nicolaus (is enim ex Suda creditur e' Damaſcenorum urbe philoſophus peripateticus, Herodi Iudęorum regi, Auguſto' q; Cæſari familiaris) in ſpeculatione τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ Ariſtotelis, eius meminit, Theophraſti' q; eſſe aſſerit. Sunt autem paucæ quædam in eo prælectæ, tractatus uniuerſi, dubitationes.

THEOPHRASTI ΤΩΝ ΜΕΤΑ ΤΑ ΦΥΣΙΚΑ OPVSCVLVM.

VO Pacto, ac quibus eam, quæ de primis eſt, ſpeculationem determinare oportet? Etenim ea, quæ naturæ eſt, plurifida, uel (quẽadmodum quidam aiũt) ordinata minus exiſtit, mutationes ſubiens omnimodas. At quæ circa prima uerſatur, finita eſt, & circa eadem ſemp.
q Quã ob rẽ intelligibilibus quoq; quæ ſenſui peruia nõ ſunt, ipſam ponunt, utpote motu, mutatione' q; priuatis. Atq; in ſumma, honorabiliorem, maiorem' q; eam eſſe exiſtimant. Sit igitur initium, utrum conſenſum quendam, ac mutuam ueluti ſocietatem cum naturalibus intelligibilia habeant, an nullam, ſed tanquã ſeiuncta utraq;, ad omnẽ quidem ſubſtantiam quodam modo ſeſe adiuuent? Rationi profecto` magis conſentaneum exiſtit, propinquitatem quãdam ineſſe, & non peregrina fateri omnia, ſed, uerbi gratia, aliqua quidem eſſe priora, aliqua uero poſteriora. nonnulla autem principia, quædam ſub principiis collocata. quemadmodum & æterna, ad ea, quę corruptioni obnoxia ſunt, ſe habere uidentur. Si igitur res, ita habeat, quænam ipſorum, & in quibus, erit natura? Quippe ſi in ſolis ſint mathematicis intelligibilia, ut nonnulli aiunt, neque admodum inſignis cum ſenſibilibus, neque prorſus idonea eſſe uidebitur cognatio cuiuſq. utpote quæ profecto` excogitata ſunt. Eſſe autem uidentur, nobis figuras, formas' q;, ac rationes accommodantibus. At hæc, per illa nullam nacta ſunt naturam. Si uero non, fieri nequit, ut ſic cum iis, quæ natura conſtant, conſpirent, ut illis tanquam uitam, ac mouendi facultatem ſuggerant. Sed ne numerus quidem ipſe hoc præſtare poſſet, quem etiam primum atque maxime principem quidam faciunt. Eſt autem alia quædam, quæ prior, ac præſtantior eſt, ſubſtantia, de qua diſſerere tentandum eſt, ſit'ne una aut numero, aut ſpecie, aut genere. Erit igitur oppido quam rationabile, eam, quę principii naturam ſortita eſt, in paucis eſſe, ſi abundantibus inſit, niſi & in primis, & eo, quod primum eſt, collocata ſit. Quænam ergo ſit hæc, qui' q; plures ipſi, quoquo modo demonſtrare conandum eſt, ſiue proportione, ſiue ſimilitudine alia. Forſitan autem poteſtate quadam, atque aliorum exceſſu, perinde atque deus, accipi debet. Diuinum ſiquidem omnium principium exiſtit, per quod & ſunt, & permanent uniuerſa. Hoc itaq; modo aſſignare, forte erit perfacile. at uel clarius, uel ad ſuadendum aptius, difficile. Cum autem principium ſit huiuſmodi, quod cum ſenſilibus affinitatem habeat, natura uero (ut ſimpliciter dicam) in motu perſiſtat, quod & illi proprium exiſtit, manifeſtum eſt ipſum conſtitui debere motus cauſam. At cum per ſe immobile habeatur, conſtat ipſum non eſſe cauſam, ut quę à natura ſunt, moueantur. Sed hoc alii cuidã meliori, ac priori relinquendum eſt poteſtati. qualis eſt illius ipſius, quod expetitur, natura, a' qua circularis, continua, & irrequieta latio prouenit. Quapropter ſecundum hoc, haudquaquam motus eſſe principium reſoluamus oportet. aut ſi ſit, quod mouetur, mouebit. Sed hactenus quidem ueluti perfecta ratio, quæ omnium unum facit principium, actum aſſignans, & ſubſtantiam. atque etiam quantitatem aliquam dicens, uerum ad meliorem quandam, diuinio-
rem' q; attollens particulam. ſic enim aſſignare potius oportet, quam id, quod ſectionem, partium' q; diſtractionem recipit, auferre. Nam eminentiore ſimul, atque uera magis fulcitur ratione, ita loquentium ſententia. Quod autem conſequens eſt de deſyderio, quale nam ſit, & quorum, iam fuſiore indiget ſermone. quippe cum multa ſint ea, quæ in gyrum feruntur, & lationes quodammodo contrariorum, & uanum, & cuius gratia, incertum eſt. Etenim ſiue unum eſt, quod mouet, non, omnia idem principium mouere, erit abſurdum. Siue ſecundum unum-

quodq;

quodq; aliud, atque diuerſum, & principia quoque plura. Quam ob rem ipſorum concordia ad optimam tendentium expetitionem, nequaquam eſſe cõſtabit. Quo autem ad ſphærarum pluralitatem, de cauſa, maiorem requirit ſermonem. Nec enim iſte Aſtrologorum eſt. Dubium etiam eſt, quo pacto cum naturali habitu prædita ſint, non quietem, ſed motum ſectent'. Cur igitur ſimul per imitationem illud pari modo dicunt, & qui unum, & qui numeros aiunt. Ipſi enim numeros, id unum eſſe inquiũt. Iam deſyderium, præſertim indeterminatæ rei, cum anima exiſtit. niſi quis ſimilitudine, ac differentia, quæ mouentur, animata dicat. ſimul autem anima, & motus eſſe uidetur. Siquidem uita ineſt habentibus. a` qua appetitus quoque, qui circa unũquodq; eſt, tanquam per alia patiantur, animam tamen obtinent. Quod ſi igitur motus circularis cauſa prima ſit, non erit utiq; optimi. quippe cum is, qui animæ eſt, præſtantior ſit. Primus autem eſt uel maxime, qui cogitationis eſt. a` qua appetentia quoque exiſtit.

Caput Secundum.

T hoc forte quiſpiam interrogabit, quam ob cauſam, ſolum quæ circulo mo-
uentur, deſyderio afficiantur, eorum uero, quæ circa medium, nullum, quan-
a quam & ipſa mobilia ſunt? An quod impotens ſit, aut pertranſire nequeat id, quod primum eſt? At ſi propter imbecillitatem, hoc ſane' erit abſurdum. Robuſtius nanq; ipſum quiſpiam exiſtimauerit Ioue Homerico, qui ait.
Ipſa equidem a' terra traherem, & ponto quoq; ab ipſo.
» Quare reliquum eſt, ut tanquam incomprehenſibile quippiam, atque minime compoſitum ſit. Forſitan autem rogabit prius aliquis, quo modo ſe habeant? Vtrum cœli'ne partes hæc ſint, an non? Etſi partes, quo pacto partes? Nam nunc non ſecũdum regiones modo, uerum etiam ſecundum actionem, a` nobiliſſimis quaſi abiecta uidentur. Siquidem circularis latio huiuſmodi eſt. Contingit enim ueluti per accidens ex ea, quæ in gyrum fit, latione, tum ad ſo cum, tum inuicem fieri mutationes. Quod ſi & optimo melius eſſet aliquid, circulari motu a' primo (niſi recipiendi uetaret impotentia) indigeret. Quandoquidem quod primum eſt, ac diuiniſſimum, quæ optima ſunt, uult omnia. Id autem forte excedens aliquid, & ininueſtigabile exiſtit. Arbitratur ſane', qui hoc dicit, ſimilia eſſe omnia, & in optimis tenuem aliquam eſſe, aut nullam habere differentiam. Sed forte quiſpiam hoc addubitauerit, ad ipſum primum cœlum referens, utrum circularis motio de ipſius ſubſtantia ſit, & ſi a` quiete habita, ſtatim in corruptionem laberetur, an cupidine quadam, atque appetentia per accidens? Niſi illa utiq; appetendi facultas ei congenita ſit, nihilq; prohibeat talia quædam eſſe entia. Sed forſitan eum, qui talem appetitum detraxit, de ipſa latione ambigere continget, ſi ſublata, cœlum corrumperet. Atque hoc quidem, quaſi ad alios ſermones pertinere uidetur. Verum hoc ipſum, de hac, aut de his principiis, quiſpiam exiſtimabit. Fortaſſis autem poſt alia protinus aſſignare, quæ ordine ſequuntur principia, atque in eo, quod anteceſſit, ſubſiſtere non oportere, quiſpiam adfirmabit. Hoc enim eſt perfecti, ſapientis' q; uiri. quo pacto Eurytum calculos quoſdam diſponentem aliquando Archytas prodidit facere, dicere' q; hunc eſſe hominis, illum uero cuiuſuis alius numerum. Nunc uero multi aliquatenus progreſſi, quieſcunt, quemadmodum qui & unum, & indefinitam dualitatem ponunt. Numeros enim, plana' q;, & corpora cum creauerint, reliqua pene` omittunt, pauxillum attingentes. & hoc tantum declarantes, quod alia quidem ab indeterminata dualitate, proficiſcuntur, ut locus, inane, infinitum. alia uero a` numeris, & uno, ut anima, & alia quædam. tempus autem, ſimul & cœlum, & alia quoque complura negligunt, nec ullam poſtea de cœlo, ac reliquis faciunt mentionem. Pari modo Speuſippi diſcipuli, non autem aliorum ullus, præterquam Xenocrates. quippe qui omnia quodam modo, mundo ſimiliter accommodat, ſenſibilia, intelligibilia, mathematica, item & diuina. Conatur quoque Eſtiæus, uſque aliquid (non quemadmodum dictum eſt) de primis ſolum diſſerere. Plato autem, dum ad principia redigit, alia quoque tangere uidetur, ad ideas ea referens. iſtas uero, ad numeros. ex his autem, ad principia. Deinde per generationem, uſque ad ea, quæ dicta ſunt. Alii autem uſque ad principia ſolum. Nonnulli uero, & ueritatem in his eſſe. Entia enim circa principia tantum eſſe. At ſecus hic atque in aliis accidit diſciplinis. In illis enim quæ poſt principia ſunt, robur maius obtinent, atque inter ea, quæ in illis ſunt, ſcientiis, ueluti perfectiora ſolent haberi. forte autem & hoc rationabiliter. Nam ibi principiorum, in reliquis uero a` principiis quæſtio eſt.

Caput Tertium.

Ed forte ambiget aliquis, quonam pacto, & qualia ſupponi principia oporteat, utrum'ne informia, & ueluti potentia ſolum exiſtentia, ut qui ignem & terram principia faciebant, an formam adepta, quaſi maxime foret opus, ut finita eſſent, quemadmodum in Timæo inquit. Etenim ordo, atque finitio, rebus perquam excellentibus maxime familiaria ſunt. Videtur autem hoc in'reliquis quoq; ut Grammatica, Muſica, Mathematicis'q;, ad hunc fere` modum ſe habere. Conſequuntur etiam quæ poſt principia ſunt, item & quæ ſecundum artes, quę quidem imitantur naturam, ſimiliter. & inſtrumenta, & alia ſecundum principia. Alii igitur omnia admodum formalia putant principia. Alii uero materialia tantum. nonnulli utrunque, & formalia admodum, & materialia, tanquam in ambobus perfectio contineatur. quippe quī ex contrariis ſubſtantiam omnem fieri dicant. Abſonum autem & illis quoque uideatur, ſi totum cœlum, & ſingulæ eius partes, atque uniuerſæ ordine, ratione, formis, uiribus, circuitionibus præditæ forent, ipſis uero principiis tale ineſſet nihil. ſed ut caro eorum, quę temere confuſa ſunt (optimus inquit Heraclitus) ſeſe mundus haberet. Atque ſecundum minima (ut ita'dī xerim) accipiunt perinde atq; in inanimis. Definita nanq; ſingulorum natura eſt, ut ita dicam, quāuis temere facta ſint. principia uero indeterminata. Rurſum, id quoque haud facile in omnibus, & in animalibus, & plantis, atque in ipſa bulla, ad id, cuius gratia ſunt, pariter reducere, ſingulas'q; rationes adhibere, niſi aliorum ordine, mutatione'q; omnigenas, ac uarias eorū, quæ tum in aere, tum in terra gignuntur, formas fieri contingat. quorum maximum quoddam exemplum nonnulli faciunt ea, quæ circa anni tempora fiunt, in quibus animalium, plātarum, & fructuum (ueluti producente ea Sole) generationes apparent. Atque hæc quidem hoc in loco contemplando, inueſtigant exíguam libationem, quæ ordinis conſtitutionem ad quantitatem uſque repetit. Cur item, magis fieri nequeat in deterius tranſitus. In principiis autem unde prima quoque cœpit oratio, de quiete merito aliquis dubitauerit. Nam ſi ea, ut præſtantius aliquid ſit, in principiis collocabit. ſin uero uti quædam ſegnities, atque motus priuatio, minime. uerum ſi actionem eſſe fateatur, contra, tanquam prior, ac honorabilior eſt exiſtimanda. motus uero, in ſenſibilibus. Cum autem hoc propter illud quieſcat, fieri nequit, ut id, quod mouens eſt, ſemper moueat. Non enim fuerit periculum, quod primum eſt, neque rationis ſpeciem habere, neque alioqui fide dignum eſſe. ſed maiorem quandam cauſam quærit. At quod mouet, ab eo, quod mouetur, diuerſum non eſſe propter actionem, & paſſionem, quodammodo ſenſus acclamare uidetur ceu poſſibile. Sed eſt, qui ad ipſam mentem, deumq; referat. Abſonum autem eſt aliud quoque dictum, illa non moueri, quæ eius, quod quieſcit, appetitu ducuntur, ſiquidem ipſa alia ſequerentur entia. Verum enimuero forſitan non ſic accipi debet, ut ad id, quod impers eſt reducamus, ſed ut quam maxime ſibi conſonum, perfectum'q; ſit, ueluti ciuitas, aut animal, aut quiduis aliud eorum, quæ in partes ſecari poſſunt. aut etiam omnino cœlum, quod ſane` aiunt eſſe perfectiſſimum. Cæterum aliquem & talia quoque ſermonem poſtulant, quo pacto in materiam, atque formam entium partitio fiat. ſit'ne alterum quidem ens, alterum uero non ens, potentia autem unum, & ad actum reductum. aut unum quidem, ſed indeterminatum ens, eo, quo in artibus modo. Generatio autem, quæ ipſorum quidem eſſentia, eſt ſecundum rationes formari. ſed ita quidem ad id, quod præſtantius eſt, forte fieret tranſitio. Ipſum autem eſſe, per eam eſſe, nihilo minus uerum fuerit. Non enim eſſet, ipſa non exiſtente. At illud, neque hoc, neque quale, neque quantum. quippe quod formis indeterminatum eſt. poteſtate autem quadam, eas habet. ſed hoc proportione ad artes omnino ſumi debet, & ſiqua ſit alia ſimilitudo.

Caput Quartum.

Ræterea illud quoque dubitationem (niſi curioſa quærendi diligentia ſit) habere uidetur, cur nam ipſa natura, tota'q; uniuerſi ſubſtantia in contrariis conſiſtat, id'q; quod deterius eſt, æquales ferme` cum optimo partes habeat, immo uero etiam longe numeroſius ſit? Quapropter in uniuerſum dicere uidetur Euripides, quod nequeunt bona eſſe ſeparata. Talis autem ſermo parum abeſt quin dicat neque bona, neque ſimilia eſſe omnia, atque quod de omnibus ipſum eſſe dicimus. Porro` nulla inuicem eſſe ſimilia, ut quæ alba, & nigra ſunt in ſeipſis. Eſt etiam quod præter opinionem magis eſſe uidetur, fieri non poſſe, ut quod eſt, abſque contrariis

contrariis exiſtat. Nonnulli uero adhuc magis inopinabili utentes, id, quod neque eſt, neq; fuit, neq; futurum eſt, in uniuerſi naturam adnumerant. ſed hęc quidem eſt, ueluti excedens quędam ſapientia. At ens quod multis dicatur modis, manifeſtum. Etenim differentias, ſenſus ſpeculatur, cauſas'q; inquirit. Sed forſitan uerius fuerit dicere, quod eorum, quæ cogitatione excellentia ſunt, quædam quidem ſimpliciter quærit, quædam uero dubitationem faciendo. quamtametſi tranſcendere non ualet, lucem tamen aliquam in tenebris, plus aliquid indagare uolentium, oſtendit. Itaq; ipſum ſcire, non ſine differentia quadam erit. Etenim ſi inter ſe diuerſa ſint, differentia quædam inerit. Atque in uniuerſalibus cum ſub eis plurima ſint, diſcrimen inueniri eſt neceſſe, ſiue hæc uniuerſalia genera ſint, ſiue ſpecies. Omnis autem ſcientia, fere` propriorum eſt. ſubſtantia nanq; & quiditas, ſecūdum unumquodq; proprium exiſtit. Et quæ in ſpeculationem ueniunt ſecundum ſe, non per accidens, aliquid utiq; de aliquo ſunt. Omnino autem in pluribus idem conſpicere, aut uniuerſaliter, communiter'q;, aut ſecūdum quodq;, modo quodam proprie, eſſe ſcientiæ dicimus. ut numero, lineis, animalibus, plantis. Finis autem, ex ambobus. ſunt etiam nonnulla uniuerſaliū, finis. In eo enim cauſa. At horum, id quod in parte eſt, quatenus ſectio in indiuidua fit, quemadmodum & in factibilibus. Nā ad hunc modum ſe habet ipſorum actio. Præterea idem, ſubſtantia, numero, ſpecie, genere, proportione'q; ſcimus, & ſiquæ, præter hæc, diuiſiones habeantur. At ut plurimum per analogiam, tanquam plurimum eam recipientes. atque aliqua quidem per noſmetipſos, aliqua uero per rem ſubiectam. Nonnulla autem, per utrunq;. Sed cum multipliciter ſcire ſit, quo pacto unumquodq; per ſequi decet? Nempe ſuus cuiuſq; modus, principium eſt, ac maximum. ut prima, & intelligibilia, & mobilia, & quæ ſub natura ſunt, atq; ex iis ipſis, quæ in principio, quæ'q; ſequuntur uſq; ad animalia, plantas, & ultima animæ expertia. Nam in unoquoq; genere, proprium eſt aliqd, quemadmodum & in mathematicis. Ipſa nanq; mathemata, quāuis unius quodam modo ſint generis, ſortita ſunt differentiam. Sunt autem diuiſa ſufficienter. At ſi quædam nota, eo quod ignota ſint (quemadmodum inquiunt nonnulli) proprius ſane` inerit modus. Indiget autem quadam diuiſione. Sed fortaſſe in quibus fieri poteſt, proportione aliquid ſciri magis propriū fuerit dicere, quàm per id, quod ignotum eſt. quemadmodum ſiquis, per inuiſibile, inuiſibile. Tentādum eſt igitur diuidere quot modi ſint, & quoties ipſum'cognoſcere dicatur. ad hęc autem ipſa, principium. Atq; primum, ipſum ſcire, definire, difficili° uidebitur. Nam fieri nequit, ut uniuerſale, commune'q; quippiā in his capiamus, quæ multis dicuntur modis. Atq; tum quatenus, tum de quibus cauſas inueſtigare pari in ſenſibilibus, & intelligibilibus ratione, deceat, aut dubium hoc, aut dictu non facile exiſtit. Quippe cum uia in infinitum in utriſq; aliena ſit, perimat'q; ſapientiam. Vtraq; autem, quodam modo principium. Sed forte hoc noſtrum, hoc uero, ſimpliciter. aut hoc quidem, finis, hoc uero, noſtrum quoddam principium. Aliquatenus igitur, per cauſam ſpeculari poſſumus principia, a` ſenſibus incipientes. Sed cum ad ipſa ſumma, prima'q; tranſimus (ſiue quod cauſam non habemus, ſiue ob noſtram imbecillitatem) ſicuti deſyderatiſſima intueri, non amplius ualemus.

Caput V.

Orte autem ueritati magis conſonum illud exiſtit, palpante ac ueluti attingente mente, fieri ſpeculationem. Quam ob rem, circa ipſa, nulla contingit hallucinatio. At difficilis eſt circa idipſum intellectus, atque fides. Cū autem & alioqui magnum quippiam ſit, & ad ſingulares tractationes neceſſarium, & potiſſimum maximas, facere conuenit definitionem, tum de natura ipſa, tum circa ea, quæ adhuc priora ſunt. Siquidem qui de omnibus rationem quęritant, ſimul cum ratione ſcientiam tollunt. immo uerius erit dicere, eos rationem petere eorum, quorum neque eſt, neque fuit, quicunque cœlum ipſum æternum exiſtimant. lationes autem, magnitudines, figuras, diſtantias'q;, & alia, quorum Aſtrologia demonſtrationem facit, & ipſa, quæ prima mouent, & cuius gratia, dicere omittunt. quænam item cuiuſq; natura, quis inuicem ſitus, quæ ipſius uniuerſi ſubſtantia, ad alias quoque ſingulares ſpecies, ad cicures uſq; animantes, plantas'q; deſcendendo. Itaq; ſiquid coadiuuat Aſtrologus, in iis, quæ prima ſunt in natura, non erit. Alia enim maxime propria ſunt, ac priora. Quippe cum modus (ut quidam putant) naturalis non ſit, aut ſaltem non omnis. Atqui moueri ſimpliciter, naturæ, cœlo'q; maxime, peculiare exiſtit. quare & ſubſtantiæ cuiuſque rei actio, & quod ſecundum unumquodq;, dum in opere eſt, atque motu, ut in animalibus, & plantis. Sin uero minus, homonyma ſunt. quamuis uidelicet in reuolutione cœlum ſit ſecundum ſubſtantiam ſe-

Universidad de Deusto Biblioteca

p. atum tamen & quietem agens, homonymum esset. Nam ueluti quædam uita est circulatio, uniuersi.

Caput VI.

q Værendum est igitur, si in animalibus, aut cui competit, uita non existente, in cœlo quoq; atq; cœlestibus, neq; latio, neq; determinatus quidam modus inesset? Præsens autem dubitatio, ad eum, qui ab immobili est, motum, modo quodam pertinet. Quod uero omnia alicuius sint gratia, & temere nihil, sed perinde ac definitio, haud facile existit, ut sæpe dicitur. Vnde enim incipere, & in quæ desinere oportebat? Cæterum nonnulla sunt eorum, quæ ita habere non uidẽtur, sed alia quidem casu, alia uero necessitate quadam, ut in cœlestibus, & plerisq; eorum, quæ circa terram sunt. Cuius enim gratia sunt fluxus maris, ac refluxus? aut cuius expor rectiones? aut exiccationes, humectationes'q;, & omnino alius in aliud mutationes, corruptiones, generationes, aut quæ in ipsa terra fiunt alterationes, & eorum, quæ in aliud ex alio transmutantur, mutationes, & id genus alia pleraq;? In ipsis autem animalibus aliqua ueluti uana existunt, ceu mammæ maribus, & fœminis emissio (siquidem nihil confert) & nonnullis barbæ, aut omnino pilorum quibusdam in locis productio. Tum etiam cornuum magnitudines, ut ceruorum. Nonnullis quoq; læsis, quod mobilia, quod in terram directa, quod ante oculos posita gestarent. Quod'q; aliqua ui fiant, aut prẽter naturam, quemadmodum ardeola coit, ui tam'q; uiuit mansuetiorem. Et alia non pauca quispiam deprehendat istiusmodi. Quod autem maximum est, maxime'q; apparet, circa educationes, generationes'q; animaliũ est. nullius enĩ gratia hæc sunt, sed casus, atq; per necessitates alias. Oportebat enim, si alicuius quidem gratia sint, semper secundum idem, simili'q; modo fieri. Atq; etiam in plantis & præsertim inanimatis præfinitam quandam (ut formis) specie, ac potestatibus apparent) obtinent naturam. Hæc autem cuiusnam gratia sint, quẽreret aliquis. Nam rationem nõ habere, idipsum dubium est, id'q; in aliis prioribus, ac honorabilioribus, non ponentibus. quatenus & ratio quicquam, qđ fide dignum sit, habere uidetur. quoniam hæc, ideas quasdam aut inter se differentias a' casu, & uniuersi latione, quæ in circulum fit, accipiunt. Quod si neq; hoc propter aliquid, & ad id, quod optimum est, definitiones quasdam sumere, non in omnibus simpliciter, ponere decet. Quandoquidem, quæ huiusmodi existunt, quandam continent dubitationem. Atq; simpliciter dicimus, quæ & de unoquoq;. Simpliciter quidem, quando in omnibus naturã, quod optimum est expetere, & in quibus fieri potest, ordinem largiri, atq; æternitatem uidemus. Pari autem modo, in animalibus quoq; similiter. Nã ubi quod melius est, fieri potest, ibi haudquaquã prætermittit. ueluti, quod ante gulam, guttur sit. Optimam nanq; temperiem in medio cordis uentriculo inueniri, præstantius est. quippe cum medium honorabilissimum sit. Simili modo & quæ ad mundum pertinent. Siquidem & appetitus haud secus. Quin illud quidẽ, quę neq; obediunt, neq; quod bonum est, admittunt, cur multa sint, immo uero multo plura, declarat. Paucum nanq; aliquid, animatum est. At inanimum, infinitum. Et ipsorum esse animatorum, breue, ac melius existit. In uniuersum autem, tum rarum, tum in paucis, bonum est. Multum uero numero quod malú existit. Nunquid si indeterminatio solum, & ueluti materiæ species, ut quæ ipsius naturæ sunt, esse dicatur, stultissimum erit? Si etenim qui de tota differunt substãtia, dicant (quemadmodum Speusippus, quod pretiosum est, rarum quippiam esse facit) hoc circa medii locum esse, illa uero summa, & utrinq;, entia profecto' pulchre erunt existentia.

Caput VII

q Lato autem, & Pythagorei, longo imitari interuallo uolunt omnia. quamuis quandam indeterminatę dualitatis, & unius, perinde quasi oppositionem faciant, in qua infinitum, inordinatum'q;, & omnis (ut ita dicam) formæ carentia per se existit. In summa autem, ut absq; hac uniuersi natura sit, fieri nequit, sed ueluti æquam sortiri portionem, aut aliud antecellere, aut contraria esse principia oportet. Quam ob rem, nec deum fatentur esse, qui culpam ipsi adscribunt, in indeterminatum agere posse omnia. Quinetiam si aliquatenus fieri potest, neque hoc fortassis prælegerit. quippe cum totam substantiam ex contrariis quidem, ac in contrariis existentem, perire contingeret. Videntur autem & in primis cõsyderata pleraque, &, ut accidit, sicuti quæ circa terræ mutationes dicta sunt. Neque enim quod melius est, neque cuius gratia, sed si consequi aliquid est necesse. Multa nanque tum in aere, tum in aliis,

in aliis, talia contingunt. Ex sensibilibus autem cœlestia potissimum ordinem habere uidẽtur, cæteris priora loco, nisi mathematica sint. Nam & si non totum, at maior pars in his ordinem adseruat. nisi quis formas tales accipiat, quales Democritus indiuiduis supponit corpusculis. Sed de his quidem consyderandum. Quod autem initio dictum est, & in ipsa natura, & in uniuersi substantia finitionem quandam eius, quod alicuius gratia existit, atq; illius, qui ad melius est impetus, capere tentandum est. Nam in quibus entia sint, & quonam inter se modo se se habeant, hoc eius, quæ de uniuerso speculationis, exordium fuit.

FINIS.

a b c d e f g h i k l m n o p q aa bb c d e f g.
Omnes sunt quaterniones, præter q, qui est duernio, & g, qui ternio.

VENETIIS IN AEDIBVS
ALDI, ET ANDREAE
SOCERI MENSE
SEPTEMBRI
M. D. XVI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca